

M II.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝ-ΤΕΙΑΣ ΤΗΣ ΚΥΠΡΟΥ ΑΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΣΩΖΟΜΕΝΩΝ

ΤΟΜΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

SANCTI PATRIS NOSTRI

EPIPHANII CONSTANTIÆ,

SIVE SALAMINIS IN CYPRO, EPISCOPI, OPERUM OMNIUM

Tomus Secundus.

DIONYSIUS PETAVIUS AURELIANENSIS, Societatis Jesu Theologus, ex veteribus libris recensuit, Latinè vertit, & Animadversionibus illustravit.

Editio Nova

juxta Parisinam ANNI M DC XXII adornata;
Cui accessit Vita Dionysii Petavii ab HENR. VALESIO Oratione descripta;
& Appendices geminæ
pro vindicandis Animadversionibus, altera adversus MATURINUM SIMONIUM: altera adversus CLAUDIUM SALMASIUM ab ipso DIONYSIO PETAVIO antehac emissæ in publicum.



COLONIÆ,
Sumptibus JEREMIÆ SCHREY, & HEINR. JOH. MEIERI.
M. DC. LXXXII.

INDEX EORUM QVÆ IN HOC POSTERIORE TOMO CONTINENTUR.



DION. PETAVIUS
AD LECTOREM.

ALTER hic Epiphanii Tomus Opuscula continet: quæ partim extra controversiam sunt; partim νοθευόμενα, vel ἀμφισβητήσιμα certè merito censeantur. De Ancorato, Anacephalæosi, ac Libro de Mensuris & Ponderibus, dubium fuit hactenus nemini, quin Epiphanio germanis adscriberentur. Idem de Physiologo, & libro de Lapidibus debet esse judicium. Hoc quidem posterius Epiphanii γνήσιον esse, fidem facit author gravissimus Hieronymus; qui Epist. CXXVIII ad Fabiolam, de habitu Sacerdotali scribens; de lapidibus & eorum significatione nihil ideo se tradidisse demonstrat; quòd idem argumentum singulari libro jam Epiphanius occupasset. Sufficiat, inquit, quòd & sanctus Papa Epiphanius egregium super hoc volumen edidit: quod si legere volueris, plenissimam scientiam consequêre. Ejusdem porrò Anastasius in Quæstionibus Epitomen condidit: quod nihil aliud est, quàm alterum illud de Lapidibus Opusculum, quod priori ac longiori subjecimus; quodque ab illo diversum reperisse nos in Manuscriptis præfati fuimus, una cum Francisci Turriani Interpretatione Latina. Atque istud quidem meram esse Anastasii Epitomen, postea deprehendimus. In utroque illo libro vulgatam eorum, à quibus primùm publicati illi sunt, editionem expressimus: neque quicquam immutare, aut recensere opus habuimus; præsertim veterum Exemplarium ope destituti; &, quod caput est, diuturno illo commentandi atque emendandi labore defessi. Quare in Gesneri & Consali Poncii diligentia acquiescendum duximus. Quod utinam & in cæteris licuisset! in quibus eò morosiùs & injucundiùs conflictati sumus; quòd cùm supposititii sint hi libri atque spurii, non eundem, quem cæteri, animi fructum; idem & emendandi & interpretandi etiam plerique fastidium expresserint. Horum ducit agmen Liber de Vita Prophetarum, quem ψευδεπίγραφον esse, sexcenta mendaciorum nugæ persuadent, quibus ille refertus est. Editus hic primùm ab Torino fuerat, homine Græcè haud satis perito, ex codice, ut apparet, mendosissimo descriptus. Quem velut secutor quidam Joachimus Zehnerus excepit, ex illa Lutherana, & Pastoritia face; qui se locis plus quàm trecentis opus illud emendasse testatus est. Verùm pessimo hic exemplo, ac prope flagitio, nullâ veterum librorum authoritate fretus, solâ ex conjecturâ, non pauca mutavit, imo depravatiora, quàm erant antea, reddidit. Dabo hic extremæ Correctoris illius audaciæ, vel inscitiæ potiùs, exempla duo, quæ reliquis ad specimen insigniora nunc occurrunt. In Elia Propheta vita scriptum erat: οὗτος ἦν ἐκ Θεσβῶν ἐκ γῆς Ἀράβων, ἐκ φυλῆς Ἀαρών. Superintendens voces istas ἐκ γῆς Ἀράβων parenthesi circumscripsit; & in notis spurias ac rejiculas esse

significavit; quòd Galaaditis regio neqvaqvam Arabiæ tribuenda sit. Tum adjecit, videri sibi ab imperitis Monachis incalcatas esse. Qvam supinam levissimi homuncionis oscitantiam in Animadversionibus ad Hær. LV. Pag. 218. abundè castigavimus. Proxima huic, imò verò capitalior est licentia, qvâ sincerum vas incrustarè, & non curva, sed recta corrigere ausus, in seqventi Elisæ vita, pro eo qvod Torinus ediderat: Καὶ εἶπεν ὁ ἱερεὺς διὰ τοῦ δῆλον, *&c. temerè iste,* διὰ τούτων δηλῶν; *ipso in contextu rescripsit. Nos* διὰ τοῦ δήλων *ex Manuscripto codice, ut par erat, restituimus. Qvæ sunt Urim & Tummim. De qvo Ecclesiasticus Cap. XXXIII:* Πιστὸς ὁ νόμος ὡς ἐρώτημα δήλων. *Nam erat* δήλωσις, καὶ ἀλήθεια. *Ex pectoralibus itaqve gemmis Sacerdos de Elisæo pronunciasse ab Authore dicitur. Cætera levioris momenti, non minoris tamen impudentiæ, prætermittimus. In qvibus resarciendis aliqvot horas non sine stomacho posuimus. Ac non pauca sane cùm in libello isto; tùm in reliqvis Opusculis, menda sustulimus ex iis Schedis, qvas singulari R.P. Andreæ Schotti beneficio pridem accepimus. Latinam vero Prophetici hujus Tractatus interpretationem lucubravimus ipsi; ne hac in Editione Superintendentis ullius, aut Pastoris symbola locum sibi vendicaret. Qvod idem in nonnullis aliis necessario præstitimus; qvibus Latina qvæ responderent, ab Catholicis alioqvin edita, reperiri non poterant. Jam* Orationes *illæ, qvæ Epiphanii nomine fucum jamdudum faciunt, satis cùm stylo ipso; tum aliis qvibusdam indiciis, alterius vel Epiphanii vel authoris se esse declarant. Epiphanios enim fuisse complures, Cypri etiam Episcopos, observabat R. P. Jacobus Sirmondus, hoc est, præter nostrum illum & insignem, duos: Alter Cypri Archiepiscopus fuit; cujus nomine in Synodo VI subscripsit Theodorus Episcopus Trimethuntorum, ut in Act. XVIII legitur. Alter Archiepiscopus perinde Cypri; cujus extat Epistola ad Ignatium Patriarcham à Radero nostro edita, cum Synodo VIII. Horum igitur alteri, vel ambobus, vel cuivis deniqve potiùs, qvam Epiphanio nostro, Orationes istæ tribuenda sunt. Qvare nullo à nobis flagitio prætermitti in hac Editione poterant. Sed ne qvid, qvod Epiphanii utcunqve nomine esset inscriptum, desideraret Lector; tum ut ne paulatim, qvamvis aliena, non contemnendæ tamen lucubrationes obliterarentur, eas in calcem Tomi hujus secundi conjiciendas decrevimus. Qvibus demum omnibus subjecta à nobis est* Epiphanii vita, *Latinè olim à Surio; Græcè autem nunc vulgata primùm, ac multis in locis recognita. Qvæ qvanqvam in plerisqve fabula est, qvàm historia propior: ut jamdudum in Annalibus Baronius admonuit; erit tamen in lutulentâ illâ narratione fortasse qvod tollere possis. Et alioqvi multa continet, qvæ cum verâ receptâqve ab omnibus historiâ consentanea sunt: sed eadem admista falsis. In qvibus discernendis, si nihil aliud, tuum, Lector humanissime, judicium, ac* κριτικὴ τῆς ἱστορίας δύναμις *exerceri possit. Vale, & huic labori nostro commodus atqve æqvus accede.*



ΠΕΡΙΟΧΗ ΛΟΓΟΥ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ ΤΟΥ ΑΓΚΥΡΩΤΟΥ ΚΑΛΟΥΜΕΝΟΥ.

SYNOPSIS ANCORATI S. EPIPHANII.

A ΘΕΙΟΣ ὗτος καὶ μέγας πατὴρ ἡμῶν Επιφάνιος, ἀπὸ Ελευθεροπόλεως μὲν ὥρματο τῆς ἐν Παλαιςίνῃ, ἔνθα καὶ πατὴρ γέγονε Μοναςῶν· τὴν δὲ πρώτην ἄσκησιν εἰς Αἴγυπτον ἀναχωρήσας, καὶ διατελέσας, ἕως ἐπανόδε ἐν τῷ εἰκοςῷ ἔτει τῆς ἡλικίας αὐτῦ, εἰς τὴν Ελευθεροπολιτῶν περιοικίδα, αὖθις ἐπανῆλθεν, οἰκοδομήσας ἐν αὐτῇ Μοναςήριον. Αγκυρωτὸς δὲ κέκληται ὁ λόγος αὐτῦ, ὅτι ἀγκύρας δίκην τὸν περὶ τῆς ζωῆς καὶ σωτηρίας ἐρευνῶντα νῦν ἄγει, B διὰ τὸ περιεσυλληπτικὸν τῆς ἐν αὐτῷ συντάξεως τῶν πολλῶν τῆς πίςεως μερῶν· φημὶ δὴ τῦ περὶ τῆς Πατρὸς, καὶ Υἱῦ, καὶ ἁγίυ Πνεύματος ὁμουσιότητος, τῦ περὶ τελείας τῆς Χριςῦ ἐνσάρκυ παρυσίας, τῦ περὶ ἀναςάσεως νεκρῶν, καὶ ζωῆς αἰωνίυ καὶ κρίσεως, σαρκός τε, καὶ ψυχῆς ἐπιτοαυτὸ, καὶ τῦ κατὰ εἰδώλων τε, καὶ αἱρέσεων ἐν μέρει, καὶ Ιυδαίων, καὶ τῶν ἄλλων. περιέχει δὲ καὶ τῶν ὀγδοήκοντα αἱρέσεων τὰ ὀνόματα, καὶ τῶν ἐν τῇ θεία γραφῇ ἄλλων ζητημάτων τὴν σαφήνειαν. ἐγράφη δὲ τοῖς ἐν Συέδροις τῆς Παμφυλίας, αἰτήσασι δι' Επιςολῶν τῶν ἐν τύτῳ προτεταγμένων τῆς τῦ λόγυ πραγματείας. ἐπράχθη δὲ ταῦτα ἐν ἔτει ἐνενηκοςῷ μὲν ἀπὸ Διοκλητιανῦ, Οὐάλεντος δὲ δεκάτῳ, Γρατιανῦ δὲ ἕκτῳ.

DIVINUS hic, & magnus Pater Epiphanius Eleutheropoli in Palæstina oriundus, ibidem Monachorum pater fuit. Epiphanii vita. *Primam verò instituti illius exercitationem in Ægypto suscepit, quò tum secesserat. Ubi ad vicesimum usque ætatis annum remansit: donec ad Eleutheropolitanam regionem reversus Monasterium in ea condidit. Ancoratus verò liber iste nominatur, propterea quod animum de vita ac salute sollicitum instar ancoræ moderatur.* Ancoratus cur dicatur. *Nam complures hoc opus fidei partes continet: ut puta de Patris, Filii, ac sancti Spiritus una eademq; substantia: de perfecta Christi Incarnatione: de mortuorum resurrectione: de æterna vita, ac judicio animæ pariter & corporis: tùm adversus idola, hæresesque sigillatim, ac contra Judæos, cæterosque disputat. Octoginta porrò Hæreseon nomina complectitur, ac deniq; varias de Scripturis sacris quæstiones exponit. Scriptus est hic liber ad nonnullos, qui Suedris Pamphyliæ degebant: qui id per Epistolas postularant, quæ operi ipsi præfixæ sunt. Acta hæc sunt anno nonagesimo Diocletiani: Valentis verò decimo, & Gratiani sexto.*

A

EPISTOLA SCRIPTA è Pamphylia, ex oppido Svedris à Tarsino, Matidio, & aliis Presbyteris ad sanctum Epiphanium; qvem de fide sciscitati sunt Patris, & Filii, & Spiritus sancti, aliusqve fidei capitibus.

DOMINO apud Deum honoratissimo & Episcopo EpiphanioMatidius & Tar- B sinus novi Presbyteri Catholicæ Ecclesiæ, qvæ est in Svedrorum oppido, salutem.

Humani generis hostis Diabolus variis modis permiscere solet omnia, & in rudiorum animis nec dum in sacrosanctæ Trinitatis fide corroboratis suapte semina [2.Tim. 2. 19.] dispergere: *Fundamentum verò*, uti scriptum est, *immobile perstat & solidum* atqve sigilli nota signatum. *Novit enim Dominus eos, qvi sunt ipsius.* At Hæretici ad omnia faciles, prætermissa in Jesum blasphemia, aliter in Deum impii sunt, dum & adversus Spiritum sanctum lingvas suas [Psal.72.8.] insolenter acuunt, *& injustitiam contra* C *sublimitatem loqvuntur.* Sed etsi infiniti homines commoveantur, nos tamen Domini gratia in sana fide perseveramus, nec ulla re penitus ab recta & sana doctrina descivimus. Qvin & multi, qvi in errorem abrepti videbantur, Dei gratia convaluerunt, acceptis à beato, ac felicis memoriæ Episcopo Athanasio, & ab religiosissimo collega tuo Procliano literis. Sed qvoniam conscelerati dogmatis reliqviæ apud nonnullos adhuc supersunt: easqve per vos peritos agricolas in felicem oleam inseri, aut penitùs excidi necesse est: ob id pietatem tuam per hanc Epistolam vehementer etiam atqve etiam rogamus, ut ad Ecclesiam nostram litteras D dare non gravetur, ac rectam sanamqve fidem uberiùs explicare: qvo & rudiores, atqve in fide adhuc hæsitantes sacris tuis literis confirmentur: & inimico Ecclesiæ Diabolo sanctissimis tuis precibus pudor incutiatur. Vale, vir imprimis venerande.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΓΡΑΦΕΙΣΑ ΑΠΟ ΠΑΜΦυλίας ἐκ πόλεως Σουέδρων, ἐκ τῶν περὶ Ταρσῖνον, καὶ Ματίδιον, καὶ ἄλλους Πρεσβυτέρους, πρὸς τὸν ἅγιον Ἐπιφάνιον, περὶ πίστεως αἰτησάντων Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, καὶ ἄλλων μερῶν τῆς αὐτῆς πίστεως.

Τῷ Κυρίῳ θεοτιμήτῳ Ἐπισκόπῳ Ἐπιφανίῳ, Ματίδιος, καὶ Ταρσῖνος οἱ νέοι Πρεσβύτεροι τῆς ἐν Σουέδροις Καθολικῆς Ἐκκλησίας, ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Ποικίλως ὁ ἐχθρὸς τῶν ἀνθρώπων Διάβολος εἴωθε ταράττειν, καὶ τὰ ἴδια ἐπισπείρειν σπέρματα κατὰ τῶν ἁπλουστέρων, καὶ μηδέπω εἰς τὴν πίστιν τῆς ἁγίας Τριάδος βεβαιωθέντων. ὁ μέντοι στερεὸς θεμέλιος, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἕστηκεν ἔχων τὴν σφραγῖδα ταύτην. ἔγνω γὰρ Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ. οἱ δὲ πάντα εὐχερεῖς αἱρετικοὶ, παρέντες τὴν κατὰ τοῦ Ἰησοῦ βλασφημίαν, ἑτέρως εἰς τὸν Θεὸν ἀσεβοῦσι, κατὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὴν ἰδίαν γλῶσσαν μεγαλύνοντες, καὶ ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος λαλοῦντες. ἀλλ᾽ ὅμως καίπερ μυρίων κινηθέντων, αὐτοὶ χάριτι Κυρίου εἰς τὴν ὑγιῆ ἑστήκαμεν πίστιν, ἐν μηδενὶ ὅλως παρακινηθέντες τῆς ὀρθῆς, καὶ ὑγιοῦς διδασκαλίας. καὶ πολλοὶ τῶν δοκούντων ἀπατᾶσθαι, ἐπανερρώσθησαν χάριτι Κυρίου, διά τε γραμμάτων τοῦ μνήμης ἀξίου, καὶ μακαρίτου Ἐπισκόπου Ἀθανασίου, καὶ τοῦ θεοσεβεστάτου συλλειτουργοῦ σου Προκλιανοῦ. ἐπειδὴ δὲ λείψανα τῆς κακῆς διδασκαλίας παρά τισιν ἔτι περιλείπεται, καὶ χρὴ ταῦτα δὶ ὑμᾶς τῶν ἐμπείρων γεωργῶν εἰς καλλιέλαιον ἐγκεντρισθῆναι, ἢ τέλεον ἐκκοπηθῆναι· τούτου χάριν γράφοντες τῇ θεοσεβείᾳ σου, παρακαλοῦμεν καταξιῶσαι τὴν εὐλάβειάν σου γράμματα πρὸς τὴν ἡμετέραν Ἐκκλησίαν διαχαράξαι, καὶ διὰ πλατυτέρου διηγήματος τὴν ὀρθὴν, καὶ ὑγιῆ πίστιν ἐκθέσθαι, πρὸς τὸ δυνηθῆναι καὶ τοὺς ἁπλουστέρους, καὶ ἔτι περὶ τὴν πίστιν ἐνδοιάζοντας, βεβαιωθῆναι διὰ τῶν ἱερῶν σου γραμμάτων, καὶ τὸν ἐχθρὸν τῆς Ἐκκλησίας Διάβολον διὰ τῶν ἁγίων προσευχῶν σου καταισχυνθῆναι. ἔρρωσο τιμιώτατε.

A

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΓΡΑΦΕΙΣΑ ΠΑΡΑ Παλλαδίου, τῆς αὐτῆς πόλεως Συέδρων πολιτευομένου, καὶ ἀποσταλεῖσα πρὸς τὸν αὐτὸν ἅγιον Ἐπιφάνιον, αἰτήσαντος καὶ αὐτοῦ περὶ τῶν αὐτῶν.

Τῷ δεσπότῃ μου τῆς ψυχῆς θεοτιμήτῳ Ἐπισκόπῳ Ἐπιφανίῳ Παλλάδιος ἐν Κυρίῳ B χαίρειν.

Οἱ τὴν μεγάλην, καὶ εὐρύχωρον διαπλέοντες θάλασσαν, ἕως μὲν γαληνὸν πνεῦμα τὴν ναῦν ἰθύνῃ, μικρὰ τῶν παρακειμένων ταῖς ὄχθαις λιμένων φροντίζουσιν, οἰόμενοι ἀκμητὶ περαιῶσαι τὸ σκάφος. ἐπειδὰν δὲ ἐναντίον, καὶ σφοδρὸν ἐμπνεύσῃ πνεῦμα, τὰς τρικυμίας εἰς ὕψος ἐπαῖρον πάντοθεν, καὶ περικλύζον τὴν ναῦν, τότε δὴ τὸν ἴδιον ἀποποθοῦντες λιμένα, καὶ πᾶσαν τὴν ὑποκειμένην ἤπειρον περισκοποῦντες, μηδαμοῦ δὲ ἐνορμήσασθαι δυνηθέντες, C λοιπὸν ἐπὶ τὴν πλησίον κειμένην, ἂν οὕτω τύχῃ, νῆσον ἀπαίρουσι, παντὶ τρόπῳ τὴν σωτηρίαν αὐτοῖς ποριζόμενοι· ταύτῃ τε πλησιάσαντες, καὶ ὑπὸ τὴν σκέπην τῶν προβεβλημένων ὑπεισελθόντες ἀκρωτηρίων, μόλις ποτὲ τῶν περιαντλούντων κακῶν ἀπαλλαγῆναι δεδύνηνται. καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ τὰ νῦν, ὦ δέσποτα, τὸν σωτήριον τοῦ Θεοῦ λόγον κατηχούμενοι, τοῦ τε κοσμικοῦ σάλου ἑαυτοὺς ἀπαλλάξαι βουλόμενοι, καὶ εἰς τὸν ἀσάλευτον τοῦ Χριστοῦ λιμένα τὸ σκάφος ἡμῶν εἰσελάσαι βουλόμενοι, ἐπειδὴ κενάς τινας καὶ ἀλό- D γους, ὥς γε μοι δοκεῖ, περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος κινουμένας ζητήσεις παρά τινων ἔγνωμεν, φασκόντων μὴ δεῖν τοῦτο τῇ θεότητι, καὶ τῇ κυριότητι συνδοξάζεσθαι· ἀλλ' ἐν ὑπηρέτου, καὶ Ἀποστόλου τετάχθαι σχήματι, καὶ φαυλοτέρας καὶ ταπεινοτέρας τὰς περὶ αὐτοῦ δόξας διαλαμβάνουσι· διὰ τοῦτο ὥσπερ ἐν ἀσάτῳ σάλῳ, καὶ χαλεπῷ κλύδωνι συσχεθέντες, μηδένα τῶν παρ' ἡμῖν ἱκανὸν εὑρεῖν δυνηθέντες διαλύσοντα τὰ ζητήματα, καὶ τὴν ὑγιῆ πίστιν ἡμῖν ἐκθέσθαι δυνάμενον, ἐπὶ τὴν σὴν θεοσέβειαν ἀνενέγκαι τὸ πρᾶγμα

PALLADII EJUSDEM Suedrorum urbis magistratus ad sanctum Epiphanium Epistola, qua idem ab eo postulat.

DOMINO à Deo plurimum honorato Epiphanio Episcopo Palladius in Domino salutem.

Qui in amplissimo, vastissimoqve mari navigant, qvandiu secundo vento feruntur, vicinos litoris portus parum admodum curare solent: qvòd sine magno labore navigium suum transmissuros se esse confidant. Mox autem ut contrarius, ac vehemens flatus ingruere cœperit; qvo decumani fluctus in sublime tolluntur, & navis ipsa demergitur: tùm demum tranqvilli cujuspiam portus desiderio subjectam oculis terram circumqvaqve prospiciunt; ad qvam si appellere neqviverint; qvod unum superest, ad vicinam aliqvam insulam si possint sese subducunt, & salutem qvacumqve ratione possunt expediunt. Ad illam igitur accedentes, & ad prominentes in mare scopulos subeuntes, ægrè tandem à circumfusis fluctibus, atqve incommodis emergunt. Idem & nobis, Domine, modò contigit, qvi salutari Dei verbo instituti, & à mundi tempestate, ac jactatione liberati; atqve ad tranqvillum, qvietumqve Christi portum scapham nostram applicare cupientes, nescio qvas inanes, & absurdas, meo qvidem judicio, qvæstiones à nonnullis de Spiritu sancto commoveri perspeximus: qvem illi negarent cum Divinitate, dominatuqve gloria simul affici, ac prædicari oportere: sed in ministri, nunciive haberi loco: imò verò humilius aliqvid de ipso abjectiusqve sentirent. Qvibus de causis sic tanqvam inconstanti jactatione, ac difficili tempestate fluctuantes, cùm neminem hic ad eas dissolvendas qvæstiones, ac sanam fidem exponendam idoneum reperire possimus, ad pietatem tuam de hoc negotio

referre coacti fuimus: meritò ut & illam vocem usurpare possimus: *Praeceptor servanos.* Qvamobrem id pro sincera tua, ac recta fide à te petimus, qvam secunda jam dudum fama & idoneorum virorum testimonia passim celebrant: ut ad qvod munus obeundum à Salvatore constitutus es, hanc nostram hortationem humaniter admittere, & qvid de Trinitate sit credendum, sacris tuis lucubrationibus uberius velis apertiusqve disserere: eamqve fidei formulam ad nos mittere; ut ejus beneficio confirmati voti ipsi compotes efficiamur: ac cùm illi, qvi jam dudum in ea pietate perseverant, voluptatem capere; tum qvi aberrant, meliorem ad mentem revocari; ac Deus deniqve prædicari in omnibus & celebrari possit.

A ἠπείχθημεν, τὴν φωνὴν ταύτην εἰκότως καὶ αὐτοὶ ἀφέντες, ἐπιστάτα σῶσον. δεόμεθα οὖν τῆς ἀνυποκρίτου σου, καὶ ὀρθῆς πίστεως, ἣν προλαβοῦσα ἀγαθὴ φήμη, καὶ μάρτυρες ἀξιόπιστοι μαρτυροῦσι, καὶ ἀνακηρύττουσι, καταξιῶσαι εἰς τοῦτο παρὰ τοῦ Σωτῆρος τεταγμένος, ἀνεξικάκως τὴν παράκλησιν ἡμῶν δέξασθαι, καὶ θελῆσαι ἱεροῖς συγγράμμασι διὰ πλατυτέρου καὶ σαφεστέρου διηγήματος τὴν τῆς ἁγίας τριάδος ἐκθέσθαι πίστιν, καὶ ταύτην ἡμῖν ἀποστεῖλαι, πρὸς τὸ καὶ ἡμᾶς ἐν ταύτῃ βεβαιωθέντας τυχεῖν τῶν σπουδαζομένων, καὶ τοὺς ἤδη ἐν αὐτῇ εὐσεβηκότας ἀγαλλιαθῆναι, καὶ τοὺς σφαλλομένους εἰ δυνατὸν, ἰαθῆναι, καὶ τὸν Θεὸν ἐν πᾶσι δοξασθῆναι.





ΑΝΤΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΕΜΦΘΕΙΣΑ ΠΡΟΣ ΑΥΤΟΥΣ ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ, Η ΤΙΣ ΚΑΙ ΠΑΣΑΝ ΤΗΝ ΠΕΡΙ ΤΗΣ θείας πίστεως διδασκαλίαν, ἣν ᾐτήσαντο. ἐν ἑαυτῇ διαλαμβάνει.

SANCTI EPIPHANII EPISTOLA.

QVA SUPERIORIBUS ILLIS RESPONDET; TUM UNIVERSAM FIDEI DOCTRINAM,

qvod illi poſtularant, exponit.

A ΤΟΙΣ κυρίοις, καὶ τιμιωτάτοις μου ἀδελφοῖς, καὶ πρεσβυτέροις, Ματιδίῳ, καὶ Ταρσίνῳ, καὶ Νουμερίῳ, καὶ λοιποῖς πᾶσι τοῖς σὺν ὑμῖν, καὶ τοῖς ποθεινοτάτοις τέκνοις ἡμῶν, Παλλαδίῳ, καὶ Σεβηρίνῳ, τοῖς τὸν ἀγαθὸν ζῆλον ἐζηλωκόσι, καὶ τὸν μακάριον, καὶ περιπόθητον βίον ἑαυτοῖς ἑλομένοις, ὀρθοδόξου τε πίστεως, καὶ τελείας συγκαταθέσεως, τοῖς τὸ παρὰ τοῦ σωτῆρος εἰρημένον πλη-B ροῦσι, τὸ, εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς· καὶ τὸ, ἐπώλουν τὰ ὑπάρχοντα αὐτῶν, καὶ ἐτίθεσαν παρὰ τοὺς πόδας τῶν Ἀποστόλων· καὶ ὅσα εἰσὶ καίρια, καὶ ἀγαθώτατα ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς προστιθεμέ-

A DOMINIS ac reverendis fratribus, & Presbyteris Matidio, Tarſino, & Numerio, ac cęteris, qvi apud vos ſunt, omnibus, nec non & chariſſimis filiis noſtris Palladio, & Severino: qvi & laudabili qvodam pietatis ardore flagrant, & beatum atqve optandum vitæ genus amplexi ſunt cum recta fide, ac perfecta cum Eccleſia conſenſione con-B junctum: qviqve inſuper huic Salvatoris ſententiæ morem gerunt: *Si vis perfectus eſſe, vende qvæ habes, & da pauperibus:* Cujuſmodi eſt & illud: *Vendebant bona ſua, & deponebant ad pedes Apoſtolorum:* Tum qvi opportuna & optima qvæqve animis

Mat.19.21.
Act.4.37.

ſuis conciliant: Epiphanius minimus E-piſcoporum, & qvi mecum ſunt fratres in Domino ſalutem.

Eqvidem vel hoc nomine felicem me, ô Chariſſimi! jure prædicarim: qvod cùm nihil in me ſit ſanctorum, optimorumqve, ac divini amoris facibus inflammatorum hominum laudabili inſtituto dignum, ab his ipſis tamen ſtimuli mihi ſubjecti ſint, ut ad id, qvod utile ac fructuoſum eſt, excitatum animum transferrem. Etenim ingenium illud noſtrum, qvod abjectum & humile in qviete, otioqve verſari perpetuò ſtudet, neqve ſeſe ultra, qvàm par eſt, intendere; cum illud ſibi ab Apoſtolo dictum propoſuerit: *Ne extendam me ultra menſuram regulæ, qvam nobis Deus præfixit:* eò modò pervenire cogitur. Nam cùm veſtra hominum divino amore flagrantium, tùm aliarum, qvi in eadem ſententia ſunt, hoc eſt rectam vobiſcum fidem amplexi ſunt: nec non & Hypatii filii noſtri, qvi ex Ægypto ad nos ea de cauſa profectus eſt, ſuffragia, preceſqve, qvæ me qvodammodo moderantur, ac regunt, ſegnitiem ut omnem, ac tergiverſationem deponerem, facilè compulerunt: ut ſuſtinere amplius, aut prætermittere non poſſem, qvo minùs fidei ad vos formulam conſcriberem. Qvandoqvidem tam à vobis, qvàm à cæteris fratribus noſtris rogatus ſum, ut ea, qvæ cum ſalute veſtra conjuncta ſunt, hoc eſt ſolidum fidei, credulitatisqve de Patre, Filio, & Spiritu ſancto noſtræ fundamentum; unaqve & cæterorum Chriſtianorum dogmatum: veluti reſurrectionis mortuorum, Incarnationis: Item de vetere, ac novo Teſtamento, aliisqve omnibus, in qvibus perfecta ſalus conſiſtit, ac nititur, ex divinarum, ac ſanctarum literarum auctoritate ſcriberem. Ego verò auditis ejusmodi precibus: qvas non paucas Conops ad me Collega Presbyter', & qvi cum eo erant, ac cùm alii, tùm vos, chariſſimi filii, nec non & Hypatius filius noſter, qvi ad me propterea ex Ægypto venit, pertulerant; cùm tot in idem ſuffragia conſenſiſſe cernerem, mente animoqve commotus reputare mecum ipſe cœpi: Ac tandem iſtud mihi promptè & alacriter faciendum eſſe decrevi: ut pro eo, ac per literas poſtulaſtis, ad hanc vobis pro veſtro deſiderio ſcribendam epiſtolam, tenuis licet, & imbecillus, ſine ulla tergiverſatione me conferrem.

2. Cor. 10. 13

A νοις· Ἐπιφάνιος ὁ ἐλάχιστος τῶν Ἐπισκόπων, καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ ἀδελφοὶ, ἐν Κυρίῳ Θεῷ χαίρειν.

Ἤδη μὲν οὖν μακαρίσαιμι ἂν ἑαυτὸν, ποθεινότατοι, ὅτι γε μὴ ὄντες ἡμεῖς ἱκανοὶ πρὸς τὴν τῶν ἁγίων, καὶ σπουδαίων, καὶ ζῆλον Θεοῦ ἀνειλημμένων ἐνάρετον πολιτείαν, καταξιώμεθα ὑπὸ τῶν αὐτῶν ὑπονύττεσθαι, τὸν νοῦν διεγείρειν τε, καὶ πελοῦσαν εἰς τὸ χρήσιμον. τὸ γὰρ ἐν ἡμῖν ἀεὶ ταπεινὸν φρόνημα ἡσυχῇ καρτερεῖν σπουδάζον, καὶ μὴ περαιτέρω ἐπεκτείνεσθαι τῶν ἄγαν * σκεπόντων ἐκεῖνο τὸ παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ εἰρημένον· ἵνα μὴ ἐ-

B πεκτείνωμαι ὑπὲρ τὸ μέτρον τοῦ κανόνος, οὗ δέδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς μέτρου, ἀφικέσθαι πρὸς τοῦτο νῦν ἀναγκάζεται. πανταχόθεν γὰρ αἱ ψῆφοι πρυτανεύσασαι τοῦ ἐν ὑμῖν θεόθεν ζήλου, τῶν τε ἄλλων ὁμοδόξων, φημὶ δὴ τῶν τὴν ὀρθοδοξίαν ζηλούντων, καὶ Ὑπατίου δὲ τοῦ τέκνου ἡμῶν, ἀπὸ τῆς Αἰγυπτίων χώρας πρός με διὰ τοῦτο ἥκοντος, πᾶσαν μὲν ῥαθυμίαν, πάντα δὲ ὄκνον παρεσκεύασαν ἀποθέσθαι, μηκέτι στέγειν, μήτε ἐν δευτέρῳ τίθεσθαι, τὰ περὶ πίστεως γράφειν ὑμῖν· ἐπιζητούντων ὑμῶν, καὶ τῶν ἡμετέρων ἀδελφῶν τὰ περὶ τῆς ὑμετέρας σωτηρίας, ἐκ τῆς θείας, καὶ

C ἁγίας γραφῆς τὸν στερεὸν θεμέλιον τῆς πίστεως περὶ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, καὶ τῆς ἄλλης ἁπάσης ἐν Χριστῷ σωτηρίας, ἀναστάσεως τε νεκρῶν λέγω, καὶ ἐνσάρκου παρουσίας τοῦ μονογενοῦς, καὶ περὶ τῆς ἁγίας διαθήκης, παλαιᾶς τε καὶ καινῆς, καὶ ἄλλων ἁπαξαπλῶς συστάσεων τῆς τελείας σωτηρίας. ἐγὼ γοῦν λαβὼν τὴν τοιαύτην πρότασιν τῶν αἰτήσεων, οὐκ ὀλίγων οὐσῶν παρὰ τῶν περὶ τὸν ἀδελφὸν Κώνωπα τὸν συμπρεσβύτερον, καὶ τῶν αὐτῷ ἑπομένων, ἄλλων δὲ καὶ τῆς ὑμῶν τιμιότητος, τέκνα ποθεινότα-

D τα, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦ τέκνου ἡμῶν Ὑπατίου ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου πρός με, διὰ τοῦτο ἥκοντος, ὁμοφώνους ψήφους πολλὰς ὁρῶν ὁμοῦ, διχθεὶς τὴν φρένα, καὶ τὸν λογισμὸν, ἐσκεψάμην· καὶ ἔδοξέ μοι προθύμως ὁρμῆσαι κατὰ τὴν ὑμῶν διὰ γραμμάτων ἀξίωσιν, ἀνενδοιάστως ἐπὶ τὸ γράφειν ταύτην μου τὴν ἐπιστολὴν ἐμὲ τὸν βραχὺν τῷ ὑμετέρῳ πόθῳ.

* For. σκεπτῶν.

A Καὶ σφόδρα μὲν ἐκπλήττομαι θαυμαστῶς τὴν τοῦ Κυρίου, καὶ Θεοῦ ἡμῶν οἰκονομίαν, ὃς εὐδόκησε τῇ ὑπερβολῇ τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος ἐν ἅπασι δοῦναι τὸ ἅγιον αὐτοῦ Πνεῦμα τοῖς αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ ζητοῦσιν. οὐκ ἀθέως γὰρ ὑμῶν, καὶ τῶν καθ' ὑμᾶς αἰτήσεις τὰς διὰ τῶν γραμμάτων ἡγησάμην, ποθεινότατοι, ἀλλὰ τὴν κίνησιν ἐδοκίμασα ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος ἐν ὑμῖν ὑπάρξασαν. ἐπ' ἀληθείας γὰρ, καὶ εἰδότες συνοιδάτε, καὶ σύμφωνα λέγειν τῷ μακαριωτάτῳ Πέτρῳ, ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, σαφῶς ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου μακαρι- B σθήσονται, καθὼς καὶ ὁ ἅγιος ἐκεῖνος ἐμακαρίσθη ἀκούων· μακάριος εἶ σὺ Σίμων βὰρ ἰωνᾶ, τουτέστιν υἱὲ Ἰωνᾶ, ὁ γὰρ πατὴρ αὐτοῦ Ἰωνᾶς ἐκαλεῖτο. τὸ δὲ βὰρ ἑρμηνεύεται ἐκ τῆς Ἑβραϊκῆς διαλέκτου, υἱός. καὶ τοῦτο ἦν ἡ ζωὴ, ἣν ἔδωκεν ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς λέγων, ἵνα ἔχωσι τὴν ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς, τὸ γινώσκειν τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλεν Ἰησοῦν Χριστόν. ἐν τῷ οὖν εἰπεῖν τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, εἰς μοναρχίαν ἡμᾶς ἤγαγεν· ἵνα μηκέτι ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου ὦμεν δεδουλωμένοι, ἵνα μὴ C πολυθεΐα ἐν ἡμῖν ἔτι ᾖ, καὶ ἐπὶ πορνείαν τοιαύτην ἐπισκορπίζηται τὰ τῶν ἀνθρώπων νοήματα, ἀλλ' ἐπὶ ἑνότητα τοῦ μόνου ἀληθινοῦ Θεοῦ. πρώτη γὰρ πορνεία, ἐπίνοια εἰδώλων, φησὶ ἡ γραφή. καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. Ἰησοῦν Χριστὸν τίνα; ἀληθινὸν Θεόν. εἰ δὲ Θεὸν Χριστὸν Ἰησοῦν, ὡς λέγει περὶ αὐτοῦ ὁ Ἰωάννης, ὁ μονογενὴς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρὸς αὐτὸς ἐξηγήσατο. εἷς Θεὸς τοίνυν ὁ Πατὴρ, καὶ μόνος ἀληθινὸς Θεὸς, καὶ οὐ κατὰ τοὺς ἐψευσμένους θεοὺς, οὓς ἐνόμισάν τινες τῶν Ἑλλήνων θεοὺς, οὐκ ὄντας θεούς· ἀλλὰ μόνος ἀληθινὸς Θεὸς, ἐπειδὴ μόνος ἐκ μόνου ὁ μονογενὴς, καὶ μόνον τὸ μόνον τὸ ἅγιον D Πνεῦμα. Τριὰς γὰρ ἐν μονάδι, καὶ εἷς Θεὸς, Πατὴρ, Υἱὸς, καὶ ἅγιον Πνεῦμα.

Πτύρει δὲ ὁ λόγος τοὺς μὴ κατηξιωμένους Πνεύματος ἁγίου. οὐδεὶς γὰρ δύναται εἰπεῖν Κύριος Ἰησοῦς, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. τὸ μὲν γὰρ Ἰησοῦς ὄνομα καὶ Ἰουδαῖοι λέγουσιν, ἀλλ' οὐ Κύριον ἡγοῦνται. καὶ Ἀρειανοὶ λέγουσι τὸ ὄνομα, καὶ Θεὸν θετὸν λέγουσι, καὶ οὐκ ἀληθινόν, ἐπειδὴ

A II. Ac mihi qvidem Domini Deiqve nostri providentiam vehementer admirari libet, qvi pro infinita sua bonitate omnibus in rebus sanctum suum Spiritum iis, qvi se ex animo reqvirerent, impertiri voluit. Neqve enim sine divino qvodam instinctu vestrum omnium postulationes per literas mihi esse significatas existimo: sed hunc ego animi motum Divina vobis afflatum esse gratia judicavi. Neqve enim dubium est, qvin ii, qvi eadem cum Divo Petro, ac consentientia dicere potuerint: *Tu es Christus filius Dei vivi*, ab ipso Domino manifestè beati prædicandi sint: qvemadmodum sanctus Matth. 16. 16. B ille felix est hisce verbis habitus: *Beatus es Barjona*, hoc est, fili Jonæ. Jonas qvippe Pater illius appellabatur. Porrò dictio, *bar*, Hebraicè *filium* sonat. Ea verò demum est vita, qvam unigenitus filius discipulis suis largitus est dicens: *Ut habeant vitam in se ipsis*: ut scilicet *cognoscant solum verum Deum, & qvem ipse misit Jesum Christum*. Joan. 20. 31. Joan. 17. 3. Ubi cùm dixit *solum verum Deum*, ad unum singularemqve Deum nos transtulit: ne mundi hujus elementis serviendum amplius putaremus: néve Deorum in nobis adhuc multitudo resideret: aut ad illud stupri genus hominum mentes C dissiparentur; sed ad unius veriqve Dei singularitatem sese converterent. *Initium quippe fornicationis est exquisitio Idolorum*: ut ait scriptura. Sap. 14. 12. Porrò cùm dicit: *& quem misisti Jesum Christum*, ecqvem tandem Jesum Christum intelligit? Verum utiqve Deum: Deum, inqvam, Christum Jesum: ut de ipso testatur Joannes: *Unigenitus, qui est in sinu Patris, ipse narravit*. Joan. 1. 18. Unus itaqve Deus est Pater, ac solus verus Deus: non cujusmodi sunt ementiti illi Dii, qvos Gentiles qvidam Deos arbitrati sunt: cùm tamen Dii nullo modo forent. Verùm solus est verusqve Deus: qvandoqvidem solus à solo unigenitus solusqve Spiritus sanctus ab illo processerunt. Nam Trinitas in unitate D consistit: estqve Deus unus Pater, Filius, & Spiritus sanctus.

III. Sed eos videlicet, qvi Spiritus sancti nondum participes esse meruerunt, ista commovet, ac perturbat oratio. *Nemo enim dicere potest Dominus Jesus nisi in Spiritu sancto*. 1. Cor. 12. 3. Siqvidem Jesu nomen etiam Judæi pronunciant: sed neqvaqvam Dominum arbitrantur. Idem nomen & Ariani proferunt, sed adoptivum duntaxat Deum, non verum affirmant: qvoniam

Spiritus sancti participes non fuerunt. Etenim nisi qvis Spiritum sanctum acceperit, Jesum verè Dominum, verè Deum, aut verè Dei Filium, aut sempiternum verè regem minimè esse dicit. Enimverò discant qvi in prava illa opinione sunt: unigenitum Dei Filium non omninò de se ipso testificari velle. Ita enim in Evange-

Joan. 5. 31. lio loqvutus est: *Si testimonium perhibeam de me, testimonium meum nihil est. Alius est qvi testimonium perhibet de me.* Qvis ille alius est? Nempe qvi è cœlo locutus est:

Mat. 3. 17. *Hic est Filius meus dilectus, in qvo mihi complacui.* Idem porrò, qvi dixerat: *Si ego testificor de me, testimonium meum nihil est*, postea dicit: *Etsi ego testificor de me, testimonium meum verum est.* Et rursum: *Opera ipsa testimonium prabent, qvæ dedit mihi Pater.* Item: *Moyses scripsit de me.* Et: *Moyses de me testatus est.* Qvorum prius illud: *Si ego testificer de me, testimonium meum nihil est*, ideo dictum est, ut arrogantium hominum, ac sese commendantium vanitatem excluderet; eo qvòd multi prædicare se ipsos, ac suo se testimonio cohonestare solent. At cùm dicit: *Etiamsi testificer de me, testimonium meum verum est*; non humanum esse testimonium suum, sed Deum esse, qvi verè testimonium præbeat, ostendit. Verus igitur Deus est Pater: verus Deus Filius: verus Spiritus sanctus: Dei videlicet spiritus, ac spiritus veritatis: Trinitas in uno spiritu numerata. Nam de Patre

Joan. 17. 3. Filius ipse loqvitur; *Ut cognoscant te so-*

Joan. 13. 23 *lum verum Deum.* Est autem idoneus ille testis, qvi *in illius pectus recubuit*, cum unigenitum Deum illum appellat. Neqve verò ad unigenitum Deum addidit, *Deum verum.* Sed de Patre vero Deo scriptum est: Filius autem unigenitus Filius dicitur. Præterea de Patre scriptum est: Lu-

Joan. 1. men esse Deum, de Filio: *Erat lux vera.*

Qvæ uni personæ dotes attribuuntur, ea ad reliqvas pertinent. IV. Animadverte verò accuratissimam sacrarum literarum diligentiam. Est enim Pater lux. Nec ad mentionem Patris Lucem veram adjecit: sed Filio istud attribuit: neqve qvisqvam pronuntiare aliter potest. Qvis enim adeò insanus, ac mente captus est, inde ut contumeliosæ in Deum opinionis occasionem concipiat, qvòd in illo loco veri vocabulum esse non videat? Nam si genitus ab illo

A οὐ μετέσχον Πνεύματος ἁγίου. ἐὰν μὴ γάρ τις δέξηται Πνεῦμα ἅγιον, οὐ λέγει τὸν Ἰησοῦν Κύριον ὄντως, καὶ Θεὸν ὄντως, καὶ Υἱὸν Θεοῦ ὄντως, καὶ βασιλέα ὄντως αἰώνιον. μαθῶσι γὰρ οἱ τὴν κακὴν ὑπόληψιν ἐσχηκότες, ὅτι πάντα ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, οὐ θέλει περὶ ἑαυτοῦ μαρτυρεῖν. οὕτω γὰρ εἶπεν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ· ἐὰν μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐδέν ἐστιν. ἄλλος ἐστὶν ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμοῦ. καὶ τίς ἐστιν ἄλλος; ὁ φωνήσας ἐξ οὐρανοῦ, οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα. οὗτος δὲ ὁ λέγων, ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐ-

B μαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐδέν ἐστιν. πάλιν λέγει, κἂν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου ἀληθής ἐστι. καὶ πάλιν, αὐτὰ τὰ ἔργα μαρτυρεῖ ἃ δέδωκέ μοι ὁ πατήρ. καὶ πάλιν, Μωϋσῆς ἔγραψε περὶ ἐμοῦ, καὶ Μωϋσῆς μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ. τὸ πρῶτον μὲν, ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐδέν ἐστιν· ἐπειδὴ πολλοὶ δοξάζουσιν ἑαυτοὺς, καὶ μαρτυροῦσι περὶ ἑαυτῶν, ἵνα ἐκκόψῃ τῶν καυχωμένων τὴν καύχησιν, καὶ τῶν ἑαυτοὺς συνιστώντων. ὅταν δὲ εἴπῃ· κἂν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου ἀληθής ἐστι, δει-

C κνυσιν ὅτι οὐκ ἀνθρωπίνη αὐτοῦ ἡ μαρτυρία, ἀλλὰ Θεός ἐστιν ἀληθεύων τῇ ἑαυτοῦ μαρτυρίᾳ. ἀληθινὸς τοίνυν Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἀληθινὸς Θεὸς ὁ Υἱὸς, ἀληθινὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, πνεῦμα Θεοῦ ὂν, καὶ πνεῦμα ἀληθείας, Τριὰς ἐν ἑνὶ πνεύματι ἀριθμουμένη. περὶ γὰρ τοῦ Πατρὸς αὐτὸς ὁ Υἱὸς λέγει, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν. ἀξιόπιστος δὲ μάρτυς ὁ ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτοῦ ἀναπεσὼν, μονογενῆ Θεὸν αὐτὸν φάσκων. οὐ προσετέθετο δὲ τῷ μονογενεῖ Θεῷ, τὸ Θεὸς ἀληθινὸς, ἀλλὰ περὶ Πατρὸς γέγραπται,

D ἀληθινοῦ Θεοῦ· περὶ Υἱοῦ δὲ, ὅτι μονογενὴς Θεός. τὸ δὲ πάλιν περὶ Πατρὸς, ὅτι φῶς ὁ Θεός. περὶ δὲ Υἱοῦ, ὅτι ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν.

Καὶ ὅρα μοι τὴν τῶν γραφῶν ἀκρίβειαν. ἔστι μὲν γὰρ Πατὴρ φῶς, καὶ οὐ πρόσκειται τῷ περὶ Πατρὸς, φῶς ἀληθινόν. ἐπεὶ δὲ τῷ περὶ Υἱοῦ εἶπε, φῶς ἀληθινὸν, καὶ οὐδεὶς τολμᾷ ἄλλως λέγειν. τίς γὰρ μεμηνὼς, ἢ μᾶλλον φρενοβλάβειαν ἑαυτῷ συνάγων, τολμήσει βλασφημίας ὑπόνοιαν ἑαυτῷ κτήσασθαι, μὴ εὑρὼν ἐπὶ τῷ ῥητῷ, προσκείμενον τὸ ἀληθινόν; εἰ γὰρ ὁ ἐξ αὐτοῦ

γεγεννημένος γνήσιος υἱὸς Φῶς ἐστιν ἀληθι- A νόν, ὁ τοῦ Υἱοῦ γεννήτωρ, ἀναμφιβόλως Φῶς ἐστιν ἀληθινὸν αὐτὸς ὁ γεννήσας αὐτὸν ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως Φῶς ἀληθινόν. καὶ ὥσπερ οὐ τολμητέον ἐπὶ τῷ Πατρὶ λέγειν, ὅτι οὐκ ἔστι Φῶς ἀληθινόν. ἀλλ' ἀφ' ἑαυτῶν, διὰ τὸ εὐσεβὲς νοεῖν εἴδαμεν, κἄν τε μὴ ᾖ γεγραμμένον, ὅτι ἐστὶ Φῶς ἀληθινὸν, καὶ οὐκ ἀμφιβάλλομεν, ἵνα μὴ ἀπολλώμεθα. οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ υἱοῦ γέγραπται, ὅτι Θεὸς ὁ Υἱός. καὶ κἂν οὐ πρόσκειται τὸ, Θεὸς ἀληθινὸς, μανίαν ἑαυτοῖς ἐπισωρεύομεν, εἰ τολμήσωμεν βλασφημῆσαι, καὶ μὴ εἰ- B πεῖν τὸν Υἱὸν Θεὸν ἀληθινόν. ἀρκεῖ γὰρ ἐπὶ τῷ ἑνὶ τὸν πάντα σύνδεσμον τῆς Τριάδος φέρειν, καὶ ἀπὸ τοῦ Πατρὸς νοεῖν τὸν Υἱὸν Θεὸν ἀληθινὸν, καὶ τὸ Πνεῦμα ἀληθινὸν, ἀντιπαρακειμένων τοῖς ἑκατέροις ὀνόμασι τῶν ἰσοῤῥόπων τῆς ἀληθείας· τῷ μὲν Πατρὶ, τὸ Θεὸς ἀληθινὸς, τῷ δὲ Υἱῷ, τὸ Θεός. ἀνάπαλιν δὲ τῷ Υἱῷ, τὸ Φῶς τὸ ἀληθινὸν, τῷ δὲ Πατρὶ, τὸ Φῶς· ἵνα τὰς δύο δόξας τὰς περὶ θεότητος συζεύξαντες, περὶ Πατρὸς μὲν Θεὸς ἀληθινὸς, περὶ δὲ Υἱοῦ Φῶς ἀληθινὸν, καὶ περὶ Πατρὸς τὸ Φῶς, καὶ περὶ Υἱοῦ τὸ Θεὸς, ἀπὸ τοῦ Φωτὸς, καὶ Θεὸς, τὴν μίαν θεότητα, καὶ ἀπὸ C τοῦ Θεὸς ἀληθινὸς, καὶ Φῶς ἀληθινὸν, τὴν μίαν ἑνότητα τῆς δυνάμεως ὁμολογήσωμεν.

Ὡσαύτως καὶ ἐπὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. ἐὰν ἐγὼ ἀπέλθω, ἐκεῖνος ἔρχεται, φησὶ τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας. καὶ ἔτι περὶ ἑαυτοῦ, ὅτι ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια. καὶ περὶ Πατρὸς, τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρός μου, τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. καὶ περὶ τοῦ Πνεύματος, καὶ Πνεῦμά μου ἐφέστηκεν ἐν μέσῳ ὑμῶν. τὸ δὲ Πνεῦμα ἀῤῥήτως συμπράττον τῷ Υἱῷ, ἐκβάλλει αὐτὸν εἰς τὴν ἔρημον πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ Διαβόλου. καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος, D Πνεῦμα Κυρίου, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με. τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν Προφήταις λαλοῦν· τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ, ὁ λαλῶν ἐν τοῖς Προφήταις Κύριος, ὁ στερεῶν βροντὴν, καὶ κτίζων πνεῦμα· βροντὴν μὲν τὴν ἐπηχουμένην ἀνθρώποις· κτίζων δὲ πνεῦμα, εἰς ἐνέργειαν ὑετῶν ἀποστελλομένων ἀπὸ τοῦ Θεοῦ τῇ γῇ. καὶ περὶ μὲν κτισμάτων, οὕτω φησὶ, στερεῶν βροντὴν, καὶ κτίζων πνεῦμα. ταῦτα γὰρ κτιστὰ ὑπάρχει· ἀπαγγέλλων δὲ τὸν Χριστὸν αὐτοῦ τοῖς ἀνθρώποις, οὐκέτι κτίζων, οὐκέτι στερεῶν, ἀλλ' ἀπαγγέλλων αὐτὸν τοῖς ἀνθρώ-

A germanus filius vera lux est; Filii qvoqve genitor sine ulla dubitatione vera lux est: ille inqvam, ipse, qvi hunc sine ullo principio, ac tempore veram lucem progenuit. Ac qvemadmodum nemo tam audax esse debet, ut Patrem veram esse lucem inficietur: & per nos ipsi pietatis causa qvod minimè scriptum est intelligimus, lucem esse veram, nec de ea re dubitamus, ne in sempiternum ruamus exitium: Ita & de Filio scriptum est; qvod Deus sit Filius. Ac licet verus Deus non dicatur, insanissimi nihilominus esse videamur, si contumeliosè aliqvid idcircò B jacere velimus, & Filium verum esse Deum negemus. Satis est enim uni personæ qvod cum tota Trinitate conjunctum est tribui oportere: & ex Patre Filium verum Deum intelligi, ac verum Spiritum: cùm ex rei veritate idem significantia vocabula utrisqve nominibus respondeant; videlicet Patri, verus Deus: Filio, Deus. E contrario verò Filio, lux vera: Patri verò, lux: Ut duabus illis de Divinitate sententiis conjunctis, qvòd & Pater verus sit Deus, & Filius lux vera: cùm qvòd Pater lux sit, & Filius Deus, ex lucis, Deiqve vocibus, Divinitatem unam: & ex his, Deus verus, & lux vera unam virtutis singularitatem C fateamur.

V. Similiter & de Spiritu sancto: *Si ego abiero, veniet*, inqvit, *ille Spiritus veritatis*. De se ipso verò loqvens: *Ego sum*, inqvit, *veritas*. De Patre: *Spiritus Patris mei qvi loqvitur in vobis*: ac de Spiritu. *Spiritus*, inqvit, *meus stat in medio vestrum*. Ad hæc Spiritus, qvi inexplicabili qvadam ratione agit cum Filio, ipsum in solitudinem D expellit, ut à Diabolo tentetur. Qvin & ipse Dominus: *Spiritus*, inqvit, *Domini super me: propter qvod unxit me*. Porrò Spiritus sanctus per Prophetas loqvens: *hæc dicit*, inqvit, *Dominus omnipotens*, qvi in Prophetis loqvitur Dominus; *qvi firmat tonitru, & creat spiritum*. Tonitru, inqvam, illud, cujus ab hominibus fragor exauditur: *creans*, verò *spiritum*, qvo pluvias excitat, qvæ terris divinitus immittuntur. Ergo de creatis rebus cùm loqvitur, his utitur verbis: *Firmans tonitru & creans spiritum*. Hæc enim creata sunt. At verò Christum suum non jam creare, non firmare, sed nunciare duntaxat ho-

Joan. 16. 7. *Joan. 14. 6.* *Agg. 2. 5.* *Mat. 1. 12.* *Luc. 4. 18.* *Amos 4. 13.*

minibus dicitur, verè à se genitum, increatum: qvi converti, mutariqve non potest: qvi à sempiterno sempiternus est; qvi ab Joanne prædicatus est, qviqve semper est. Nam *qvi est*, ait Moyses, *misit me*. At Joannes: *Qvi est in sinu Patris ille narravit*. Itaqve & Filius existens dicitur; & Pater existens; existens videlicet ad existentem comparatus, atqve ex ipso genitus: qvi neqve confusus cum Patre, nec esse aliqvando cœpit; sed semper cum Patre germanus est, Pater verò semper filium genuit. Neqve enim tempus ullum extitit, qvo Pater non fuerit Pater; aut qvo Filius Patri soli non fuerit. Nam si tempus fuisset ullum, qvo pater non fuisset, ille Patris esset alterius Filius, anteqvam unigeniti Filius existeret. Ita dum in Patrem pios se esse student, prorsus impii sunt. Nam in Deo neqve tempus ullum, neqve tempestas est; non temporis punctum; non horæ momentum; non oculi nictus; non cogitationis motus ullus est: sed qvantum mens tua sese ad Filium comprehendendum, ac credendum erigit, una & Patrem animo concipe. Qvippe nomen ipsum significandi vim habet; ac qvoties Filium appellas; tum cùm Filium dicis Patrem intellige. Nam ex Filio Pater intelligitur, & cum Patrem nominas, Filium significas. Qvippe Pater Filii prorsus esse dicitur.

Exo. 13.14. Joan. 1.

VI. Qvandonam igitur audacter id pronunciare potes, Patrem non fuisse Patrem, ut & Filium non fuisse dicas? Qvod si nullam dignitatis accessionem affingere audeas Patri: Nam Filius ejusdem cum illo substantiæ est: neqve additamento ullo, vel gloria, aut incremento opus habet: Disce tuas illas in Deum contumelias reprimere, qvicumqve fidem oppugnas, vel ab ea te potiùs segregas: sed perpetuò crede æternum esse Patrem, à qvo Filius sit revera genitus: qvi & ipse revera semper est, & ad existentem revera Patrem refertur. Qvippe Filius semper est, non confusus cum Patre, nec ipsius frater, sed germanus Filius à Patre genitus, ac natura, non adoptione Filius. Idem & Patri, consubstantialis; non συνούσιος, id est simul substantia; sed ὁμοούσιος, id est consubstantialis, nempe non extra Patrem genitus, ut nonnulli cavillantur, qvi Filium non ex rei veritate esse, sed adoptione censent. Atqvi fidei vinculum est consubstantialem fateri. Qvo usurpando vocabulo Sabellii robur infringis. Non enim consubstantialis vox singularem

A ποις, τὸν ἀληθῶς γεννητὸν ἐξ αὐτοῦ, τὸν ἄκτιστον, τὸν ἄτρεπτον, τὸν ἀναλλοίωτον, τὸν ἀεὶ ὄντα ἐκ τοῦ ἀεὶ ὄντος, τὸν διὰ Ἰωάννου κηρυχθέντα ἀεὶ ὄντα. ὁ ὢν γάρ, φησὶ, ἀπέσταλκέ με, φησὶν ὁ Μωϋσῆς. καὶ ὁ Ἰωάννης, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο· ὢν ἐστὶν ὁ Υἱὸς, ὢν ἐστὶν ὁ Πατὴρ, ὁ ὢν παρὰ τὸν ὄντα ἐξ αὐτοῦ γεννηθεὶς, οὐ συναλοιφὴ ὢν τῷ Πατρὶ, οὐκ ἀρξάμενος τοῦ εἶναι· ἀεὶ δὲ γνήσιος σὺν Πατρὶ, ἀεὶ Πατὴρ γεννήσας τὸν Υἱόν. οὐκ ἦν γάρ ποτε καιρὸς, ὅτε ὁ Πατὴρ οὐκ ἦν Πατήρ. οὐκ ἦν πολὲ καιρὸς,
B ὅτε ὁ Υἱὸς οὐχ ὑπῆρχε Πατρὶ τῷ μόνῳ. εἰ γὰρ ἦν καιρὸς, ὅτε οὐκ ἦν Πατὴρ, ἄρα αὐτὸς ἦν Υἱὸς ἑτέρου Πατρὸς, πρὸ τοῦ εἶναι τὸν Πατέρα τοῦ μονογενοῦς· καὶ δοκοῦντες εἰς τὸν Πατέρα εὐσεβεῖν, τελείως ἀσεβοῦσιν. ἐν Θεῷ γὰρ οὐ χρόνος, οὐ καιρὸς, οὐ στιγμὴ χρόνου, οὐκ ἄτομον ὥρας, οὐ ῥιπὴ ὀφθαλμοῦ, οὐ διανοίας μετέωρον ἐνδέχεται· ἀλλ' ὅσον δ' ἀναβῇ σου ἡ διάνοια * Υἱοῦ καταλαμβάνειν, καὶ πιστεύειν, νόει ἅμα καὶ Πατέρα. τὸ γὰρ ὄνομά ἐστι σημαντικόν. ὅταν γὰρ υἱὸν καλέσῃς, υἱὸν λέγων, νόει πατέρα. ἀπὸ γὰρ τοῦ υἱοῦ πα- For. Υἱὸν.
C τὴρ νοεῖται. καὶ ὅταν καλέσῃς πατέρα, σημαίνεις υἱόν. Πατὴρ γάρ πάντως υἱοῦ καλεῖται.

Πότε οὖν δύνασαι τολμᾶν, καὶ λέγειν, ὅτι οὐκ ἦν Πατὴρ ὁ Πατὴρ, ἵνα καὶ Υἱὸν τολμήσῃς εἰπεῖν μὴ εἶναι; εἰ δὲ οὐ τολμᾷς ἀξίαν προσθεῖναι Πατρί. τὸ γὰρ * υἱὸν ἐν ταυτότητι ὑπάρχει, καὶ οὐκ ἐπιδέεται προσθήκης, οὐ δόξης, οὐ προκοπῆς, μάθε μὴ βλασφημεῖν ὦ πολεμῶν τὴν πίστιν, μᾶλλον δὲ σεαυτὸν ἀπὸ πίστεως διώκων, ἀλλ' ἀεὶ πίστευε Πατέρα ἀΐδιον ἀληθῶς γεννήσαντα Υἱὸν, τὸν Mendosus locus.
D ἀεὶ ὄντως ὄντα, πρὸς τὸν ὄντως ὄντα Πατέρα. Υἱὸς γὰρ ἀεὶ οὐ συναλοιφὴ ὢν τῷ Πατρὶ, οὐ συνάδελφος, ἀλλ' Υἱὸς γνήσιος ἐκ Πατρὸς γεγεννημένος, φυσικὸς Υἱὸς, οὐ θετός· Υἱὸς ὁμοούσιος τῷ Πατρί· οὐ συνούσιος, ἀλλ' ὁμοούσιος, τουτέστιν οὐκ ἔξωθεν τοῦ Πατρὸς γεννηθεὶς, ὥς τινες εἰρωνείᾳ φέρονται, θέσει θέλοντες εἶναι τὸν Υἱὸν, καὶ οὐκ ἀληθείᾳ. σύνδεσμος δὲ τῆς πίστεως ὁμοούσιον λέγειν. ἐὰν γὰρ εἴπῃς τὸ ὁμοούσιον, ἔλυσας Σαβελλίου τὴν δύναμιν. ὅπου γὰρ ὁμοούσιον, μιᾶς ὑποστάσεώς ἐστι

δηλωτικόν· ἀλλὰ καὶ ἐνυπόστατον σημαίνει τὸν Πατέρα, καὶ ἐνυπόστατον τὸν Υἱὸν, καὶ ἐνυπόστατον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. ὅταν δὲ τὸ ὁμοούσιον λέγῃ, οὐκ ἀλλότριον τῆς αὐτῆς θεότητος σημαίνει, ἀλλὰ Θεὸν ἐκ Θεοῦ, τὸν Υἱὸν, καὶ Θεὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τῆς αὐτῆς θεότητος, οὐ τρεῖς Θεούς. οὐδὲ γὰρ ἐὰν εἴπωμεν τὸν Υἱὸν, καὶ τὸν Πατέρα Θεὸν, δύο θεοὺς λέγομεν. εἷς γάρ ἐστιν ἡμῖν ὁ Θεὸς, ὡς φησὶν ὁ μακάριος Μωσῆς, Κύριος ὁ Θεός σου, Κύριος εἷς ἐστιν. οὐ θεοὺς λέγομεν, Θεὸν τὸν Πατέρα, Θεὸν τὸν Υἱὸν, Θεὸν τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ οὐ θεούς. οὐδὲ γὰρ πολυ- B θεΐα ἐν Θεῷ. διὰ δὲ τῶν τριῶν ὀνομάτων ἡ μία θεότης, Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος καὶ οὐ δύο υἱοί. μονογενὴς γὰρ εἷς ὁ Υἱός· τὸ ἅγιον Πνεῦμα, Πνεῦμα ἅγιον, πνεῦμα Θεοῦ, ἀεὶ ὂν σὺν Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, οὐκ ἀλλότριον Θεοῦ, ἀπὸ δὲ Θεοῦ ὂν, ἀπὸ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ τοῦ Υἱοῦ λαμβάνον. ἀλλ' ὁ μὲν Υἱὸς μονογενὴς, ἀκατάληπτος, καὶ τὸ Πνεῦμα ἀκατάληπτον, ἐκ Θεοῦ δὲ, οὐκ ἀλλότριον Πατρὸς καὶ Υἱοῦ· οὐδὲ συναλοιφή ἐστι Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ἀλλὰ Τριὰς ἀεὶ C οὖσα τῆς αὐτῆς οὐσίας· οὐχ ἑτέρα ἡ οὐσία παρὰ τὴν θεότητα, οὐδὲ ἑτέρα ἡ θεότης παρὰ τὴν οὐσίαν· ἀλλ' ἡ αὐτὴ θεότης, καὶ ἐκ τῆς αὐτῆς θεότητος ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα.

Καὶ τὸ μὲν Πνεῦμα, ἅγιον Πνεῦμα· ὁ δὲ Υἱὸς, Υἱός· τὸ δὲ Πνεῦμα παρὰ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ λαμβάνον, ἐρευνῶν τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, ἀναγγέλλον τὰ τοῦ Υἱοῦ, ἐν κόσμῳ ἁγιάζον ἁγίους διὰ τῆς Τριάδος, τρίτον τῇ ὀνομασίᾳ, Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. ἀπελθόντες, φησὶ, βαπτί- D σατε εἰς ὄνομα Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος. ἐπεὶ σφραγὶς τῆς χάριτος, σύνδεσμος τῆς Τριάδος, οὐκ ἀλλότριον τοῦ ἀριθμοῦ, οὐ διεστὼς τῆς ὀνομασίας, οὐ ξένον τῆς δωρεᾶς· ἀλλ' εἷς Θεὸς, μία πίστις, εἷς Κύριος, ἓν χάρισμα, μία Ἐκκλησία, ἓν βάπτισμα. ἀεὶ γὰρ ἡ Τριὰς, Τριὰς, οὐδέποτε προσθήκην λαμβάνουσα, οὕτως ἀριθμουμένη, Πατὴρ, Υἱὸς, καὶ ἅγιον Πνεῦμα· οὐ συναλοιφὴ ἡ Τριάς· οὐ διεστώς τι ἐν αὐτῇ τῆς ἰδίας αὐτῆς μονάδος. ἐν ὑποστάσει δὲ τελειότητος, τέλειος ὁ Πατὴρ, τέλειος ὁ Υἱὸς, τέλειον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Πατὴρ, καὶ

A hypoſtaſin ſignificat: ſed ſubſiſtentem eſſe Patrem, ſubſiſtentem Filium, ſubſiſtentem Spiritum ſanctum eſſe declarat. *Conſubſtantialis vocabuli vis.* Porrò qvi conſubſtantialem dicit, ab eadem Divinitate non alienum facit: ſed Deum ex Deo Filium, ac Deum Spiritum ſanctum eâdem Divinitate conſtantem, non tres Deos exprimit. Etenim cùm Filium, Patremq; nominamus Deum, duos Deos non dicimus. Siqvidem unus nobis eſt Deus, ut beatus Moſes aſſerit: *Dominus Deus tuus, Dominus unus eſt.* *Deut. 6. 4.* Qvare Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum ſanctum, non Deos appellamus. Nam nulla eſt multitudo Deo- B rum. Cæterùm tribus illis nominibus Divinitas una Patris, Filii, ac ſancti Spiritus exprimitur: non duo Filii. Unigenitus qvippe Filius unus eſt. Ita Spiritus ſanctus, Spiritus ſanctus eſt, Deiqve Spiritus qvi cum Patre, & Filio ſemper eſt, nec alienus à Deo: ſed à Deo exiſtens, *& à Patre procedens, & accipiens à Filio.* Ad hæc unigenitus Filius comprehendi non poteſt: Non poteſt & Spiritus ſanctus: qvi ſic à Deo procedit, ut à Patre, & Filio non ſit alienus: neqve per ipſum Pater & Filius in unum confuſi coaleſcunt: verùm Tri- C nitas eadem ſubſtantia conſtans ſemper exiſtit: ac neqve altera præter Divinitatem eſt ſubſtantia: nec altera præter ſubſtantiam Divinitas: ſed eadem eſt Divinitas, & ex eadem Divinitate Filius eſt, & Spiritus ſanctus.

VII. Spiritus proinde ſanctus, Spiritus eſt: Filius, Filius: *Spiritus à Patre procedit, & à Filio accepit, Dei profunda perſcrutans:* *Joan. 15. 26. & 16. 14. 1. Cor. 2. 10.* qvæ Filii propria ſunt in mundum prædicans, ſanctos per Trinitatem ſanctificans, appellatione tertius: Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. *Euntes*, inqvit, *baptizate in nomine Patris, & Filii, & Spi-* *Matth. 28. 19.* D *ritus ſancti.* Eſt enim Spiritus qvoddam gratiæ ſigillum: Trinitatis vinculum, non alienus à numero, non appellatione diſcrepans, nec tanqvam peregrinus à largitionis communione ſeparandus: *Sed unus Deus, una fides, unus Dominus*, una *Eph. 4. 5.* gratia, una Eccleſia, unum Baptiſma. Trinitas ſemper Trinitas eſt: Cui nihil unqvam adjici poteſt, qvæqve ita numeratur, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. Nec eſt confuſum, aut coaleſcens qvidpiam: nec aliqvid ineſt ipſi ab unitate propria ſejunctum: adeò ut in perfecta hypoſtaſi perfectus ſit Pater, perfectus Filius, perfectus Spiritus ſanctus: Pater, & Filius, &

Spiritus ſanctus. At verò Spiritus cœleſti- A bus donis attribuitur. Nam *diviſiones gratiarum ſunt*, idem verò *Spiritus: & diviſiones miniſteriorum ſunt; idem verò Dominus: Et diviſiones operationum ſunt; idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus.* (*1.Cor.12.4.*) Nunqvam excidamus à propoſito: nunqvam à veritate deficiamus. Neqve verò Deo patrocinium impendimus: ſed religioſè ſentimus, ne fortè pereamus: ac loqvimur, non qvaſi comprehendamus; tanqvam enim homines qvæ animo percepimus eloqvimur. At Divinus honos immenſus eſt, & ſupra mentis noſtræ captum infinitis partibus attollitur: atqve ita Divinitas ipſa prædicatur, nihil ut ei gloriæ ac- B cedere poſſit, aut decedere. Nihil eſt enim in Trinitate creatum, aut in ea poſtea factum. Verùm Pater filium generat; ſed nullum unqvam tempus fuit, qvo tempore Filius non eſſet. Non enim Pater aliqvo tempore non eſt appellatus Pater: ſed & Pater perpetuò fuit, & perpetuò Filius; non frater, ſed Filius, ea ratione genitus, qvam nulla conſeqvi poteſt oratio; & incomprehenſibili modo nominatus, cum Patre verò ſemper exiſtens, nec unqvam eſſe deſinens. Itaqve Pater ingenitus eſt, increatus, & incomprehenſus. Filius genitus, ſed increatus, & incomprehenſus. C Spiritus ſanctus ſemper eſt, non genitus non creatus, non frater, non patruus, non avus, non nepos, ſed ex eadem Patris Filiiqve ſubſtantia Spiritus ſanctus, *Spiritus enim Deus eſt.* (*Joan.4.24*)

VIII. Nam unaqvæqve appellationum iſtarum ſingularis eſt; neqve qvicqvam habet qvod ſecundò ſignificetur. Pater enim Pater eſt: neqve qvicqvam habet, qvod cum ipſo ex adverſo comparatum ſit, aut cum altero Patre copulatum: ne fortè duo ſint Dii. Filius unigenitus, Deus verus ex Deo vero; non Patris nomen ſibi vendicans, nec alienus à Patre, ſed unius Patris exiſtens: unigenitus verò, ut ſingulari ſit appellatione Fi- D lius: & Deus ex Deo, ut unus Deus Pater & Filius appelletur: & Spiritus ſanctus unicus; non Filii nomen, non appellationem Patris uſurpans: ſed Spiritus ſanctus vocatus, nec alienus à Patre. Etenim unigena ipſe Filius ita loqvitur: *Spiritus Patris.* Item: *Qui à Patre procedit: & de meo accipiet:* (*Joan 15. & 16.*) Ut ne alienus à Patre vel Filio crederetur: ſed ejuſdem ſubſtantiæ, ac Divinitatis ejuſdem: Divinus Spiritus, *Spiritus veritatis, Spiritus Dei, Spiritus Para-*

A Υἱός, ἅγιον Πνεῦμα. τὸ δὲ ἀνάπαλιν, Πνεῦμα χαρίσμασιν, ἐντεταλμένον. διαιρέσεις γὰρ χαρισμάτων εἰσὶ, τὸ δὲ αὐτὸ Πνεῦμα. καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσιν, ὁ δὲ αὐτὸς Κύριος. καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσὶν, ὁ δὲ αὐτὸς Θεός, ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσι. μὴ ἐκπέσωμεν τοῦ προκειμένου, μὴ ἀποσῶμεν τῆς ἀληθείας. ἡμεῖς οὐ συνηγοροῦμεν ὑπὲρ Θεοῦ, ἀλλ' εὐσεβῶς νοοῦμεν, ἵνα μὴ ἀπολώμεθα· καὶ φθεγγόμεθα, οὐχ ὡς καταλαμβάνοντες· ὡς ἄνθρωποι γὰρ φθεγγόμεθα, ἃ κατειλήφαμεν. ἡ γὰρ εἰς Θεὸν τιμὴ, ἄπειρος, καὶ μυριονταπλασίως * περὶ τὸν (F. περὶ) B ἡμέτερον νοῦν δεδόξασται, καὶ ἔστι δεδοξασμένη, μηδὲν προσλαμβάνουσα δόξης, μήτε ἀφαιρουμένη. οὐδὲν γὰρ ἐν Τριάδι κτιστὸν, ἢ ἐπιγεννητόν· ἀλλ' ὁ μὲν Πατὴρ τὸν Υἱὸν γεννᾷ, οὐκ ἦν δέ ποτε χρόνος, ὅτε οὐκ ἦν ὁ Υἱός. οὐδὲ γὰρ ὁ Πατὴρ ἐν χρόνῳ τινὶ Πατὴρ οὐκ ἐκαλεῖτο· ἀλλὰ ἦν ἀεὶ Πατὴρ, καὶ ἦν ἀεὶ Υἱός, οὐ συνάδελφος, ἀλλὰ Υἱὸς γεννηθεὶς ἀνεκδιηγήτως, καὶ ὀνομαζόμενος ἀκαταλήπτως, σὺν Πατρὶ δὲ ὢν ἀεὶ, μηδέποτε διαλείπων τοῦ εἶναι. Πατὴρ οὖν ἀγέννητος, καὶ ἄκτιστος, καὶ ἀκατάληπτος· Υἱὸς γεννητὸς, ἀλλὰ καὶ ἄκτιστος, C καὶ ἀκατάληπτος· Πνεῦμα ἅγιον ἀεὶ, οὐ γεννητὸν, οὐ κτιστὸν, οὐ συναδελφὸν, οὐ πατράδελφον, οὐ προπάτορον, οὐκ ἔκγονον, ἀλλ' ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, Πνεῦμα ἅγιον. Πνεῦμα γὰρ ὁ Θεός.

Ἕκαστον δὲ τῶν ὀνομάτων μονώνυμον, μὴ ἔχον δευτέρωσιν. καὶ γὰρ ὁ Πατὴρ Πατὴρ, καὶ οὐκ ἔχει ἀντιπαράθετον, οὐδὲ ἑτέρῳ πατρὶ συζευγνύμενον· ἵνα μὴ δύο θεοί. καὶ Υἱὸς μονογενὴς, Θεὸς ἀληθινὸς ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, οὐ Πατρὸς ἔχων ὄνομα, οὐδὲ ἀλλότριον Πατρὸς, ἀλλ' ἑνὸς Πατρὸς ὑπάρχων· μονογενὴς δὲ, ἵνα μονώνυμος ᾖ ὁ Υἱός· καὶ Θεὸς ἐκ Θεοῦ, ἵνα εἷς D Θεὸς Πατὴρ, καὶ Υἱὸς καλῆται· καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον μονογενὲς, οὐχ Υἱοῦ ἔχον ὄνομα, οὐ Πατρὸς τὴν ὀνομασίαν· ἀλλὰ Πνεῦμα ἅγιον οὕτω καλούμενον, οὐκ ἀλλότριον Πατρός. αὐτὸς γὰρ ὁ μονογενὴς λέγει, τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς, καὶ τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. ἵνα μὴ ἀλλότριον νομισθείη Πατρὸς, μηδὲ Υἱοῦ, ἀλλὰ τῆς αὐτῆς οὐσίας, τῆς αὐτῆς θεότητος, Πνεῦμα θεῖον, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, τὸ Πνεῦμα τὸ Παράκλητον,

ράκλητον, μονωνύμως καλούμενον, μὴ ἔχον ἀντιπαράθεσιν, μὴ ἐξισούμενον ἑτέρῳ τινὶ πνεύματι, μὴ καλούμενον ὀνόματι Υἱοῦ, ἢ ὀνομαζόμενον ὀνομασίᾳ Πατρός· ἵνα μὴ τὰ μονώνυμα ὀνόματα ὁμώνυμα ὑπάρχῃ. πλὴν ὅτι τὸ Θεὸς, ἀλλ' ἐν Πατρὶ τὸ Θεὸς ἐν Υἱῷ, τὸ Θεὸς ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, * τὸ Θεοῦ καὶ Θεός. Πνεῦμα γὰρ Θεοῦ, καὶ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς, καὶ Πνεῦμα Υἱοῦ. οὐ κατά τινα σύνθεσιν, καθάπερ ἐν ἡμῖν ψυχὴ, καὶ σῶμα, ἀλλ' ἐν μέσῳ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, τρίτον τῇ ὀνομασίᾳ. ἀπελθόντες γὰρ, φησὶ, βαπτίσατε εἰς τὸ ὄνομα Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος. εἰ δὲ βαπτίζει ὁ Πα- B τὴρ εἰς ὄνομα ἑαυτοῦ, εἰς ὄνομα Θεοῦ, καὶ τελεία ἡ σφραγὶς ἐν ὀνόματι Θεοῦ ἐσφραγισμένη ἐν ἡμῖν, καὶ βαπτίζει Χριστὸς εἰς ὄνομα ἑαυτοῦ, εἰς ὄνομα Θεοῦ, καὶ τελεία ἡ σφραγὶς ἐν ὀνόματι Θεοῦ ἐσφραγισμένη ἐν ἡμῖν, τίς τολμήσει καταπολεμῆσαι τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, τὸ Πνεῦμα ἀλλότριον τῆς θεότητος λέγων; εἰ γὰρ εἰς ὄνομα * Θεοῦ, καὶ εἰς ὄνομα Υἱοῦ, καὶ εἰς ὄνομα ἁγίου Πνεύματος, μία σφραγὶς τῆς Τριάδος, μία ἄρα δύναμις τῆς θεότητος ἐν Τριάδι. εἰ δὲ τὸ ἕν ἐστι Θεὸς, τὰ δὲ ἄλλα κτιστὰ, καὶ οὐ Θεὸς, τίνι λόγῳ συνδέδεται τὰ δύο εἰς τὸ ἓν, τῇ σφραγῖδι τῆς τελειό- C τητος; ἆρα οὖν εἰς βασιλικὸν ὄνομα ἐσφραγίσθημεν τὸ ἓν τοῦ πατρὸς, καὶ τὰ ἄλλα οὐ βασιλικὰ, ἀλλ' ἔτι στοιχείοις, καὶ κτίσμασι δεδουλώμεθα, καὶ οὐκ ἠδύνατο μόνον τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς σώζειν, ἀλλὰ ἑαυτῷ κτίσας ἄλλα δύο στοιχεῖα κατὰ τὴν τῶν βλασφημούντων ὑπόνοιαν, ἵνα προσλάβῃ ἡ αὐτοῦ θεότης καὶ ἄλλας δυνάμεις, καὶ δυνηθῇ σῶσαι τὸν παρ' αὐτοῦ σφραγιζόμενον, καὶ λύτρωσιν ἁμαρτημάτων λάβῃ ἀφέσεως ὁ παρ' αὐτοῦ κτισθεὶς ἄνθρωπος.

For. τοῦ Θεοῦ.

Ἑτέρας δὲ πάλιν θηρῶνται ματαίας ὑπολήψεις παραπλέκειν τοῖς θείοις λόγοις. καὶ C ἐναντίως διανοοῦνται, καὶ φασί. πῶς οὖν γέγραπται, δέξασθε τὸν ἀρχιερέα ὁμολογίας ἡμῶν, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν. καὶ, γνωστὸν ὑμῖν ἔσω πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε, Κύριον καὶ Χριστὸν αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε. καὶ θαῦμά μοι μέγα ἐπέρχεται, πῶς οἱ τῶν ἀκολουθιῶν ἐφαπτόμενοι, τὴν ἐν αὐτοῖς φραζομένην δύναμιν ἀγνοοῦσι. τὸ γὰρ εἰπεῖν, δέξασθε τὸν ἀρχιερέα πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, οὐ περὶ τῆς θεότητος εἴρηται. ὁ Θεὸς γὰρ ἦλθε, καὶ εἰς πάντα ἡμῖν σαφηνίζουσιν αἱ θεῖαι γραφαί. οὐδὲν γὰρ D ἐν αὐταῖς ἐστὶ σκολιὸν, ἢ στραγγαλιῶδες· πάντα δὲ ἐνώπια τοῖς συνιοῦσι, καὶ ὀρθὰ τοῖς εὑρίσκουσι γνῶσιν. λάβετε γὰρ, φησὶ, παιδείαν, καὶ μὴ ἀργύριον. ἐὰν γὰρ μή τις λάβῃ παιδείαν παρὰ Θεοῦ, τουτέστι τὴν πίστιν τῆς ἀληθείας, σκολιὰ αὐτῷ πάντα, καὶ διεστραμμένα, τοῖς συνιοῦσιν ὀρθά· καὶ εὑρίσκουσι γνῶσιν, ὀρθὰ πάντα, καὶ ἀδιάβλητα. ἵνα δὲ αὐτοὺς ἐλέγξῃ ὁ Ἀπόστολος, φησί. πᾶς γὰρ ἀρχιερεὺς ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος, τὰ ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίσταται, εἰς τὸ προσφέρειν δῶρα, καὶ θυσίας. διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ μονογενὴς, ἐπειδὴ ὑπὲρ ἀνθρώπων αὐτὸς ἦλθε γενέσθαι, ἐλα-

θεν ἐξ ἡμῶν τὴν σάρκα, ἵνα ὑπὲρ ἡμῶν ὁ ἀφ' A ἡμῶν γενόμενος προσφορὰ τῷ ἰδίῳ πατρὶ Θεῷ, τοὺς μαθητὰς ἀδελφοὺς καλέσῃ. ποῦ οὖν * τὸ γενόμενον πληροῦται; οὐκ ἄλλοθεν, ἀλλὰ * περὶ τοῦ ἀρχιερέως. δέξασθε γὰρ τὸν ἀρχιερέα πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν.

Reg. τὸ γενόμενος. Mox Corn. legit περὶ τῶ ψχ.

Ἵνα δὲ καὶ παραδείγματι σαφεστέρῳ χρήσωμαι, ἐρωτήσειέ τις βασιλέα περὶ τοῦ ἰδίου υἱοῦ, καὶ λέξει αὐτῷ τολμήσας, τίς οὗτός ἐστιν; ἀκούσας δὲ παρὰ τοῦ πατρὸς δικαίαν ὁμολογίαν, υἱός μου ἐστὶ, πάλιν ἔροιτο, υἱός σου κατὰ φύσιν; καὶ ναὶ τοῦ βασιλέως εἰπόντος, αὖθις ἐπάξει ὁ ἐρωτῶν· τί οὖν αὐτὸν ἐποίησας; B πάντως ἂν ἐρεῖ, βασιλέα αὐτὸν ἐποίησα. ἆρα τὴν ἀξίαν εἰπὼν, τὴν γνησιότητα ἠρνήσατο; ἐὰν τὸ δεύτερον εἴπῃ, τὸ ἀρχαῖον ἠφάνισεν; οὐδαμῶς. οὕτως οὖν καὶ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, ἐγέννησε τὸν Υἱὸν ἀνάρχως, καὶ ἐν σαρκὶ πεπλήρωται τὸ, ἐποίησεν αὐτὸν ἀρχιερέα.

Ἀλλὰ, φησὶ, γέγραπται, Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ. καὶ πρῶτα μὲν ἀγνοοῦσιν οἱ κενόδοξοι τὸ ὄνομα τῆς βίβλου. ἡ γὰρ βίβλος Παροιμία καλεῖται Σο- C λομῶντος. πᾶν δὲ τὸ παροιμιαζόμενον, οὐ ταυτόν ἐστι τῇ τοῦ λόγου δυνάμει. ἰδοὺ γὰρ ἐν παραβολαῖς ἐλάλησεν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ ὁρῶμεν τὰς παραβολὰς οὐχ οὕτως ἐχούσας πρὸς τὴν ὑπόθεσιν ἡμῶν. ὁμοία γάρ ἐστι, φησὶ, ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν κόκκῳ σινάπεως. καὶ εἰ κατὰ τὸν ἡμέτερον νοῦν θελήσομεν διανοήσασθαι τὸ ἀπὸ μέρους, δῆλον ὅτι βασιλεία οὐρανῶν εὐρυχωρίας ἐστὶ τόπος· εἰ ἄρα δεῖ λέγειν τόπον, ἐν ᾗπερ βασιλείᾳ ἐστὶ βασιλεὺς ὁ Θεὸς, καὶ Πατὴρ, καὶ ὁ Θεὸς Λόγος, καὶ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, Ἄγγελοί τε, καὶ Ἀρχάγγελοι, στρατιαὶ πνευματικαὶ, Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ D πάντες δίκαιοι. ποῦ τοίνυν τὰ τοσαῦτα ἐν κόκκῳ σινάπεως χωρηθήσεται; τὸ δὲ τροπικὸν τοῦ λόγου αἰνιγματωδῶς λέγεται. ἄρα οὐ ταυτόν ἐστι τὸ παροιμιαζόμενον. ἀλλὰ καὶ γυναικὶ ἐχούσῃ δέκα δραχμὰς, καὶ ἀπολεσάσῃ μίαν, καὶ λύχνον ἀψάσῃ, καὶ εὑρούσῃ αὐτήν. ἀλλὰ καὶ σαγήνῃ βληθείσῃ ἐν τῇ θαλάσσῃ. ἀλλὰ καὶ σπόρῳ σπειρομένῳ ἐπὶ τῆς γῆς. ταῦτα δὲ πάντα αἰνιγματωδῶς· οὐ ταυτόν

A set, carnem à nobis accepit: ut qvi natus à nobis extitisset, tanqvam hostiam suo se patri pro nobis offerens discipulos fratres suos appellaret. Ubinam igitur factum illud impletur? Non aliunde qvàm à Pontifice: *Suscipite*, inqvit, *Pontificem fidelem ei qui se fecit.*

Atqve ut illustriori qvodam exemplo uberiùs illud comprobem: finge qvempiam, qvi principem de filio suo percontetur, ac sciscitari audeat: qvis est iste? Cùm autem veram à Patre confessionem audierit: Filius meus est: interroget rursum, naturane, ac verus filius est? Affirmante principe, pergat alter: qvemnam B igitur, dicat, illum fecisti? Rex autem respondeat: regem illum feci: qværo igitur an qvi dignitatem illius commemorarit, de germanitate negaverit? an, inqvam, qvi secundum asseveret, primum sustulerit? Minimè id qvidem. Eodem itaqve modo Deus & Pater Filium initii omnis expertem genuit: cujus in carne verè illud impletum est: *Fecit illum Pontificem.*

XLII. At enim scriptum est inqviunt: *Dominus creavit me initium viarum suarum in opera ipsius.* Sed vanissimi scilicet homines primum omnium libri inscri- C ptionem, ac nomen ignorant. Nam liber iste *Proverbia Salomonis inscribitur.* Qvicqvid verò proverbii more dicitur, non idem est cum vi, ac proprietate verborum. Ecce tibi per proverbia locutus est Dominus noster Jesus Christus, & nos proverbia ista, similitudinesqve cernimus non ita cum proposito à nobis argumento congruere: *Simile est*, inqvit, *regnum cælorum grano sinapis.* Atqvi si pro mentis nostræ captu singillatim, ac per partes expendere omnia voluerimus, nemini dubium est, qvin cœleste regnum amplissimus qvidam, ac vastissimus locus esse debeat. Si tamen loci nomen ad illud regnum significandum accommodari debet, cujus rex Deus est, & Pater, & Deus Verbum, ac sanctus Dei Spi- D ritus: in qvo Angeli versantur, & Archangeli, spiritales exercitus: Abraham, Isaac, & Jacob, ac cæteri deniqve justi. Hæccine verò tanta possunt sinapis grano contineri? Sed nimirum per metaphoram, ac tropum obscuriùs adumbrata ista sunt. Qvare non idem est cum rei veritate proverbium. Similiter cum muliere Regnum cœleste comparatur, qvæ cum *drachmas haberet decem, & unam amisisset, accensa lucerna eam reperit.* Sed & cum sagena in mare jacta confertur. Itemqve cum semine in terram sparso. Qvæ omnia obscurè figuratèqve narrantur, neqve

Objectio Hæreticorum solvitur. Prov. 8. 22.

Proverbia & Parabolæ qvomodo accipienda sint.

Mat. 13. 31.

Luc. 15. 8.

Matth. 13.

cum rei ipsius vi, ac proprietate sunt ea- A dem. Adde qvod illud liquidò nescimus; utrumnam Proverbiorum auctor Salomon de Dei Filio superiora illa verba protulerit. Qvippe non unum sapientiæ genus est. Unde & Apostolus scribit: *Non novit mundus per Dei sapientiam Deum.* Et: *Stultam reddidit Deus sapientiam mundi.* Item: *Non in carnali sapientia, sed virtute Dei.* Ad hæc Salomon aliam qvandam sapientiam appellat: *Adamavi*, inqvit, *pulchritudinem ejus, & eam mihi sponsam duxi.* Nec illud sapientiæ genus Patriarcha Iob ignoravit, dum ait: *Sapientia verò unde reperta est? Qvis est verò locus prudentiæ?* Item: *Sapientia pauperis est contempta.* B *Et ipse sapientiæ director est.* Item: *Sapientia Patris unigenitus.*

Rom. 1. 1.Cor. 1.20. Ib.Cap.2.5. Sap. 8. 2. Iob.28.20. Ecc.9.16.

XLIII. Qvid igitur dicemus? Si Filius sapientia Patris est; & idem tamen ab eo minimè processit, Verbum ipsum, inqvam, ac Deus, & sapientia; conseqvens est Patrem in seipso carere sapientia. Qvinam igitur ista dici possunt: *Soli Deo, sapienti, invisibili?* Atqve hæc omnia ab hominibus comprehendi neqveunt, & infinita sunt. Salomoni Deus sapientiam tribuit: & Beseleelem sapientia cumulavit. Item: *Sapientes homines ignominiam dissimulant*, aliaqve id genus innumera, qvæ de sapien- C tia dici possunt. At verò sapientia illa Patris singularis est, neqve qvicqvam habet, qvod ex adverso possit opponi. Verum utrum ad hanc locus ille pertineat, neqve assentiri, neqve inficiari possum, & hujus rei cognitionem soli Deo permitto. Tametsi ea, qvæ in illo loco dicuntur, violenter, ac parum aptè sibi invicem opponi video, si ad æternam illam sapientiam referantur. Sic enim loqvitur: *Creavit me principium viarum suarum in opera ipsius, ante seculum fundavit me: ante colles omnes genuit me.* Jam verò qvod gignitur, qvâ tandem ratione fundatur? Qvomodo verò gignitur id qvod creari dicitur? Nam si creatum est, non est profectò genitum: Nos enim qvæ D gignimus, creamus: & qvæ procreamus, gignimus. Qvippe creati nos sumus, & qvæ gignuntur à nobis, creata sunt. In increato verò Deo qvod gignitur, creatum esse non potest. Si enim genuit, non creavit. Qvòd si postqvam creavit iterum genuisse dicatur, qvomodo id qvod principio creatum est posteà gignitur? Qvamobrem si de Christo qvæ in illo loco dicuntur, accipienda sunt, ad illius incarnationem referuntur. Propterea qvæ propinqviora sunt, primo loco commemorat: tùm antiqviora subjicit. Nam cum citimis hominibus per-

1.Tim.1.17. Exod. 31. Prov.22.16. Ambiguus Salomonis locus. Prov.8.22.

A δέ ἐστι τῇ δυνάμει. καὶ οὐκ οἴδαμεν ὄντως τὸν παροιμιαστὴν Σολομῶντα, εἰ περὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ εἴρηκε τοῦτον τὸν λόγον. ἔστι γὰρ σοφία, καὶ σοφία. οἶδεν οὖν ὁ Ἀπόστολος λέγειν, οὐκ ἔγνω ὁ κόσμος διὰ τῆς σοφίας τοῦ Θεοῦ τὸν Θεόν· καὶ ἐμώρανεν ὁ Θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου. καὶ πάλιν λέγει, οὐκ ἐν σοφίᾳ σαρκικῇ, * καὶ δυνάμει Θεοῦ. καὶ οἶδε Σολομὼν καλεῖν σοφίαν λέγων, * ἠράσθην τοῦ κάλλους αὐτῆς, καὶ νύμφην ἠγαγόμην ἐμαυτῷ. καὶ Ἰὼβ οἶδε σοφίαν, καί φησι· ἡ δὲ σοφία πόθεν εὑρέθη; ποῖος δὲ τόπος ἐστὶ τῆς φρο- B νήσεως; καὶ σοφία τοῦ πένητός ἐστιν ἐξουδενωμένη. καὶ αὐτὸς τῆς σοφίας ἐστὶ διορθωτής. καὶ σοφία Πατρὸς ὁ Μονογενής.

Leg. ἀλλ' ἐν. For. ἠράσθην.

Τί οὖν λέγομεν, εἰ σοφία Πατήρ ἐστι, καὶ Υἱὸς δὲ κατὰ τὸν ἐκείνων νοῦν, οὐ προῆλθεν ἐξ αὐτοῦ Λόγος, καὶ Θεὸς ὤν, καὶ σοφία ὤν, ἄρα ὁ Πατὴρ λείπεται σοφίας ἐν ἑαυτῷ; πῶς οὖν Θεῷ μόνῳ σοφῷ ἀοράτῳ; καὶ ταῦτα πάντα ἐστὶν ἀκατάληπτα, καὶ ἄπειρα ἀνθρώποις. ἔδωκεν ὁ Θεὸς σοφίαν τῷ Σολομῶντι. καὶ ἐνέπλησε σοφίας τὸν Βεσελεήλ; καὶ, σοφοὶ ἄνθρωποι κρύπτουσιν αἰσχύνην. περὶ σοφίας C πολλά ἐστι λέγειν. ἐκείνη δὲ ἡ σοφία τοῦ Πατρὸς μονοειδής ἐστι, μὴ ἔχουσα ἀντιπαράθεσιν ἄλλην. ὅμως δὲ εἰ καὶ περὶ αὐτῆς ἦν ὁ λόγος ᾀδόμενος, οὔτε συντίθεμαι, οὔτε ἀποτάσσομαι, Θεῷ δὲ συγχωρῶ τὸ εἰδέναι * βεβιασμένος δὲ ὁρῶ αὐτὰ ἀντιπαράθετα τὰ λεγόμενα. ἔκτισε γάρ, φησὶ, ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με· πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με. πῶς οὖν τὸ γεννώμενον θεμελιοῦται; πῶς δὲ τὸ κτιζόμενον γεννᾶται; εἰ γὰρ κτιστὸν, οὐ γεννητόν. ἡμεῖς γὰρ ἃ γεννῶμεν * κτίζομεν, καὶ ἃ κτίζομεν οὐ γεννῶμεν. ἐσμὲν D γὰρ κτιστοί, καὶ τὰ ὑφ' ἡμῶν γεννώμενα κτιστά. ἐν Θεῷ δὲ τῷ ἀκτίστῳ, τὸ γέννημα, οὐ κτιστόν. εἰ γὰρ ἐγέννησεν, οὐκ ἔκτισεν. εἰ δὲ μετὰ τὸ κτίσαι πάλιν γεγέννηκε, πῶς ἄρα τὸ πρῶτον κτισθὲν ὕστερον γεννᾶται; εἰ τοίνυν περὶ αὐτοῦ ἐστι τὰ λεγόμενα, εἰς τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν πληροῦται. καὶ διὰ τοῦτο τὰ ἐγγύτερα πρῶτον λέγει, καὶ τὰ ἀρχαιότερα ὕστερον διηγεῖται. πεῖσαι γὰρ ἀνθρώπους τοὺς ἐγγυτάτω βουλό-

Vitiosus locus. * For. βεβιασμένως. Negativas particulas sententia ipsa repudiat.

βουλόμενος ἀπὸ σαρκὸς ἄρχεται. ἀρχὴ γὰρ ὁδῶν τῆς δικαιοσύνης τοῦ Εὐαγγελίου τὸ, σὰρξ ἡμῖν ὁ Λόγος ἐν Μαρίᾳ ἐγένετο. ψυχή τε ἐν τῇ αὐτῆς σαρκὶ τεθεμελίωται· ἵνα τὰ ἀνώτερα ὕστερα δείξῃ. λέγομεν δὲ ἐκ κόλπων πατρῴων ἀπὸ τῶν οὐρανῶν γενέσθαι ἐπὶ τὴν γῆν. ἐπεὶ ἦλθεν ἡμῖν ὕστερον τὴν πᾶσαν οἰκονομίαν τελέσας. οὐκ ἄρα τοίνυν κτιστὸς ὁ Λόγος, μὴ γένοιτο. καὶ οὐδὲν σκολιὸν ἐγγεγέννηκεν ἡ θεία γραφὴ εἰς οὐδὲν τὸ παράπαν.

Ἀλλὰ καὶ φύσει παρὰ τοῖς ἑρμηνευταῖς οὐχ οὕτως ἐκδέδοται ἡ λέξις. Ἀκύλας μὲν γάρ φησι, Κύριος * ἐκτίσατό με, ἐπειδήπερ ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ λέγει, ἀδωναΐ, καναΐ· ὅπερ τοῦτο ἑρμηνεύεται, ὅπερ εἰρήκαμεν. καὶ ἡμεῖς δὲ κατὰ τὴν συνήθειαν λέγομεν περὶ τῶν γενομένων, ἐκτίσατο τέκνα, ἀλλ' οὐδὲ οὕτω τὴν δύναμιν τῆς ἑρμηνείας ἐσφράγισε. τὸ γὰρ ἀδωναΐ * καναΐ, καὶ οὕτω δύναται ἑρμηνεύεσθαι, Κύριος ἐνόσσευσέ με. καὶ διὰ τοῦτο ὁ Πέτρος σαφῶς διαγορεύει λέγων, τοῦτον τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε. οὐκ εἶπε τὸν ἄνωθεν Θεὸν Λόγον, ἀλλὰ τοῦτον τὸν ὄντα τὴν σάρκα, τὴν τῷ ἄνωθεν Λόγῳ ἐν γαστρὶ Μαρίας συνειλημμένην. τοῦτον δὲ λεγόμενον διὰ τὸν ἀπὸ Μαρίας κυριακὸν ἄνθρωπον· ἐν τούτῳ γὰρ καὶ τὸ * ἀποκτειζόμενον πληροῦται, ὥς φησι Πέτρος· θανατωθεὶς σαρκὶ, ζωοποιηθεὶς δὲ πνεύματι. καὶ πάλιν Χριστοῦ οὖν ὑπὲρ ἡμῶν παθόντος σαρκί. καὶ πάλιν, ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὥς φησι Παῦλος. καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἔλεγεν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ· νῦν δέ με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα. καὶ ἤκουσα παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἵνα δείξῃ τὸ πάθος ἀπὸ τῆς ἀνθρωπότητος, αὐτὸν δὲ * εἰδέναι φυσικὸν Υἱὸν τοῦ Πατρὸς ἀπὸ τοῦ ἄνωθεν. συνᾴδει δὲ καὶ τούτῳ τῷ λόγῳ φάσκων ὁ ἅγιος Ἀπόστολος Παῦλος· εἷς Θεὸς, εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ, καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος Ἰησοῦς Χριστός· ὃς οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών. ὁρᾷς ὡς ἄνθρωπον αὐτὸν ἀπεφήνατο, ἀλλ' οὐ ψιλόν. τὸ γὰρ μεσίτης Θεοῦ, καὶ ἀνθρώπων, ἐπειδὴ τοῖς ἑκατέροις μεσιτεύει πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ, Θεὸς ὢν φύσει γνήσιος γεγεννημένος. πρὸς δὲ τοὺς ἀνθρώπους, ἄνθρωπος φυσικὸς,

F. ἐκτήσατο, ut & postea ἐκτήσατο τέκνα.

F. κανανί.

F. ἀποκτεινόμενον.

For. εἶναι.

A svadere velit, à carne ducit exordium. Qvippe Evangelicæ justitiæ viarum initium istud est: *Verbum caro* uobis in Maria *factum est*. anima verò in ipsius carne fundata: ut qvæ superiora sunt posteriora demonstret. Cæterum è paterno sinu cælitus allapsum in terras fuisse dicimus: qvandoqvidem ad nos postea se contulit, suam ut omnem administrationem perficeret. Qvocirca Verbum creatum non fuit: Minimè id verò· neqve qvicqvam tortuosum, & obliqvum ullam in rem nobis scriptura proposuit.

Joan. 1.

XLIV. Imo verò propriè loqvi si velimus, apud interpretes non ita lectio ista B concipitur. Nam Aqvila sic reddidit: *Dominus acqvisivit me.* Qvandoqvidem in Hebræo sic legitur *Adonai canani.* Qvod ita uti diximus, interpretari possumus. Sed & nos cum de susceptis liberis agimus, acqvisitos ab aliqvo esse dicere solemus. Qvi qvidem sensus loci illius sententiam non sic obsignavit, ut alius accommodari neqveat. Qvippe eadem illa; *Adonai canani* explicari hoc modo possunt: *Dominus qvasi pullum genuit me.* Hinc Petrus disertè his verbis illud expressit: *Hunc Jesum, qvem vos crucifixistis.* Non dixit Deum Verbum cælitus allapsum; sed eum C qvi carne constat, qvam ex cœlo descendens Verbum in Mariæ utero genitam sibi copulavit: hunc inqvam, ita dictum, propter hominis assumptam à Domino naturam. Siqvidem & ad eam qvod interfectum dicitur debet referri; ut Petrus testatur: *Mortificatus* inqvit, *carne, vivificatus autem Spiritu.* Item: *Christo igitur pro nobis carne passo.* Tùm illud: *E qvibus Christus secundum carnem,* ait Apostolus. Qvin & Salvator ipse in Evangelio dicebat. *Nunc autem interficere me vultis, hominem, qvi vera dixi vobis. Et audivi à Patre.* Qvibus verbis & perpessionem ab humana esse natura, & naturalem Patris Filium è D cœlo lapsum, scire se demonstrat. Cui qvidem sententiæ Apostolus Paulus suffragatur his verbis: *Unus Deus, unus mediator Dei & hominum, homo Jesus Christus. Qvi non rapinam arbitratus est, æqvalem se esse Deo: sed seipsum exinanivit, formam servi accipiens.* Vides ne uti se hominem esse, non tamen nudum simplicemqve docuerit? Nam qvod *Dei & hominum mediator* dicitur, idcircò dicitur, qvod utriusqve partis ita seqvester sit, ut ad Patrem comparatus natura Deus sit, ac legitimus ab eo genitus. Ad homines porrò si referatur, naturalis homo sit,

Illustratur locus ille ex variis Editionibus.

Act. 2. 36.

1. Pet. 3. 18.

1. Pet 3. 18.

Rom. 9. 5.

Joa. 8. 40.

Joa. 15. 15.

1 Tim. 2. 5.

Phil. 2. 6.

Christus qvomodo sit mediator.

& ex Maria legimus, sine ullo viri satu A susceptus. Itaqvippe Dei hominumqve mediator est, qvi cùm esset Deus, homo factus est: non natura mutatus: sed utraqve parte medius ambos inter, ac velut interpres.

Solvitur Hæreticorum objectio. XLV. Sed imperitè rursus objiciunt: Vides *non rapinam arbitratum esse aqvalem se esse Deo?* Sed inanissimi homines appellationis ipsius prorsus ignari sunt. Nam non dixit: noluit rapinâ illâ æqvalis esse Deo: sed *non rapinam arbitratus est esse se aqualem Deo.* Hoc est natura se Deum esse, qvod erat re ipsa. Nisi enim esset, qvomodo *Servi formam indueret?* Qvamobrem Apostolus recentius, ac po- B sterius erat, indicare voluit, ac rei magnitudinem non sine ingenti admiratione monstravit. Qvippe tametsi Deo esset æqvalis, seipsum nihilominus exinanivit, servi formam induens: non ut qvod liberum erat servituti subjiceret sed ut in ea forma, qvam sibimet imposuerat, obseqventes sibi servos in libertatem assereret. Sanè qvidem vel Judæorum testificatione constat, nihil illum veritum fuisse, neqve dubitasse æqvalem se Deo profiteri. Adeoqve confidentiùs etiam id Joa. 7. 29. Joa. 10. 33. hisce verbis ostendit: *Nisi dixero, ero perinde ac vos mendax.* Hinc illi sic ipsum al- C loqvuntur: *Propter bonum opus non interficimus te: sed qvòd homo cùm sis, teipsum facis aqualem Deo.* Alia objectio dissolvitur. Rursus instant adversarii: Si qvæ per tropum de illo dicta sunt fateri convenit, multa tropicè scriptura pronunciavit, neqve qvæ ænigmatis more de eo dicta sunt inficiari oportet: qvòd janua vocatur, lapis, columna, leo, ovis, lucerna, fax, sol, Angelus, vermis, petra, angularis lapis, via, taurus, vitulus; & id genus alia. Explicantur de Christo tropicè dicta. Nos autem qvæ in illo figuratè dicta sunt impleta non negamus: sed qvorsum usurpata illa sint intelligimus. Nam via propterea dici- D tur, qvòd per illum ad regnum, & ad ipsum, Patremqve pervenimus. Janua, qvoniam per illum intramus. Columna, qvòd ipse fundamentum sit fidei nostræ. Petra, qvòd immobilis sit. Lapis, fundatum esse significat. Idem verò justitiæ Sol est, qvi mentes nostras tenebris obductas sua luce collustrat.

XLVI. Tum ita colligunt: cùm scriptum sit, creaturam illum esse, etiam de creatura confiteri oportere, Verùm ego partem aliqvam usuum illorum exposui, qvi ex istis ænigmatum involucris in nos redundarunt.

A γνήσιος ἐκ Μαρίας, δίχα σπέρματος ἀνδρὸς γεγεννημένος. οὕτω γάρ ἐστι μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, Θεὸς ὤν, καὶ ἄνθρωπος γεγονώς, οὐ τραπεὶς τὴν φύσιν, ἀλλὰ κατ' ἑκάτερα πρὸς τὰ ἀμφότερα μεσιτεύων.

Ἀλλὰ καὶ πάλιν ἀμαθῶς φασιν, ὁρᾷς ὅτι οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ; καὶ οὐδὲ τὴν κλῆσιν οἴδασιν οἱ φιλόνεικοι. οὐ γὰρ εἶπεν, οὐκ ἠθέλησε γενέσθαι ἴσος Θεῷ δι' ἁρπαγμοῦ. ἀλλ' οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο εἶναι ἴσα Θεῷ, τὸ * Θεοῦ εἶναι φύσει, ὅτι ἦν. εἰ μὴ γὰρ ἦν, πῶς μορφὴν δούλου ἔλαβε; καὶ F. Θεόν. B τὸ πρόσφατον ἐσήμανε, καὶ ἐκ τούτου τὴν ὑπερβολὴν θαυμάζων ἐδείκνυτο, καίπερ ὢν ἴσος Θεῷ, ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών· οὐχ ἵνα τὸ ἐλεύθερον δουλώσῃ, ἀλλ' ἐν ᾗ μορφῇ ἔλαβε τοὺς ὑπακούοντας δούλους ἐλευθερώσῃ. καὶ μαρτυροῦσιν Ἰουδαῖοι, ὅτι οὐκ ᾐδεῖτο λέγειν ἴσος Θεῷ, οὐδὲ ἐδίσταζεν, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ θαρραλεώτερον οὕτω δεικνύειν ἐν τῷ λέγειν· ἐὰν μὴ εἴπω, ἔσομαι καθ' ὑμᾶς ψεύστης. καὶ διὰ τοῦτο φασὶ πρὸς αὐτὸν, δι' ἀγαθὸν ἔργον οὐκ ἀποκτένομέν σε, ἀλλ' ὅτι ἄνθρωπος ὢν σεαυτὸν ποιεῖς ἴσον Θεῷ. C ἀλλά, φασὶν, εἰ ὀφείλομεν τὰ τροπικὰ αὐτοῦ ὁμολογεῖν, καὶ πολλὰ τροπικὰ εἴρηκεν ἡ γραφή, καὶ οὐ δεῖ ἀρνεῖσθαι τὰ εἰς αὐτὸν αἰνιγματωδῶς εἰρημένα, ὅτι καὶ θύρα κέκληται, καὶ λίθος εἴρηται, καὶ στῦλος, καὶ νεφέλη, καὶ λέων, καὶ πρόβατον, καὶ λύχνος, καὶ λαμπάς, καὶ ἥλιος, καὶ Ἄγγελος, καὶ σκώληξ, καὶ πέτρα, καὶ ἀκρογωνιαῖος, καὶ ὁδὸς, καὶ ταῦρος, καὶ μόσχος, καὶ τὰ τοιαῦτα δηλονότι. καὶ ἡμεῖς οὐκ ἀρνούμεθα τὰ εἰς αὐτὸν αἰνιγματωδῶς πεπληρωμένα. οἴδαμεν δὲ δι' ἣν αἰτίαν ταῦτα γέγραπται. D ὁδὸς ὅτι δι' αὐτοῦ βαδίζομεν πρὸς τὴν βασιλείαν, πρὸς αὐτὸν, καὶ τὸν Πατέρα. θύρα δὲ, ὅτι δι' αὐτοῦ εἰσερχόμεθα. στῦλος, ὅτι αὐτός ἐστι τῆς ἡμετέρας πίστεως ἑδραίωμα. πέτρα διὰ τὸ ἀμετακίνητον. λίθος, τὸ τεθεμελιωμένον. ἥλιος δικαιοσύνης, ὁ καταυγάσας τὰς ἡμετέρας σκοτισθείσας διανοίας.

Εἶτά φασιν, ὅτι γέγραπται περὶ αὐτοῦ, ὅτι κτίσμα ἐστὶν, ὁμολογεῖν δεῖ καὶ τὸ κτίσμα. ἰδοὺ κἀγὼ διηγησάμην μέρος τι τῶν χρήσεων τῶν διὰ τῶν αἰνιγμάτων αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς πεπληρωμένων.

εἴπωσιν ἡμῖν ἐν τῷ λέγειν αὐτὸν κτίσμα, τί χρησιμεύει; ἡ θύρα εἰκότως εἴρηται τροπικῶς, ἵνα γένηται εἴσοδος ἡμῖν, καὶ ὠφέλεια; καὶ ὁδὸς, ἵνα δι' αὐτοῦ βαδίζοντες μὴ πλανηθῶμεν. κτίσμα, διὰ τί ἡμῖν γίνεται; τί ἡμᾶς ὠφελεῖ; ναὶ, φησὶν ὁ κενόδοξος φιλονεικῶν. εἰ μὴ γὰρ αὐτὸν εἴπῃς κτίσμα, τῷ Πατρὶ πάθος περιτίθης. πᾶς γὰρ γεννῶν (πάθη)* πάθη περιβέβληται. ἢ γὰρ συστέλλεται, ἢ πλατύνεται, ἢ ἁπλοῦται, ἢ * ἀπόρροιη, ἢ ὀγκοῦται, ἢ τι τῶν τοιούτων. φεῦγε τῆς τοιαύτης διανοίας πονηρᾶς οὔσης, καὶ οὐκ ἀληθεστάτης. τίς ταῦτα περὶ Θεοῦ διανοηθήσεται; ποία δὲ ὑπόνοια τοιαῦτα τολμήσει; δηλονότι οὐδεὶς οὐδὲ τῶν δαιμόνων τοιοῦτον διανοηθήσεται. κἄν τις ὁμολογεῖ τὸν Πατέρα, πιστεύει αὐτὸν τὸν Υἱὸν ἐν ἀληθείᾳ γεγεννηκέναι. οὐ γὰρ ὄγκοις περιφέρεται τὸ θεῖον, οὐδὲ σῶμά ἐστιν ἔγκυον, ἵνα ὑπομείνῃ τὰ προειρημένα. πνεῦμα γὰρ ὁ Θεός. πνεῦμα δὲ ῥύσιν οὐχ ὑφίσταται, οὐ τομὴν, οὐ * στολὴν, οὐ μείωσιν, οὐχ ἅπλωσιν, οὔτε τι τῶν τοιούτων. καθὸ τοίνυν ὁ Πατὴρ πνεῦμά ἐστι, τὸν Υἱὸν Θεὸν Λόγον γεγέννηκε πνευματικῶς, ἀχρόνως, ἀκαταλήπτως, καὶ ἀνάρχως.

Reg. πάθη, πάθη. Cor. ἀπορροή.

F. συστολήν.

Ἵνα δὲ τούτους πείσωμεν τοὺς ταῦτα νοοῦντας, οὐχ ὅμοια μὲν φάσκοντες, ἀφ' ὁμοίων δὲ τῶν αὐτῶν ἀποστρέφοντες κακὴν ἀπολογίαν, εἴπωμεν· κτίσμα ἐστὶ τὸ ἀπείρως καὶ μυριονταπλασίως τοῦ αὐτοῦ δεσπότου ἀποδέον. καὶ πολλοί τινες ἐν ἐρήμῳ ἐνδεόμενοι πυρὸς, γεμίσαντες ὕδωρ ἐν ἀγγείῳ ὑελίνῳ, καὶ ὕλην προσενέγκαντες εὐθυφλόγιστον ἐκ λίνου, ἢ ἐκ στυππείου πεποιημένην, ἵστανται ἀντικρὺ τοῦ ἡλίου τῆς μαρμαρυγῆς, ἀπὸ τῆς ὑέλου καταυγαζούσης εἰς τὴν ὑποκειμένην ὕλην, καὶ εὐθὺς ἀπὸ τοῦ πυρὸς τοῦ ἡλίου λαμβάνεται, καὶ ἐξάπτει τὸ πῦρ. ἆρα τέμνεται ὁ ἥλιος διὰ τῆς μετοχῆς τῆς οὐσίας; ἆρα ἐνέλειψεν; ἆρα μεμείωται; οὐχί φασιν. εἰ τοίνυν κτίσμα ὢν οὐκ ἐμειώθη, πόσῳ γε μᾶλλον ὁ ἄπειρος, καὶ ἀκατάληπτος, καὶ ἄχραντος ὢν Θεὸς, ἐξ ἑαυτοῦ γεννήσας, πνεῦμα ὢν, Θεὸν Λόγον ἄφραστον, καὶ ἀκατάληπτον, καὶ ἄφθαρτον ἐν ἀφθαρσίᾳ ἐγέννησεν, οὐ διὰ πάθους, οὐ διὰ τομῆς, οὐ δι' ἐλλείψεως, ἀλλὰ τέλειος τέλειον ἐν τελειότητι; καὶ ἡ μὲν τοῦ πυρὸς φύσις πολλοὺς λύχνους ἅπτει ἀπὸ ἑνὸς,

A Dicant igitur ecqvis tandem translatæ illius significationis usus esse possit, si creatura nominetur? Nam Janua qvidem nonne meritò dicitur, qvasi nobis introitum, utilitatemqve præbeat? Via porrò, ut per illam incedentes neqvaqvam aberremus? Creatura verò cur tandem nobis factus esse dicitur? aut qvid ea res utilitatis afferet? Imo verò, arrogans ille, ac pertinax inqvit Nisi enim creaturam illum esse fatebere, affectionem qvandam Patri tribues. Qvisqvis enim generat, affectionibus est obnoxius. Nam contrahitur, aut collatatur, aut expanditur, aut B profluit, aut mole distenditur, aut ejusmodi aliqvid experitur. Apage tam sceleratam falsamqve sententiam. Qvis enim hæc de Deo cogitare audeat? aut qvæ opinionis temeritas eò possit pertingere? Ne Dæmonum qvidem ullus [illegible], opinor, cogitabit. Ac qvisqvis Patrem confitetur, revera Filium ab eo credit esse genitum. Non enim mole atqve amplitudine porrigitur Deus: neqve corpore parturit; ut omnia illa sustineat. *Spiritus Deus est.* Spiritus verò nullum omninò profluvium, neqve sectionem, neqve contractionem, aut imminutionem, neqve expansionem, vel aliqvid qvicqvam hujus C generis admittit. Ergo qvatenus Spiritus est Pater; Deum Filium spiritaliter progenuit, sine ullo tempore eo modo, qvi comprehendi non potest, qviqve initii sit omnis expers.

Joa. 4. 24.

XLVII. Sed ut iis, qvi animo ista versant, faciliùs persvadere possimus, dicam aliqvid, qvod etsi neqvaqvam simile sit, in similibus tamen rebus ad improbam illorum tergiversationem refellendam valet. Creata qvippe res omnis infinitè ab Domini sui majestate distat. Igitur plerìqve in solitudine igne carentes vitreum vas aqva complent: tùm materiam aliD qvam adhibentes, qvæ ignem facilè concipit, puta è lino, vel stuppa conflatam, solis radiis exponunt. Ii per vitrum in subjectam materiam lumen immittunt: qvæ statim è solis igne flammam concipit, & exardescit. Utrumnam ergo illà substantiæ participatione aliqvid de Sole præciditur? An verò deficit? An imminuitur? Neqvaqvam, inqviunt. Qvare, si nihil creaturæ detrahitur, qvanto magis infinitus ille, incomprehensus & incontaminatus Deus è se ipso gignens, cùm sit Spiritus, Deum Verbū, qvi nec oratione declarari, nec intelligentia comprehendi potest, & incorruptus est, eundem ipsum sine ulla corruptela genuit, ac sine affectione vel sectione, vel diminutione: sed perfectus, perfectum, perfectè [illegible]e produxit? Ac natura qvidem ignis plures ab una lucernas accendit;

Similitudine de [illegible] Verbi generatio

neqve prima minuitur. Verùm poteſt eadem ſubſtantia pluribus è particularibus conflari, puta lucernis, aut facibus. Sed non eadem Divinitatis eſt ratio. Non enim poſtea Verbum acceſſit, & cum Patre coaluit. Sed Pater, Pater eſt; & Filius, Filius; & Spiritus ſanctus, Spiritus ſanctus.

Ridicula Manis opinio. XLVIII. Stultum enim eſt qvod à Manichæis proponitur; animas ex opinione Manis à columna ignis exortas unum corpus efficere, ac deinceps corporibus exſolutas in unam rurſus reformari ſubſtantiam, qvaſi columnam unam, ut nugaces illorum fabulæ commemorant. Sed longè contraria omnia docet Evangelium. Ubi qvinqve panes fregiſſe legitur, ac totidem ſaturaſſe millia, nec reliqvias abjeciſſe. *Joan. 6. 12.* *Colligite* inqvit, *ut nihil fragmentorum relinqvatur: & collegerunt duodenos cophinos.* Itaqve in corbes contulerunt: neqve tamen fragmenta rurſus integros in panes cujusmodi erant antea, conflare voluit: totam, inqvam, illam copiam congeſſerunt; ſed ut plures eſſent reliqviæ in unam cophinorum congeriem collectæ. Qvanqvam ejusmodi allegoriam ita propoſuimus, non ut cum eo de qvo modò agimus, prorſus conveniat. Qvod idem & de ſuperiore illo Solis exemplo ſentiendum eſt: Non enim panes animas eſſe dicimus, aut fragmenta. Abſit ut illud exiſtimemus. Sed neqve Deum cum ſole, qvem ille condidit, exæqvare volumus. Nec unigenitum cum ſolis illo fulgore, qvi in ſtuppam immittitur. Sed in eo tamen nonnihil eſt ſimile, qvòd animæ illæ progenitæ neqvaqvam in unum confuſæ coaleſcunt, ſed in plures Dei manſiones diſtribuuntur: de qvibus *Joan. 14. 2.* ſcriptum eſt: *Multæ manſiones apud Patrem:* nec in unum clivum coacervatæ ſũt; ſed ſingillatim qvæqve numeratur. Ita cùm Deum dicimus unicum genuiſſe Filium, non idcirco affectionem illi tribuimus, ut contumelioſa in Deum illorum fert opinio. Qvicunqve generat, affectione aliqva laborat. Unde ex illorum aſſeveratione neqve creatura, neqve genita ſoboles pronunciandus eſt Filius, ut ne labore Deum, aut aliqvid perpeti fateamur. Undenam igitur Filium invenimus eſſe dictum, aut cur Dei ſibi appellationem vendicat? Nam iſti omnes ab hominibus excogitati ſyllogiſmi ſunt, & ab humana ſapientia profecti. Affectiones verò noſtras in Deum transferre nefarium, ac ſacrilegum eſt: *Eſa. 55. 9.* cùm Deus diſertis verbis aſſerat: *Non qvales ſunt cogitationes veſtræ, cogitatio mea eſt.* Item: *Non ſicut homo, ita & Deus.*

A καὶ ὁ πρῶτος ὑπάρχων οὐκ ἐμειώθη. πάλιν δὲ δύναται ἡ αὐτὴ οὐσία ἐκ πολλῶν μερικῶν εἶναι, φημὶ δὴ λύχνων, ἢ λαμπάδων. ἀλλ' οὐχ οὕτω τὸ θεῖον., μὴ γένοιτο. οὐ πάλιν γὰρ ἦλθεν ὁ Λόγος, καὶ συναλοιφὴν τῷ Πατρὶ εἰργάσατο. ἀλλ' ὁ Πατὴρ Πατήρ ἐστι, καὶ ὁ Υἱὸς, Υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, Πνεῦμα ἅγιον.

Μωρὸν γὰρ τὸ παρὰ τοῖς Μανιχαίοις εἰρημένον, ὅτι ἐν τῷ νοῒ τοῦ Μάνη αἱ ψυχαὶ ἀπὸ τοῦ στύλου τοῦ φωτὸς γενόμεναι ἓν σῶμά ἐστι. καὶ λυόμεναι ἀπὸ τῶν σωμάτων, αὖθις ἀναπλάτ-
B τονται τῇ μιᾷ οὐσίᾳ, ὡς εἰς τὸν ἕνα στύλον, κατὰ τὸ μυθῶδες αὐτῶν τοῦ πλάσματος. ἀλλ' οὐχ οὕτως ἔδειξε τὸ Εὐαγγέλιον. ἀλλ' ἔκλασεν ἀπὸ πέντε ἄρτων, καὶ ἐχόρτασε πεντακισχιλίους, καὶ οὐκ ἀφῆκεν αὐτῶν τὰ περισσεύματα, ἀλλὰ συναγάγετε, φησὶ, καὶ μηδὲν ἀπολίπητε τῶν κλασμάτων· καὶ συνήγαγον δώδεκα κοφίνους· καὶ εἰς τὰς μὲν θήκας ὁμοῦ συνήγαγον, τὰ δὲ κλάσματα αὖθις οὐκ εἰς συνάφειαν ἄρτων οἷς ἦσαν ἐποίησε. συνήγαγον μὲν τὸ πλῆθος, ἀλλ' εἰς πολλὰ κλάσματα, εἰς μίαν δὲ συναγωγὴν ἔδειξε κοφίνων, καὶ οὐ καθ' ὑπόθεσιν θεωρίας
C ἡμεῖς τοῦτο ἠλληγορήσαμεν, καὶ τὸ προειρημένον τοῦ ἡλίου ὑπόδειγμα. οὐ γὰρ τοὺς ἄρτους ψυχὰς λέγομεν, οὔτε κλάσματα, μὴ γένοιτο. οὔτε τὸν Θεὸν ἐξισοῦμεν τῷ ἡλίῳ ὑπ' αὐτοῦ ἐκτισμένῳ, οὔτε τὸν μονογενῆ αἴγλῃ τῇ ὑπὸ τοῦ ἡλίου εἰς τὸ στυππεῖον πεμπομένῃ. κατὰ δὲ τὸ ὅμοιον καὶ ψυχαὶ αἱ γεννηθεῖσαι οὐ συνάπτονται εἰς μίαν συναλοιφὴν, μὴ γένοιτο, ἀλλ' εἰς τὰς τοῦ Θεοῦ μονὰς τὰς γεγραμμένας, ὅτι πολλαὶ μοναὶ παρὰ τῷ πατρί· οὐκ εἰς ἕνα δὲ βουνὸν γενόμεναι, ἀλλ' ἑκάστου ἰδιαζόντως * ἀριθμουμένους. *F. ἀριθμουμένου.* οὐδὲ ἐν τῷ λέγειν γεγεννηκέναι τὸν Θεὸν
D τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν, πάθος αὐτῷ προσάπτομεν, κατὰ τὴν ἐκείνων κακὴν βλασφημίαν. πᾶς γὰρ γεννῶν ἐμπαθῶς κάμνει· καὶ οὐ χρὴ οὔτε κτίσμα λέγειν, οὔτε γέννημα, κατὰ τὸν ἐκείνων λόγον, ἵνα μὴ δῶμεν Θεὸν κάμνοντα ἢ πάσχοντα. πόθεν οὖν εὕραμεν τὸν Υἱὸν, ἢ διὰ τί ὄνομα Θεοῦ ἔχει; οὗτοι δὲ συλλογισμοὶ ἀνθρώπων, καὶ ἀπὸ γηΐνων φρονημάτων ὁρμώμενοι. τὰ γὰρ ἡμῶν πάθη τῶν ἀνθρώπων εἰς Θεὸν ἀθέμιτόν ἐστι λογίζεσθαι, τοῦ Θεοῦ σαφῶς λέγοντος, οὐχ ὡς αἱ διάνοιαι ὑμῶν ἡ διάνοιά μου. καὶ πάλιν, οὐχ ὡς ἄνθρωπος, οὕτω καὶ Θεός.

Τοίνυν παυσάσθωσαν ἀπὸ τῆς βλασφημίας, καὶ μαθέτωσαν παρὰ τοῦ Πατρὸς τοῦ λέγοντος· οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα. πάλιν ὡς ἐπὶ μελλόντων λέγει. *εἰ γὰρ ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ὃν ἐξελεξάμην. καὶ τότε ἐν τοῖς ᾄσμασιν ἐκλελογισμένος ἀπὸ μυριάδων. πόθεν οὖν ἐκλογὴ γίνεται, λεγέτωσαν. νομίζουσι γὰρ οἱ ληρώδεις ἐν τῷ εἰπεῖν, ἐξελεξάμην, κατὰ χάριν αὐτὸν υἱὸν καλεῖσθαι, καὶ οὐ κατὰ φύσιν. δειξάτωσαν τίς αὐτῷ ὅμοιος, ἵνα τοὺς πάντας δοκιμάσας, ἐκεῖνον ἐκλέξηται. εἰ γὰρ υἱός ἐστι μονογενὴς, οὐκ ἔστι τις ἴσος αὐτοῦ, οὔτε ἀντιπαραθέτος, ὅμοιος ὢν B τῷ υἱῷ ἐν υἱοῖς Θεοῦ. τούτους γὰρ οἶδε κατὰ χάριν, ἐκείνῳ δὲ μὴ δυνάμενόν τινα ἐξισοῦσθαι, τῷ εἶναι αὐτὸν φυσικῶς υἱόν. Φανερὸν γὰρ πόθεν * ἐκλελογισμένον, καὶ πόθεν ἐκλογή. ὅτι πολλαὶ μυριάδες ἐπὶ τῆς γῆς ἦσαν, καὶ Μαρία μόνη εὗρε χάριν, καὶ ἐν αὐτῇ ἐξελέξατο τὴν ἁγίαν σάρκα. * διὰ τοῦτο ἐφ' ἣν ηὐδόκησεν, ὡς καὶ Δαβὶδ λέγει ἐκ προσώπου τῶν Ἀποστόλων τῶν εἰς τὸν Κύριον πεπιστευκότων, καὶ μετὰ χαρᾶς τοῖς ἔθνεσι τὴν αὐτοῦ χάριν ἀποδεικνυόντων, ὅτι ὑπέταξε λαοὺς ἡμῖν, καὶ ἔθνη ὑπὸ τοὺς πόδας ἡμῶν, τὴν C καλλονὴν Ἰακὼβ, ἣν ἠγάπησε· τουτέστι τὸ ἀκραιφνὲς τῆς καλλονῆς αὐτοῦ, ὅλου τοῦ Ἰακὼβ τὴν καλλονὴν, τὴν σάρκα τὴν ἀπὸ Μαρίας διὰ Πνεύματος ἁγίου ἐκλελεγμένην, τὸ γενόμενον τῆς οἰκονομίας τῆς σαρκὸς πρὸς Ἰωάννην τὸν Βαπτιστὴν ἔδειξεν ἄνωθεν ὁ Πατήρ. ηὐδόκησε γὰρ ὁ Πατὴρ ἐν τῇ ἐνσάρκῳ τοῦ Χριστοῦ παρουσίᾳ, ἡ δὲ θεότης ἀπείρως ἔχει τῆς φύσεως.

For. σὺ εἶ.

F. ἐκλελογισμένος.

F. σάρκα. Διὰ τοῦτ' ἐφ' ἣν.

Λέγει δὲ αὐτὸν ὁ Ἀπόστολος καὶ υἱὸν ἀγάπης· ὃς ἐῤῥύσατο ἡμᾶς, φησὶ, ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους, καὶ μετέστησεν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ. καὶ (οἱ D νοοῦντες) ἐνταῦθα, μὴ νοοῦντες τὴν λέξιν, κατὰ προκοπὴν ἀγάπης Θεοῦ εἶναι τὸν Υἱόν φασι· καὶ οὐκ ἴσασιν οἱ ἀμαθεῖς τὴν ἀντιπαράθεσιν τοῦ Λόγου. ἐν ἄλλῳ γὰρ τόπῳ φησὶν ὁ Ἀπόστολος, ὅτι Θεὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς ἐν Χριστῷ. ἀληθῶς γὰρ υἱὸς ἀγαπητὸς ὁ μονογενὴς, ἐπειδὴ ἀγάπη ὁ Πατὴρ, ἀγάπη ὁ Υἱὸς, ἐπειδὴ ἀγάπη ἐξ ἀγάπης ἐστίν. Υἱὸς οὖν ἐστιν ἀγάπης δι' ἡμᾶς, καὶ δι' αὐτὸν, ὅτι ἐν αὐτῷ ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ παρέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν. οὔτε οὖν κάμνει ἐργαζόμενος, οὔτε

A XLIX. Desinant itaqve contumeliis istis Divinum onerare Numen, & qvid sentiendum sit, ex eo Patris sermone condiscant: *Hic est Filius meus dilectus, in qvo mihi placui.* Mat. 17. 5. Rursus verò tanqvam apud cunctantes: *Tues*, inqvit, *Filius meus dilectus qvem elegi*: Mat. 1. 11. & ut in Canticis legimus, *electus è millibus.* Undenam ergo habita Cant. 5. 10. illa est electio? dicant si possunt. Nam qvod, *elegi*, dixit, absurdi homines existimant ut Filius appellaretur, qvadam Dei gratia, ac beneficio esse, non natura consecutum: Ostendant aliqvem, qvi similis hujus extiterit: ut probatis, ac periclitatis omnibus illum delegerit. Profectò B si unigenitus est Filius, æqvalis huic esse nemo potest, aut cum eo comparari, qvi *similis filio sit in filiis Dei.* Psal. 88. 7. Ejusmodi qvippe gratiâ filios Scriptura commemorat, qvorum nemo cum illo, qvi naturalis filius est, adæqvari possit. Siqvidem manifestum, unde lectus sit, & unde delectus habeatur. Infinita enim erant in terris millia: ex qvibus Maria sola *gratiam invenit*: ex qva propterea sanctissimam suam carnem elegit, *in qva sibi placuit.* Qvemadmodum David ex Apostolorum persona loqvitur, qvi in Dominum crediderant, ejusqve gratiam nationibus exteris C prædicabant: *Qvoniam subjecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris; speciem Jacob, qvam dilexit*, Psal. 46. 5. hoc est sinceram ejus speciem, ac totius Jacobi pulcritudinem: nempe carnem illam, qvam è Maria per Spiritum sanctum sibi delegit. Ejusmodi Incarnationis Mysterium Joanni Baptistæ æternus è cœlo Pater ostendit. Qvi in suscepta illa hominis natura sibi placuit. Nam Divinitas infinitam qvandam naturæ habet amplitudinem.

Multi Dei Filii gratia, sed unus natura.

L. Cæterum Apostolus eundem *dilectionis* appellat *Filium*: *Qvi liberavit nos*, Col. 1. 13. inqvit, *è potestate tenebrarum, & transtulit* D *in regnum Filii dilectionis suæ.* Cujus dictionis vim ignorantes qvadam progressione charitatis Dei Filium extitisse censent, neqve loci illius cum altero comparationem imperiti homines intelligunt. Nam alio in loco sic Apostolus loqvitur: *Deus dilexit nos in Christo.* Vere enim Filius dilectus est unigenitus ille: qvoniam dilectio est Pater, dilectio Filius, & à dilectione est orta dilectio. Qvamobrem *dilectionis Filius* est tam propter nos, qvàm ob ipsum: qvod in illo nos dilexerit, & unicum Filium suum pro nobis tradiderit. Non igitur in opere moliendo fatigatur, neqve

gignens patitur. Desinant istiusmodi contumelias in perniciem suam frustrà conjicore. Si creatus est Filius non est adorandus; qvæ est istorum oratio. Qvippe stultum est creaturam ullam adorare, ac primum illud violare præceptum: *Audi Israel Dominus Deus tuus, Dominus unus est.* Proinde sanctum Dei Verbum, cum sit adorandum, creatum esse non potest. Adoratum est autem à Discipulis, ab Angelis adoratur in cœlo: *Et adorent*, inqvit, *ipsum omnes Angeli Dei.* Item: *Adoret te Domine virtus mea.* Superest unum qviddam ad dicendum, idqve perbreve, cui contradici non possit. Proferant enim si qvod habeant hostes illi Filii Dei testimonium: ostendantqve qvonam in loco Pater dixerit: Procreavi mihi Filium, sive in vetere, sive novo Testamento; aut ubi Filius dixerit: Procreavit me Pater: Qvatuor Evangelia sunt, in iisqve capita mille centum & sexaginta duo: In qvibus ab initio ad finem tam Filius ipse loqvitur, qvàm cum Filio Pater. Nec usqve tamen Filius dixit: creavit me Pater, neqve Pater ipse, creavi mihi Filium, vel, creavi Filium meum.

Filius adorandus, ob idqve minimè creatus.

Deut. 6. 4.

Psal. 96. 8.

LI. Urget verò pertinax & gloriolæ cupidus adversarius. Qvid igitur dicis? Nonne corpus videlicet è Maria sumptum asseris? Cujusmodi verò Maria fuit? Increata an creata? Nos verò creatam fuisse confitemur, atqve è viro fœminaqve genitam. Qvod igitur originem à Maria traxit, cujusmodi tandem esse statuis? Num Salvatorem adoras in corpore, an non adoras? Qvo tandem pacto non adorem? Nisi enim adoravero, vitam non conseqvar. Ergo, inqviunt, creaturam, hoc est corpus, adoras. Sed eorum, qvi ita disputant, admirabilis qvædam est vecordia. Etenim cum purpuratus Imperator ab omnibus adoratur, utrum purpura, an Imperator adoratur? Profectò Imperator ipse, qvo cum purpura illa, qvam gestat, adoratur. Hanc cum exuerit Princeps, & suo loco reposuerit, non amplius purpurea vestis adoratur. Sæpenumero accidit, ut Imperator in Augustali, suo in solio considear, ibiqve qvi Imperatorem venerantur, tam ipsum in Augustali, qvam solium ipsius adorent. Mox ubi Imperator assurrexerit, ac discesserit, nemo Augustale amplius, aut solium adoret. Nemo verò adeo insanus est, ut Imperatorem adorare cupiens ei dicere audeat: digredere ex illo tuo Augustali, ut adorem

Qvomodo Christi corpus adoratur.

Aliàs Templum.

A παράχαρμα φρενῶν. καὶ μὴ μάτην ἐπισωρεύωσιν ἑαυτοῖς βλασφημίας. εἰ γὰρ κτιστός ἐστιν ὁ Υἱὸς, οὐ προσκυνητὸς, κατὰ τὸν ἐκείνων λόγον. μωρὸν γάρ ἐστιν * κτίσιν προσκυνεῖν, καὶ ἀθετεῖν τὴν πρώτην ἐντολὴν τὴν λέγουσαν, ἄκουε Ἰσραὴλ, κύριος ὁ Θεός σου κύριος εἷς ἐστιν. οὐ κτιστὸς τοίνυν ὁ ἅγιος Λόγος, ὅτι προσκυνητός. προσεκύνησαν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ· προσκυνοῦσιν αὐτῷ Ἄγγελοι ἐν οὐρανῷ· καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες Ἄγγελοι Θεοῦ· καὶ προσκυνησάτω σε κύριε ἡ ἰσχύς μου. ἓν δὲ πρᾶγμα ἐστὶ ῥητὸν, καὶ σύντομον, καὶ B ἀναντίθετον, ᾧ τις ἀντειπεῖν οὐ δύναται, εἰ ἔχουσι μαρτυρίαν οἱ ἐχθραίνοντες τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ δεῖξαι, ποῦ εἶπεν ὁ Πατὴρ, ὅτι ἔκτισά μοι υἱὸν, ἐν παλαιᾷ καὶ ἐν καινῇ διαθήκῃ. ἢ ποῦ εἶπεν ὁ Υἱὸς, ὅτι ἔκτισέ με ὁ Πατήρ; τέσσαρα εἰσὶν Εὐαγγέλια, κεφαλαίων χιλίων * ἑκατὸν ἑξήκοντα δύο, καὶ ἀπαρχῆς ἕως τέλους ἐλάλησεν ὁ Υἱὸς, καὶ πρὸς αὐτὸν ὁ Πατήρ. καὶ οὐδαμοῦ εἶπεν, ἔκτισέ μου ὁ Πατήρ. οὐδὲ ὁ Πατὴρ, ἔκτισά μοι Υἱὸν, ἢ ἔκτισα τὸν Υἱόν μου.

In Reg. κτίσιν ex qvo κτίσιν fecimus pro λόγον.

χξ· ἑκατόν.

Ἀλλά φησιν ὁ φιλόνεικος, καὶ φιλόδοξος· C τί οὖν λέγεις τὸ σῶμα ἀπὸ Μαρίας δηλονότι ἀνειλημμένον; Μαρία δὲ τί; φησὶν, ἄκτιστος, ἢ κτιστός; κτιστὸς δηλονότι, καὶ αὐτοὶ λέγομεν, γεννηθεῖσα ἐξ ἀνδρὸς καὶ γυναικός. τὸ ἀπὸ Μαρίας οὖν τί λέγεις; προσκυνεῖς τὸν Σωτῆρα ἐν σώματι, ἢ οὐ προσκυνεῖς; πῶς οὖν μὴ προσκυνήσω; ἐὰν γὰρ μὴ προσκυνήσω, οὐκ ἔχω ζωήν. ἰδοὺ οὖν κτίσμα προσκυνεῖς τὸ σῶμα. πολλὴ δὲ φρενοβλάβεια τῶν τὰ τοιαῦτα λεγόντων. καὶ γὰρ βασιλεὺς πορφύραν ἐνδεδυμένος, ὑπὸ πάντων προσκυνεῖται, ἄρα ἡ πορφύρα προσκυνεῖται, ἢ ὁ βα- D σιλεύς; εὔδηλον ὅτι ὁ βασιλεύς. συμπροσκυνεῖται δὲ αὐτῷ καὶ ἡ πορφύρα φορουμένη. ἐκδυσαμένου δὲ ταύτην τοῦ βασιλέως, καὶ εἰς τόπον θεμένου, οὐκέτι προσκυνεῖται ἡ πορφυρίς. καθέζεται καὶ ἐν ναῷ πολλάκις βασιλεὺς ἐπὶ θρόνου ἰδίου, καὶ οἱ προσκυνοῦντες προσκυνοῦσι τὸν βασιλέα ἐν τῷ ναῷ τῷ ἰδίῳ, καὶ τῷ θρόνῳ. ἐξεγερθέντος δὲ τοῦ βασιλέως, οὐδεὶς οὔτε τὸν ναὸν, οὔτε τὸν θρόνον προσκυνεῖ, οὐδεὶς δὲ μεμηνὼς θέλων προσκυνῆσαι τὸν βασιλέα ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ, λέγει τῷ βασιλεῖ, ἔξελθε ἐκ τοῦ ναοῦ σου, ἵνα

σε προσκυνήσω. οὕτω γοῦν οὐδεὶς εἴπῃ τῷ μονογενεῖ, ἄφες τὸ σῶμα, ἵνα σε προσκυνήσω. ἀλλὰ προσκυνεῖ σὺν τῷ σώματι τὸν μονογενῆ, ἄκτιστον σὺν ναῷ τῷ ἁγίῳ, ὃν ἔλαβεν ἐλθών. καὶ οὐδεὶς λέγει τῷ βασιλεῖ, ἀνάστα ἐκ τοῦ θρόνου σου, ἵνα σε προσκυνήσω δίχα τοῦ θρόνου· ἀλλὰ προσκυνεῖ τὸν βασιλέα σὺν τῷ θρόνῳ. καὶ γοῦν καὶ ὁ Χριστὸς προσκυνεῖται σὺν τῷ σώματι τῷ ταφέντι, καὶ ἐγηγερμένῳ.

Ἀλλά φασι, τί οὖν λέγεις; θέλων ἐγέννησεν ὁ Πατὴρ τὸν Υἱὸν, ἢ μὴ θέλων; ἐπειδὴ λέγεις, ἦν ἀεὶ Λόγος, καὶ οὐκ ἔνι χρόνος πρὸ τοῦ Λόγου. καί τοίγε καὶ αὐτῶν τῶν Ἀρειανῶν πρὸς ἀπάτην τινῶν ἀχρόνως τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ φασκόντων γεγεννῆσθαι, μὴ βουλομένων δὲ αὐτὸν ἀΐδιον λέγειν, ἀλλὰ λεγόντων, ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν. νομίζουσι δὲ τὸ ποτὲ μὴ εἶναι χρόνον. ἀνεταζομένης δὲ τῆς λέξεως, ἐλέγχεις αὐτοὺς ἀμαθεῖς. τὸ ποτὲ γὰρ λεξικῶς λεγόμενον, χρόνου ἐστὶ σημαντικόν. καὶ λέγοντες τὸ μὴ λέγειν χρόνον, εἰς ἀτοπίαν ἐμπίπτουσι τοῦ αὐτῶν φρονήματος ἐν κακοπιστίᾳ. εἰρωνείᾳ γὰρ ταῖς λέξεσι κέχρηνται, τῷ φρονήματι δεινῶς κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἐστρατευμένοι, ἀλλότριον παντάπασι τῆς τοῦ πατρὸς θεότητος ἀπηλλοτριωμένως δοξάζοντες. θέλων οὖν ἐγέννησεν, ἢ μὴ θέλων; ἐὰν εἴπωμεν μὴ θέλων, ἀνάγκῃ περιβάλλομεν τὸ θεῖον. καὶ ἐὰν εἴπωμεν ὅτι θέλων, διδόαμεν ὅτι ἦν τὸ θέλημα πρὸ τοῦ Λόγου· κἂν τι ἄτομον, καὶ ῥιπὴ πολλοσημόριον ὥρας εἴη, τὸ πολλοσημόριον χρόνου ἐστὶ σημαντικὸν πρὸ Λόγου, καὶ πάλιν παρεμπίπτομεν τῷ λόγῳ αὐτῶν. καὶ ἐὰν εἴπωμεν ὅτι οὐ θέλων ἐγέννησεν, ἄρα ἀνάγκῃ φύσεως ἦκται τὸ θεῖον, καὶ οὐκ ἐλευθεριότητι θελήματος. οὐκ ἔστι δὲ τούτων οὐδὲν εἰς Θεὸν, ὡς ὑπολαμβάνεις, ὦ κενόδοξε. παρὰ Θεῷ γὰρ ταῦτα οὐκ ἔστιν. οὔτε θέλων τοίνυν ἐγέννησεν, οὔτε μὴ θέλων, ἀλλ᾽ ὑπερβολῇ φύσεως. ὑπερβαίνει γὰρ ἡ θεία φύσις βουλήν, καὶ οὐχ ὑποπίπτει χρόνῳ, οὔτε ἀνάγκῃ ἄγεται. ἐν ἡμῖν γὰρ οὐδέν ἐστιν ἕτοιμον, ὅτι οὐκ ἦμεν ποτε, καὶ πρῶτόν τι βουλευόμεθα, ἔπειτα ποιοῦμεν ὃ πράττομεν, ἢ μὴ βουλευσαμένων ἡμῶν, οὐκ ἔστιν

A te. Ita ergo unigenito Filio nemo dixerit: Depone corpus ut adorem te. Sed unigenitum adorat cum corpore: hoc est increatum illum cum sanctissimo templo, qvod sibi adveniens adjunxit. Nemo item Imperatori dicit: surge ex illo tuo solio, ut te citra solium adorem: sed cum solio Imperatorem adorat. Ad eundem itaqve modum cum sepulto excitatoqve corpore Christus adoratur.

LI. Atenim objiciunt: qvid tandem dicis? Volens Pater Filium genuit, an minimè volens? Qvandoqvidem istud *Arianorum objectio & calliditas.*
B asseris: Verbum semper extitit: neqve tempus Verbum antecessit. Atqvi vel Ariani ipsi, qvo facilius illuderent, sine ullo tempore genitum esse Filium dixerunt: neqve tamen æternum fateri voluerunt, sed fuisse qvandoqve dixerunt cum non esset. Illud autem *qvandoqve* non esse tempus arbitrari sunt. Verùm si in eam dictionem diligentiùs inqviras, facilè imperitos istos redarguas. Qvippe dictio hæc, *aliqvando*, tempus significat: eumqve tempus ullum se constituere negent, summam in opinionis absurditatem cum infidelitate conjunctam incidunt.
C Nam vocibus illis per cavillationem & calumniam abutuntur, & interim mente, ac sensu suo, Dei Filium vehementer oppugnant: qvem à Patris Divinitate penitùs alienum perabsurdè faciunt. Sed illud qværunt: volensne genuerit, an minimè volens. Si minime volentem dixerimus, Deum necessitati subjicimus; sin volentem dicamus, voluntatem ipsam Verbo priorem statuimus. Ac tametsi vel punctum temporis, aut momentum horæ definiamus, pars illa, qvamvis exigua, tempus aliqvod Verbum antecessisse significat: atqve ita in illorum opinionem compellimur. At si minimè volentem genuisse
D velimus: conseqvens est naturæ necessitate Deum esse, non libertate voluntatis inductum. Atqvi horum neutrum in Deum convenire potest: qvicqvid, homo vanissime, suspiceris. Nam apud Deum neqvaqvam hæc esse possunt. *Solvitur Arianorum cavillatio.* Qvamobrem neqve volens genuit, neqve minimè volens, sed qvadam naturæ præstantia. Qvippe Divina natura consilio est omni superior, neqve tempore circunscribitur, neqve necessitate cogitur. In nobis qvidem promptum nihil est & expeditum: propterea qvod aliqvando non fuimus. Unde deliberare antea solemus: deinde qvod facere volumus exeqvimur: alioqvi nisi consilium ceperimus, nondum existit id qvod non-

dum à nobis est factum. Apud Deum è contrario perfecta omnia planaqve sunt, omniaqve in ipso completa. Ac neqve minimè volens Verbum, Deumqve, qvod ab æterno est, & à se ipso genitum, produxit, neqve volens: sed excellenti qvadam, & inexplicabili naturæ conditione, ac præstantia.

LIII. Ego verò vehementer illud admirari soleo ô fidei, & Ecclesiæ Filii! dum illud apud me cogito, qvàm temerè ea, qvæ vera propriaqve sunt, in aliena,& qvæ per tropum, & allegoriam usurpata sunt, in propria per summum errorem pertinaces Hæretici commutare soleant. Etenim qvod genitum est Verbum dicitur, qvodqve propriè huic& naturâ convenit, id ipsum negant, ac productum esse dicunt; tanqvam eorum, qvæ gignuntur, unum: procreandi verò vocabulum, qvod à Divinitate ipsius alienum est, si alicubi fortasse per allegoriam dictum est, propriè vereqve accipiendum existimant: qvod autem verum est, id
Esa.6.5. subtrahere conantur: Veluti qvod Isaias dixit; *Vidi Dominum exercituum* Item:
Gen.12.7. *Apparuit Dominus.* Tum: *Apparuit*
Dan.7.9. *Dominus Abraamo.* Et, *vidit Daniel per visum antiqvum dierum.* Apparuit Dominus Ezechieli, &dixit: *Vidi speciem Dei.* Hæc omnia usqve adeo negant, ut Prophetas mendacii coarguant, ad idqve Evangelii testimonio nituntur,
Joa.1.18. qvo Salvator ipse docuit: *Deum à nemine unqvam esse conspectum.* Atqvi Prophetæ vidisse se narrant. Necesse est igitur aut unicum Dei Filium, aut Prophetas esse mentitos. Qvamobrem ex istorum, Manichæorumqve sentententia, falsa erunt omnia, qvæ à Prophetis dicuntur. Qvod si Prophetæ minimè mentiuntur, sed vera prædicant: id qvod Salvator ipse
Esa.52.6. sua auctoritate comprobat, dicens: *Ego qvi loqvor per Prophetas, ecce venio:* recondito qvodam sensu, & allegoria videlicet opus erit. Ejusmodi sane qviddam usu venire qvotidie cernimus. Exempli caussa, cùm mare ex alicujus montis crepidine, vel planitie prospicimus, tam nos vera dicimus, dum vidisse narramus, qvam qvi vidisse se fateatur. Hic enim nullomodo mētitur. Siqvidem neqve profundum illius, neqve longitudinem, neqve molem, ac vastitatem prospexit. Sic plerumqve per angustum foramen hominem aspicimus, cujus extensionem ignoramus. Qvod si qvis vidisse se dicat, utiqve vidit. Sin alius vidisse neget, non vidit. Qvippe qvantum capere possumus, re ipsa vidimus: qvatenus

Qvomodo Deus à Prophetis visus dicatur, cum videri neqveat.

A ὃ μηδέπω παρ' ἡμῶν πέπρακται· παρὰ δὲ Θεῷ πάντα τέλεια, καὶ λεῖα, καὶ πάντα ἐν αὐτῷ πεπλήρωται, καὶ οὔτε * μὴ θέλων ἐγέννησε τὸν ἀϊδίως ὄντα γεγεννημένον ἐξ αὐτοῦ ἅγιον Λόγον, καὶ Θεὸν, ἀλλ' ἐν τῇ ὑπερβολικῇ καὶ ἀφράστῳ αὐτοῦ φύσει.

Deest οὔτε θέλων.

Θαῦμα μοι μέγιστον ἐπέρχεται, ὦ υἱοὶ τῆς πίστεως, καὶ Ἐκκλησίας, πῶς τὰ ἀληθινὰ ἐξέστρεψαν οἱ φιλόνεικοι εἰς ἀλλότρια, καὶ τὰ τροπικῶς εἰρημένα, εἰς τὰ ἀληθινὰ λαμβάνουσι σφαλλόμενοι. τὸ μὲν γὰρ γεγεννῆσθαι, ὅπερ ἐστὶν αὐτῷ κατὰ φύσιν, ἀρνοῦνται, λέγοντες οὐχ
B ὡς ἕν τι τῶν γεννημάτων. τὸ δὲ ἐκτίσθη, ὅπερ ἐστὶν ἀλλότριον τῆς αὐτοῦ θεότητος, εἴγε καὶ ἐν ἀλληγορίᾳ ποτὲ εἴρηται, ἐκεῖνο ἀληθινὸν λέγουσι. τὸ δὲ ἀληθινὸν ἀφανίζουσιν· ἐν τῷ εἰπεῖν Ἡσαΐαν, εἶδον τὸν Κύριον σαβαώθ. καὶ ὤφθη Κύριος τῷ Μωϋσῇ· καὶ ὤφθη Κύριος Ἀβραὰμ, καὶ οἶδεν ὅρασιν Δανιὴλ * παλαιῶν ἡμερῶν, καὶ τὰ τοιαῦτα. καὶ ὤφθη κύριος Ἰεζεκιήλ. καὶ εἶπεν, εἶδον εἶδος Θεοῦ. φασὶ ταῦτα μὴ εἶναι, ὡς τῶν Προφητῶν καταψεύδεσθαι, (μηδὲν) ἀπὸ τοῦ ῥητοῦ τοῦ Εὐαγγελίου, οὗ εἶπεν ὁ Σωτὴρ διδάσκων, ὅτι
C Θεὸν οὐδεὶς πώποτε ἑώρακε· Προφῆται δὲ λέγουσιν ἑωρακέναι, ἀνάγκη ψεύδεσθαι ἢ τὸν μονογενῆ, ἢ τοὺς Προφήτας. καὶ κατὰ τὸν λόγον τῶν οὕτω λεγόντων, καὶ τῶν Μανιχαίων ἔσται τὰ ἐν Προφήταις ψευδῆ. εἰ δὲ οὐ ψεύδονται οἱ Προφῆται, ἀλλ' ἀληθεύουσι, κατὰ τὸν Σωτῆρος λόγον, ὅτι ὁ λαλῶν ἐν Προφήταις, ἰδοὺ πάρειμι, νοήσεως ἐστὶ τὸ πρᾶγμα, καὶ ἀλληγορίας χρεία. καὶ γὰρ οὕτω πολλάκις τοῦτο πληροῦται. ὁρῶμεν τὴν θάλασσαν ἐκ μέρους τινὸς ὄρους, ἢ πεδιάδος,
D καὶ ἀληθεύομεν ἐν τῷ ἑωρακέναι. κἂν δέ τις εἴποι, ὅτι οὐχ ἑώρακεν, οὐ ψεύδεται, ἀλλ' ἀληθεύει. οὐκ οἶδε γὰρ που τὸ βάθος, που τὸ μῆκος, οὐκ οἶδε τὸν ὄγκον, οὐκ οἶδε τὸ κύτος. καὶ ἀπὸ ὀπῆς τινος ὁρῶμεν ἄνθρωπον, τὴν δὲ ἐπέκτασιν οὐκ ἐπιστάμεθα. κἂν εἴποι τις, εἶδον, εἶδεν. κἂν ἄλλος εἴπῃ, οὐκ εἶδον, οὐκ εἶδεν. εἴδομεν γὰρ ἀληθῶς ὡς χωροῦμεν, οὐκ

Scrib. παλαιόν.

A εἴδομεν καθό ἐστιν. οὕτω καὶ οἱ Προφῆται ὡς δι' ὀπῆς τοῦ στενωποῦ τοῦ ἰδίου σώματος κατηξιώθησαν ἰδεῖν, καὶ ἀλήθειαν εἶδον, οὐχ ὡς ἔχει τὸ ἄπειρον τῆς θεωρίας. καὶ οὕτω πεπλήρωνται συνάδουσαι πρὸς ἀλλήλας αἱ θεῖαι γραφαὶ τό τε τοὺς Προφήτας λέγειν ἑωρακέναι· εἶδον γὰρ ἐν ἀληθείᾳ, καὶ τὸ τὸν Σωτῆρα λέγειν, Θεὸν οὐδεὶς πώποτε ἑώρακεν· οὐκ εἶδον δὲ καθό ἐστιν. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς * εἶδεν ἀοράτως τὴν φύσιν, δέδωκε δὲ τῷ μὴ δυναμένῳ ὁρᾷν δύναμιν χαρίσματος εἰς τὸ ἰδεῖν τὴν δύναμιν τῆς θεωρίας.

Reg. εἶδεν.

B Ἀλλὰ μὴ πάλιν δραματουργῶν λέγεις, εἶδον μὲν οἱ Προφῆται οὐκ ὀφθαλμῷ, ἀλλὰ διανοίᾳ, συνιέντες μονονουχὶ καὶ ὁρῶντες. διὰ τοῦτο γὰρ ἀκριβῶς λέγει Ἡσαΐας· τάλας ἐγὼ, ὅτι κατανένυγμαι, ὅτι ἄνθρωπος ὢν, καὶ ἀκάθαρτα χείλη ἔχων, ἐν τῷ λαῷ ἀκάθαρτα χείλη ἔχοντι ἐγὼ οἰκῶ, καὶ Κύριον σαβαὼθ εἶδον. καὶ οὐκ εἶπεν, εἶδον τῇ διανοίᾳ, ἀλλὰ τοῖς ὀφθαλμοῖς μου. εἶδον οὖν, καὶ οὐκ εἶδον. ἀλλ' ὡς ἠδύνατο, ἐν ἀληθείᾳ δὲ εἶδον, οὐκ εἶδον δὲ ὡς ἔχει τὸ ἄπειρον τῆς ἀκαταληψίας. οὕτως οἱ πολλοὶ καὶ περὶ C Παραδείσου ἀλληγοροῦσιν, ὡς ὁ θεήλατος Ὠριγένης ἠθέλησε φαντασίαν μᾶλλον ἢ τὴν ἀλήθειαν τῷ βίῳ συνεισενέγκασθαι. καί φησιν, οὐκ ἔστι Παράδεισος ἐπὶ τῆς γῆς, δῆθεν ἀπὸ τοῦ ῥητοῦ τοῦ παρὰ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου εἰρημένου· ὅτι εἶδον ἄνθρωπον πρὸ ἐτῶν δεκατεσσάρων, εἴτε ἐν σώματι οὐκ οἶδα, εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος οὐκ οἶδα, ὁ Θεὸς οἶδεν, ἁρπαγέντα τὸν τοιοῦτον ἕως τρίτου οὐρανοῦ. ἀλλὰ μὴ παραγίνωσκε, καὶ λέγε ὅτι τὸ τρίτον * τοῦ ἀέρος. οὐ γὰρ εἰπὼν ἕως τρίτου οὐρανοῦ, περὶ μέρους τρίτου λέγει, ἀλλὰ περὶ τριῶν ἀριθμῶν, καὶ φησὶν, οἶδα τὸν D τοιοῦτον ἄνθρωπον ἁρπαγέντα εἰς τὸν Παράδεισον, καὶ ἀκούσαντα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ εἰπεῖν. δόξα τῷ παντοκράτορι Θεῷ, τῷ κατὰ πάντα τρόπον διατρανοῦντι, καὶ λεπτολογοῦντι, ἵνα οἱ ἀληθινοὶ μὴ σφάλλωνται. οὐ γὰρ ἐν μιᾷ συντομίᾳ τὸν οὐρανὸν, καὶ τὸν Παράδεισον συνῆψεν, ἀλλὰ οἶδα ἄνθρωπον, φησὶν, ἁρπαγέντα ἕως τρίτου οὐρανοῦ, καὶ πάλιν ἁρπαγέντα εἰς τὸν Παράδεισον. τὸ δὲ μετὰ τοῦ ἄρθρου, ἑτέρου προσώπου ἐστὶ διαληπτικὸν, καὶ ἑτέρου τρόπου μετα-

Corn. τὸ τρίτον μέρος legit.

A autem in sese est, non vidimus. Similiter Prophetæ per angustum veluti corporis sui foramen Deum videre meruerunt, & re ipsa viderunt: non quantum infinita ejus contemplatio postulat. Atque hoc pacto consentientes inter sese, concordesque Scripturæ veritatem ubique præstant: sive Prophetas Deum vidisse testentur: Nam re ipsa viderunt. Sive, quod Salvator asserit: *Deum nemo vidit unquam.* Non enim quatenus est in sese, viderunt. Porrò ille ipse ratione quadam, quæ aspectum omnem superat, naturam est ipsam intuitus: & ei, qui contueri non poterat, vim quandam elargitus B est, ut contemplari possit.

LIV. Verum ne cavillari, ac novam ordiri fabulam velis, ac Prophetas dicas non oculis usurpasse, sed mente, ita ut intelligerent propemodum, ac viderent: Isaias accuratis hisce vocibus tergiversationem excludit omnem: *Infelix ego quoniam compunctus sum: quoniam cum homo sim, & impura mihi sint labia, in medio populi impura labia habentis ego habito: & Dominum exercituum vidi.* Non dixit: mente vidi, sed oculis meis. Itaque viderunt, & non viderunt Prophetæ: Nimirùm quantum videri poterat, re ipsa vi- C derunt. Non viderunt autem, quantum incomprehensæ ejus naturæ infinitas postulabat. Ad eundem modum plerique de Paradiso allegoricè disputant: atque inter ceteros furiosus Origenes adumbratam nescio quam speciem pro veritate in mundum invexit. Sic enim differit: Non est Paradisus in terris: Et hoc Apostoli testimonio nititur. *Vidi hominem ante annos quatuordecim, sive in corpore nescio, sive extra corpus, nescio; Deus scit, raptum hujusmodi, usque ad tertium cælum.* Ac ne forte perperam sentias, ac dicas; usque ad tertiam cœli partem dixisse, cum dixit ad tertium usque cœlum, nullam D tertiæ partis mentionem fecit, sed tria quædam numero complexus est. Addit vero: *Scio hujusmodi hominem raptum in Paradisum: & audisse verba, quæ non licet homini loqui.* Verùm gratiæ omnipotenti nobis habendæ sunt, qui accuratissimè omnia etiam minuta quæque declarare voluit, ut ne veritatis studiosi deciperentur. Non enim brevi aliquo sermonis compendio cœlum cum Paradiso confudit. *Novi*, inquit, *hominem raptum in tertium usque cælum: & iterum raptum in paradisum.* Nam cui articulus adjungitur, id distinctā quandam personam exprimit, & ad alium mo-

Esa. 6.5.

Origenis error de Paradiso.

2.Cor.12.2.

A tas: in qva nihil curiosum est, contentiosum nihil, qvam ex audita tessera, Symboloqve didici. Qvippe ex ipsa fide gratiæ salus: *ex fide justitia, citra legis opera*, uti scriptum est. Ex fidei, inqvam, auditu iis, qvi salutem obtinent, Spiritus Christi conceditur. Cæterum qvantum è scripturarum disciplina judicare possum, generalis illa fides præconum vocibus declaratur ejusmodi: Tria esse sancta: tria simul sancta: tria existentia, tria simul existentia: tria forma prædita, tria eandem formam habentia: tria efficacia, tria simul efficientia: tria subsistentia, tria simul subsistentia, & invicem conjuncta. B Atqve ea demum sancta Trinitas appellatur, in qva tria sunt, sed una trium consensio, singularis divinitas, ejusdem virtutis, ejusdemqve substantiæ; similis è simili; qvæ æqvalem gratiam ex eadem efficit gratia, Patris, & Filii, ac Sipritus sancti. Qvinam verò possit istud fieri, ipsismet illis docendum relinqvitur. *Nemo*, inqvit, *novit Patrem, nisi Filius; neqve Filium, nisi Pater, & cui Filius revelarit*. Qvod is per Spiritum sanctum revelat. Tria igitur ista sunt; aut ex ipso, aut ab ipso, aut ad ipsum: qvæ in unoqvoqve, ut par est, intelliguntur, prout C seipsas personæ illæ declarant. Ita & lux, ignis, spiritus, cæterarum rerum aspectabilium nominibus appellantur, pro eo ac qvilibet hominum dignus est, cui hoc officii genus impenditur. Deus igitur ille, qvi initio dixit: *Fiat lux, & facta est* aspectabilis illa lux; ipse est, qvi ad verum lumen intuendum nobis illuxit; *qvod illuminat omnem hominem venientem in mundum. Emitte lucem tuam*, ait David *& veritatem tuam*. Ille ipse Dominus est, qvi dixit: *In novissimis diebus, effundam de Spiritu meo in omnem carnem; & prophetabunt filia illorum, & adolescentes ipsorum visiones videbunt*. Ac tres functionis sa- D cræ personas nobis ostendit; cum tertia ex hypostasi procedat hypostasis.

Rom. 3. 20. & Gal. 2. 16
Trinitas fides
Mat. 11. 27.
Gen. 1.
Joan. 1.
Psa. 42. 3.
Joel 2. 28

LXVIII. *Dico igitur Christum ministrum fuisse Circumcisionis pro veritate Dei; ut promissa compleret*. Porro Spiritum sanctum unà ministrare è sacrorum Librorum authoritate ita didicimus: Christus à Patre mittitur: mittitur & Spiritus sanctus: Christus in sanctis loqvitur: loqvitur & Spiritus sanctus: Sanat Christus; sanat & Spiritus sanctus: Sanctificat Christus, sanctificat & Spiritus sanctus: Baptizat in suo nomine Christus: baptizat & Spiritus sanctus. Ad eum modum scriptura loqvi-

Rom. 15. 8.

Psal. 103. 10. tur. *Emittes Spiritum tuum, & renovabis* A
faciem terræ: Qvod idem est atqve istud:
Psa. 147. 18. *E mittes verbum tuum, & liqvefacies ea.*
Act. 13. 2. *Ministrantibus* (inqvit) *illis Domino, ac jejunantibus dixit Spiritus sanctus: Segregate mihi Barnabam, & Saulum ad opus, ad qvod eos vocavi.* Idem hoc est cum isto:
Act. 9. 7. *Dominus autem dicit: Ingredere urbem, &*
Act. 13. 4. *ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere. Illi igitur missi à Spiritu sancto abierunt Seleuciam.* Qvemadmodum Christus ipse diceret: *Ecce mitto vos, sicut oves in medio*
Mat. 10. 16. Act. 15. 28. *luporum. Visum est Spiritui sancto nihil aliud imponere vobis oneris, præter hæc necessaria.* Cum qvo eòdem istud recidit. *Di-* B
1. Cor. 7. 10. *co autem ego, non Dominus: uxorem ab homine non separari. Peragrarunt vero Phrygiam, &*
Act. 16. 6. *Galatiæ tractum, prohibiti à Spiritu sancto prædicare verbum in Asia. Cum autem pervenissent in Mysiam, conabantur in Bithyniam proficisci: neqve sivit eos Spi-*
Mat. 28. 19. *ritus sanctus.* Perinde ac Christus dixit:
Mat. 10. 10. & Mar. 3. 8. *Euntes baptizate omnes gentes. Nolite portare peram, neqve virgam, neque calceamenta.*
Act. 21. 4. *Qvi qvidem* (inqvit) *Paulo dicebant per Spiritum, ne ascenderet Hierosolyma.* Item Agabus: *Hæc dicit Spiritus: Virum cujus est hæc*
2. Cor. 13. 3. *zona.* Cui simile est illud Apostoli: *An experimentum qværitis loqventis in me Chri-*
Act. 20. 35. Spiritus sanctus æqualis Christo. V. 22. Philip. 1 *sti?* Vel: *Mementote verborum Domini;* C *qvoniam ipse dixit: Melius est dare, qvam accipere. Et nunc ego Spiritu alligatus abeo.* Qvasi dicat: *Paulus vinctus Jesu*
Gal. 1. 20. *Christi. Verumtamen Spiritus contestatur mihi per urbes dicens.* Cujusmodi est illud: *Dominus testis est animæ meæ,*
Ram. 1. 4. *qvod non mentior. In virtute secundum Spiritum sanctificationis:* simile est huic:
Esa. 57. 15. *Sanctus in sanctis reqviescens.* Item:
Rom. 2. 29. *Circumcisio cordis in Spiritu.* Cui respon-
Col. 2. 11. det illud: *Et circumcisus circumcisione non manu facta, in expoliatione corporis peccatorum, in circumcisione Christi.* Illud
1. Cor 3. 16. verò: *Si Spiritus Dei habitat in vobis,* huic
Col. 2. 6. est affine: *Qvemadmodum accepistis* D *Christum, in ipso ambulate.* Et, *Spiri-*
2. Re 23. 2. *tus Domini locutus est in me, Et verbum ejus in ore meo.* Item: *Primitias Spi-*
Rom. 8. 23. 1. Cor 15. 23 *ritus habentes,* ad illud accedit: *Primi-*
Rom 8. 26 *tiæ Christus. Sed ipse Spiritus postulat pro*
Ib. 34. Rom. 15. 16. *nobis,* Idem est cum illo: *Qvis est ad dexteram Dei; qvi interpellat pro nobis. Ut sit oblatio gentium accepta, sanctificata in Spi-*
Phil. 1. 10. *ritu sancto.* Cui hoc simile est: *Dominus*
1. Cor. 1. 10 *autem sanctificet vos, ut sitis sinceri, &*

A γραφαί· ἀποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. ὅμοιον τῷ λέγειν, ἐξαποστελεῖς τὸν Λόγον σου, καὶ τήξεις αὐτά. λειτουργούντων δὲ αὐτῶν τῷ Κυρίῳ, καὶ νηστευόντων, εἶπε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀφορίσατέ μοι Βαρνάβαν, καὶ Σαῦλον εἰς τὸ ἔργον, ὃ προσκέκλημαι αὐτούς. ὅμοιον τῷ εἰπεῖν, ὁ δὲ Κύριος εἶπεν, εἴσελθε εἰς τὴν πόλιν, κἀκεῖ λαληθήσεταί σοι τί σε δεῖ ποιεῖν. οὗτοι μὲν οὖν ἐκπεμφθέντες ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, κατῆλθον εἰς Σελεύκειαν. ὡς ἂν εἴποι Χριστός, ἰδοὺ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων. ἔδοξε γὰρ τῷ Πνεύματι B τῷ ἁγίῳ μηδὲν ἄλλο ἐπιτίθεσθαι βάρος, πλὴν τῶν ἐπαναγκες. ὡς ἂν * εἴποι, λέγω δὲ οὐκ ἐγώ, ἀλλ᾽ ὁ Κύριος, γυναῖκα ἀπὸ ἀνδρὸς μὴ χωρισθῆναι. διῆλθεν δὲ τὴν Φρυγίαν, καὶ τὴν Γαλατικὴν χώραν, κωλυθέντες ἀπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου λαλῆσαι τὸν λόγον ἐν τῇ Ἀσίᾳ. ἐλθόντες δὲ εἰς τὴν Μυσίαν, ἐπείραζον εἰς τὴν Βιθυνίαν πορεύεσθαι, καὶ οὐκ εἴασεν αὐτοὺς τὸ Πνεῦμα. ὡς ἂν εἴποι Χριστός, πορευθέντες βαπτίσατε πάντα τὰ ἔθνη· μὴ βαστάζητε πήραν, μὴ ῥάβδον, μηδὲ ὑποδήματα. οἵτινες, φησίν, ἔλεγον τῷ Παύλῳ διὰ τοῦ Πνεύματος, μὴ ἀναβαίνειν εἰς C Ἱερουσαλήμ. Ἄγαβος φησί, τάδε λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸν ἄνδρα οὗ ἐστιν ἡ ζώνη αὕτη. ὅμοιος ὥσπερ ἔλεγε Παῦλος, εἰ δοκιμὴν ζητοῦντες τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Θεοῦ; ἢ μνημονεύετε τῶν λόγων Κυρίου. ὅτι αὐτὸς εἶπεν, ἀγαθὸν διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν. καὶ νῦν ἰδοὺ ἐγὼ δεδεμένος τῷ πνεύματι πορεύομαι. ὡς εἴποι, Παῦλος δέσμιος Ἰησοῦ Χριστοῦ. πλὴν τὸ Πνεῦμά μοι διαμαρτύρεται κατὰ πόλιν λέγον, ὅμοιον τῷ εἰπεῖν, κύριος μαρτυρεῖ τῇ ἐμῇ ψυχῇ, ὅτι οὐ ψεύδομαι· ἐν δυνάμει κατὰ Πνεῦμα ἁγιωσύνης, ὅμοιον τῷ εἰπεῖν ἅγιος ὁ ἐν ἁγίοις ἀναπαυό- D μενος. καὶ περιετμήθητε περιτομῇ ἀχειροποιήτῳ, ἐν ἀπεκδύσει τοῦ σώματος τῶν ἁμαρτιῶν, ἐν περιτομῇ τοῦ Χριστοῦ. εἴπερ πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, ὅμοιον τῷ εἰπεῖν, καθὼς ἐλάβετε Χριστόν, ἐν αὐτῷ περιπατεῖτε. καὶ πνεῦμα Κυρίου ἐλάλησεν ἐν ἐμοί, καὶ λόγος αὐτοῦ ἐν τῷ στόματί μου. καὶ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ Πνεύματος ἔχοντες, ὅμοιον τῷ εἰπεῖν, ἀπαρχὴ Χριστός. ἀλλ᾽ αὐτὸ τὸ Πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν, ὅμοιον τῷ εἰπεῖν, ὅς ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ, ὃς καὶ ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν. ἵνα γένηται ἡ προσφορὰ τῶν ἐθνῶν εὐπρόσδεκτος, ἁγιασθεῖσα ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. ὅμοιον τῷ εἰπεῖν, ὁ δὲ Κύριος ἁγιάζει ὑμᾶς, ἵνα ἦτε εἰλικρινεῖς καὶ ἀπρόσκοποι

κ. εἴποι Χριστός.

ἀπρόσκοποι εἰς ἡμέραν Χριστοῦ. ἡμῖν δὲ ἀπεκάλυψεν ὁ Χριστὸς διὰ Πνεύματος αὐτοῦ, ὅμοιον τῷ εἰπεῖν, ὅτε εὐδόκησεν ὁ Θεὸς ὁ ἀφορίσας ἐκ κοιλίας μητρός μου διὰ τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἀποκαλύψαι τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοί. ἡμεῖς δὲ οὐ τὸ Πνεῦμα τοῦ κόσμου ἐλάβομεν, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ Θεοῦ· ὅμοιον τῷ εἰπεῖν, ἑαυτοὺς δοκιμάζετε, εἰ ὁ Χριστὸς ἐν ὑμῖν. ναὸς τοῦ Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, ὅμοιον τῷ εἰπεῖν, ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός.

Ἀλλὰ καὶ τὴν δικαιοσύνην ἐξ ἀμφοῖν λέγει, καὶ τὴν χάριν. δικαιωθέντες δὲ ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ ἐν Πνεύματι τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ὅμοιον τῷ εἰπεῖν, δικαιωθέντες δὲ ἐκ πίστεως, εἰρήνην ἔχομεν πρὸς τὸν Θεὸν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν Κύριον Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, καὶ οὐδεὶς δύναται Πνεῦμα ἅγιον λαβεῖν, εἰ μὴ παρὰ Κυρίου. διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσὶ, τὸ δὲ αὐτὸ Πνεῦμα· καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσιν, ὁ δὲ αὐτὸς κύριος· καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσὶν, ὁ δὲ αὐτὸς Θεὸς ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσι, καὶ ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου πνεύματος. καὶ μὴ λυπεῖτε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐν ᾧ ἐσφραγίσθητε εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως· ὅμοιον τῷ εἰπεῖν, εἰ παραζηλοῦμεν τὸν Κύριον, μὴ ἰσχυρότεροι αὐτοῦ ἐσμεν; τὸ δὲ Πνεῦμα * ῥητῶς λέγει, ὅμοιον τῷ εἰπεῖν, τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ. καὶ, τὸ Πνεῦμά μου ἐφέστηκεν ἐν μέσῳ ὑμῶν. ἐάν τις ἐμοὶ ἀνοίξῃ, εἰσελθῶ ἐγὼ, καὶ ὁ Πατὴρ, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιησόμεθα. Ἡσαΐας δὲ, καὶ ἐπ' αὐτὸν πνεῦμα Θεοῦ. ὁ δὲ * Χριστὸς, πνεῦμα Κυρίου οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με. καὶ, Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρὲτ, ὃν ἔχρισε Πνεύματι ἁγίῳ. εἰ Κύριος ἀπέσταλκέ με, καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ. Φανερὰ δὲ καὶ ἡ φωνὴ τῶν Σεραφὶμ κράζουσα, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, κύριος Σαβαώθ. ἐὰν δὲ ἀκούσῃς ὅτι τῇ δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ ὑψωθεὶς τήν τε ἐπαγγελίαν τοῦ Πνεύματος λαβὼν παρὰ τοῦ Πατρός· ἢ, περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς ἣν ἠκούσατε. ἢ ὅτι τὸ πνεῦμα αὐτὸν ἐκβάλλει εἰς τὴν ἔρημον, ἢ ὅτι αὐτὸς λέγει, μὴ μεριμνήσητε τί εἴπητε, ὅτι τὸ πνεῦμα τοῦ Πατρός μου τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. ἢ, εἰ δὲ ἐν πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ Δαιμόνια.

γρ. ἐῤῥητῶς.

Deest aliqvid.

A *sine offensione in diem Domini. Nobis verò* 1.Cor.2.10. *revelavit Dominus per ipsius Spiritum:* idem cum isto loco significat: *Qvando* Gal.1.15. *placuit ei, qvi me segregavit ab utero matris meæ, per gratiam ipsius, revelare in me Filium suum. Nos autem non mundi spiritum accepimus, sed Spiritum Dei.* 1.Cor.2.12. Cum eo conferendum istud est: *Vosmetipsos* 2.Cor.13.5. *probate, num Christus sit in vobis. Templum* 1.Cor.3.16. *Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis;* perinde atqve illud: *Habitabo in illis, &* 2.Cor.6.16. *inambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.*

B LXIX. Qvinetiam justificationem ab utroqve manare demonstrat, & gratiam. *Justificati porrò in nomine Domini* 1.Cor.6.11. *nostri Jesu Christi, & in Spiritu Dei nostri.* Cui simile est: *Justificati autem ex fide* Rom.5.1. *pacem habemus cum Deo per Dominum nostrum Jesum Christum. Nemo potest dicere, Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto.* Et; *Nemo potest accipere Spiritum sanctum,* 1.Cor.12.3. *nisi à Domino. Divisiones porrò gratiarum* 1.Cor.12.4. *sunt: idem verò Spiritus: & divisiones ministeriorum sunt idem autem Dominus: & divisiones operationum sunt; idem autem* 2.Cor.3.18. *Deus; qvi operatur omnia in omnibus.* Et; *A gloria in gloriam, tanqvam à Domini Spi-* Eph.4.30. C *ritu.* Et, *Nolite contristare Spiritum sanctum, in qvo signati estis in diem redemptio-* 1.Cor.10.22. *nis:* cum illo consentiunt. *Si provoca-* 1.Tim.4.1. *mus Dominum, an fortiores ipso sumus?* Hoc autem: *Spiritus manifestè dicit;* simile est huic: *Hæc dicit Dominus omnipotens.* Et: *Spiritus meus stat in medio vestri:* cum Ag.2.6. isto conjungitur: *Si qvis aperuerit mihi,* Apoc.3.20. *ingrediemur ego & Pater, & mansionem* Joa.14.23. *apud ipsum faciemus.* Ad hæc Isaias: *Et* Isa.11.2. *super ipsum,* inqvit, *Spiritus Dei.* Christus Luc.4.18. verò: *Spiritus Domini super me, propter* Act.10.38. *qvod unxit me.* Et; *Jesum à Nazaret,* Isa.48.16. *qvem unxit Deus Spiritu sancto.* Vel: *Dominus misit me, & Spiritus ejus.* Nec ob- D scura Seraphinorum clamantium vox est: Isa.6.3. *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth.* Act.2.33. Præterea cùm illud audies: *Dextra Dei exaltatus; & promissionem Spiritus accipiens* Act.1.4. *à Patre.* Vel: *Expectare promissionem* Mar.1.12. *Patris, qvam audistis.* Vel qvemadmodum *Spiritus illum in desertum expulit.* Matth.10.19. Vel qvod idem ait: *Nolite cogitare qvid loqvamini: qvoniam Spiritus* Luc.11.19. *Patris mei loqvitur in vobis.* Mar.3.29. Sive illud: *Si autem in Spiritu Dei ejicio Dæmonia.*

Mat. 3. 29. Vel: *Qui autem blasphemaverit in Spiri-*
tum sanctum, non remittetur ei, &c.
Luc. 23. 26. Vel: *Pater! In manus tuas commendo*
Luc. 2. 80. *Spiritum meum.* Vel: *Puer crescebat, &*
corroboratur Spiritu. Jesus verò repletus
Spiritu sancto reversus est à Jordane. Si-
Luc. 4. 2. ve: *Reversus est Jesus virtute Spiritus.*
Joa. 3. 6. Vel: *Quod natum est è Spiritu, spiritus*
est. Hæc omnia eòdem cùm iisce reci-
Joa. 1. dunt: *Quod factum est, in ipso vita erat.*
Joa. 14. 16. Vel cum eo: *Ego rogabo Patrem, & ali-*
um Paracletum dabit vobis, Spiritum verita-
Act. 5. 3. *tis.* Vel cum isto: *Cur implevit cor tuum*
Satanas (ait Petrus Ananiæ) *fraudare te*
Spiritus sanctus Deus est. *Spiritum sanctum?* Deinde subjicit: *Non*
hominibus mentitus es, sed Deo. Igitur
Deus ex Deo, Deus est, inqvam, Spiritus
sanctus, cui mentiti sunt, qvi ex agri pre-
tio nonnihil interverterant. Ejusmodi
1. Tim. 3. 16. est & istud: *Qui manifestatus est in car-*
ne, justificatus est in Spiritu. Hoc ego
Rom. 9. 5. majus nihil habeo, qvod dicam. Por-
rò Deus est Filius. Nam Apostolus: *Ex*
quibus, inqvit, *Christus secundum carnem,*
Act. 16. 31. *qui est supra omnia Deus. Crede*, inqvit,
Act. 16. 34. *in Dominum Jesum, & salvaberis.* Item:
Locutus est, inqvit, *illis sermonem Domini.*
Et deducens eos, in domum, apposuit illis
mensam: & lætatus est cum universa fa-
milia postqvam credidit Deo. Sive illud
Joann. 1. consideres. *In principio erat Verbum,*
& verbum erat apud Deum, & Deus erat
Verbum. Vel: *ut doctrinam nostri Sal-*
Tit. 2. 10. Ib. 11. *vatoris ornent.* Sive: *Apparuit gratia Do-*
mini, & Salvatoris nostri Jesu Christi omni-
bus hominibus erudiens nos. Vel: *Ex-*
pectantes beatam spem, & adventum glo-
Act. 20. 28. *riæ magni Dei & Salvatoris nostri Jesu*
Christi. Item: *Hoc est ministerium Spiri-*
tus & verbi. Attendite, inqvit, *vobis, &*
universo gregi, in qvo posuit vos Spiritus
sanctus Episcopos, regere Ecclesiam Dei.
1. Tim. 1. 12. Perinde ac si diceret: *Gratias ago corro-*
boranti me Christo Jesu Domino nostro;
qvòd me fidelem arbitratus est, ad ministe-
rium constituens.

LXX: Iraqve Filius & Spiritus sanctus cum Patre, uti demonstravimus, agunt communiter, *Verbo enim*
Psal. 32. 6. *Domini cæli firmati sunt; & spiritu oris ipsius omnis virtus ejus.* Spiritus verò san-
Spiritus sanctus adorandus. Joa. 4. 24. ctus adorandus est: *Qui enim adorans Deum, spiritu adorare oportet, & veritate.*

A ἢ, ὁ δὲ βλασφημῶν εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ, καὶ τὰ ἑξῆς. *ἢ, τὸ παιδίον ηὔξανε, καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι. ἢ, Ἰησοῦς πλήρης Πνεύματος ἁγίου ὑπέστρεψεν ἀπὸ τοῦ Ἰορδάνου. ἢ, ὑπέστρεψεν Ἰησοῦς τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος. ἢ, τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ Πνεύματος, πνεῦμά ἐστιν· ὅμοιον τὸ εἰπεῖν, ὃ γέγονεν ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν. ἢ, κἀγὼ παρακαλέσω τὸν Πατέρα μου, καὶ ἄλλον Παράκλητον δώσει ὑμῖν, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας. ἢ, διὰ τί ἐπλήρωσε τὴν καρδίαν σου ὁ Σατανᾶς, τῷ Ἀνανίᾳ Πέτρος, ψεύσασθαί σε
B τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; καὶ μετὰ ταῦτα, οὐκ ἀνθρώποις ἐψεύσω, ἀλλὰ τῷ Θεῷ. ἄρα Θεὸς ἐκ Θεοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ᾧ ἐψεύσαντο οἱ τοῦ τιμήματος τοῦ χωρίου νοσφισάμενοι. ἢ, ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ, ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι. τούτου μεῖζον οὐκ ἔχω λέγειν. Θεὸς δὲ ὁ Υἱός. ἐξ ὧν, φησὶν, ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεός. πίστευσον, φησὶν, εἰς τὸν Κύριον Ἰησοῦν, καὶ σωθήσῃ. καὶ ἐλάλησε αὐτοῖς τὸν λόγον τοῦ Κυρίου. ἀναγαγών τε αὐτοὺς εἰς τὸν οἶκον, παρέθηκεν αὐτοῖς τράπεζαν, καὶ ἠγαλλιάσατο πανοικὶ πεπι-
C στευκὼς τῷ Θεῷ. ἢ, ὅτι ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. ἢ ἵνα τὴν διδασκαλίαν τοῦ Πατρὸς ἡμῶν Θεοῦ * κοσμήσωσιν. ἢ, ἐπεφάνη ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ, * ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις, παιδεύουσα ἡμᾶς. ἢ, προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ Κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἢ, αὕτη ἡ διακονία τοῦ Πνεύματος καὶ τοῦ λόγου. προσέχετε δὲ, φησὶν, ἑαυτοῖς, καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ, ἐν ᾧ ὑμᾶς ἔθετο τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπισκόπους ποι-
D μαίνειν τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ· ὅμοιον τῷ εἰπεῖν, χάριν ἔχω τῷ ἐνδυναμώσαντί με Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ὅτι πιστόν με ἡγήσατο θέμενος εἰς διακονίαν.

Συνεργεῖ τοίνυν, ὡς ἀποδέδεικται, τῷ Πατρὶ ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. τῷ γὰρ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. προσκυνητὸν δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. τοὺς γὰρ προσκυνοῦντας Θεῷ, ἐν πνεύματι δεῖ προσκυνεῖν καὶ ἀληθείᾳ,

Deest ἤ, Πάτερ εἰς χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ Πνεῦμά μου.

γρ. κοσμήσωσιν.

γρ. τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ.

γρ. πάλη- θηκα. εἰ δὲ συνεργεῖ* ταῦτα, κτίσις κτίσιν οὐκ ἐργάζεται, οὐδὲ κτιστὴ θεότης γίνεται, οὐδὲ ἐν μέτρῳ ἢ περιοχῇ ὁ Θεὸς γινώσκεται. ἔστι γὰρ ἀπερίγραφος, ἀχώρητος, ἀπερινόητος, πάντα περιέχων τὰ γρ. ἐξουσ. ποιήματα* ὁ Θεός. οὐδὲ λατρευτὴ κτίσις, ἐλάτρευσαν γὰρ τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, καὶ ἐμωράνθησαν. πῶς γὰρ οὐ μωρὸν κτίσιν θεολογεῖν, γρ. Πατρός. ἀθετεῖν δὲ* πρώτην ἐντολὴν τὴν λέγουσαν· ἄκουε Ἰσραὴλ, κύριος ὁ Θεός σου κύριος εἷς ἐστιν, οὐκ ἔσται ἐν σοὶ Θεὸς πρόσφατος; ἐν γραφαῖς δὲ ἁγίαις διάφορα ὀνόματα καλεῖται Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος. Πατρὸς μὲν, πατὴρ παντοκράτωρ, πατὴρ ἁπάντων, πατὴρ Χριστοῦ. Υἱοῦ δὲ, λόγος, Χριστὸς, φῶς ἀληθινόν. τοῦ δὲ ἁγίου Πνεύματος, Παράκλητος, πνεῦμα ἀληθείας, πνεῦμα Θεοῦ, πνεῦμα Χριστοῦ. Cor. ἔτι τοίνυν. * τί τοίνυν ὁ Θεὸς νοεῖται, καὶ Πατὴρ, φῶς, ἀλλ' ὡς ὑπέρλαμπρον, δύναμις, σοφία. εἰ δὲ φῶς ὁ Θεὸς, καὶ πατὴρ, φῶς ἄρα ἐκ φωτὸς γρ. διὰ τὸ φωτός. ὁ Υἱὸς, καὶ διὰ* τοῦτο οἰκῶν φῶς τὸ ἀπρόσιτον. δύναμις δὲ ὅλος ὁ Θεός, καὶ διὰ τοῦτο κύριος τῶν δυνάμεων. σοφία ὅλος ὁ Υἱός. οὐκοῦν σοφία ὁ υἱὸς ἐκ σοφίας, ἐν ᾧ πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας ἀπόκρυφοι. ζωὴ δὲ ὅλος ὁ Θεός, οὐκοῦν ζωὴ ἐκ ζωῆς ὁ Υἱός. ἐγὼ γάρ εἰμι ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή. τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα παρὰ ἀμφοτέρων, πνεῦμα ἐκ Πατρός. πνεῦμα γὰρ ὁ Θεὸς, θεότης χαρισμάτων ἐστὶ δοτὴρ, ἀληθέστατον, φωτιστικὸν, παράκλητον, βουλευμάτων Πατρὸς ἀγγελτικόν. ὡς γὰρ ὁ Υἱὸς μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος, οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἀλλ' ἐλάβομεν, φησὶ, πνεῦμα Θεοῦ ἵνα ἴδωμεν τὰ χαρισθέντα ἡμῖν ἀπὸ Θεοῦ, ἃ καὶ λαλοῦμεν. οὐκ ἐν πειθοῖς σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος Θεοῦ, πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες.

Ἀλλ' ἐρεῖ τις· οὐκοῦν φαμὲν δύο εἶναι υἱοὺς καὶ πῶς μονογενής; μενοῦνγε σὺ τίς εἶ ὁ ἀντιλογιζόμενος τῷ Θεῷ; εἰ γὰρ τὸν Υἱὸν καλεῖ τὸν ἐξ αὐτοῦ, τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα τὸ παρ' ἀμφοτέρων, ἃ μόνον πίστει νοούμενα ὑπὸ τῶν ἁγίων, φωτεινὰ, φωτοδότα, φωτεινὴν τὴν ἐνέργειαν ἔχει, σύμφωνά τε πρὸς αὐτὸν τὸν Πατέρα ποιεῖται γρ. ἀληθῶς. φωτὸς πίστει. ἄκουε ὦ οὗτος, ὅτι ὁ Πατὴρ * ἀληθῶς Υἱοῦ ἐστι Πατὴρ, φῶς ὅλος. καὶ Υἱὸς ἀληθὴς πατρὸς, φῶς ἐκ φωτός. οὐχ ὡς τὰ ποιήματα ἢ κτίσματα προσηγορίᾳ μόνῃ.

A Quod si veritas communiter agit; creatura creaturam aliam non efficit, neque creari Divinitas potest: neque certo modo, ac circumscriptione definitus cognoscitur Deus. Circumscribi enim non potest, aut capi, aut intelligentia comprehendi, cum universa Dei opera contineat. Sed neque creaturæ serviendum: *Servierunt*, inquit, *creaturæ potius quàm creatori, & fatui redditi sunt.* Rom. 1. 25. Nonne stolidum est creaturæ Divinitatem tribuere, ac primum hoc violare præceptum: *Audi Israël! Dominus Deus tuus unus est. Non erit in te Deus recens?* Deut. 6. 4. Psal. 80. 10. Cæterum diB versis in scriptura nominibus Pater, & Filius, & Spiritus sanctus insigniri solent: Utputa Pater, *Pater omnipotens, Pater omnium, Pater Christi* vocatur. Varia nomina personarum trium. Filius verò: *Verbum, Christus, Filius, lux vera.* Spiritus sanctus denique, *Paracletus, Spiritus veritatis, Spiritus Dei, Spiritus Christi.* Quinetiam Deus ille idem ac Pater lux intelligitur, & quidem admirabili splendore collucens, nec non & *virtus*, & *sapientia.* Atque uti lux est Deus & Pater, ita lux est de luce Filius. Unde & *lucem inhabitat inaccessam.* 1. Tim. 6. Porro virtus est totus Deus. Unde & *virtutum est Dominus.* Psal. 58. 6. Sapientia totus est Deus. IgiC tur sapientia est è sapientia Filius, *in quo sapientiæ thesauri sunt omnes reconditi.* Col. 2. 3. Vita totus est Deus. Ergo vita est è vita Filius. *Ego enim sum*, inquit, *veritas, & vita.* Joan. 14. 6. At Spiritus sanctus ab ambobus oritur, Spiritus è spiritu. Spiritus sanctus à Patre oritur, & Filio. *Spiritus quippe Deus est*, idem & cœlestium donorum largitor est verissimus, lucis efficax, consolvator, consiliorum Patris interpres, ac nuncius. Joan. 4. 24. Nam ut Filius *magni consilii Angelus est*; ita Spiritus sanctus. Esa. 9. 6. *Sed accepimus*, inquit, *Spiritum Dei ut videamus quæ à Deo donata sunt nobis, quæ & loquimur, non blandis sapientiæ sermonibus; sed probatione Spiritus Dei, spiritalibus spiritalia comparantes.* 1. Cor. 2. 12.

D LXXI Dicat aliquis: Duos ergo Filios statuimus. Objectio solvitur. Quod si ita est, qui tandem esse potest Unigenitus? Imo verò *tu quis es qui contradicas Deo?* Rom. 9. 20. Cùm enim Filium vocet, qui à se oritur: Spiritum verò sanctum, qui ab utroque procedit, eæ tres personæ sola fide à sanctis viris perceptæ lucidæ, ac lucis auctores lucida sunt actione præditæ: & cum ipso Patre fidei luce concordiam servant. Heus tu! igitur audi, quemadmodum Pater verè sit Filii Pater, totusque lux: & Filius veri sit Patris Filius, lumen de lumine: non ut facta, creatave cætera, appellatione duntaxat:

Spiritus deniqve sanctus veritatis sit Spi-A ritus, ac tertium à Patre Filioqve lumen: cætera omnia adoptione, vel comparatione, vel appellatione, vel appositione, non simili cum eo actione, vel virtute vel luce, vel notione censentur. Sive

Esa. 1. 2. qvis illud dixerit: *Filios genui & exaltavi.*

Psal. 81. 6 Sive illud: *Ego dixi dii estis, & filii Al-*

Job. 38. 28. *tissimi omnes.* Sive istud: *Qvi genuit*

Eph. 3. 5. *stillas roris.* Sive hoc ipsum: A *qvo omnis*

Amos 4. 13. sec. LXX. *Paternitas in cælis & in terra.* Sive: *Ego firmans tonitru, & creans Spiritum.* Non enim cæterorum patrum, patriarcharúmve more verus ille Pater aut esse Pater aliqvando cœpit, aut progressu tem-B poris esse qvandoqve desinet. Nam si Pater esse cœperit, est necesse ut filius alterius Patris olim fuerit, anteqvam esset unigeniti Pater. Porrò similitudine qvadam patrum patres intelliguntur esse filii, & in infinitum verus originis sator, ac parens perduci potest. Neqve verò cæterorum instar filiorum, qvi adoptione facti sunt, verus Filius recens est factus Filius. Alioqvin enim tempus aliqvando fuit, qvo Pater nondum esset unigeniti Pater. Sed neqve uti reliqvi spiritus, veritatis spiritus creatum qviddam est, aut fa-

Esa. 9. 6. ctum: neqve cæterorum instar Angelo-

rum: *magni illi consilii Angelus* dicitur.C

Spiritus sanctus à creatore differt. Si qvidem illa initium habent & finem: hæc duo robur, ac principatum habent, qvem nulla cujusqvam intelligentia possit asseqvi. Hæc universa procrearunt, qvæ cum Patre per infinita sæcula communiter omnia moliuntur: cætera ab illis prout ipsis libet creantur. Illa serviunt iis, & colunt: his à creaturis omnibus servitus cultusqve tribuitur. Hæc operibus suis medicinam adhibent; illa medicinam ab istis accipiunt. Illa pro suo qvædam merito judicium subeunt; hæc justum exercent judicium. Hæc in tempore; illa extra tempus sunt. Hæc universa collustrant: ab his illa collu-D strantur. Hæc *infantes ad sublimitatem vocant*, illa à perfecto vocantur. Hæc largiuntur omnibus: illa muneribus afficiuntur. Ad summam illa in cœlis cœlorum, ac cæteris, qvæ oculis subducta sunt, locis sanctitatem illam prædicant: hæc illorum prædicatione celebrata cum dignis sua dignè dona communicant.

Ps. 103. 18. LXXII. Cæterum complures Spi-

Psa. 40. 6. ritus sacræ literæ esse significant: *Qvi*

Plures in *facit,* inqvit, *Angelos suos spiritus, & mi-*

sacris literis Spiritus. *nistros suos in ignem urentem.* Item: *Omnes Spiritus laudate Dominum.* Sed & iis,

A καὶ Πνεῦμα ἅγιον Πνεῦμα ἀληθείας. ἔστι φῶς τρίτον παρὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. τὰ δ' ἄλλα πάντα θέσει, ἢ κλήσει, οὐχ ὅμοια τούτοις ἐνεργείᾳ, ἢ δυνάμει, ἢ φωτὶ, ἢ ἐννοίᾳ. ὡς ἂν εἴποι τις, υἱοὺς ἐγέννησα, καὶ ὕψωσα. ἢ ὡς ἂν εἴποι τις, ἐγὼ εἶπα θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες. ἢ ὡς ἂν εἴποι τις, ὁ τετοκὼς βώλους δρόσου. ἢ ὡς ἂν εἴποι τις, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ γῆς. ἢ ὡς ἂν εἴποι τις, ἐγὼ ὁ στερεῶν βροντὴν, καὶ κτίζων πνεῦμα. οὐ γὰρ ὡς οἱ λοιποὶ πατέρες, ἢ πατριάρχαι, ὁ ἀληθινὸς Πατὴρ ἀρξάμενος τοῦ εἶναι Πατὴρ,

B ἢ ἐκλιπὼν ποτε χρόνῳ τοῦ εἶναι Πατήρ. εἰ γὰρ ἄρχεται τοῦ εἶναι Πατὴρ, υἱὸς ἄρα ἦν ποτε ἑτέρου Πατρὸς, πρὸ τοῦ εἶναι αὐτὸν Πατέρα μονογενοῦς. καθ' ὁμοιότητα δὲ πατέρες πατέρων * νοούμενα τέκνα, εἰς ἄπειρον τὸν ἀληθῶς πατέρα τῆς ἀρχαιολογίας ἀνευρεῖν ἐστιν. — x. νοοῦνται.

οὐδὲ ὡς τὰ λοιπὰ τέκνα θέσει, ὁ Υἱὸς ὁ ἀληθινὸς, νέος τοῦ εἶναι Υἱός. εἰ γὰρ νέος τοῦ εἶναι Υἱός, ἦν ποτε χρόνος ὅτε οὐκ ἦν Πατὴρ πατὴρ μονογενοῦς. οὐδὲ ὡς τὰ λοιπὰ πνεύματα, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας κτιστὸν, ἢ ποιητόν. οὐδὲ ὡς οἱ λοιποὶ Ἄγγελοι, ὁ τῆς με-

C γάλης βουλῆς Ἄγγελος καλεῖται. ἃ μὲν γὰρ ἀρχὴν καὶ τέλος ἔχει, * ὁ δ' ἂν ἀνεπινόητον ἔχει τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ κράτος. καὶ ἃ μὲν κτίζει τὰ πάντα εἰς ἀπείρους αἰῶνας, συνεργοῦντα Πατρί. ἃ δὲ κτίζεται ἀπὸ τούτων, ὡς ἂν ἐθέλοιε. καὶ ἃ μὲν λατρεύει τούτοις, ἃ δὲ λατρευτὰ ὑπὸ τῶν ὅλων κτισμάτων. καὶ ἃ μὲν ἰᾶται τὰ ποιήματα, ἃ δὲ τὴν ἴασιν λαμβάνει παρ' αὐτῶν. καὶ ἃ μὲν κρίνεται κατ' ἀξίαν, ἃ δὲ τὴν κρίσιν ἔχει τὴν δικαίαν, καὶ ἃ μὲν * χρόνῳ ἐστιν, ἃ δὲ οὐκ ἐν χρόνῳ τυγχάνει. καὶ ἃ μὲν φωτίζει τὰ πάντα, ἃ δὲ φω- — For. ἃ δ. — x. χρόνου.

D τίζεται ὑπὸ τούτων. καὶ ἃ μὲν καλεῖ νηπίους εἰς ὕψος, ἃ δὲ καλεῖται ὑπὸ τελείου. καὶ ἃ μὲν χαρίζεται πᾶσιν, ἃ δὲ χαρίσματα λαμβάνει. καὶ καθάπαξ εἰπεῖν, ἃ μὲν ἐξυμνεῖ τὴν ἁγιότητα ἐν οὐρανοῖς οὐρανῶν, καὶ λοιποῖς ἀοράτοις τόποις, ἃ δὲ ἐξυμνούμενα τὰ δῶρα ἀξίως παρέχει τοῖς ἀξίοις.

Πνεύματα δὲ πλεῖστα, φησὶ ἡ γραφή· ὁ ποιῶν τοὺς Ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα. καὶ, πάντα τὰ πνεύματα αἰνεῖτε τὸν Κύριον. χαρίσματα δὲ

ἀξίοις δίδοται διακρίσεως πνευμάτων. ἃ μὲν A
γὰρ ἐπουράνιά εἰσι, χαίροντα τῇ ἀληθείᾳ.
ἃ δὲ ἐπίγεια, ἀπάτης καὶ πλάνης ἀνάπλεα.
ἃ δὲ ὑπόγεια, ἀβύσσου καὶ σκότους τέκνα. παρεκάλει γὰρ, τὸ Εὐαγγέλιον, φησὶν, ἵνα μὴ πέμψῃ αὐτοὺς εἰς τὴν ἄβυσσον. ὡσαύτως τε καὶ τοῖς πνεύμασιν ἐπιτάσσει, καὶ τὰ πνεύματα ἐξεδίωκε λόγῳ, καὶ οὐκ εἴα αὐτὰ λαλεῖν. λέγεται δὲ πνεῦμα κρίσεως, καὶ πνεῦμα * καυσεως. λέγεται καὶ πνεῦμα κόσμου. ἡμεῖς δὲ τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου οὐκ ἐλάβομεν, φησί. καὶ πνεῦμα δὲ ἀνθρώπου· τίς γὰρ οἶδεν ἀνθρώπων τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ B ἀνθρώπου; καὶ πνεῦμα πορευόμενον, καὶ οὐκ ἐπιστρέφον· ὅτι πνεῦμα διῆλθεν ἐν αὐτῷ, καὶ οὐχ ὑπάρξει. καὶ ἀντανελεῖς τὸ πνεῦμα αὐτῶν, καὶ ἐκλείψουσι. καὶ πνεῦμα Προφητῶν καὶ Προφήταις ὑποτάσσεται. ἢ, ἰδοὺ πνεῦμα ψευδὲς ἔστη ἐνώπιον Κυρίου, καὶ εἶπεν αὐτῷ, ἐν τίνι ἀπατήσεις τὸν Ἀχαάβ; καὶ ἔσομαι, φησὶ, πνεῦμα ψευδὲς ἐν τῷ στόματι τῶν * ψευδοπροφητῶν. λέγεται δὲ πνεῦμα κατανύξεως εἶναι πνεῦμα δειλίας, καὶ πνεῦμα Πύθωνος, καὶ πνεῦμα πορνείας, καὶ πνεῦμα καταιγίδος, καὶ πνεῦμα πολυῤῥήμον, καὶ πνεῦμα ἀσθενείας, καὶ πνεῦμα ἀκάθαρτον, καὶ C πνεῦμα κωφὸν, καὶ πνεῦμα ἄλαλον, καὶ πνεῦμα μογιλάλον, καὶ πνεῦμα χαλεπὸν λίαν, ὃ καλεῖται λεγεὼν, καὶ τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας. ἄπειρα δὲ τὰ περὶ πνευμάτων λόγια σοφοῖς, * εἴπερ οἱ πολλοὶ υἱοὶ θέσει ἢ κλήσει. τὸ δὲ κλήσει. τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα μόνον καλεῖται ἀπὸ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ πνεῦμα ἀληθείας, καὶ πνεῦμα Θεοῦ, καὶ πνεῦμα Χριστοῦ, καὶ πνεῦμα χάριτος. χαρίζεται γὰρ ἑκάστῳ διαφόρως τὸ ἀγαθὸν, ᾧ μὲν πνεῦμα σοφίας, ᾧ δὲ πνεῦμα γνώσεως, ᾧ δὲ πνεῦμα ἰσχύος, ᾧ δὲ πνεῦμα ἰαμάτων, ᾧ δὲ πνεῦμα προφητείας, ᾧ δὲ D πνεῦμα διακρίσεως, ᾧ δὲ γλωσσῶν, ᾧ δὲ ἑρμηνειῶν, καὶ τὰ λοιπὰ χαρίσματα, ὥς φησιν, ἓν δὲ καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα διαιροῦν ἑκάστῳ ὡς βούλεται. ὅτι τὸ πνεῦμά σου τὸ ἀγαθὸν ὁδηγήσει με, φησὶν ὁ Δαβίδ. ἢ, τὸ πνεῦμα ὅπου θέλει πνεῖ· τὸ ἐνυπόστατον διὰ τῶν τοιούτων τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου δεικνὺς ἡμῖν. καὶ τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἀκούεις, ἀλλ' οὐκ οἶδας πόθεν ἔρχεται, καὶ ποῦ ὑπάγει. καὶ ἐὰν μὴ γεννηθῆτε ἐξ ὕδατος

* γρ. καύσεως.

* γρ. Προφητῶν.

Multa hic desunt, quæ Hæresis LXXIV. Pag. 898. initio leguntur.

A qvi digni sunt, discernendorum spirituum dona tribuuntur. Nam alii cælestes sunt spiritus, qvi veritate delectantur: Alii terreni, qvi fraudibus & erroribus obnoxii sunt: Alii deniqve subterranei, abyssi, tenebrarumqve filii. *Rogabat enim*, ut Evangelium ait, *ne se in abyssum ire juberet.* Ita & spiritibus imperabat Christus, & spiritus verbo fugabat, nec *sinebat eos loqui.* Qvinetiam *spiritus judicii, & ardoris spiritus nominatur.* Itidemqve *mundi spiritus. Nos enim*, inqvit, *mundi spiritum non accepimus.* Necnon & hominis spiritus. *Qvis hominum* inqvit, *novit qvæ sunt hominis, nisi spiritus qvi est in homine?* Item: *Spiritus vadens & non revertens.* B *Qvoniam spiritus pertransibit in illo & non subsistet.* Et, *Auferes spiritum eorum & deficient.* Adde & illud: *Spiritus Prophetarum Prophetis subjiciuntur. Et ecce spiritus mendax stetit coram Domino: & dixit ipsi: In quo decipies Achab? Et ero*, inqvit *spiritus mendax in ore Prophetarum.* Præterea *Spiritus* qvidam *compunctionis* appellatur, *& spiritus ignaviæ: & spiritus Pythonis: & spiritus fornicationis: & spiritus procellæ: & spiritus loqvax: & spiritus infirmitatis: & spiritus immundus: & spiritus surdus: & spiritus mutus:* C *& spiritus ægrè loqvens: & spiritus difficilis valdè, qvi vocatur legio: & spiritualia neqvitiæ.* Postremò infinitis in scripturæ locis spirituum factam esse mentionem sapientes intelligunt. Sed qvemadmodum plures sunt adoptione, vel vocatione Filii, non veritate: eo qvod & initio, & fine constant, & ad peccandum propensi sunt: sic & spiritus, adoptione sunt, aut vocatione complures, qvi & in peccatum proni sunt, ac proclives. At Spiritus sanctus solus à Patre & Filio, *Spiritus veritatis, & Dei Spiritus, & Spiritus CHRISTI, & Spiritus gratiæ* nominatur. Gratificatur enim unicuiqve, ac bonum variis modis imperti- D tur. *Nam alii spiritus sapientiæ conceditur, alteri spiritus scientiæ, huic spiritus fortitudinis, illi spiritus curationum, isti spiritus Prophetiæ; huic spiritus discretionis; interpretationum illi.* Ac cætera deniqve dona, ut testatur Apostolus: *Unus porrò & idem Spiritus est, dividens unicuiqve prout vult. Qvoniam Spiritus tuus bonus deducet me Deus*, ait David. Vel: *Spiritus ubi vult spirat:* Qvibus verbis subsistentem esse Spiritum sanctum nobis ostendit. *Et vocem ejus audis: sed nescis unde venit, aut quò vadit.* Item: *Nisi geniti fueritis ex aqva &*

1. Cor. 12. 10. Luc. 8. 31. Marc. 1. 34. Esa. 4. 4. 1. Cor. 2. 12. Ib. Psa. 77. 39. Psa. 102. 16. & Ps. 103. 29. 1. Cor. 14. 32. 3. Re. 22. 21. Rom. 11. 8. Act. 10. 16. Ose. 4. 12. & 5. 4. Psal. 10. 6. Luc. 13. Mar. 9. 25. Luc. 8. 30. & Mar. 5. Joan. 14. 17. 1. Cor. 12. 8. Psal. 142. 10. Joan. 3. 8.

Ib. *1.Cor.4.15.* *Joa.16.13.*

Spiritu. Cui consentaneum illud est Pauli: *Nam in Christo Jesu ego genui vos.* De eodem Spiritu Dominus ita loqvitur: *Cum venerit Paracletus, qvem ego mittam vobis, Spiritus veritatis, qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me.* Item: *Adhuc multa habeo dicenda: sed non potestis ferre modò. Cùm venerit ille Spiritus veritatis, inducet vos in omnem veritatem. Non enim loqvetur, à seipso: sed qvæcumqve audiet loqvetur, & ventura nunciabit vobis. Ille me clarificabit; qvia de meo accipiet, & vobis omnia nunciabit.*

Mat.11.27.

LXXIII. Igitur, *si à Patre procedit, & de meo,* ait Dominus, *accipit,* qvemadmodum *nemo novit Patrem nisi Filius, neqve Filium nisi Pater:* Ita dicere audeo; neqve Spiritum novit qvispiam, nisi Filius, à qvo accepit, & Pater, à qvo procedit: neqve Filium, & Patrem novit aliqvis nisi Spiritus sanctus: Qvi verè celebrat ac prædicat: qvi *docet omnia:* qvi *de Filio testimonium* dicit, qvi *à Patre, & à Filio procedit:* solus veritatis dux, sanctarum legum interpres: spiritalis legis enarrator: Prophetarum Magister, Apostolorum præceptor: Evangelicorum dogmatum fax & sidus: sanctorum elector: verum lumen è verò lumine. Filius naturalis est verus Filius, germanus Filius, solus è solo, qvo cum & Spiritus sanctus conjungitur: qvi spiritus propriè nominatur. Hic ille Deus in Ecclesia celebratur: semper Pater, semper Filius, semper Spiritus sanctus, excelsus ab excelso, uno celsissimus; qvi intelligibili gloria, & qvidem infinitâ præditus est: Cui creata omnia factaqve sunt omninò subjecta; qvæ qvidem intelligentia, ac certa circunscriptione definiuntur. Cæterum divinitas una apud Moysen præcipuè prædicatur: binarius in Prophetis diligentiùs nunciatur. Trinitas verò in Evangeliis ostenditur, qvæ per tempora generationesqve singulas justo ad scientiam fidemqve amplius conveniret. Ea porrò immortalitatis scientia ex fide ipsa vel adoptione nascitur. Sed primùm justificationes carnis edicit, velut templi qvoddam exterius septum in Moyse fabricans. Postea verò animæ justificationes exponit, tanqvam sancta qvædam apud cæteros Prophetas exornans. Tertiò deniqve justificationes Spiritus, qvasi propitiatorium, & sancta sanctorum in Evangeliis

Spiritus Sanctus à Patre, & Filio procedit.

Trinitas diversis temporibus diversè nunciata.

A καὶ πνεύματος. ὅμοιον ὧ εἶπε Παῦλος· ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα. περὶ τούτου ὁ κύριος· ὅταν ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, ἐκεῖνος μαρτυρήσει περὶ ἐμοῦ. καὶ ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν, ἀλλ᾽ οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι. ὅταν ἔλθῃ ἐκεῖνος τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ᾽ ἑαυτοῦ, ἀλλ᾽ ὅσα ἀκούσει λαλήσει, καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ ὑμῖν. ἐκεῖνός με δοξάσει, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν B πάντα.

Εἰ τοίνυν παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, καὶ ἐκ τοῦ ἐμοῦ, φησὶ ὁ Κύριος, λήψεται. ὃν γὰρ τρόπον οὐδεὶς ἔγνω τὸν Πατέρα εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, οὐδὲ τὸν Υἱὸν εἰ μὴ ὁ Πατὴρ, οὕτω τολμῶ λέγειν, ὅτι οὐδὲ τὸ Πνεῦμα εἰ μὴ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς, παρ᾽ οὗ ἐκπορεύεται, καὶ παρ᾽ οὗ λαμβάνει. καὶ οὐδὲ τὸν Υἱὸν καὶ τὸν Πατέρα, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ δοξάζον ἀληθῶς, τὸ διδάσκον τὰ πάντα, τὸ μαρτυροῦν περὶ τοῦ Υἱοῦ, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, μόνος ὁδηγὸς ἀληθείας, νόμων ἐξηγητὴς ἁγίων, πνευ- C ματικοῦ νόμου ὑφηγητὴς, Προφητῶν καθηγητὴς, Ἀποστόλων διδάσκαλος, Εὐαγγελικῶν δογμάτων φωστὴρ, ἁγίων ἐκλογεὺς, Φῶς τὸ ἀληθινὸν ἐξ ἀληθινοῦ Φωτός. Υἱὸς φυσικὸς, Υἱὸς ἀληθὴς, υἱὸς γνήσιος, μόνος ἐκ μόνου, σὺν αὐτῷ καὶ τὸ Πνεῦμα, ἀλλὰ πνεῦμα ὀνομαζόμενον. οὗτος ὁ Θεὸς δοξαζόμενος ἐν Ἐκκλησίᾳ, Πατὴρ ἀεὶ, Υἱὸς ἀεὶ, Πνεῦμα ἅγιον ἀεί· ὑψηλὸς ὑψηλοῦ, καὶ ὕψιστος, νοερὸς, δόξαν ἔχων ἀμέτρητον, ᾧ ὑποβέβληκε τὰ κτιστὰ, καὶ τὰ ποιητὰ, ἁπαξαπλῶς τὰ σύμπαντα νοούμενα καὶ περιεχόμενα ἕκα- D στα· θεότης δὲ μία, ἐν Μωϋσῇ μάλιστα καταγγέλλεται, δυὰς ἐν προφήταις σφόδρα κηρύττεται, Τριὰς δὲ ἐν Εὐαγγελίοις φανεροῦται. πλεῖον κατὰ καιροὺς, καὶ γενεὰς ἁρμόζουσα τῷ δικαίῳ εἰς γνῶσιν καὶ πίστιν. γνῶσίς τε αὕτη *ἀθανασία. ἐκ πίστεως λέγεται αὕτη, υἱοθεσία γίνεται. ἀλλὰ πρῶτον δικαίωμα σαρκὸς ἐκφράζει, ὡς περίβολον ναοῦ τὸν ἔξω διεγείρουσα ἐν Μωυσῇ. *δεύτερα δὲ δικαιώματα ψυχῆς ἐκδιηγεῖται, ὡς τὰ ἅγια κοσμοῦσα ἐν λοιπαῖς προφητείαις. τρίτη δὲ δικαιώματα πνεύματος, ὡς τὸ ἱλαστήριον καὶ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ῥυθμίζουσα

γρ. ἀθανασίας: & αὐτῆς & υἱοθεσίας.

γρ. δεύτερον; & mox τρίτον.

ἐν Εὐαγγελίοις πρὸς κατοίκησιν ἑαυτῆς. σκηνὴν δὲ ἁγίαν, ναὸν ἅγιον τὸν δίκαιον ἔχει μόνον τὸν συνόντα τούτοις. κατοικεῖ δὲ ἐν αὐτῷ μία θεότης ἄπειρος, μία θεότης ἄφθαρτος, μία θεότης ἀπερινόητος, ἀκατάληπτος, ἀνεκδιήγητος, ἀόρατος, ἑαυτὴν γνώσκουσα μόνη, ἑαυτὴν ἐμφανίζουσα οἷς βούλεται, μάρτυρας ἑαυτῇ διεγείρουσα, καλοῦσα, προορίζουσα, δοξάζουσα, ἐξ ᾅδου ὑψοῦσα, ἁγιάζουσα, ἑνοποιοῦσα πάλιν πρὸς τὴν ἑαυτῆς δόξαν, καὶ πίστιν, τὰ τρία ταῦτα ἐπουράνια, ἐπίγεια, καὶ καταχθόνια, πνεῦμα, ψυχὴν, σάρκα, πίστιν, ἐλπίδα, ἀγάπην, παρελθόντα, ἐνεστῶτα, μέλλοντα, αἰῶνα αἰῶνος, αἰῶνας αἰώνων, σάββατα σαββάτων, περιτομὴν σαρκὸς, περιτομὴν καρδίας, περιτομὴν Χριστοῦ ἐν τῇ ἀπεκδύσει τοῦ σώματος τῶν ἁμαρτιῶν. καθόλου δὲ καθαροποιεῖ ἑαυτῇ τὰ πάντα, τὰ ἀόρατα καὶ τὰ ὁρατὰ, θρόνους, κυριότητας, ἀρχὰς, ἐξουσίας, δυνάμεις. ἐν πᾶσι δὲ ἡ αὐτὴ φωνὴ ἁγία ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος φωνοῦσα, Πατέρα ἐν Υἱῷ, Υἱὸν ἐν πατρὶ, σὺν ἁγίῳ Πνεύματι, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. καὶ ἐρεῖ ὁ οὕτω πιστεύων, γένοιτο γένοιτο.

Καὶ περὶ μὲν Τριάδος καὶ ὁμοουσιότητος Θεοῦ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος οἱ ἀσθενεῖς ἡμεῖς καὶ ἰδιῶται μηδὲν σοφιζόμενοι, μηδὲ τῇ τῶν ἀνθρώπων κυβείᾳ ἑαυτοὺς ἀντιθέντες, ἐκ θείων γραφῶν μᾶλλον μαρτυρίας συναγαγόντες τοῖς βουλομένοις εἰς ἄρεσιν πιστῶν, καὶ ἀντίῤῥησιν κακοπίστων, καὶ κενοδόξων, ἀπὸ μέρους συνηγάγομεν. πολλὴ γὰρ ἡ τῆς πίστεως ἐν Πνεύματι ἁγίῳ δύναμις, ἐν ἁπάσαις θείαις γραφαῖς διαφόροις κεκηρυγμένη. ἐπειδὴ δὲ τῆς ἡμῶν σωτηρίας ἀσφάλειά ἐστιν ἡ περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνανθρωπήσεως καὶ ἐνσάρκου παρουσίας ἀσφαλὴς ὁμολογία τε, καὶ βεβαίωσις ἐλπίδος, καὶ περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν, καὶ τῆς ἡμετέρας παλιγγενεσίας, αὖθις ὀλίγον αὐτοὶ ἐπὶ τούτῳ τῷ ἡμετέρῳ καμάτῳ προσθέντες, τοῖς βουλομένοις ἀκριβέστερον ἐντυγχάνειν, ἐκ τῶν αὐτῶν θείων γραφῶν ἐπιμένομεν, συναγαγόντες τε, καὶ τῷ λόγῳ προστιθέντες. ἐπεὶ γὰρ, ὡς ἐδιδάχθημεν ἤδη ἐν τοῖς προγεγραμμένοις, αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν ἐν

A ad sui domicilium instruens. At sancti tabernaculi loco sanctique populi, justum habet unum, qui istis versatur. In his vero una deitas habitat incorrupta: una deitas, quæ cogitatione concipi, comprehendive, vel explicari, aut videri non potest: quæ seipsam sola cognoscit, & quibus voluerit, patefacit. Eadem testes suos excitat, vocat, antè destinat, afficit gloria, ab inferis evehit, sanctificat, & ad gloriam fidemque suam tria hæc in unum cogit ac consociat: cœlestia, terrena, subterranea: spiritum, animam, atque carnem: fidem, spem, charitatem: B præterita, præsentia, futura: sæculum sæculi, sæcula sæculorum, sabbata sabbatorum: circuncisionem carnis, circuncisionem cordis, circuncisionem Christi *in expoliatione corporis peccatorum.* (Col. 2. 11.) Denique sibimetipsi universa repurgat, tam quæ videri nequeunt, quàm quæ aspectabilia sunt, Thronos, Dominationes, Principatus, Potestates, Virtutes. In omnibus verò eadem sapientia & sancta vox à gloria in gloriam *sanctus, Sanctus, Sanctus* (Esa. 6, 3.) exclamans, ac Patrem in Filio, Filium in Patre, cum Spiritu sancto prædicans; cui gloria & imperium in sæcula sæculorum Amen. Et dicet qui ita credit, fiat, fiat. C

LXXIV. De Trinitate igitur, & eadem Patris, & Filii, ac Spiritus sancti substantia nos, imbecilli licet, ac rudes, sine ullo fuco cavillationeque, non ut præstigiis hominum nos opponeremus, sed arcessitis è Scriptura testimoniis ad eorum, qvis iis uti vellent, fructum, saltem ex parte disseruimus: qvo & fidelibus hæc in promptu essent, & infideles ac vanissimi homines refelli possent. Fidei qvippe in Spiritu sancto magna vis est, qvæ D sacris omnibus in literis non eodem modo prædicatur: sed qvoniam salutis nostræ firmamentum omne in certa incarnationis Domini nostri, assumptæqve ab eo naturæ confessione, ac spei confirmatione posita est, qva & mortuorum resurrectionem, & instauratam qvodammodo generationem nobis pollicemur, deinceps nonnulla ad susceptum laborem accessione facta, iisdem è sacris literis corrogare, & ad præsens opus adjicere testimonia pergemus; qvæ in eorum, qvi attentiùs legere ista volent, utilitatem redundent. Qvandoqvidem, ut ex superioribus didicimus, Dominus ipse

noster in Evangelio discipulis suis ita præcepit: *Euntes baptizate omnes gentes, in nomine Patris & Filii, & Spiritus sancti, docentes eos servare præcepta quæ mandavi vobis.* Hæc inqvam sacrosanctum Dei Verbum, ac subsistens dixit, & a Patre procedens, per qvod tempora, tempestatesqve productæ sunt. Non enim Filium tempus ullum aut tempestas antecessit. Nam si tempus Filio prius extitisset, Filio profectò majus esset. Qvonam verò pacto, *per ipsum facta essent omnia, & sine ipso nihil factum esset, qvod factum est?* Qvoniam qvicqvid factum est, per ipsum factum est: ipse verò increatus, ac sempiternus: eo qvod tum Pater tum Spiritus sanctus ab æterno fuerunt. Qvod si tempus esset Filio prius, qværi merito posset, per qvemnam superius illud Filio tempus procreatum fuerit? Atqve ita mirifica qvædam stultitia occupatas mentes nostras ad absurdam vanitatem in hominum sitam opinione converteret: sive potius, ad qvoddam cogitationum minimè castarum adulterium transferret. Qvocirca nullum ante Filium tempus extitit: propterea qvod non per tempora Filius: sed per Filium tempora & & Angeli, creataqve cætera producta sunt. Nullum unqvam tempus fuit, qvo non esset Filius: nullum qvo non spiritus sanctus existeret.

Mat. 28. 19.

Joan. 1.

LXXV. Verùm falsa qvadam intelligent. à prædicti locum illum scripturæ nonnulli ita distingvere solent: ut cùm dicitur: *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*, ibi sententiam concludant, & plenam contumeliæ in Spiritum sanctum opinionem concipiant: qvi cum ab vera lectione aberrent, ex ejusmodi errore claudicantes ad blasphemiam deflectunt. Cæterùm germana lectio ita concipienda est: *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, qvod factum est in ipso:* hoc est qvicqvid factum est, per ipsum factum est. Ergo & perpetuò Pater extitit, & spiritus à Patre, Filioqve semper aspirat, neqve creatus est Filius: neqve creatus Spiritus sanctus. Cætera infrà Patrem, Filium, Spiritumqve sanctum creata omnia, productaqve sunt; eademqve cum aliqvando non extitissent, à Patre, & Filio, & Spiritu sancto per sempiternum illud Verbum originem habuerunt, qvod cum sempiterno Patre subsistit. Qvare per illud ipsum Verbum creatæ res omnes extiterunt: per cœlestem illum, inqvam, Re-

Qvomodo Joannis ille locus accipiendus sit.

A τῷ Εὐαγγελίῳ αὐτοῦ φήσας τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς· ἀπελθόντες βαπτίσατε πάντα τὰ ἔθνη εἰς ὄνομα Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν τὰ ἐντολὰς ἃς ἐνετειλάμην ὑμῖν. αὐτὸς ὁ ἅγιος ἐνυπόστατος, ὁ ἐκ Πατρὸς προελθὼν, δι' οὗ αἰῶνες γεγόνασι. δι' οὗ χρόνοι, καὶ καιροί. οὐ γὰρ ἦν καιρὸς, οὔτε χρόνος πρὸ Υἱοῦ. εἰ γὰρ ἦν χρόνος πρὸ Υἱοῦ, ἄρα μείζων ὁ χρόνος τοῦ Υἱοῦ. καὶ πῶς δι' αὐτοῦ πάντες ἐγένοντο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲν ὃ γέγονεν; ὅτι εἴ τι γέγονε, δι' αὐτοῦ γέγονεν, αὐτὸς δὲ ἄκτιστος, καὶ ἀεὶ ὢν ὅτι ὁ Πατὴρ ἀεὶ ἦν, καὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ Πνεῦμα ἀεὶ ἦν. εἰ γὰρ ἦν χρόνος πρὸ Υἱοῦ, ζητηθήσεται ἄρα πάλιν, δι' οὗ καὶ ὁ ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ χρόνος ἦν, καὶ * μυρία λοιπὸν εἰς φαντασίαν ἐνδομυχοῦσαν ἐν τῇ τῶν ἀνθρώπων ὑπολήψει τρέψει τὸν ἡμέτερον λογισμὸν ἢ μᾶλλον εἰς πορνείαν διανοημάτων, καὶ οὐ περὶ σωφροσύνης. οὐκ ἦν τοίνυν χρόνος πρὸ Υἱοῦ ἐπειδὴ οὐ διὰ χρόνων ὁ Υἱὸς γέγονεν ἀλλὰ διὰ Υἱοῦ χρόνοι, καὶ οἱ Ἄγγελοι, καὶ τὰ ἄλλα πάντα κτίσματα. οὐκ ἦν χρόνος ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν ὁ Υἱὸς, οὐδὲ ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν C Πνεῦμα. F. μωρία

Νομίζουσι δὲ παραγινώσκοντες, καὶ μὴ νοοῦντες διαστέλλειν τὴν ἀνάγνωσιν τινὲς ἐν τῷ εἰπεῖν πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδέν. ἕως ὧδε ἀποτιθέντες τὸ ῥητὸν, ὑπόνοιαν βλασφημίας εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λαβόντες, σφάλλονται περὶ τὴν ἀνάγνωσιν, καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ σφάλματος τῆς ἀναγνώσεως σκάζουσιν, εἰς βλασφημίαν τρεπόμενοι. ἡ δὲ ἀνάγνωσις οὕτως ἔχει· πάντα δι' αὐτοῦ D ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲν, ὃ γέγονεν ἐν αὐτῷ· τουτέστιν ὅτι εἴ τι γέγονε, δι' αὐτοῦ ἐγένετο. τοίνυν Πατὴρ ἦν ἀεὶ, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ πνέει· καὶ οὔτε ὁ Υἱὸς κτιστὸς, οὔτε τὸ Πνεῦμα κτιστόν· τὰ δὲ μετὰ Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα πάντα κτιστὰ καὶ γενητὰ, οὐκ ὄντα ποτὲ, ἐγένετο ἀπὸ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, διὰ τοῦ ἀεὶ ὄντος Λόγου, σὺν τῷ ἀεὶ ὄντι Πατρί. δι' αὐτοῦ τοίνυν τοῦ Λόγου πάντα τὰ κτιστὰ γέγονε, τοῦ βασιλέως τοῦ οὐρανίου, τοῦ ἐνυποστάτου λόγου,

τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, καὶ εὐεργέτου. αὐτὸς γὰρ ὁ Σωτὴρ ὁ ἅγιος ἀπ' οὐρανῶν κατελθών, ὁ ἐν ἐργαστηρίῳ παρθένῳ καταξιώσας τὴν ἡμετέραν ποιήσασθαι σωτηρίαν, ὁ ἐκ Μαρίας αὖθις γεγεννημένος, διὰ Πνεύματος ἁγίου συλληφθείς, ὁ τὴν σάρκα λαβών, ὁ Λόγος σὰρξ γενόμενος, ὁ μὴ τραπεὶς τὴν φύσιν, ὁ σὺν τῇ θεότητι λαβὼν τὴν ἀνθρωπότητα, τέλειος ὢν ἀπὸ Πατρός, ὁ τὴν τελείαν οἰκονομίαν πληρώσας, ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον δι' ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν· ὁ τὴν σάρκα, καὶ ψυχὴν τὴν ἀνθρωπίνην λαβών, τέλειος ὢν παρὰ Πατρός, ἐνανθρωπήσας ἐν ἡμῖν, οὐ δοκήσει, ἀλλ' ἀληθείᾳ, τέλειον εἰς ἑαυτὸν ἀναπλάσας ἄνθρωπον ἀπὸ Μαρίας τῆς θεοτόκου διὰ Πνεύματος ἁγίου· οὐκ ἐν ἀνθρώπῳ οἰκήσας, ὡς εἴωθεν ἐν Προφήταις λαλεῖν, κατοικεῖν τε ἐν δυνάμει, καὶ ἐνεργεῖν. ἀλλ' αὐτὸς ὁ Λόγος σὰρξ γενόμενος, οὐ τραπεὶς τοῦ εἶναι σάρξ, οὐ μεταβαλὼν τὴν θεότητα εἰς ἀνθρωπότητα, ἀλλὰ σὺν τῷ ἰδίῳ σώματι τῆς αὐτοῦ θεότητος, καὶ τῇ ἰδίᾳ ὑποστάσει τοῦ Θεοῦ λόγου, καὶ ἐνυποστάτου συμπεριλαβὼν τὸ εἶναι ἄνθρωπος. ἄνθρωπον δὲ λέγω τέλειον, ὅσα ἐν ἀνθρώπῳ, καὶ οἷα ἄνθρωπος, καὶ εἴ τι ἐστὶν ἄνθρωπος· τοῦτον ἦλθε καὶ ἔλαβεν ὁ μονογενής, ἵνα ἐν τῷ τελείῳ ἀνθρώπῳ τελείως τὸ πᾶν τῆς σωτηρίας Θεὸς ὢν ἐργάσηται, μηδὲν ἀπολείψας τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα μὴ τὸ ἀποληφθὲν μέρος εἰς μέρος πάλιν γένηται βρώματος Διαβόλου.

Καὶ ἐὰν εἴπωσί τινες, ὅτι σάρκα μόνην εἴληφε, ψυχὴν δὲ οὔ, παραπλέκοντες μυθωδῶς, καὶ τὴν γραφὴν εἰς μύθους ἐκτρέποντες, ἀπὸ τοῦ ῥητοῦ τοῦ· ἡμεῖς δὲ νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν· . ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ῥητοῦ καταλάβωσιν, ὅτι οἱ λέγοντες, ἡμεῖς δὲ νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν, τὸν * αὐτὸν νοῦν εἶχον, καὶ τοῦτον οὐκ ἐξεπτύκασιν. εἰ δὲ τὸν ἴδιον ἔχοντες σὺν τῷ τοῦ Χριστοῦ νῷ, ἀμφοτέρων ἐνεφοροῦντο, τοῦ μὲν νοῦ Χριστοῦ βελτιοῦν δυναμένου, τοῦ δ' αὐτῶν ὀρθῶς νοοῦντος· τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ γινωσκέτωσαν, ὅτι ὢν Θεός, καὶ ἐν αὐτῷ ὢν νοῦς, εἶχε τὸν τοῦ ἀνθρώπου νοῦν μετὰ τῆς σαρκός, καὶ ψυχὴν εἴληφεν. οὐκοῦν ὡς ἄνθρωπος αὐτὸν ἐξέτρεπεν, ἀλλὰ αὐτὸς τοῦ νοῦ κοσμήτωρ,

F. αὐτῶν.

A gem ac subsistens Verbum, & servatorem nostrum ac beneficum. Hic enim ille sanctissimus Salvator est, qvi è cœlo lapsus, in Virginis officina salutem nostram administrare dignatus est. Qvia ex Maria genitus, atqve è Spiritu sancto conceptus est: qvi carnem induit, & *Verbum caro factum est:* qvi natura nihil immutatus ad Divinitatem suam naturam hominis adjunxit, à Patre perfectus existens. Qvi ut functionem omnibus absolutam numeris expleret, propter nos, ac propter nostram salutem descendit in mundum: qvi humanam carnem atqve animam assumsit, à Patre perfectus existens: & in B nobis homo non specie sola, sed veritate factus; adeo ut perfectum in sese hominem è Maria Dei genitrice per Spiritum sanctum effingeret. Neqve verò in homine sic duntaxat habitavit, uti in Prophetis loqvi, ac per vim qvandam habitare, atqve agere consvevit. Sed *Verbum* ipsum *caro factum est:* non ideo commutatum, ut caro fieret: non divinitatem ipsam in hominis naturam convertens, sed ad propriam Divinitatis substantiam, & ad peculiarem Divini Verbi, subsistentisqve personam, illud ipsum, homo, ut esset adjungens. Hominem C porrò dico perfectum, hoc est qvæcumqve insunt in homine, ac cujusmodi homo, & qvicqvid homo est. Ejusmodi, inqvam, hominem unicus Dei Filius ad nos veniens induit: ut in perfecto homine DEUS ipse perfectè totum salutis nostræ negotium procurare posset; nulla hominis parte derelicta; ne ea ipsa deserta ad Diaboli cibum pabulumqve pertineret.

Christus perfectus homo.

LXXVI. Qvod si id à nonnullis objiciatur, solam sine anima carnem assumpsisse Christum: ut falsa qvædam scripturis illigent, easqve ad ineptissimas fa- D bulas convertant: Illi igitur ex ea scripturæ sententia: *Nos mentem Christi habemus:* intelligant eos, qvi istud usurparunt; *Nos mentem Christi habemus*, suam habuisse mentem, nec eam exspuisse. Cùm igitur tam suam, qvam Christi mentem habentes, utraqve cumulati forent, ita ut & Christi mens meliores ipsos efficere posset, & sua ipsorum mens rectè intelligendo perciperet, eodem modo & de Christo statuere debent: Deum ipsum videlicet, & qvæ in ipso mens inerat, hominis mentem cum carne animaqve sibi copulasse. Non igitur qvatenus homo erat, mentem repudiavit hominis: sed menti ipse

Contra Apollinaristas.

1. Cor. 2. 16.

moderatus est, ac direxit, melioremqve praestitit. Qvemadmodum enim ita carnem induit, minimè ut à carne vinceretur: sic mentem sibi dum adjunxit, non est à mente superatus. At illi è contrario multo magis secum ipsi pugnant, ac sese inextricabilibus difficultatibus implicant. Etenim sacrae literae ubiqve disertè clamantes non adversus mentem, sed adversus carnem aspera illa, ac molesta
Gal. 5. 19. pronuntiant: *Carnis enim*, inqvit Apostolus, *fructus sunt, stuprum adulterium,*
Rom. 8. 8. *libido* & his similia. Et, *qui in carne sunt,*
Gal. 5. 17. *Deo placere neqveunt.* Item: *Caro concupiscit adversus spiritum*: De mente vero sic loqvitur: *Psallam spiritu, psallam & mente.*
1. Cor. 14. 15
1. Cor. 14. 14 Item; *mens mea infructuosa vel fructuosa est.* Qvibus in locis mentem illam commemoravit, qvam scriptura cordis nomine significare solet: qvi totius hominis dux est, ut ita dicam & auriga, qvi bona ac mala discernit, & eorum qvae in nobis praeclarè geruntur,
Job. 12. 11. probator est. *Mens enim verba dijudicat: Guttur verò cibos degustat.* Porrò mens in homine discernendi vim habet: nondum tamen sese ad assentiendum inclinat, nisi semetipsam commutet, ac convertat.

Vide supra in Haeresi Dimoeritarum. LXXVII. Qvae cum ita sint, qvid tandem nonnullis in animum incidit, ut ab assumpta hominis à Christo natura mentem excluderent? Qva in re aut qvam demum communi vitae utilitatem importarunt, qvam turbis potius ac tumultibus miscuerunt? Qvid, inqvam, ea res detrimenti nobis, ut ita dicam, aut emolumenti attulit? an ut Christo opitularentur, ista dixerunt? An ut magnam ab eo hac ratione gratiam inire possent, cum mentem ei detraherent? *Galatae* qvidem
Gal. 1. Tit. 1. 12. *insipientes*, & *Cretes semper mendaces*, &
Ose. 7. 11. *Ephraim columba stolida* in scriptura appellantur: Dominus verò noster naturam hominis in hoc mundo suscipiens, perfectè assumpsit omnia, vel, ut veriùs dicam, sibi conjunxit, utpote qvi suum sibi corpus effinxit, sibiqve animam ipse sumpsit, vel potiùs indidit. Qvidam verò Christi Domini incarnationem, & susceptam ab eo naturam hominis mancam efficere cupiêntes nescio qvid in animum induxerunt, ut
Ἑβδομηκονταδύο γὰρ ὄντες τὸν ἀριθμὸν, καὶ ἐν τῇ Φαρίᾳ νήσῳ, καλουμένῃ δὲ ἄνω γῇ, ἄντικρυ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐν λ' καὶ ἓξ οἰκίσκοις, ζυγὴ ζυγὴ κατὰ οἰκίσκον, * ἀπὸ ἕωθεν ἕως ἑσπέρας συγκλειόμενοι, καὶ τὸ ἑσπέρας ἐν τριακονταὲξ σκαφιδίοις περαιούμενοι, εἰς τὸ τοῦ Πτολεμαίου Φιλαδέλφου παλάτιον, καὶ B μετ' αὐτοῦ ἑστιώμενοι, καὶ κατὰ ζυγὴν ἐν κοιτῶσι τριακονταὲξ καθεύδοντες, εἰς τὸ μὴ συνδυάσαι μετ' ἀλλήλων, ἀλλ' ἀνοθεύτως ἑρμηνεῦσαι, οὕτως διετέλουν. τοὺς γὰρ προειρημένους τριακονταὲξ οἰκίσκους ὁ ῥηθεὶς Πτολεμαῖος κατασκευάσας ἐν τῷ πέραν εἰς τὴν νῆσον, διπλοῦς τε αὐτοὺς ποιήσας, δύο δύο ἐνέκλεισεν, ὡς ἔφην, καὶ παῖδας δύο ὑπηρετεῖν αὐτοῖς ἅμα ἐνέκλειεν, ὀψοποιΐας ἕνεκεν, καὶ ὑπηρεσίας, μετὰ καὶ ταχυγράφων. ἀλλ' οὔτε θυρίδας τοῖς οἰκίσκοις ἐκείνοις ἐκ τῶν τοίχων ἐποίησεν, ἀλλ' ἄνωθεν ἐκ τῶν δω- C μάτων τὰς καλουμένας ἀναφωτίδας ἀνέῳξεν. οἱ δὲ οὕτως διάγοντες ἀπὸ πρωΐθεν ἕως ἑσπέρας ὑπὸ κλεῖδα συγκεκλεισμένοι οὕτως ἡρμήνευσαν. ἑκάστῃ δὲ ζυγῇ βίβλος μία ἐπεδίδοτο· ὡς εἰπεῖν, ἡ βίβλος τῆς τοῦ κόσμου Γενέσεως μιᾷ ζυγῇ, ἡ Ἔξοδος τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ τῇ ἄλλῃ ζυγῇ, Λευιτικὸν τῇ ἄλλῃ καὶ καθεξῆς ἄλλη βίβλος τῇ ἄλλῃ. καὶ οὕτως αἱ εἰκοσιεπτὰ βίβλοι αἱ ῥηταὶ καὶ ἐνδιάθετοι, εἴκοσι δὲ καὶ δύο κατὰ τὸ τοῦ ἀλφαβήτου παρ' Ἑβραίοις στοιχείωσιν ἀριθμούμεναι, ἡρμηνεύθησαν.

Reg. ἀφ' ἑωθιν.

Septuaginta duorum Interpretum historia.

Duo enim ac septuaginta viri in Pharo insula, qvæ *Terra superior* dicitur, è regione urbis Alexandrinæ, in sex & triginta cellulis bini scilicet in singulis, à primo diluculo ad vesperam conclusi sunt. Sub vesperam porrò triginta sex scaphis ad B Ptolemæi Philadelphi Palatium advecti, ad ejus epulas adhibebantur. Tum in triginta sex cubiculis, bini scilicet in unoqvoq; dormiebant, ne capita conferre possent: sed sincerè ac fideliter interpretarentur. Ptolemæus enim ille triginta sex, qvas dixi, cellulas in illa insula condidit, easdemqve duplices; qvibus singula paria conclusit cum duobus famulis, cibi parandi ac ministrandi gratia, unà cum notariis. In his cellulis nullas parietibus fenestras impressit; sed è tecto supernè illas aperuit, *qvas anaphotidas* nominant. Hoc illi modo à primo diluculo ad vesperam obseratis foribus inclusi Sa- C cras literas transtulerunt. Unicuiqve porrò Interpretum pari liber attribuebatur unus. Exempli causa Geneseos volumen uni committebatur: Exodus alteri: Leviticus alii. Atqve ita deinceps cæteri. Ita septem & viginti scripturæ ac veteris testamenti libri, qvi ad duos ad viginti pro literarum Hebraicarum numero rediguntur, Græcum in sermonem conversi sunt.

D

Εἴκοσι γὰρ καὶ δύο ἔχουσι στοιχείων νοήματα. πέντε δέ εἰσιν ἐξ αὐτῶν διπλούμεναι. τὸ γὰρ κὰφ ἐστι διπλοῦν, καὶ τὸ μὲμ, καὶ τὸ νοῦν, καὶ τὸ φὶ, καὶ τὸ * α . διὸ καὶ αἱ βίβλοι κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον, εἰκοσιδύο μὲν ἀριθμοῦνται, εἰκοσιεπτὰ δὲ εὑρίσκονται, διὰ τὸ πέντε ἐξ αὐτῶν διπλοῦσθαι. συνάπτεται γὰρ ἡ Ῥοὺθ τοῖς Κριταῖς, τὸ ἀριθμεῖται παρ' Ἑβραίοις μία βίβλος. συνάπτεται ἡ πρώτη τῶν Παραλειπομένων τῇ δευτέρᾳ, καὶ λέγεται μία βίβλος. συνάπτεται ἡ πρώτη τῶν Βασιλειῶν τῇ δευτέρᾳ, καὶ λέγεται μία βίβλος.

Leg. ἀλίφ.

Librorum sacrorum numerus.

IV. Habent enim Hebræi XXII literas, è qvibus qvinqve duplicantur Caph, Men, Nun, Phi, & Aleph. Qva ratione cum XXII libri numerentur, septem ac viginti reperiuntur, qvòd ex illis qvinqve geminentur: puta liber Ruth, cum Judicum libro conjungitur, & unus ab Hebræis censetur: primus Paralipomenon liber cum posteriore conjungitur, & unum librum efficit. Item primus Regnorum liber, cum secundo: ter-

tius cum qvarto unum librum constitu- A unt. Ad eumqve modum scripturæ libri qvatuor voluminibus qvinqvepartitis comprehensi sunt, ac duo libri extra ordinem numerantur. Qvare veteris testamenti libri omnes hac serie percensentur. Qvinqve ad legem pertinent: Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium. Hæc est Pentateuchus, qva tota lex exponitur. Seqvuntur qvinqve alii libri, qvi versibus constant; Job, Psalterium, Proverbia Salomonis, Ecclesiastes, Cantica Canticorum. Deinde tertium librorum collegium, qvæ γραφεῖα dicuntur, & Agiographa continet; cujusmodi sunt, liber Jesu filii Nave; Judi- B cum liber, cum libro Ruth: Paralipomenon primus cum secundo. Regnorum priores duo: totidem posteriores in unum volumen redacti. Tertium illud collegium est: Qvartum seqvitur: in qvod duodecim Propohetæ minores, Esaias, Jeremias, Ezechiel, ac Daniel conjecti sunt. Atqve hoc volumen Prophetarum scripta continet. Reliqvi sunt libri duo: hoc est Esdræ unus, qvi separatim numeratur: alius Esther. Ita duo & viginti libri pro literarum Hebraicarum numero censentur. Qvod enim ad duos illos attinet, qvi versibus distincti sunt, Salomo- C nis videlicet Sapientiam, qvæ Panaretus inscribitur, & Iesu Filii Sirach librum, Jesu nepotis, qvi sapientiæ librum Hebraicè scripsit, qvem nepos ejus Jesus Græcè reddidit; tametsi utiles ac fructuosi illi sint, in scripturarum numerum neqvaqvam referri solent. Unde nec in testamenti arca collocati sunt.

Libri Psalmorum partitio. V. Nec illud latere te debet, honestarum rerum studiose! Psalterium ab Hebræis qvinqve in libros esse partitum; D ut indidem pentateuchus oriatur. Primus liber à primo Psalmo ad qvadragesimum continetur. Secundus à qvadragesimo ad primum & septuagesimum: Tertius à septuagesimo secundo ad octuagesimum octavum: Qvartus ab octuagesimo nono ad centissimum qvintum. Qvintus à centesimo sexto ad centesimum & qvinqvagesimum perducitur. Nam qvicunqve Psalmus hoc versu concluditur: *Benedictus Dominus, fiat, fiat* librum eo terminandum putarunt. Ille porrò versus qvadragesimo, septuagesi-

A συνάπτεται ἡ τρίτη τῇ τετάρτῃ, καὶ λέγεται μία βίβλος. οὕτως γοῦν σύγκεινται αἱ βίβλοι ἐν πεντατεύχοις τέτταρσι, καὶ μένουσιν ἄλλαι δύο ὑστεροῦσαι ὡς εἶναι τὰς ἐνδιαθέτους βίβλους οὕτως· πέντε μὲν νομικὰς, Γένεσιν, Ἔξοδον, Λευιτικὸν, Ἀριθμοὺς, Δευτερονόμιον· αὕτη ἡ Πεντάτευχος καὶ ἡ νομοθεσία. πέντε γὰρ στιχήρεις, ἡ τοῦ Ἰὼβ βίβλος, εἶτα τὸ Ψαλτήριον, Παροιμίαι Σαλομῶντος, Ἐκκλησιαστὴς, Ἆσμα ᾀσμάτων. εἶτα ἄλλη πεντάτευχος τὰ καλούμενα γραφεῖα, παρά τισι δὲ Ἁγιόγραφα λεγόμενα, ἅ τινά ἐστιν οὕ- B τως· Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ βίβλος, Κριτῶν μετὰ τῆς Ῥοὺθ, Παραλειπομένων πρώτη μετὰ τῆς δευτέρας, Βασιλειῶν πρώτη μετὰ τῆς τετάρτης. αὕτη τρίτη πεντάτευχος. ἄλλη πεντάτευχος, τὸ δωδεκαπρόφητον, Ἡσαΐας, Ἱερεμίας, Ἰεζεκιὴλ, Δανιήλ. καὶ αὕτη ἡ Προφητικὴ πεντάτευχος. ἔμειναν δὲ ἄλλαι δύο, αἵτινές εἰσι τοῦ Ἔσδρα μία καὶ αὕτη λογιζομένη, καὶ ἄλλη βίβλος ἡ τῆς Ἐσθῆς καλεῖται. ἐπληρώθησαν οὖν αἱ εἰκοσιδύο βίβλοι κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν εἰκοσιδύο στοιχείων παρ' Ἑβραίοις. αἱ γὰρ στιχήρεις δύο βίβλοι, C ἥ τε τοῦ Σολομῶντος, ἡ Πανάρετος λεγομένη, καὶ ἡ τοῦ Ἰησοῦ τοῦ υἱοῦ Σιρὰχ, ἐκγόνου δὲ τοῦ Ἰησοῦ, τοῦ καὶ τὴν σοφίαν Ἑβραϊστὶ γράψαντος, ἣν ὁ ἔκγονος αὐτοῦ Ἰησοῦς ἑρμηνεύσας Ἑλληνιστὶ ἔγραψε. καὶ αὗται χρήσιμοι μέν εἰσι, καὶ ὠφέλιμοι, ἀλλ' εἰς ἀριθμὸν ῥητῶν οὐκ ἀναφέρονται. διὸ δὲ ἐν τῷ * Ἀαρὼν ἀνετέθησαν, * οὔ τε ἐν τῇ τῆς διαθήκης κιβωτῷ. *Leg. Ἀρὼν, & negatio forsitan deest.*

Ἀλλὰ καὶ ἔτι τοῦτό σε μὴ παρέλθοι, ὦ φιλόκαλε, ὅτι καὶ τὸ Ψαλτήριον διεῖλον εἰς πέντε βιβλία οἱ Ἑβραῖοι, ὥστε εἶναι καὶ αὐτὸ ἄλλην πεν- *C. τοῦτον.* D τάτευχον. ἀπὸ γὰρ πρώτου Ψαλμοῦ ἄχρι τεσσαρακοστοῦ, μίαν ἐλογίσαντο βίβλον. ἀπὸ δὲ τεσσαρακοστοῦ πρώτου ἄχρι τοῦ ἑβδομηκοστοῦ πρώτου, δευτέραν ἡγήσαντο. ἀπὸ ἑβδομηκοστοῦ δευτέρου ἕως ὀγδοηκοστοῦ ὀγδόου, τρίτον βιβλίον ἐποιήσαντο. ἀπὸ δὲ ὀγδοηκοστοῦ ἐννάτου ἕως ἑκατοστοῦ πέμπτου, τετάρτην ἐποίησαν. ἀπὸ δὲ ἑκατοστοῦ ἕκτου ἕως τοῦ ἑκατοστοῦ πεντηκοστοῦ, τὴν πέμπτην συνέθηκαν. ἕκαστον γὰρ Ψαλμὸν ἔχοντα ἐν τῷ τέλει, εὐλογητὸς Κύριος, γένοιτο γένοιτο, τέλος εἶναι βιβλίου ἐδικαίωσαν. εὑρίσκεται δὲ τοῦτο ἔν τε τῷ τεσσαρακοστῷ, καὶ ἐν τῷ ἑβδομηκοστῷ

πρώτῳ, καὶ ἐν τῷ ὀγδοηκοστῷ ὀγδόῳ, καὶ ἐν τῷ ἑκατοστῷ πέμπτῳ. ἐν δὲ τῷ τέλει τῆς πέμπτης βίβλου ἀντὶ τοῦ, εὐλογητὸς Κύριος, γένοιτο, γένοιτο, τέθειται τὸ, πᾶσα πνοὴ αἰνεσάτω τὸν Κύριον, ἀλληλούϊα. αὗται τοίνυν αἱ εἴκοσι καὶ ἑπτὰ βίβλοι, εἰκοσιδύο δὲ ἀριθμούμεναι μετὰ καὶ τοῦ Ψαλτηρίου, καὶ τῶν ὄντων ἐν τῷ Ἱερεμίᾳ· φημὶ δὲ καὶ τῶν θρήνων αὐτοῦ, καὶ τῶν ἐπιστολῶν Βαρούχ, εἰ καὶ οὐ κεῖνται ἐπιστολαὶ παρ' Ἑβραίοις, ἢ μόνον ἡ τῶν θρήνων τῷ Ἱερεμίᾳ συναφθεῖσα, τὸν τρόπον ὃν εἴπομεν ἡρμηνεύθησαν κατὰ περίοδον ἑκάστῃ ζυγῇ ἑρμηνευτῶν ἐπιδιδόμεναι, καὶ ἀπὸ τῆς πρώτης ζυγῆς τῇ δευτέρᾳ, καὶ πάλιν ἀπὸ B τῆς δευτέρας τῇ τρίτῃ, καὶ οὕτως παρῆλθον *κελεύουσαι ἑκάστῃ τριακονταεξάκις ἑρμηνευθεῖσαι, ὡς ᾄδεται λόγος, καὶ εἰκοσιδύο τῶν Ἀποκρύφων.

Corrupta dictio.

Ὅτε δὲ ἐτελειώθησαν, ἐκαθέσθη ὁ βασιλεὺς ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ, καὶ τριακονταὲξ ἀναγνῶσαι ἔχοντες ἑκάστης βίβλου τὰ τριακονταὲξ ἰσότυπα, *ἓξ εἷς ἔχων τῆς βίβλου τῆς Ἑβραϊκῆς ἀντίγραφον. ἑνὸς δὲ ἀναγινώσκοντος ἀναγνώστου, καὶ τῶν ἄλλων ἐπεχόντων, εὑρέθη διαφωνία. ἀλλὰ Θεοῦ θαυμάσιον ἔργον εἰς τὸ γνωσθῆναι, ὅ- C τι Πνεύματος ἁγίου ἔχοντες δωρεὰν ἐκεῖνοι οἱ ἄνδρες, ὁμοφώνησαν ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ὅπου προσετέθειτο λόγος, ὑπὸ πάντων, εὑρέθη προστεθειμένος. ὅπου δὲ ἀφείλοντο, πάντες ἐπίσης εὑρέθησαν ἀφελόμενοι. καὶ ὧν μὲν ἀφείλοντο οὐκ ἔστι χρεία, ὧν δὲ οὐκ ἀφείλοντο ἐστὶ χρεία. εἰς δὲ τὸ γενέσθαι σοι σαφὲς τὸ εἰρημένον· ὅτι θαυμαστῶς κατὰ Θεοῦ οἰκονομίαν, καὶ ἐκ συμφωνίας Πνεύματος ἁγίου συμφώνως ἡρμήνευσαν, καὶ πρὸς ἀλλήλους οὐ διηνέχθησαν παρέξω σοὶ διὰ *μακροῦ λόγου τὴν τούτων ἀπόδειξιν· ὡς ἂν ἐκ τούτου γνοὺς, καὶ πεισθεὶς συναι- D νέσῃς τῷ ἡμετέρῳ λόγῳ. ἐκ τοῦ ἑκατοστοῦ τεσσαρακοστοῦ Ψαλμοῦ ἔκειτο ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ οὕτως· Ἀδωναΐ, ἡλιχὰ, καριθὶ, ἰσμαὴλ, ἰεββιτὰ αἰκώλ. ἃ ἐστιν ἑρμηνευόμενα, Κύριε ἐκέκραξα πρὸς σε, εἰσάκουσόν μου· πρόσχες τῇ φωνῇ. ὅρα οὖν πῶς χωλὸν εὑρίσκεται; οἱ δὲ ἑβδομηκονταδύο ἑρμηνευταὶ προστεθεικότες τὸ, τῆς δεήσεώς μου, *ἀχώλωτον ἐποίησαν τὸν στίχον, καὶ ἡρμήνευσαν Κύριε ἐκέκραξα πρὸς σε· εἰσάκουσόν μου πρόσχες τῇ φωνῇ τῆς δεήσεώς μου. καὶ ὅρα πῶς εὐδιόρθωτος ᾄδεται ὁ Ψαλμός. ἐπίσηθι τοίνυν ἀπὸ τοῦ βραχυτάτου

Reg. ἓξ ἐς for. ἓξ ὧν εἷς. Mox leg. οὐκ εὑρέθη διαφωνία

F. μακροῦ.

γρ. ἀχώλωτον.

A mo primo, octuagesimo octavo, & centesimo qvinto psalmis adscriptus est. In fine qvinti libri pro his; *Benedictus Dominus: fiat, fiat*, scriptum est: *Omnis spiritus laudet Dominum, Alleluja.* Igitur septem & viginti illi libri, qvi viginti duo numerantur, cum Psalterio, ac cæteris, qvi Hieremiæ accensentur, hoc est Lamentationibus, & Epistolis Baruchi; qvamvis apud Hebræos Epistolæ istæ non reperiantur, sed Lamentationes duntaxat ad Hieremiæ prophetiam attextæ: eo, qvem dixi, modo per orbem, in unumqvodqve par interpretum distributæ sunt: puta à primo pari ad se- B cundum, ab hoc tertium pervenerunt, donec sexies ac trigesies singuli Græcè conversi sunt, ut constanti fama percrebuit. Qvibus viginti duo addendi sunt Apocryphi.

VI. Postremò absolutis omnibus, Rex in sublimi solio consedit: ad qvem triginta sex lectores cum totidem exemplaribus adducti sunt, cum altero, qvi Hebraicum archetypum tenebat. Cum igitur unus è lectoribus recitaret, cæteri diligenter attenderent, nihil varietatis est ac discriminis repertum. Ac singulare C tum accidit divinæ potentiæ miraculum, qvod narratione dignum est. Nam illi omnes interpretes Divini Spiritus afflatu præditi, sic inter se illa in solitudine consenserant, ut ubicumqve nonnihil additum esset, id ab omnibus communiter esset adjunctum: ubi vero detractum, id exæqvo sustulissent omnes. Cæterum qvicqvid ab illis ademptum est, id inutile est, qvicqvid verò relictum, necessarium est. Qvod ut perspicuè cognoscas: Divina qvadam & admirabili providentia, nec sine sancti Spiritus instinctu tam concorditer interpretatos esse, ut nihil à se invicem differrent, in una, ac levissima D voce periclitari libet: ut ex uno loco rem omnem intelligas, ac verum esse qvod dico tibi persuadeas. In centesimo qvadragesimo Psalmo, locus est qvi sic Hebraicè legitur. *Adonai, elicha, carithi isma-el, iebbita acoli*, hoc est, *Domine clamavi ad te: exaudi me: Intende voci.* Videsne ut manca sit, claudicansqve sententia? Ergo LXXII Interpretes additis hisce voculis, *orationis meæ*, integrum versum reddiderunt hoc modo vertentes. *Domine clamavi ad te, exaudi me: intende voci orationis meæ.* Animadverte qvam aptè restitutus decantetur hic Psalmus. Qvamobrem ex hoc uno loco de similibus conjecturam

Septuaginta interpretum fides

capito, qvi nonnullis additis ab illis Interpretibus proditi sunt: Disce, inqvam, rectè atqve ex ordine accessionem illam esse factum cùm ad phrasim ipsam, ac sententiam; tùm ad utilitatem gentium, qvæ ad Dei fidem essent aliqvando perventuræ, atqve ex Divinis veteris, ac novi Testamenti scripturis sempiternæ vitæ patrimonium adepturæ.

Origenis institutum VII. Sic igitur præclare Origenes instituit, & obeli notam prudenter apposuit. Qvi utinam in cæteris peræqve laudari posset! cum enim ad editiones VI Hebraicam, adjecisset, suis ac propriis vocibus, literisqve constantem, & una paginam comprehensam, aliam insuper & oppositam addidit, qvæ Hebraicas voces Græcis literis ac figuris exaratas contineret: ut qvi Hebraicè nescirent, Græcorum elementorum beneficio Hebraicarum sententiarum vim ac potestatem intelligerent. Itaqve in Hexaplis, Octaplisve suis cùm Hebraicas duas paginas VI Interpretum editionibus opposuisset, plurimum studiosis hominibus ad eruditionis ac doctrinæ copiam utilitatis attulit. Atqve utinam in aliis suis operibus non turpiter aberrasset, neqve sibi, ac toti terrarum orbi insignem imposuisset injuriam, dum & de fide perperam sentit, & infinita Scripturæ loca prava interpretatione corrumpit. Sed ut ad institutam de obelo narrationem redeam, obelus, ut paulo ante dixi, à nonnullis lancea dicitur, qvod gladii genus est ad cædem faciendam utilis. Qvare ubicumqve dictio qvæpiam occurrit, qvæ apud LXX legitur, in Hebræo vero non item, obelus vocabulo huic adjunctus, in matrice, ac velut Scripturæ solo, & fundamento deesse significat, nec eo loco reperiri. Hactenus de asterisco & obelo.

VIII. Proximum est ut de Lemnisco, & Hypolemnisco dicendum videatur. Lemniscus hac forma depingitur —:—. Estqve longurius inter duo puncta: qvorum alterum supra, alterum infrà collocatur, interjectus, id qvod medicis, ac chirurgica vulnerum curatione translatum putatur: cùm simplici utrinqve sectione ducta, intercepta corporis

A λόγου τοῖς ὁμοίοις αὐτῶν κατὰ τὴν παραθήκην πανταχοῦ ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἑρμηνευτῶν κειμένοις, ὅτι καλῶς οἱ λόγοι προσετέθησαν εἰς φράσιν, καὶ ὠφέλειαν τῶν μελλόντων ἐθνῶν εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ πίστιν ἄγεσθαι, καὶ τὴν ἐκ τῶν θείων λόγων τῆς παλαιᾶς, καὶ νέας διαθήκης, κτᾶσθαι ζωῆς κληρονομίαν.

Τῷ δὲ αὐτῷ τρόπῳ ὁ Ὠριγένης καλῶς ποιῶν ἐποίησεν οὕτως, καὶ περὶ τοῦ ὀβελοῦ τὴν σημείωσιν ἐποιήσατο. εἴθε οὖν καὶ τὰ ἄλλα οὕτω καλῶς ἐπεποίησε. τὰς γὰρ ἓξ ἑρμηνείας, καὶ τὴν Ἑβραϊκὴν γραφὴν Ἑβραϊκοῖς στοιχείοις, καὶ ῥή-
B μασιν αὐτοῖς ἐν σελίδι μιᾷ συντεθεικὼς, ἄλλην σελίδα ἀντιπαράθετον οἱ Ἑλληνικῶν μὲν γραμμάτων, Ἑβραϊκῶν δὲ λέξεων πρὸς κατάληψιν τῶν μὴ εἰδότων Ἑβραϊκὰ στοιχεῖα, εἰς τὸ διὰ τῶν Ἑλληνικῶν εἰδέναι τῶν Ἑβραϊκῶν λογίων τὴν δύναμιν. καὶ οὕτως τοῖς λεγομένοις ὑπ' αὐτοῦ ἑξαπλοῖς ἢ ὀκταπλοῖς, τὰς μὲν δύο Ἑβραϊκὰς σελίδας, καὶ τὰς ἓξ τῶν ἑρμηνευτῶν ἐκ παραλλήλου ἀντιπαραθεὶς, μεγάλην ὠφέλειαν γνώσεως ἔδωκε τοῖς φιλοκάλοις. εἴθε δὲ καὶ ἐν τοῖς αὐτοῦ συντάγμασι μὴ παρέπεσε, καὶ ἑαυτὸν καὶ τὸν κόσμον ἠδίκησε, κακῶς
C δογματίσας τὰ περὶ πίστεως, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν γραφῶν κακῶς φράσας. ἀλλὰ περὶ τοῦ ὀβελοῦ αὖθις ἐπιλήψομαι τῆς διηγήσεως. ἔφαμεν ὅτι ὁ ὀβελὸς λόγχη λέγεται· ξίφος δὲ ἐστὶ τοῦτο ἀναιρετικόν. ἔνθα τοίνυν ἡ λέξις εὑρίσκεται παρὰ μὲν τοῖς ἑβδομηκονταδύο * κειμένους, ἐν δὲ τῷ Ἑβραϊκῷ μὴ ἀναφερομένους, ἐκ τῆς τοῦ ὀβελοῦ σημειώσεως τοῦ τῇ λέξει παρακειμένου δηλοῦται, ὅτι ἀνῄρηται ὁ λόγος ἀπὸ τοῦ γεννητικοῦ τόπου, ἤτοι τοῦ ἐδάφους τῆς γραφῆς, ὡς μὴ ὑπάρχων ἐν τῷ τόπῳ τῆς βίβλου. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τοῦ ἀστερίσκου, καὶ τοῦ ὀβελοῦ δι-
D ηγησάμην.

F. κειμένη, & ἀναφερομένη

Λοιπὸν καὶ περὶ τοῦ λημνίσκου, καὶ ὑπολημνίσκου διηγητέον. λημνίσκον γοῦν τὸν οὕτω γραφόμενον ὡς ἔχει τὸ προκείμενον —÷— σημεῖόν ἐστι, γραμμὴ μία, μεσολαβουμένη ὑπὸ κεντημάτων δύο, εἴτουν στιγμῶν, μιᾶς μὲν ἐπάνω οὔσης, τῆς δὲ ἄλλης ὑποκάτω παρὰ ἰατροῖς φυσιολογικῶς εὑρᾶσθαί φασι καὶ ὀνομᾶσθαι, ἀπὸ τῆς κατὰ τὸ σῶμα χειρουργίας, δύο μὲν ἁπλῶν τομῶν διαιρουμένων, εἴτουν τεμνομένων, μέσον δὲ τῶν * δύο αἱρέσεων τοῦ τμηθέντος τόπου * διαστὰς παρ' ἑκατέρας * ἁπλῶς δύο τομὰς, ὀβελοῦ

F. διαιρέσεων. Mox διαστάς: pro διαστάσεις. Reg. ἁπλῶς.

σχῆμα τοῦ σώματος ἀποτελοῦντος δὲ, ὅ ἐστι λινοῦν ῥάκος, εἰς λεπτὸν, καὶ μακρὸν σχῆμα ἀποτμηθέντος ἐμβαλλομένου ἀπὸ τῆς μιᾶς διαιρέσεως, καὶ εἰς τὴν ἄλλην διαπερῶντος. λημνίσκος ὑπ' αὐτῶν τῶν ἰατρῶν καλῶς ἐκλήθη, διὰ τὸ λιμνάζειν κλυζόμενον τὸν μοτὸν ἐν τοῖς τόποις ὑγροῖς. διὸ καὶ τοῦτο τὸ τοῦ σημείου σχῆμα τοῖς θείοις λόγοις παρέθετο, ἵν' ὅτε σπανίως που εὕροις ἐν τῇ τῶν ἑβδομηκονταδύο ἑρμηνείᾳ διαφωνοῦσαν λέξιν, οὐ μὴν παροῦσαν, οὐδὲ * προστεταγμένην ταῖς ὁμοίαις αὐτῇ λέξεσι, γνῷς ὅτι ὑπὸ μιᾶς ζυγῆς ἢ δύο αὕτη ἡρμηνεύθη ἡ λέξις, διὰ τὰ παρακείμενα δύο κεντήματα. καλεῖται δὲ ταῦτα τὰ συναμφότερα, ἢ ὅμοια. ἵνα δὲ τοῦτο λεῖόν σοι εἴη, καὶ δι' ἀπερίδρακτον, καὶ περὶ * τούτου ἐρῶ. ὅταν εὕρῃς ὡς ἐν ἑβδομηκοστῷ Ψαλμῷ ἐμφέρεται, τὸ στόμα μου ἀναγγελεῖ τὴν δικαιοσύνην σου, ἀναγγελεῖ τὰς δικαιοσύνας σου. πάλιν δὲ ἐν τῷ ἑβδομηκοστῷ πρώτῳ ψαλμῷ, καὶ ἔντιμον τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐνώπιον αὐτοῦ. ἀντὶ δὲ τούτου πρόκειται, καὶ ἔντιμον τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν ὀφθαλμοῖς. καὶ οὕτως εἰς πολλοὺς τόπους εὕροις. οὐδὲν μὲν ἐλλιπὲς ὑπάρχον, οὔτε παρηλλαγμένον, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ μὲν ὑπάρχον, διαφόρως τε ὀνομαζόμενον, ὡς εἶναι οὐ * παρὰ, ἀλλὰ συναμφοτέρως ἐκφωνοῦνται. ταῦτα διὰ τὸν λημνίσκον ἐσημειώθη, ὡς παρὰ μιᾶς ζυγῆς ἢ δύο ἡρμηνευμένης τε, καὶ εὑρισκομένης λέξεως. οὕτως ταῦτα καὶ περὶ λημνίσκου εἴπομεν. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ περὶ τοῦ ὑπολημνίσκου δηλώσομεν. ὁ γοῦν ὑπολημνίσκος τοιοῦτον ἐστὶ σημεῖον, —·— ἁπλῆ δηλονότι γραμμὴ, ὀβελοῦ τὸ σχῆμα ἔχουσα, ὑποκειμένην δὲ ἔχουσα στιγμὴν, ἤγουν κέντημα. ἔνθα γοῦν εὕροις τοιοῦτον σημεῖον, ὑπολημνίσκον αὐτὸ γίνωσκε εἶναι. δύναμιν δὲ ἔχει ταύτην. ὅπου γὰρ εὑρεθῇ λέξει τινὶ παρακείμενος, δηλοῦται ὑπὸ μιᾶς ζυγῆς ἑρμηνευτῶν ἐξενεχθεὶς ὁ λόγος, καθὸ ἡ μία στιγμὴ ὑποφαίνει. καὶ ἔτι αὐτὸ συναμφότερον ἢ συνάδελφον τῇ λέξει ᾗ ἐπίκειται. αὕτη ἐστὶν ἡ περὶ ἀστερίσκου, καὶ ὀβελοῦ, καὶ λημνίσκου, καὶ ὑπολημνίσκου φράσις, φιλοκαλώτατε.

Reg. πεπληθμένην. F. τούτου. χ. πατέρα. Sed locus corruptus.

Δεῖ δὲ καὶ ἡμᾶς καὶ αὐτῶν τῶν εἰρημένων τὴν ὑπόθεσιν δηλῶσαι. χρησιμεύσει γάρ σοι καὶ ἡ περὶ τούτων γνῶσις ἐξ αὐτῆς τῆς ἐπιβολῆς τῆς περὶ αὐτὸν διηγήσεως. ὑποδεικνύουσα τίς, πόθεν, καὶ πότε, γένους ποίου ἕκαστος αὐτῶν ὑπῆρξε, καὶ τοῦ ἑρμηνεῦσαι τίς αὐτῷ γέγονεν ἡ αἰτία.

A pars obeli figuram refert: tum concerptum linimentum in tenuem & oblongam formam productum per utramqve sectionem trajicitur. Lemniscus enim istud à Medicis appellari solet à Græca voce λιμνάζειν; qvòd in humectum locum linimentum illud inditum humoris copia redundet. Qvam ob caussam sacris codicibus eam notam adscripsit Origenes: ut qvoties in LXX Interpretum editione discrepantem aliqvam vocem, qvod rarò usuvenit, repereris, qvæ ad superiores non adhæreat, neqve similibus con-
B juncta sit, ex duobus punctis intelligas unum alterúmve par interpretum vocem illam in sua interpretatione posuisse. Qvæ qvidem ambo, vel similia nominantur. Sed ut res tota planior sit ac facilior, paucis de ea disputare non pigebit. Cum igitur in LXX Psalmo legeris: *Os meum annuntiabit justitiam tuam; annunciabit justitias tuas* Item in LXXI. *Et honorabile nomen illius coram ipso*, pro qvo scriptum est: *Et honorabile nomen ejus in oculis ipsius*: atqve ita pluribus in locis. Ubi nihil aut mancum, aut discrepans invenies, sed unum idemqve diversis vocabulis expressum, cum, alterutro
C sufficiente, duobus modis exprimitur. Ejusmod loca Lemnisco notata sunt; ut appareat ab uno alteróve Interpretum pari positum illud esse, repertumqve vocabulum. Hæc habuimus qvæ de Lemnisco diceremus. De Hypolemnisco modo disputandum nobis est. Est autem figura illius ejusmodi —·— linea videlicet veruti in modum producta subjecto puncto. Hanc ubicumqve repereris, scito Hypolemniscum vocari. Cujus ea vis est: Qvemcumqve ad locum appictus est, significat ab uno Interpretum pari sic editum, ac conceptum fuisse, id qvod simplici puncto declaratur, & cum supe-
D rioribus qvibus adtexitur geminum ac germanum videri. Hæc est Asterisci, Obeli, Lemnisci, & Hypolemnisci ratio.

IX. Nunc eorum qvæ commemorata sunt subjicienda narratio est. Neqve enim infructuosa erit illa cognitio; cum ex historia ipsa didiceris, qvis, & unde, qvando, cujus generis Interpretum qvilibet fuerit, qvibusve de caussis sese ad interpretandum contulerit.

Primi omnium Sacras literas ex Hebræo in Græcum transferre LXXII homines aggressi sunt, Ptolemæo Philadelpho in Ægypto regnante. Qvi duodecim ex Israeliticis Tribubus, sex è singulis, delecti sunt; ut author est Aristæus in eo opere, qvod de LXX conscripsit. Qvorum interpretum, cùm de Asteriscis, & Obelis ageremus, ut & cæterorum, hoc est Aqvilæ, Symmachi, & aliorum historiam attigimus. Nunc caussas ipsas pertexam. *LXX. Interpretum historia.* Ptolemæus cognomento Philadelphus Alexandriæ Rex ab altero Ptolemæo secundus, honestarum artium amore studioqve flagrans, egregiam Alexandriæ Bibliothecam instituit, in ea urbis regione, qvam Bruchium vocant; qvæ deserta hoc tempore visitur. Ei Bibliothecæ curandæ Demetrium Phalereum præposuit; cum mandatis, ut omnia librorum genera ubiqve terrarum conqvireret. Qva de re literas ad unumqvemqve regem, ac principem dedit; qvibus enixè rogabat, ut qvicqvid penes se poëtarum, aut alterius generis scriptorum, oratorum, sophistarum medicorum, mediosophistarum, historicorum, ac cæterorum haberent, id ad sese mitterent. Procedente in dies negotio, ac contractis undiqve voluminibus, forte accidit; ut de Bibliothecæ præfecto Rex aliqvando sciscitaretur; qvotnam hactenus in Bibliothecam volumina congessisset. Ad hæc ille, qvinqvaginta jam & qvatuor librorum millia cum octingentis plus minus esse respondit. Audio tamen, inqvit, longè plures esse tot orbe terrarum: ut apud Æthiopas, Indos, Persas, Elamitas, Babylonios, Assyrios, Caldæos, Romanos, Phœnicas, Syros eosqve, qvi in Græcia habitant (nondum ii Romani vocabantur, sed Latini,) Imò & Hierosolymis, & in Judæa Divini qvidam extant Prophetarum libri, qvi de Deo ac mundi procreatione differunt: multaqve communem ad utilitatem continent. Qvocirca si Majestati tuæ, Princeps, ita videtur; scribe ad Hierosolymitanos legis Doctores, ut suos ad te libros mittant, qvi in Bibliotheca tua collocentur. His auditis, Ptolemæus literas hoc argumento dedit.

A Καὶ πρῶτοι μὲν ἑρμηνευταὶ γεγόνασι τῆς αὐτῆς θείας γραφῆς, ἀπὸ Ἑβραϊκῆς διαλέκτου εἰς Ἑλληνίδα ἑβδομηκονταδύο ἄνδρες τὸν ἀριθμὸν, τὴν αὐτὴν πρώτην ἑρμηνείαν ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου ἑρμηνεύσαντες· οἵτινες ἐξελέγησαν ἐκ τῶν δώδεκα φυλῶν τοῦ Ἰσραὴλ, ἓξ ἄνδρες κατὰ φυλὴν, ὡς ἐξέδωκεν Ἀρισταῖος ἐν τῷ * αὐτῷ συντάγματι. περὶ ὧν ἀνωτέρω διὰ τῶν *F. αὐτοῦ.* ἀστερίσκων καὶ τῶν ὀβελῶν, καὶ περὶ τῶν ἄλλων, τουτέστιν Ἀκύλα, καὶ Συμμάχου, καὶ λοιπῶν ἀπὸ μέρους διηγησάμεθα. ἐνταῦθα δὲ καὶ τὰς αἰτίας B σοὶ δηλώσομεν. ὁ γὰρ μετὰ τὸν Πτολεμαῖον δεύτερος βασιλεύσας Ἀλεξανδρείας Πτολεμαῖος, ὁ ἐπικληθεὶς Φιλάδελφος, ὡς προείρηται, φιλόκαλός τις ἀνὴρ, καὶ φιλόλογος γεγένηται· ὅς τις βιβλιοθήκην κατασκευάσας ἐπὶ τῆς αὐτῆς Ἀλεξάνδρου πόλεως, ἐν τῷ Βρουχίῳ καλουμένῳ κλίματι. καὶ ἔστι τοῦτο τῆς αὐτῆς πόλεως ἔρημον τανῦν ὑπάρχον· ἐνεχείρησε Δημητρίῳ τινὶ τῷ Φαληρηνῷ τὴν αὐτὴν βιβλιοθήκην, προστάξας συναγαγεῖν τὰς πανταχοῦ γῆς βίβλους, γράψας ἐπιστολὰς, καὶ προσλιπαρήσας ἕκαστον τῶν ἐπὶ γῆς βασιλέων τε, C καὶ ἀρχὴν, μὴ κατοκνῆσαι ἀποστεῖλαι ποιητῶν τε λέγω καὶ λογογράφων, ῥητόρων τε, καὶ σοφιστῶν, καὶ ἰατρῶν, καὶ ἰατροσοφιστῶν, καὶ ἱστοριογράφων, καὶ λοιπῶν βίβλους. τοῦ δὲ ἔργου προκόπτοντος, καὶ τῶν βιβλίων πανταχόθεν συναγομένων, ἠρώτησεν ὁ βασιλεὺς τὸν τῆς βιβλιοθήκην πεπιστευμένον ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν, ὅτι πόσαι δ' ἂν εἶεν βίβλοι εἰς τὴν βιβλιοθήκην συναχθεῖσαι. ὁ δὲ ἀπεκρίθη τῷ βασιλεῖ, λέγων, ὅτι ἤδη μέν εἰσι μυριάδες πέντε βιβλίων, καὶ τετρακισχίλιαι ὀκτακόσιαι, πλεῖον ἢ ἔλασσον. ἀκούομεν δὲ ἔτι πολὺ πλῆθος ἐν τῷ D κόσμῳ ὑπάρχειν, παρά τε Αἰθίοψι, καὶ Ἰνδοῖς, Πέρσαις τε, καὶ Ἐλαμίταις, καὶ Βαβυλωνίοις, Ἀσσυρίοις τε, καὶ Χαλδαίοις, παρὰ Ῥωμαίοις τε, καὶ Φοίνιξι, Σύροις τε καὶ τοῖς ἐν τῇ Ἑλλάδι, οὔπω Ῥωμαίοις καλουμένοις ἀκμὴν, ἀλλὰ Λατίνοις. ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς Ἱεροσολύμοις, καὶ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ὑπάρχουσι βίβλοι θεῖαι τῶν Προφητῶν, διηγούμεναι περὶ Θεοῦ, καὶ τῆς κοσμοποιΐας, καὶ τῆς ἄλλης πάσης κοινωφελοῦς διδασκαλίας. εἰ οὖν δοκεῖ τῷ κράτει σου, βασιλεῦ, καὶ αὐτὰς μεταστείλασθαι, γράψον τοῖς ἐν Ἱεροσολύμοις διδασκάλοις, καὶ ἀποστελοῦσί σοι, ὅπως καὶ τὰς αὐτὰς βίβλους καταθῶ ἐν τῇ αὐτῇ τῆς σῆς εὐσεβείας βιβλιοθήκῃ. τότε τοίνυν γράφει ὁ βασιλεὺς ἐπιστολὴν ἔχουσαν τάδε.

A Βασιλεὺς Πτολεμαῖος τοῖς ἐν Ἱεροσολύμοις τῶν Ἰουδαίων, πλεῖστα χαίρειν. βιβλιοθήκην κατασκευάσας, καὶ πλῆθος συναγαγὼν βιβλίων ἐξ ἑκάστου ἔθνους, ἐν αὐτῇ ἀπεθέμην. ἀκούσας δὲ ὡς παρ' ὑμῖν ἐμφέρονται βίβλοι Προφητῶν περὶ Θεοῦ τε, καὶ κοσμοποιΐας δηλοῦσαι, καὶ ταύτας ταῖς ἄλλαις ἀφιερῶσαι ἐπιθυμῶ, γέγραφα ὅπως ταύτας ἡμῖν ἀποστείλητε. ὅτι γὰρ τιμῆς ἕνεκεν, καὶ οὐ περιεργίας χάριν, οὔτε κακονοίας, τῆς τοιαύτης αἰτίας εἰμὶ ἐπιθυμητὴς, ἀλλὰ πίστεως ἕνεκα, καὶ τῆς περὶ ὑμᾶς φιλίας τὴν τούτων αἴτησιν ποιοῦμαι, ἐκ τῆς ὑφ' ἡμῶν περὶ ὑμᾶς γινομένης εὐνοίας, B ἀναμνησθέντες εἴσεσθε. μέμνησθέ που, ὡς αἰχμαλώτων πολλῶν ἐκ τῆς ὑμετέρας πατρίδος ληφθέντων, καὶ εἰς Αἴγυπτον τὴν ἡμετέραν πατρίδα ἀχθέντων, ἀνῆκα, καὶ μετ' ἐφοδίων πολλῶν, καὶ θεραπείας οὐ τῆς τυχούσης, ἐπιμελησάμενος αὐτῶν, ἐλευθέρους ἀπέπεμψα. ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς πεπληγμένους ἰασάμενος ἀνῆκα, καὶ τοὺς γυμνοὺς ἐνέδυσα· καὶ νῦν δὲ τράπεζαν χρυσῆν μετὰ πολυτελεστάτης λιθίας κεκοσμημένην, ἐξ ὁλκῆς ταλάντων φ' ἀντὶ τῆς τραπέζης τῆς ληφθείσης ἀπὸ τοῦ ἁγίου τόπου Ἱεροσολύμων ἀπέστειλα, C μετὰ καὶ δώρων, καὶ κειμηλίων τῷ ἱερῷ τόπῳ. τούτων τοίνυν τὴν διήγησιν ἐποιησάμην, ὅπως γνῶτε ὅτι ὑπὲρ εὐχῆς καὶ εὐσεβείας τὰς βίβλους αἰτῶ.

Καὶ ἡ μὲν ἐπιστολὴ ἀπεστάλη, καὶ τὰ ἀπεσταλμένα δῶρα. αὐτοὶ δὲ δεξάμενοι καὶ τὴν ἐπιστολὴν, καὶ τὰ δῶρα ἀσμένως, διὰ χαρᾶς ἔχον σφόδρα. καὶ* ἀμελητὶ χρυσέοις γράμμασιν Ἑβραϊκοῖς τὰς βίβλους μεταγραψάμενοι τὰς ἤδη μοι προτεταγμένας, ἀπέστειλαν ηβ' μὲν τὰς ἐνδιαθέτους, ἑβδομηκονταδύο δὲ τὰς ἀποκρύφους. ὁ δὲ βασιλεὺς κο- D μισάμενος καὶ ἐντυχὼν, καὶ μὴ δυνάμενος ἀναγνῶναι, τῶν στοιχείων Ἑβραϊκῶν ὑπαρχόντων, καὶ διαλέκτῳ τῇ Ἑβραϊκῇ γεγραμμένων, δευτέραν ἐπιστολὴν ἀναγκάζεται αὖθις γράψαι, καὶ αἰτῆσαι ἑρμηνευτὰς τοὺς δυναμένους αὐτῷ φράσαι τὰς βίβλους εἰς τὴν Ἑλληνικὴν διάλεκτον διὰ τῆς Ἑβραΐδος. περιεῖχε δὲ ἡ ἐπιστολὴ τάδε

* Leg. ἀμελλητί.

Ὁ βασιλεὺς Πτολεμαῖος τοῖς τῆς εὐσεβείας διδασκάλοις, τοῖς ἐν Ἱεροσολύμοις, πλεῖστα χαίρειν.

X. Ptolemæus Rex, Judæis qvi Hierosolymis habitant, Saluem. De constituenda Bibliotheca cogitans, ingentem librorum vim ex omni regione conflatam in eam contuli. Qvare cùm apud vos Prophetarum qvosdam libros extare compererim, qvi de Deo, ac mundi fabricatione scripti sunt, hos ego cum aliis consecrare magnoperè cupio. Qvæ mihi ad vos scribendi causa fuit, ut illos ad me libros mittere velitis. Nam qvod ego non curiositate ductus, neqve malo animo, sed honoris illis habendi studio, ac pro mea erga vos fiducia & amicitia ad ea postulanda descenderim, ex mea in vos benevolentia si recordari volueritis, conjecturam facere potestis. Meministis enim opinor, cives vestros ac populares qvamplurimos, qvi bello capti, & in Ægyptum, hanc nostram patriam, deportati fuerant, non liberasse modo me, sed & viatico instructos ac perhumaniter habitos cum omni officiorum genere liberos dimisisse: adeo ut & qvi ex iis saucii erant diligenter curarem, & nudis vestimenta dividerem. Nunc auream ad vos mensam pretiosis lapidibus ornatam, pondo qvingentorum talentum, pro ea, qvæ ex Hierosolymitano templo direpta fuerat, ad vos cum muneribus ac donariis mitto, qvæ in templo vestro consecrari cupio. Hæc eo vobis exposui, ut me ex voti qvadam religione, ac pietatis studio libros istos flagitasse sciretis.

His literis ac muneribus Hierosolymam perlatis, utrumqve Judæi perjucundè ac libenter acceperunt. Mox sine ulla cunctatione libros illos, qvos paulo antè commemoravi, Hebraicis literis aureis conscriptos ad Regem mittunt: hoc est veteris testamenti viginti duos, & Apocryphos septuaginta duos. Qvibus acceptis Ptolemæus cùm Hebraicè scriptos codices legere non posset, secundò ad eos scribere coactus est, & interpretes petere, qvi ex Hebræo libros istos in Græcum sermonem converterent. Summa Epistolæ hæc fuit.

XI Ptolemæus Rex pietatis magistris, qvi Hierosolymis habitant.

S. P. D.

Occulti Thesauri, & obsignati fontis A qvænam esse potest utilitas? Hoc ego de his libris, qvos ad me misistis, usurpare jure posse videor. Nam cum scriptas in his literas legere neqveamus, nulli esse nobis usui, & emolumento possunt. Qvocircà etiam atqve etiam à vobis peto, ut ad nos illorum interpretes mittere velitis, Hebraicæ, Græcæqve lingvæ peritissimos. Post hæc Hebræorum magistri delectu habito septuaginta duos interpretes allegant, Moysis exemplum secuti, qvi cùm de mandato Dei coscendisset in montem atqve ita loqventem Exo. 24. 1. audisset: *Adhibe tecum septuaginta viros, & ascende in montem*; ut pacem ac con- B cordiam inter Tribus retineret; ne si ex Num. 11. una qvinqve, ex alia sex caperet, turbas in Tribus, ac dissensiones jaceret, septuaginta duos adhibère maluit, & ad numerum adjicere. Eodem itaqve modo septuaginta duos tùm illi miserunt, qvi in Pharo insula, ut paulo ante retulimus, sacros codices explicarunt. Qvo facto libri illi in Græcum translati in priore Bibliotheca, qvæ in Bruchio fundata est, repositi sunt. Posthæc alia rursus in Serapio Bibliotheca costituta est, longè illa minor, qvæ hujus filia dicebatur, in qvam Aqvilæ, Symmachi, Theo- C dotionis, & aliorum editiones congestæ sunt post annos CCL.

Θησαυρȣ̃ κεκρυμμένȣ, καὶ πηγῆς ἐσφραγισμένης, τίς ὠφέλεια ἐν ἀμφοτέροις; ὅτω καὶ ἡ παρ' ὑμῶν ἀπεςαλμένη ἡμῖν τῶν βιβλίων ὑπόθεσις. ἡμῶν γὰρ μὴ δυναμένων ἀναγνῶναι τὰ γράμματα τȣ́των, εἰς ȣ̓δὲν ὄφελ☉ ἡμῖν γενήσεται. ἀλλὰ καταξιώσατε ἑρμηνευτὰς ἡμῖν ἀποςεῖλαι τῶν ἀκριβῶς ἐκπεπαιδευμένȣς τήν τε τῶν Εβραίων, καὶ τὴν Ελλήνων γλῶτταν. τότε τῶν ἑβδομηκονταδύο ἑρμηνευτὰς ἐκλεξάμενοι, οἱ τῶν Εβραίων διδάσκαλοι ἀποςέλλȣσι, κατὰ τὸν τύπον, ὅν ποτε ἐποίησε Μωϋσῆς, ἡνίκα ἀνῆλθεν εἰς τὸ ὄ- B ρ☉ διὰ προςάγματ☉ Κυρίȣ, ἀκȣ́σας, ὅτι παράλαβε μετὰ σεαυτȣ̃ ἄνδρας ἑβδομήκοντα, καὶ ἀνάβηθι εἰς τὸ ὄρος. αὐτὸς δὲ διὰ τὴν πρὸς τὰς Φυλὰς εἰρήνην, ἵνα μὴ ἐξ ἐνίων λάβῃ πέντε ἄνδρας, ἐξ ἄλλων ἕξ, * ποιήσῃ ςάσιν ἐν ταῖς Φυλαῖς, διενοήθη μᾶλλον ἑβδομηκονταδύο παραλαβεῖν, καὶ τῷ ἀριθμῷ προςθεῖναι. τῷ αὐτῷ δὴ τρόπῳ, ὡς ἔφην, καὶ τȣ́τȣς ἀπέςειλαν, οἵ τινες ἡρμήνευσαν τὰς βίβλȣς ἐν τῇ Φαρίᾳ καλȣμένῃ νήσῳ, καθάπερ ἄνω προείπομεν. καὶ ὅτως αἱ βίβλοι εἰς Ελληνίδα ἐκτεθεῖσαι ἀπετέθησαν ἐν τῇ πρώ- Deest ἐ.
C τῃ Βιβλιοθήκῃ τῇ ἐν τῷ Βρȣχίῳ οἰκοδομηθείσῃ. ἔτι δὲ ὕςερον καὶ ἑτέρα ἐγένετο βιβλιοθήκη ἐν τῷ Σεραπίῳ μικροτέρα τῆς πρώτης, ἥ τις καὶ θυγάτηρ ὠνομάσθη αὐτῆς· ἐν ᾗ ἀπετέθησαν αἱ τȣ̃ Ακύλα, καὶ Συμμάχȣ, καὶ Θεοδοτίων☉, καὶ τῶν λοιπῶν ἑρμηνεῖαι, μετὰ διακοσιοςὸν καὶ πεντηκοςὸν ἔτ☉.

XII. Nam post primum

Μετὰ γὰρ τὸν πρῶτον

Ptolemæum filium Lagi, qvi regnavit annos XL;

Πτολεμαῖον τὸν υἱὸν Λάγȣ τὸν βασιλεύσαντα ἔτη τεσσαράκοντα.

Ptolemæus hic Philadelphus; cujus tempore Septuaginta duo Interpretes interpretati sunt, regnavit annis XXX D VIII.

Πτολεμαῖ☉ ȣ̃τ☉ ὁ Φιλάδελφ☉, ἐφ' ȣ̃ οἱ ἑβδομηκονταδύο ἡρμήνευσαν ἑρμηνευταὶ ἐκράτησεν ἔτη λή.

Post hunc Ptolemæus Evergetes annos XXIV.

Μεθ' ὃν Πτολεμαῖ☉ ὁ Εὐεργέτης ἔτη εἰκοσιτέσσαρα.

Inde Ptolemæus Philopator annos XXI.

Μεθ' ὃν πάλιν Πτολεμαῖ☉ ὁ Φιλοπάτωρ, ἔτη εἴκοσι καὶ ἕν.

Post hunc Ptolemæus Epiphanes annos XXII.

Μεθ' ὃν Πτολεμαῖ☉ Επιφανὴς, ἔτη εἰκοσιδύο.

Deinde Ptolemæus Philopator alius annos XXXIV.

Εἶτα Πτολεμαῖος Φιλοπάτωρ ἄλλ☉ τριακοντατέσσαρα.

Postea Ptolemæus Philologus & Evergetes annos XXIX.

Επειτα Πτολεμαῖ☉ ὁ Φιλολόγ☉, καὶ Εὐεργέτης ἔτη εἰκοσιεννέα.

A Πτολεμαῖος ὁ Σωτὴρ ἔτη ιε.

Πτολεμαῖος ὁ καὶ Ἀλεξᾶς, ἔτη δώδεκα.

Πτολεμαῖος ὁ τοῦ Ἀλεξάνδρου ἀδελφὸς, ὁ ὑπὸ τῆς μητρὸς ἐξωσθεὶς, ἔτη ὀκτώ.

Πτολεμαῖος ὁ Διόνυσος ἔτη τριάκοντα καὶ ἕν.

Κλεοπάτρα Πτολεμαίου θυγάτηρ ἔτη τριακονταδύο, ἥ τις Ἀντωνίῳ συνήφθη τῷ βασιλεῖ * Ὀκταβίῳ.

Deest aliquid.

Ὁμοῦ ἀπὸ τοῦ πρώτου Πτολεμαίου τοῦ υἱοῦ Λάγου, μέχρι Κλεοπάτρας, ἔτη τριακόσια ἕξ. ἀπὸ δὲ ἑβδόμου ἔτους Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου, ἐφ᾽ οὗ τῷ αὐτῷ ἔτει οἱ ἑβδομηκονταδύο ἡρμήνευσαν, B μέχρι Κλεοπάτρας, διακόσια τεσσαρακονταεννέα. καὶ ἐπαύσαντο οἱ Λαγίδαι βασιλεύειν, οἱ ἀπὸ τοῦ Λάγου δηλονότι καταγόμενοι Πτολεμαῖοι, ὃς ἱππικὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κατασκευάσας, Λάϊον ὀνόμασεν.

Εἶτα βασιλεῖς Ῥωμαίων.

Αὔγουστος ἔτη νϛ. [ἐξ] οὗ τινος ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ δευτέρῳ ἔτει ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς κατὰ σάρκα γεγένηται.

Τιβέριος ἔτη κγ, οὗ τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ ἔτει ὁ Χριστὸς ἐσταύρωται.

C Γάϊος ἔτη γ, μῆνας θ; ἡμέρας κθ.

Κλαύδιος ἔτη ιγ, μῆνας δύο, παρ᾽ ἡμέρας δύο.

Νέρων ἔτη ιγ, μῆνας ζ, ἡμέρας κζ.

Γαλβὰς μῆνας ζ, ἡμέρας κϛ.

Ὄθων μῆνας γ, ἡμέρας ε.

Βιτέλιος μῆνας ιη, ἡμέρας ιβ.

Οὐεσπασιανός ἔτη θ, μῆνας ζ, ἡμέρας ιβ.

Τῖτος ἔτη δύο, μῆνας δύο, ἡμέρας δύο. ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ γέγονεν ἡ ἐρήμωσις Ἱεροσολύμων, μετὰ ἑξηκοστὸν πέμπτον D ἔτος τῆς Χριστοῦ σταυρώσεως, καὶ ἡμέρας τινάς.

Δομετιανὸς ἔτη ιε, μῆνας ε.

Νερούας ἔτος ἕν, μῆνας δ.

Τραϊανὸς ἔτη ιθ.

Ἀδριανὸς ἔτη κα, οὗ τινος τῷ δωδεκάτῳ ἔτει Ἀκύλας ἐγνωρίζετο.

Ἀπὸ οὖν Αὐγούστου ἕως Ἀδριανοῦ ἔτη ρπ, μῆνες δ, παρὰ ἡμέρας θ. ὡς εἶναι ἀπὸ χρόνου τῆς ἑρμηνείας τῶν ἑβδομηκονταδύο ἑρμηνευτῶν, ἕως Ἀκύλα τοῦ ἑρμηνευτοῦ, ἤγουν

Ptolemæus Soter annos XV.

Ptolemæus qvi & Alexas annos XII.

Ptolemæus Alexandri frater, qvi à matre pulsus est, annos VIII.

Ptolemæus cognomento Bacchus annos XXXI.

Cleopatra Ptolemæi filia annos XXXII. qvæ Antonio nupsit, & ab Octavio Imperatore debellata est.

Itaqve à primo Ptolomæo filio Lagi usqve ad Cleopatram, anni sunt CCC VI. A septimo verò anno Ptolemæi Philadelphi, cujus tempore eodem anno septuaginta duo sacras literas interpretati sunt, usqve ad Cleopatram, anni sunt CCXLIX. Qvibus evolutis desiere Lagidæ Ptolemæi, à Lago deducti, qvi eqvestre curriculum Alexandriæ condidit, ac * Lajon appellavit.

Vide Notas.

Secuti sunt Romanorum Imperatores.

Augustus annos LVI. Cujus anno qvadragesimo secundo, Dominus noster Jesus Christus secundum carnem natus est.

Tiberius annos XXIII. Cujus anno decimo octavo Christus crucifixus est.

Cajus annos tres, menses novem, dies viginti novem.

Claudius annos XIII menses duos, minus duobus diebus.

Nero annos XIII; menses septem, dies viginti septem.

Galba menses septem, dies viginti sex.

Otho menses tres, dies qvinqve.

Vitellius menses octodecim, dies duodecim.

Vespasianus annos novem, menses septem, dies duodecim.

Titus annos duos, menses duos, dies duos. Hoc tempore subversa sunt Hierosolyma, sexagesimo qvinto anno, & aliqvot diebus elapsis post Christi passionem.

Domitianus annos XV, & menses qvinqve.

Nerva annum unum, menses qvatuor.

Trajanus annos decem & novem.

Adrianus annos XXI. Cujus anno duodecimo Aqvila floruit.

Ab Augusto igitur ad Adrianum anni colliguntur, centum octoginta, menses qvatuor, minus diebus novem Ita ab eo tempore, qvo septuaginta duo interpretes extiterunt usqve ad Aqvilam inter-

sive ad duodecimum Adriani annum, anni CCCCXXX, menses qvatuor.

XIV. Porrò Adrianus iste corpore malè affectus medicis omnibus, qvi in toto Romano Imperio erant, arcessitis, ad medicinam corpori suo faciendam illos adhibuit. Sed cùm omnem operam sine ullo fructu posuissent, ab imperatore risu ac ludibrio habiti sunt: usqve adeo, ut mordaci in illos Epistola professionem ipsam artemqve damnaret, ut qvæ nihil de ægritudine sua extricare potuisset. Itaqve in Ægyptum profectus, cùm Roma discedens urbes illas, qvæ in itinere positæ sunt, obire ac perlustrare vellet, ut erat videndi, explorandiqve cupidus, inter cæteras Antiochiam, ac Cœlem Syriam, Phœnicem, & Palæstinam qvæ Judæa dicitur, anno qvàm eversa fuerat septimo & qvadragesimo peragrans, Hierosolymam celeberrimam urbem ac nobilissimam contendit, qvam Titus Vespasiani filius secundo Imperii sui anno subverterat. Hanc ille solo æqvatam; templum ipsum destructum ac proculcatum reperit, paucis ædibus exceptis, ac parva qvadam Christianorum Ecclesia, qvæ in eo loco constituta fuerat, in qvem discipuli, posteaqvam Salvator in cœlum ex Oliveti monte subvectus est, sese recipientes cœnaculum conscenderunt. Erat illa qvadam in Sionis parte constructa, qvæ civitati superfuerat, cum Sioni propinqvis aliqvot ædificiis, ac septem Synagogis, qvæ in eodem monte solæ velut tuguria perstiterant. Ex qvibus una duntaxat ad Maximonæ præsulis, & Constantini Imperatoris tempora velut *umbraculum in vinea*, ut scripturæ verbis utar, relicta videbatur. Inter hæc Adrianus de urbe sola instauranda sine templo cogitans, Aqvilam illum scripturæ, qvem diximus, Interpretem Græcum hominem, socerumqve suum Sinope, qvod Ponti oppidum est, oriundum reficiendæ urbi præficit, qvam de se ac de Imperatorio nomine appellari voluit, nimirum Æliam, cùm Ælius Adrianus ipse vocaretur.

Adrianus medicos frustra expertus eos irridet.

Esa. 1. 8.

Aqvila historia.

A ἡγεμόνος δωδεκάτου ἔτους Ἀδριανοῦ, ἔτη υλ, καὶ μῆνας δ.

Οὗτος δὲ ὁ Ἀδριανὸς λωβηθεὶς τὸ σῶμα, καὶ μεταστειλάμενος ἅπαν τὸ πλῆθος τῶν ὑπὸ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ ἰατρῶν, ᾔτησε παρ᾽ αὐτῶν ἰατρείαν τοῦ σώματος αὐτοῦ. οἱ δὲ πολλὰ κεκμηκότες, καὶ μηδὲν ἀνύσαντες, ἐσκώφθησαν ὑπ᾽ αὐτοῦ, ὡς καὶ ἐπιστολὴν ὀνειδιστικὴν γράψαι κατ᾽ αὐτῶν, τὴν τέχνην αὐτῶν αἰτιωμένην, ὡς μηδὲν εἰδυῖαν τῆς προκειμένης αὐτῷ νόσου ἕνεκα. στέλλεται τὴν πορείαν ἐπὶ τὴν τῶν Αἰγυπτίων γῆν. ἔδει δὲ αὐτὸν ἀπὸ τῆς Ῥωμαί-
B ων ἐπὶ τὰς ἑξῆς προβαίνοντα πόλεις, ταύτας κατοπτεύειν. ἦν γὰρ ὁ ἀνὴρ φιλοΐστωρ. διέρχεται οὖν τὴν Ἀντιόχου πόλιν, ὑπερβαίνει τε τὴν Κοίλην, καὶ τὴν Φοινίκην, καὶ ἔρχεται εἰς τὴν Παλαιστίνην, τὴν καὶ Ἰουδαίαν καλουμένην, μετὰ ἔτη μζ τῆς τῶν Ἱεροσολύμων ἐρημώσεως. καὶ ἄνεισιν ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα τὴν περίπυστον πόλιν, καὶ ὀνομαστήν, ἣν κατέστρεψε Τίτος Οὐεσπασιανοῦ παῖς τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας. καὶ εὗρε τὴν πόλιν πᾶσαν ἠδαφισμένην, καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Θεοῦ καταπεπατημένον, παρεκτὸς ὀ-
C λίγων οἰκημάτων, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας μικρᾶς οὔσης. ἔνθα ὑποστρέψαντες οἱ μαθηταὶ ὅτε ὁ Σωτὴρ ἀνελήφθη ἀπὸ τοῦ Ἐλαιῶνος, ἀνέβησαν εἰς τὸ ὑπερῷον. ἐκεῖ γὰρ ᾠκοδόμητο· τουτέστιν ἐν τῷ μέρει Σιών, ἥ τις ἀπὸ τῆς ἐρημώσεως * παρελήφθη, καὶ μέρη οἰκήσεων περὶ αὐτὴν τὴν Σιών, καὶ ἑπτὰ Συναγωγαί, αἳ ἐν τῇ Σιὼν μόναι ἑστήκεσαν, ὡς καλύβαι, ἐξ ὧν μία * περιελήφθη, ἕως χρόνου Μαξιμωνᾶ τοῦ Ἐπισκόπου, καὶ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως, ὡς σκηνὴ ἐν ἀμπελῶνι, κατὰ τὸ γεγραμμένον. διανοεῖται οὖν ὁ Ἀ-
D δριανὸς τὴν πόλιν κτίσαι, οὐ μὴν τὸ ἱερόν. καὶ λαβὼν τὸν Ἀκύλαν τοῦτον τὸν προειρημένον ἑρμηνευτήν, Ἕλληνα ὄντα, καὶ αὐτοῦ πενθερίδην ἀπὸ Σινώπης δὲ τοῦ Πόντου ὁρμώμενον, καθίστησιν αὐτὸν ἐκεῖσε ἐπιτάττειν τοῖς ἔργοις τῶν τῆς πόλεως κτισμάτων, ἐπιθεικὼς τῇ πόλει τὸ ἴδιον ὄνομα, καὶ τοῦ βασιλικοῦ ὀνόματος τὸν χρηματισμόν. ὡς γὰρ ἐκεῖνος ὠνόμαστο Αἴλιος Ἀδριανός, οὕτως καὶ τὴν πόλιν ὠνόμασεν Αἰλίαν.

C. περιλείφθη.

C. περιλείφθη.

ὁ τοίνυν

A Ὁ τοίνυν Ἀκύλας διάγων ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ, καὶ ὁρῶν τοὺς μαθητὰς τῶν μαθητῶν Ἀποστόλων ἀνθοῦντας τῇ πίστει, καὶ σημεῖα μεγάλα ἐργαζομένους ἰάσεων, καὶ ἄλλων θαυμάτων. ἦσαν γὰρ ὑποστρέψαντες ἀπὸ Πέλλης τῆς πόλεως εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ διδάσκοντες. ἡνίκα γὰρ ἔμελλεν ἡ πόλις ἁλίσκεσθαι ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, προεχρηματίσθησαν ὑπὸ Ἀγγέλου πάντες οἱ μαθηταὶ μεταστῆναι ἀπὸ τῆς πόλεως, μελλούσης ἄρδην ἀπόλλυσθαι. οἵτινες καὶ μετανάσται γενόμενοι ᾤκησαν ἐν Πέλλῃ τῇ προγεγραμμένῃ πόλει, πέραν τοῦ Ἰορδάνου, ἥτις ἐκ Δεκαπόλεως λέγεται εἶναι. B μετὰ δὲ τὴν ἐρήμωσιν Ἱερουσαλὴμ ἐπαναστρέψαντες, ὡς ἔφην, σημεῖα μεγάλα ἐπετέλουν. ὁ οὖν Ἀκύλας κατανυγεὶς τὴν διάνοιαν τῷ Χριστιανισμῷ ἐπίστευσεν. αἰτήσας δὲ μετὰ χρόνον τὴν ἐν Χριστῷ σφραγῖδα, ἐκομίσατο. ἀπὸ δὲ τῆς πρώτης αὐτοῦ ἕξεως μὴ μετατεθειμένος, τοῦ πιστεύειν δηλονότι τῇ ματαίᾳ ἀστρονομίᾳ, ἣν ἀκριβῶς ἐκπεπαίδευτο· ἀλλὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὸ θέμα τῆς αὐτοῦ γενέσεως σκεπτόμενος, ἐλεγχόμενός τε ὑπὸ τῶν διδασκάλων, καὶ ἐπιτιμώμενος ἕνεκα τούτου, μὴ διορθούμενος δὲ, ἀλλὰ καὶ φιλονείκως μᾶλλον ἀντιτιθέμενος, καὶ σπεύδων συνιστᾶν τὰ C ἀσύστατα, τὴν εἱμαρμένην δηλονότι, καὶ τὰ περὶ αὐτῆς διηγήματα, ἐξεώσθη πάλιν τῆς Ἐκκλησίας, ὡς ἄχρηστος πρὸς σωτηρίαν. πικρανθεὶς δὲ τὴν διάνοιαν ὡς ἠτιμωμένος, εἰς ζῆλον μάταιον αἴρεται, καὶ τὸν Χριστιανισμὸν ἀρνησάμενος, καὶ τὴν αὐτοῦ ζωὴν, προσηλυτεύει, καὶ περιτέμνεται Ἰουδαῖος, καὶ ἐπιπόνως φιλοτιμησάμενος ἐξέδωκεν ἑαυτὸν μαθεῖν τὴν Ἑβραίων διάλεκτον, καὶ τὰ αὐτῶν στοιχεῖα. ταύτην δὲ ἀκρότατα παιδευθεὶς, ἡρμήνευσεν, οὐκ ὀρθῷ λογισμῷ χρησάμενος, ἀλλ' ὅπως διαστρέψῃ τινὰ τῶν ῥητῶν, ἐνσκήψας τῇ τῶν ἑβδομηκονταδύο D ἑρμηνείᾳ· ἵνα τὰ περὶ Χριστοῦ ἐν ταῖς γραφαῖς μεμαρτυρημένα, ἄλλως ἐκδώσει, δι' ἣν εἶχεν αἰδῶ, εἰς ἄλογον αὐτοῦ ἀπολογίαν.

Καὶ γίνεται οὕτω δευτέρα ἡ τούτου ἑρμηνεία, μετὰ ἀριθμὸν τοσούτων χρόνων, ὡς ἀνωτέρω γεγράφαμεν. ἐδυνάμεθα εἰπεῖν καὶ τὰς παραπεποιημένας αὐτῷ λέξεις, ἀγαπητὲ, τὸν ἔλεγχον κατ' αὐτοῦ ἐχούσας ἐκ τῶν ὑπ' αὐτοῦ ἡρμηνευμένων. ἀλλ' ἤδη περὶ τῆς τούτων διαφορᾶς ἄνω διηγησάμενοι, ἱκανῶς ἔχειν ἕως τῶν ὧδε ἐδικαιώσαμεν

A XV. Aqvila verò Hierosolymis degens, eorumqve, qvi Apostolorum auditores fuerant, discipulos fide, ac pietate florentes stupenda qvædam prodigia curandis corporibus, ac cæteris id genus facientes animadvertens: Jam enim ex urbe Pella reduces docere cœperant. Nam cùm urbis à Romanis instaret excidium, Discipuli omnes ab Angelo moniti sunt, ut ex ea urbe migrarent, qvæ funditùs evertenda paulo pòst foret. *Christiani Pellam se recipiunt excidii Hierosolymitani tempore.* Hinc illi ex urbe digressi, Pellam sese recipiunt; qvod oppidum ultra Jordanem in Decapoli numeratur. Inde post eversam urbem regressi ingentibus, uti dixi, B claruere miraculis. Horum consvetudine vehementer animo commotus Aqvila Christianam religionem amplectitur. Tùm aliqvanto tempore interjecto, Christianæ professionis sigillum uti petierat obtinet. Verùm cum à priori usu, moribusqve non discederet, & vanissimis Mathematicorum artibus, qvas apprimè callebat, nimium tribueret, adeoqve genesin, atqve horoscopum suum observaret indies, cùm ob id à magistris objurgatus, ac reprehensus, emendare sese nollet: imo verò pervicaciter obluctans falsa qvædam, minimeqve cohærentia tueC ri, ac defendere vellet: ut puta fatum, & qvæ cum eo connexa sunt, rursus ab Ecclesia, tanqvam ad salutem minimè idoneus, ejectus est. Qva ignominia vehementer exacerbatus, & stolido qvodam mentis æstu percitus, Christianam professionem ejurat; & inter Judæorum proselytos adscriptus, ac circuncisus est. Inde totum se Hebraicis literis ediscendis vehementi cum animi contentione tradidit. Qvam cùm egregiè, penitusqve percepisset, ad interpretandum se contulit, non sincera animi inductione: sed ut qvædam scripturæ loca depravaret, adversus septuaginta duos Interpretes imD petum omnem conatumqve dirigens: atqve ut expressa sacris literis de Christo testimonia aliter ederet; qvo nonnullum pudori ignominiæqve suæ vel absurdum colorem, & excusationem qværeret.

XVI. Hinc secunda scripturarum interpretatio ab illo originem habuit, tanto post priorem intervallo, ut antea scripsimus. Possem hoc loco commemorare qvæ ab eo corrupta depravataqve sunt, ex qvibus redargui ac confutari posset illius editio. Verùm cùm de illorum omnium translationū discrimine supra disseruerim, sufficere pauca illa qvæ dicta sunt arbitror.

Post Aqvilam & illius interpretationem, succedit Adriano.

Antonius Pius. Imperat annos viginti duos.

Hunc excipit Caracalla, qvi & Geta, & Marcus Aurelius Verus dicebatur, annos septem.

Eodem tempore imperavit Lucius Aurelius commodus annis perinde septem.

Tùm Pertinax menses sex.

Severus annos octodecim.

Symmachi historia. Hujus porrò Severi temporibus Symmachus qvidam Samaritanus extitit, ex eorum numero, qvi apud illos sapientes habentur. Qvi ambitione ac principatus cupiditate ductus, cùm voti apud suos compos esse non posset, tribulibus iratus suis, ad Judæos transfugit, & inter proselytos professus iterato circunciditur. Qvod ne forte mireris, scias velim istud ipsum in more esse positum, ut *Quomodo denuo circuncisio usurpari possit.* qvi à Samaritanis ad Judæos transeunt, aut vicissim qvi ad Judæos à Samaritanis confugiunt, novam circuncisionem suscipiant. Imo verò qvod molestius est, post circuncisionem rursus ad præputium redeunt. Etenim medica qvapam arte, eoqve qvem spatistherem vocant, glandis cuticulam attrahentes consuunt, ac glutino circum adstringunt, atqve ita præputium recuperant. Potest hoc qvod dicimus Apostoli auctoritate comprobari: cùm his verbis utitur: *1.Cor.7.18.* *Circuncisus qvispiam vocatus est: ne is præputium adducat. Cum præputio vocatur aliqvis? ne circuncidatur.* Qvod nefarium ac detestandum artificium ab *Esau adducendi præputii inventor.* Esau Jacobi fratre repertum memorant, ut eo facilius ejurare Deum, & acceptam à majoribus notam abolere possot. Unde natam illam Dei vocem existimant: *Malac. 1.2.* *Esau odio habui, Jacob autem dilexi.* Igitur Symmachus, ut Samaritanorum interpretationes everteret, tertiam est aggressus.

XVII. Post hunc brevi postea tempore, hoc est Commodo altero imperante, qvi post Lucium Aurelium Commodum tredecim annis imperavit; *Theodotio* Theodotio qvidam genere Ponticus ex Marcionis Sinopensis Heresiarchæ fa-

A Μετὰ τοῦτον δὲ τὸν Ἀκύλαν, καὶ τὴν αὐτοῦ ἑρμηνείαν, διαδέχεται Ἀδριανὸν τὸν βασιλέα.

Ἀντωνῖνος ὁ ἐπικληθεὶς Πῖος, ἑρμηνευόμενος εὐσεβὴς, καὶ βασιλεύει χρόνους κβ΄.

Τοῦτον διαδέχεται Καράκαλλος, ὁ καὶ Γέτας, ὃς καὶ Μάρκος Αὐρήλιος * σευῆρ ἐλέγετο, καὶ βασιλεύει ἔτη ζ΄. *Cor. [illegible]ρος.*

Ἐν τοῖς αὐτοῖς χρόνοις, καὶ Λούκιος Αὐρήλιος Κόμοδος βασιλεύει τὰ αὐτὰ ἑπτὰ ἔτη.

Περτίναξ μῆνας ς΄.

B Σευῆρος ἔτη ιη΄.

Ἐν τοῖς τοῦ Σευήρου χρόνοις Συμμαχός τις Σαμαρείτης τῶν παρ᾽ αὐτοῖς σοφῶν μη * * ὑπὸ τοῦ οἰκείου ἔθνους, νοσήσας φιλαρχίαν, καὶ ἀγανακτήσας κατὰ τῆς ἰδίας φυλῆς, * προσ- *F. προσχθείς.* * * * Ἰουδαίοις, καὶ προσηλυτεύει, καὶ περιτέμνεται δευτέραν περιτομήν. καὶ μὴ θαύμαζε περὶ τούτου, ὦ ἀκροατά. γίγνεται γάρ. ὅσοι γὰρ ἀπὸ Ἰουδαίων Σαμαρείταις προσφεύγουσιν, ἀντιπεριτέμνονται· ὡσαύτως καὶ οἱ ἀπὸ Σαμαρειτῶν πρὸς Ἰουδαίους ἐρχόμενοι. *F.. προσφύγῃ* τὸ δὲ ἔτι τούτων χαλεπώτερον, ὅτι καὶ ἀπὸ περι- C τομῆς ἀκρόβυστοι γίνονται, τέχνῃ τινὶ ἰατρικῇ διὰ τοῦ καλουμένου σπαθιστῆρος τὴν τῶν μελῶν ὑποδερματίδα ὑποσπαθισθέντες, ῥαφέντες τε, καὶ κολλητικοῖς περιοδευθέντες, ἀκροβυστίαν αὖθις αὐτὴν ἀποτελοῦσιν· ἔχεις καὶ τὴν μαρτυρίαν παρὰ τῶ ἁγίω Ἀποστόλω, ὦ φιλοκαλώτατε, δι᾽ ὧν αὐτοῖς ῥήμασιν ὧδέ πως λέγει περιτετμημένος τις ἐκλήθη, μὴ ἐπισπάσθω. ἐν ἀκροβυστίᾳ τις ὑπάρχει, μὴ περιτεμνέσθω. ταύτην δὲ τὴν παράδοσιν τῆς κακοδαίμονος ἐννοίας φασὶ τὸν Ἡσαῦ τὸν ἀδελφὸν τοῦ Ἰακὼβ εὑρηκέναι πρὸς ἀπαρνησιθείαν, καὶ πρὸς ἀφανισμὸν τοῦ D τῶν πατέρων αὐτοῦ χαρακτῆρος. διό φασι τὸν Θεὸν εἰρηκέναι, ἐμίσησα τὸν Ἡσαῦ, τὸν δὲ Ἰακὼβ ἠγάπησα. οὗτος τοίνυν ὁ Σύμμαχος πρὸς διαστροφὴν τῶν παρὰ Σαμαρείταις ἑρμηνειῶν ἑρμηνεύσας, τὴν τρίτην ἐξέδωκεν ἑρμηνείαν.

Μετὰ τοῦτον δὲ κατὰ πόδας ἐν τῷ ἑξῆς χρόνῳ, τουτέστι περὶ τὴν τοῦ δευτέρου Κομόδου βασιλείαν τοῦ βασιλεύσαντος μετὰ τὸν προειρημένον Κόμοδον Λούκιον Αὐρήλιον ἔτη ιγ΄, Θεοδοτίων τις Ποντικὸς ἀπὸ τῆς διαδοχῆς Μαρκίωνος τοῦ αἱρεσιάρχου τοῦ Σινωπίτου,

μηνιῶν καὶ αὐτὸς τῇ αὐτῇ αἱρέσει, καὶ εἰς Ἰουδαϊ- A σμὸν ἀποκλίνας, καὶ περιτμηθεὶς, καὶ τὴν τῶν Ἑβραίων φωνὴν, καὶ τὰ αὐτῶν στοιχεῖα παιδευθεὶς, ἰδίως καὶ αὐτὸς ἐξέδωκε. διὸ τὰ πλεῖστα τοῖς ἑβδομηκονταδύο συνᾳδόντως ἐξέδωκε. τριβὰς γὰρ εἶχεν οὗτος τὰς πλείστας ἀπὸ τῆς συνηθείας τῶν ἑβδομηκονταδύο. γίνου τοίνυν κριτὴς, ὦ φιλοκαλώτατε, τῆς τοιαύτης ὑποθέσεως, παρὰ τίσι μᾶλλον εὑρεθήσεται ἡ ἀλήθεια, παρὰ τοῖς τρισὶ τούτοις, Ἀκύλᾳ λέγω, καὶ Συμμάχῳ, καὶ Θεοδοτίωνι, τοῖς μὴ ἐπὶ ταυτὸ γινομένοις, ἀλλ' ἰδίᾳ ἕκαστον καὶ ἐν καιρῷ καὶ τόποις ἀλλήλων διεστῶσι, καὶ οὐ πολλοῖς, ἀλ- B λὰ τρισὶ μόνοις, καὶ μὴ * δυνηθεὶς ἄλλοις συμφωνῆσαι· ἢ παρὰ τοῖς ἑβδομηκονταδύο τοῖς πρώτοις, ὑφ' ἕνα καιρὸν γεγονόσι, καὶ ἑρμηνεύσασι, καὶ εἰς τριακονταὲξ μέρη κατὰ πρόσταγμα βασιλέως διαιρεθεῖσι, καὶ ἄνευ τοῦ πρὸς ἀλλήλους συνδοιάσαι· ἐκ Πνεύματος δὲ ἁγίου ὑπὸ μίαν συμφωνίαν τὴν πᾶσαν ἑρμηνείαν ἐκδεδώκασι, καὶ ὅπου προσθήκης γέγονε χρεία σαφηνείας ἕνεκα τοῦ λόγου προσθεῖσι, καὶ συμφώνως ἀλλήλοις συμφωνήσασι, καὶ ἐκδοῦσι, καὶ ταῦτα ἀγνοοῦσι τί ἕκαστος καθ' ἑαυτὸν ἑρμηνεύει. ὅπου δὲ πάλιν ἐκ- C βολῆς λόγων κενῶν χρεία, ἐπίσης ἐκβαλοῦσι, καὶ συνᾳδόντως ἑρμηνεύσασιν, ὥσπερ εἰ ἐν τῷ ἅμα πάντες ἐκάθηντο, καὶ συμβουλευτικῶς ἀλλήλοις ἡρμήνευον. εὔδηλον ὅτι ἐν τοῖς ἑβδομηκονταδύο εὑρεθήσεται ἡ ἀλήθεια. ὥστε γνωστὸν τοῦτο τοῖς φιλαλήθως ἐξετάζειν βουλομένοις, ὅτι οὐ μόνον ἑρμηνευταὶ ἐκεῖνοι γεγόνασιν. ἀλλὰ καὶ ἀπὸ μέρους Προφῆται. ὧν γὰρ οὐκ ἦν χρεία εἰς ἑρμηνείαν, παρῆκαν, ἅτινα εἰς ὕστερον ἐν τοῖς φωνῶν αὐτῶν τόποις μετὰ ἀστερίσκων Ὠριγένης συνέθηκεν. ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ προστεθέντα οὐκ ἀφείλετο, εἰδὼς ὅτι αὐτῶν μᾶλλόν ἐστι χρεία, ἀλλὰ μετὰ ὀβελῶν, ἔνθα ἕκαστον τῶν εἰρημένων * εὗρεν εἴασε, μόνον σημειωσάμενος διὰ τοῦ ὀβελοῦ τὴν περὶ τοῦ τόπου ἀναγνώσεως εἴδησιν. διὰ δὲ τῶν λημνίσκων ὡσαύτως ἐδήλωσε τὰ παρά τισιν ἐκ τῶν ἑβδομηκονταδύο ἑρμηνευτῶν συναμφοτέρως εὑρεθεισῶν, ὡς ἐν παντὶ ὀλίγων λέξεων τὴν δήλωσιν οὐκ ἀνομοίων οὐσῶν, ἀλλ' ὁμοίων μὲν, καὶ τὴν αὐτὴν δύναμιν ἐχουσῶν. ὡς ἂν εἴποι τις ἀντὶ τοῦ ἐλάλησεν, ἐφθέγξατο, ἢ ἀντὶ τοῦ ἦλθεν, ἐλήλυθε. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν τεσσάρων ἑρμηνειῶν συγγεγράφαμεν.

Cor. δυνηθεῖσιν ἀλλήλοις.

F. Cερ.

B Μετὰ τοῦτον Κόμοδος ἄλλος βασιλεύει ἔτη ιγ. περὶ οὗ χρόνου γνωρισθῆναι Θεοδοτίωνα εἴπομεν, τὸν τὴν τετάρτην ἑρμηνείαν ἑρμηνεύσαντα.

Κόμοδον τοῦτον διαδέχεται Περτίναξ ἄλλος, καὶ βασιλεύει μῆνας ἕξ.

Τοῦτον διαδέχεται Σευῆρος ἄλλος, σὺν τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ἀντωνίνῳ, καὶ βασιλεύουσιν ἔτη ιη.

Τελευτήσαντος δὲ Σευήρου διαδέχεται τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ Ἀντωνῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ καὶ Γέτας ἄλλος, ὁ καὶ Καράκαλλος ἐπικληθεὶς, καὶ C ποιεῖ ἔτη ζ. ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ αὐτοῦ ἔτει εὑρέθησαν καὶ βίβλοι τῆς πέμπτης ἐκδόσεως ἐν πίθοις, ἐν Ἱεριχῷ κεκρυμμέναι, μετὰ ἄλλων βιβλίων Ἑβραϊκῶν καὶ Ἑλληνικῶν.

Τὸν δὲ Καράκαλλον διαδέχεται Ἀντωνῖνος ἕτερος, βασιλεύσας ἔτη δ.

Μετὰ τοῦτον ἐβασίλευσεν Ἀλέξανδρος ὁ Μαμαίας παῖς, ἔτη ιγ. ἐν μέσῳ τῶν χρόνων τούτων εὑρέθη ἕκτη ἔκδοσις, καὶ αὐτὴ ἐν πίθοις κεκρυμμένη ἐν Νικοπόλει τῇ πρὸς Ἀκτίῳ.

Μετὰ τοῦτον βασιλεύει Μαξιμιανὸς ἔτη γ.

D Τοῦτον διαδέχεται Γορδιανὸς, καὶ Βασιλεύει ἔτη ἕξ.

Μετὰ τοῦτον βασιλεύει Φίλιππος ἐπὶ ἔτεσιν ζ.

Τοῦτον διεδέξατο Δέκιος, καὶ ἐβασίλευσεν ἐνιαυτὸν ἕνα, καὶ μῆνας γ.

Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις Δεκίου Ὠριγένης ἐγνωρίζετο, ἀπὸ χρόνων Δεκίου ἀκμάσας, ἕως *Γαλιήνου καὶ Οὐολουσιανοῦ, καὶ ἐπέκεινα. C. Γάλλου.

Ἐπὶ δὲ τοῦ γεγονότος διωγμοῦ τοῦ Δεκίου, ἐμαρτύρησεν μὲν Βαβύλας ἐν Ἀντιοχείᾳ, Φλαβιανὸς δὲ ἐπὶ Ῥώμης, Ἀλέξανδρος Ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων ἐν Καισαρείᾳ.

Καὶ αὐτὸς δὲ Ὠριγένης πολλὰ πεπονθώς, εἰς (A) τέλος τοῦ μαρτυρίου οὐκ ἔφθασεν. ἐλθὼν δὲ εἰς Καισαρείαν τὴν Στράτωνος, καὶ διατρίψας εἰς Ἱεροσόλυμα χρόνον ὀλίγον, εἶτα ἐλθὼν εἰς Τύρον ἐπὶ ἔτη κη, ὡς ὁ λόγος ἔχει, τὴν μὲν πολιτείαν ἐνησκεῖτο, τὰς δὲ γραφὰς ἡρμήνευσεν· ὅτε καὶ τὰ ἑξαπλᾶ, καὶ τὰς δύο τῶν Ἑβραϊκῶν σελίδας ἄντικρυ ἐκ παραλλήλου μιᾶς ἑρμηνείας πρὸς τὴν ἑτέραν συνέθηκεν, ἑξαπλᾶς τὰς βίβλους ὀνομάσας, καθάπερ μοι ἄνω διὰ πλάτους εἴρηται.

Εὑρὼν δὲ τῆς πέμπτης, καὶ ἕκτης ἐκδόσεως τὰς βίβλους, καθ' ὃν εἰρήκαμεν τρόπον, καὶ μὴ (B) γνοὺς τίνες εἶεν οἱ ἑρμηνεύσαντες αὐτάς, καθ' οὓς εὑρέθησαν χρόνους, ταῖς παρ' αὐτῶν τέσσαρσιν ἀκολούθως τῇ παραθέσει συνυφήνας, τὴν μίαν πέμπτην ὠνόμασεν, ἐπιγράψας διὰ τοῦ πέμπτου στοιχείου τῆς πέμπτης τὸν ἀριθμόν, καὶ δηλώσας τὸ ὄνομα· ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν μετ' αὐτὴν τὸ ἐπίσημον ἐπιγράψας τὸ τῆς ἕκτης ἑρμηνείας ὄνομα ἐδήλωσεν. ἀλλὰ καὶ τεχνικῶς τοῦτο εἰργάσατο, ὅπερ τῶν φιλολόγων τινὰς λανθάνει. ἐντυγχάνοντες γὰρ τοῖς ἑξαπλοῖς, ἢ ὀκταπλοῖς· τετραπλᾶ γάρ εἰσι τὰ Ἑλληνικά, ὅταν αἱ τοῦ Ἀκύλα, καὶ Συμμάχου, καὶ τῶν (C) ἑβδομήκοντα δύο, καὶ Θεοδοτίωνος ἑρμηνεῖαι συντεταγμέναι ὦσι. τῶν τεσσάρων δὲ τούτων σελίδων ταῖς δυσὶ ταῖς Ἑβραϊκαῖς συναφθεισῶν, ἑξαπλᾶ καλεῖται. ἐὰν δὲ καὶ πέμπτη, καὶ ἡ ἕκτη ἑρμηνεία συναφθῶσιν, ἀκολούθως τούτοις ὀκταπλᾶ καλεῖται. τινὲς τοίνυν, ὡς ἔφην, ταύταις ταῖς βίβλοις ἐντυγχάνοντες, καὶ εὑρίσκοντες τὰς δύο Ἑβραϊκὰς *πρώτως κειμένας, μετὰ ταύτας δὲ τὴν τοῦ Ἀκύλα τεταγμένην, μεθ' ἣν καὶ τὴν τοῦ Συμμάχου, ἔπειτα τὴν τῶν ἑβδομήκοντα δύο, μεθ' ἃς ἡ τοῦ Θεοδοτίωνος συντέτακται, καὶ ἑξῆς ἡ πέμπτη τε, καὶ ἕκτη, δοκοῦσι (D) πρώτους ἑρμηνεῦσαι τὸν Ἀκύλαν, καὶ τὸν Σύμμαχον, τῶν ἑβδομήκοντα δύο κατὰ τὴν τάξιν τῆς θέσεως, ὅπερ οὐκ ἔστιν. ἀλλ' Ὠριγένης πυθόμενος τὴν τῶν ἑβδομήκοντα δύο ἔκδοσιν ἀκριβῆ εἶναι, μέσην ταύτην συνέθηκεν, ὅπως τὰς ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν ἑρμηνείας διελέγχῃ. τοῦτο δὲ μόνον Ὠριγένης χρησίμως ἐποίησεν. ἵνα δὲ καὶ τῶν Ῥωμαίων βασιλέων τὴν ἀκολουθίαν, ἣν ἠρξάμεθα ποιεῖν, μὴ παραλείψωμεν, αὖθις τὰς τῶν ἄλλων βασιλέων διαδοχάς, καθ' οὓς ἕκαστος ἐβασίλευσεν, ὑπαλλάξωμεν.

*F. ἐμπρώτοις.

Qvin & Origenes ipse qvamvis multa sit passus martyrii exitum minimè est adeptus. Qvi Cæsaream Stratonis primùm, inde Hierosolyma sese conferens, paululum istic moratus, Tyrum postea concessit. Ubi annorum octo & viginti spatio degens, cùm severissimam, uti ferunt, vitæ disciplinam instituit, tum ad Scripturarum enarrationem animum adjecit. Qvo tempore Hexapla illa sua composuit, Hebraicis duabus paginis, adjectis; atqve unam editionem ex adverso alterius opposuit, eosqve libros Hexaplos nominavit, uti supra copiosius explicavimus.

XIX. Porro cùm editionis V. ac VI libros eo, qvo diximus, modo reperisset, nec de authoribus constaret, habita temporum, qvibus inventæ sunt, ratione, primùm ad superiores illas qvatuor conseqventer unam attexuit qvam appellari Qvintam voluit, & inscripta qvinta litera, ordinem illius ostendit. Idem & in VI secutus est, qvam episemo præfixa, editionis sextæ nomine vulgavit. Qva in re singulare qvoddam inest artificium, qvod eruditos plerosqve latere solet. Qvi cum Hexapla, vel Octapla legunt. (Nam Tetrapla IV Græcis editionibus constant; cùm nimirum Aqvilæ translatio priore loco posita: tum Symmachi: deinde LXXII, ac postremò Theodotionis in unum corpus conflantur. Qvibus si Hebraicæ duæ editiones accesserint, Hexapla vocantur. Qvòd si V & VI editionem adjunxeris, conseqvens est ut Octapla nominentur) Sed cùm illos Libros qvidam, uti diximus, evolvunt, & priores esse duas editiones Hebraicas vident, ac deinceps Aqvilæ, tum Symmachi, inde LXX Seniorum: deinde Theodotionis, postremò V, atqve VI, Aqvilam & Symmachum, pro eo, qvo dispositi sunt, ordine LXX ipsos antecessisse falsò suspicantur. Sed Origenes videlicet cùm LXX Interpretum editionem accuratissimam esse persvasum haberet, mediam omnium esse voluit, ut ad eam utrinqve disposita cæteræ, tanqvam ad amussim exigi, redarguiqve possent. Qvod unum Origenis inventum longè utilissimum fuit. Sed ut inchoatam Romanorum Imperatorum seriem proseqvamur cæterorum successiones & Imperii tempora subjicienda putavimus.

Origenis editiones explicantur

XX. Igitur post Gallum & Volusianum, quos supra commemoravimus; qui annis duobus ac mensibus quatuor imperarunt, successere Valerianus & Galienus annis duodecim. Quibus annum nonum imperantibus, Manes è Perside ad Romanorum Imperium accessit. Quo tempore cum Archelao Cascharorum in Mesopotamia Episcopo disputando superatus clanculum aufugit, & ad pagum quendam Cascharis, vicinum nomine Diodoridem profectus, Ibidemque cum Tryphone Presbytero congressus, convictus, atque extremo pudore perfusus est: ex quo lapidibus à populo B esset obrutus; nisi eum Archelaus Episcopus eripuisset. Unde cùm reversus esset in Persidem, Persarum regis jussu cutis illi acutissimo calamo detrahitur, itaque mortem obiit,

Post Valerianum & Galienum Claudius imperavit annum, menses IX.

Successit Aurelianus annos quinque menses VI.

Post hunc Tacitus menses VI.

Inde Probus annos VI, menses IV,

Post hunc Carus cum filiis, Carino, & Numeriano annos II,

Tùm Diocletianus cum Maximiano & Constantio annos XIII. Quorum tempore magna illa persecutio contigit, quæ duodecim annos tenuit. Post persecutionem imperavit Diocletianus alium unum annum: Moxque abdicato Imperio velut emeritus, ac veteranus privatæ vitæ sese tradidit. Maximianus verò infelici fato, oculorum præsertim, ac totius corporis ægritudine conflictatus, sponte evulsis radicitus oculis, miserrimè periit, cùm eadem esset expertus, quæ martyribus inflixerat, relicto Licinio, ac Constantio Imperatoribus. Quibus vita defunctis

Constantinus beatæ memoriæ imperavit annis XXXII.

Qui mortuus successores habuit Imperii filios suos, Constantem, & Constantium, ac Constantinum.

Excepit hos Julianus: tùm Jovinianus, Valentinianus magnus, & Valens frater ejus, & Gratianus filius Valentiniani; deinde Valentinianus Junior, Valentiniani filius, frater Gratiani, &

A Μετὰ * Γαλῆνον καὶ Οὐαλουσιανὸν τοὺς προγεγραμμένους βασιλεύσαντας ἐπὶ ἔτεσι δύο καὶ μησὶ τέσσαρσιν, ἐβασίλευσεν Οὐαλεριανὸς, καὶ Γαλλῆνος ἐπὶ ἔτεσι δώδεκα. ἐν τῷ ἐννάτῳ οὖν ἔτει τῆς τούτων βασιλείας ἀνέβη Μάνης ἀπὸ τῆς Περσίδος· ὅτε καὶ πρὸς Ἀρχέλαον τὸν Ἐπίσκοπον Καχάρων τῆς Μεσοποταμίας συζητήσας, καὶ τὸ ἧττον ἀπενεγκάμενος, λεληθότως ἀπέδρα, καὶ ἐλθὼν εἰς Δεοδωρίδα κώμην τῆς Καχάρων περιοικίδος, καὶ συζητήσας Τρύφωνι τῷ ἁγίῳ Πρεσβυτέρῳ, τελείως ὑπ' αὐτοῦ κατῃσχύνθη. διὸ καὶ B ἔμελλε λίθοις ὑπὸ τοῦ λαοῦ θανατοῦσθαι· λυτρωθεὶς δὲ ὑπὸ τοῦ Ἐπισκόπου Ἀρχελάου, καὶ ἀνακάμψας εἰς τὴν Περσίδα, κελεύσει τοῦ Περσῶν βασιλέως, καλάμῳ ἐξεδάρη, καὶ οὕτως τὸ τέλος τοῦ βίου κατέστρεψε. *c. Γάλλον*

Μετὰ Οὐαλεριανὸν, καὶ Γαλῆνον βασιλεύει Κλαύδιος ἐνιαυτὸν ἕνα, καὶ μῆνας θ'.

Τοῦτον διαδέχεται Αὐρηλιανὸς, καὶ βασιλεύει ἔτη ε, καὶ μῆνας ἕξ.

Μετὰ τοῦτον ἐβασίλευσε Τάκιτος μῆνας ἕξ.

Μετὰ τοῦτον ἐβασίλευσε Πρόβος ἔτη ἕξ, καὶ C μῆνας δ'.

Μετὰ τοῦτον ἐβασίλευσε Κάρος, ἅμα τοῖς παισὶ Καρίνῳ, καὶ Νουμεριανῷ ἔτη δύο.

Μετὰ τοῦτον Διοκλητιανὸς ἅμα Μαξιμιανῷ, καὶ Κωνσταντίῳ ἔτη ιγ. ἐφ' ὧν ὁ κραταιὸς διωγμὸς γεγένηται, διαρκέσας ὅλοις δώδεκα ἔτεσι. παυσαμένου δὲ τοῦ διωγμοῦ, βασιλεύει Διοκλητιανὸς ἄλλον ἕνα ἐνιαυτὸν, καὶ παύεται τῆς βασιλείας οὐατερανίσας. Μαξιμιανὸς δὲ κακῷ μόρῳ ὀφθαλμίᾳ τε, καὶ πάθει σωματικῷ περιπεσὼν, ἐξεβολβίσθη τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτομάτῳ νόσῳ, καθ' ὃν τρόπον διέθετο τοὺς D μάρτυρας. καὶ οὕτως τὸν βίον κατέστρεψε, καταλείψας Λικίνιον, καὶ Κωνστάντιον βασιλεύοντας.

Τούτους τελευτήσαντας διαδέχεται Κωνσταντῖνος ὁ μακαρίτης, βασιλεύσας ἔτη λβ.

Ὃς τελευτήσας τοὺς ἰδίους παῖδας κατέλιπε βασιλεύειν, Κώνσταντα, καὶ Κωνστάντιον, καὶ Κωνσταντῖνον.

Μεθ' οὓς Ἰουλιανὸς, Ἰουβιανός τε, καὶ Οὐαλεντιανὸς ὁ μέγας, καὶ Οὐάλης ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, καὶ Γρατιανὸς υἱὸς Οὐαλεντινιανοῦ, καὶ Οὐαλεντιανὸς νεώτερος, υἱὸς Ουαλεντινιανοῦ, * τοῦ ἀδελφοῦ *Leg. ἀδελφός.*

Γρατιανοῦ. καὶ Θεοδόσιος ὁ θεοφιλέστατος A βασιλεὺς, καὶ Ἀρκάδιος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, καὶ Ὁνώριος ἐπιφανέστατος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ. ὧν τὰ ἔτη μέχρι τῆς Ἀρκαδίου ὑπατείας τὸ δεύτερον, καὶ Ῥουφίνου ἀριθμοῦνται νζ. ἐφ' ὧν, ἐτελεύτησεν ὁ Οὐαλεντινιανὸς ὁ νεότερος, υἱὸς Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ μεγάλου, εὑρεθεὶς ἄφνω ἐν τῷ Παλατίῳ πεπνιγμένος, ὡς λόγος, ἐν εἰδοῖς Μαΐαις, πρὸ μιᾶς ἡμέρας τῆς Πεντηκοστῆς, ἐν ἡμέρᾳ Σαββάτου. αὐτῇ δὲ τῇ ἡμέρᾳ τῆς Πεντηκοστῆς ἐξεκομίσθη. ἦν δὲ κατ' Αἰγυπτίους τότε μηνὸς Παχὼν, μία καὶ εἰκὰς κατὰ δὲ Ἕλληνας Ἀρτεμισίου τρίτη καὶ εἰκὰς, κατὰ B Ῥωμαίοις δὲ πρὸ δεκαεπτὰ Καλανδῶν Ἰουνίων.

A Theodosius religiosissimus Imperator. Demùm Arcadius, Theodosii filius, & Honorius illustrissimus, frater ejus. Qvorum anni usqve ad Arcadium II, & Rufinum Coss. numerantur LVII. Qvibus Coss. mortuus est Valentinianus Junior Valentiniani magni filius: qvi subinde, uti ferunt, præfocatus in Palatio repertus est, Idibus Maji, pridie Pentecostes, die Sabbati, ipso verò die Pentecostes elatus est. Erat tùm apud Ægyptios mensis Pachon, dies vicesima prima: juxta Græcos Artemisii mensis tertia & vicesima: secundum Romanos decimo septimo Kalend. Junias.

Ἕως ἐνταῦθα φιλοκαλώτατε ἀρκεσθέντες τοῖς προειρημένοις, ἅπασι τὴν τῶν ἑρμηνευτῶν ὑπόθεσιν ἐδηλώσαμεν. εἶθ' ἑξῆς εἰς
For. ὑπισχόμεθα. τὰ ἐπίλοιπα καθὼς * ὑποσχόμεθα, ταῖς εὐχαῖς, ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, τὸν νοῦν ἐπιδῶμεν περὶ τῶν ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς σταθμῶν τε καὶ μέτρων, καὶ ἀριθμῶν δηλώσοντες, πόθεν ἕκαστον ὠνόμασται, καὶ τίνος ἕνεκα οὕτως κέκληται, καὶ πόθεν τὴν πρόφασιν τῆς ὀνομασίας εἴληφε, καὶ τίς ἑκάστου τούτων ἡ ποιότης, C καὶ ἡ ὁλκή, καὶ ἡ δύναμις.

XXI Hactenus studiose lector paucis, qvæ dicenda putavimus, contenti, totam Interpretum historiam exposuimus. Nunc deinceps ad cætera, qvemadmodum te interpellante promisimus, ô vir Dei! animum applicemus: deqve ponderibus, & mensuris, ac numeris agemus, & unde unius cujusqve nomen ac cujus gratia deductum sit, qvæqve nominis occasio fuerit; tùm qvæ cujusqve conditio, qvod pondus sit ac potestas, aperiemus.

Μέτρον οὖν ἐστι κόρος. κεῖται δὲ ἐν τῷ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγελίῳ, ὅθεν ὁ Σωτὴρ ἐπαινεῖ τὸν φρόνιμον οἰκονόμον τοῖς χρεωφειλέταις. ἀντὶ κόρων τοσούτων ἐν τοῖς σφῶν αὐτῶν χειρογράφοις τοσούτων μεταγραψάμενον. ἀντὶ δὲ τοσούτων βάτων ἐλαίου, τοσαῦτα ποιήσαντα. ὀνόματα γάρ εἰσι μέτρων τάδε, λεθὲκ, γόμορ, βάτος, σάτον, μόδιος, κόμος, φοῖνιξ, ὕφη σεμιδάλεως, δρὰξ ἀλεύρου, ἀρτάβη τρία μέτρα σεμιδάλεως, τρία κανᾶ χονδριτῶν, νέβελ οἴνου, κόλλαθον, ἀλάβαστρον μύ- D ρου, καμψάκης ὕδατος, κοτύλη ἐλαίου, κύαθος μετρητὴς οἴνου, μετρητὴς ἐλαίου, τρυβλίον, ξέστης, ἀμφορεὺς, ἀπόρρυμα, σαβιθὰ, ἶν, χοῦς, στάμνος χρυσῆ, ἐν ᾗ ἀπέκειτο τὸ μάννα, μάρης, κύπρος, κογγιάριον. εἴληπται τοίνυν ὁ κόρος ἐκ τῆς Ἑβραϊκῆς διαλέκτου, ὃς καλεῖται χόρ. εἰσὶ δὲ μόδιοι λ. χὸρ δὲ λέγεται ἀπὸ τοῦ βουνοῦ ὑποθέσεως. χαρία γὰρ καλεῖται βουνός. βουνωθέντες δὲ καὶ οἱ τριάκοντα μόδιοι, ποιοῦσι φορτίον καμήλου. λεθὲκ δὲ, ὡς ἐν τῷ Ὠσηὲ τῷ Προφήτῃ εἴρηται, ὅτι ἐμισθωσάμην

Corus itaqve mensuræ genus est: de Corus quid sit. qvo in Evangelio Lucæ fit mentio: qvo in loco prudentem dispensatorem Domi- Luc. 16. 7. nus ipse collaudat, qvi debitoribus pro tot coris qvi in illorum chirographis continebantur, tot rescripsit, & acceptós tulit: necnon & pro tot olei batis, tot reposuit. Mensurarum porrò hæc sunt nomina: lethec, gomor, batus, satum, modius, cabus, chœnix ephi similaginis, pugillus farinæ, artaba, tres mensuræ similaginis, tria canistra panum chondritarum ex alica: uter vini, collathion, alabastrum ungventi, campsaces aqvæ, hemina olei, cyathus, metreta vini, metreta olei tryblion, sextarius, amphora aporryma, sabitha, in, chus, sive congius, urna aurea, in qva repositum erat manna, mares, cypros, congiarium. Corus itaqve ex Hebraica lingva desumptus est, à qvibus *chor* dicitur. Is modios continet XXX. Nomen ei à clivo petitum. Nam Hebraicè *charia* clivus appellatur, Triginta porro modii in acervum, ac Explicantur mensuræ reliquæ. veluti clivum collecti, cameli onus efficiunt. Lethec autem ab Osea Propheta nominatim exprimitur. Mercede. Osee 3. 2.

conduxi mihi lethec ordei. In exempla- A ribus qvibusdam *gomor ordei* legitur, qvod idem est. Qvindecim enim modii significantur. Lethec porrò Hebræorum lingva elevationem sonat, ex eo qvod adolescens modios XV attollere, & imponere asino possit. Eadem mensura etiam Gomor vocatur. Sunt autem duo genera Gomor, magnum, & parvum. Magnum ejusdem mensuræ est cum lethec, ac qvindecim modios etiam ipsum continet, parvum verò duodecim batos. Atqve hoc ex Hebraica lingva deductum est, ejusdemqve nominis est cum vase, qvo oleum excipitur, appellaturqve bith. Batos enim vas B qvoddam est, in qvod oleum exprimitur, sextariorum qvinqvaginta, estqve mensura officinæ oleariæ. Mnasis aut medimnus ex Romana, ut puto, lingva deductus est, à voce *medium*. Mnasis itaqve apud Cyprios, & apud alias gentes mensuram habet propriam, decem videlicet frumenti, hordeiqve modios continens. Modius apud Cypros sextariorum est decem ac septem: medimnus apud eosdem diversus est: Medimnum enim Salaminii, sive Constantii qvinqve modiis definiunt: Paphii & Siculi qvatuor cum dimidio. Satum Hebræo- C rum dictio est, qvam hi feminino genere usurpant, Græci neutro, à qvibus satum non satus dicitur. Estqve modius redundans ac superfluens: qvod ad eum qvadrantis fiat accessio. Hebraicè porrò Sata *sumptionem, sive elationem* significat; qvòd qvi metitur mensuram capere, & attollere consueverit. At modii vocabulum subtili qvadam apud Hebræos ratione duorum & viginti sextariorum esse reperitur, qvod non temerè, nec utcunqve, sed subtilissima, uti diximus, observatione factum. Nam legitimus justusqve modius, id qvod in Lege sæpius inculcatur, ad sacram men- D suram exigi solebat. Qvæ mensura nihil aliud significat, qvàm XXII illa opera, qvæ sex hebdomadis diebus molitus est Deus.

Sex dierum opera. XXII. Etenim primo die superiores illos orbes cœli, cum aqvis, terraqve fabricavit. Qvibus ex elementis glacies, grando, gelu, roresqve gignuntur. Tum administros Spiritus, qvi coram illo apparitione funguntur; cujusmodi sunt; Angeli assistentes; Angeli gloriæ; Angeli spirituum flantium

A ἐμαυτῷ λεθὲκ κριθῶν, ἐν ἀντιγράφοις δὲ γόμορ κριθῶν, τὸ αὐτό εἰσι. δέκα γὰρ καὶ πέντε μόδιοι σημαίνονται οὗτοι. λεθὲκ δὲ κατὰ τὴν τῶν Ἑβραίων φωνὴν κέκληται, ὅ ἐστιν ἔπαρμα, ἀπὸ τοῦ δύνασθαι τὸν νεανίαν ἐπαρθῆναι τοὺς δεκαπέντε μοδίους, καὶ ἐπιτεθεῖναι τῷ ὄνῳ. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ τὸ γόμορ καλεῖται. δύο δέ εἰσι γόμορ, μέγα καὶ μικρόν. ὧν τὸ μέγα ἰσόμετρόν ἐστι τῷ λεθὲκ, δεκαπέντε καὶ αὐτὸ ὂν μοδίων. τὸ δὲ μικρὸν δώδεκα * βάθου. καὶ τοῦτο ἀπὸ τῆς Ἑβραϊκῆς διαλέκτου παρῆκται, συνωνύμως τῷ ἐλαιοτριβείῳ καλούμενον βίθ. F. βάθων
B * βάδου γὰρ ἑρμηνεύεται ἐλαιοτριβεῖον, ἐστὶ δὲ ξέστων πεντήκοντα. τὸ δὲ μέτρον ἐστὶ τῆς τοῦ ἐλαιοτρίπτου ἐργασίας. μνασὶς, ἢ μέδιμνος, οἶμαι ἐκ τῆς Ῥωμαϊκῆς γλώσσης παρήχθησαν. τὸ γὰρ μεδιοὺμ, μέσον ἑρμηνεύεται ἐν αὐτῇ τῇ γλώσσῃ. μανασὴς τοίνυν παρὰ Κυπρίοις μετρεῖται καὶ παρ' ἄλλοις ἔθνεσιν. εἰσὶ δὲ καὶ μόδιοι σίτου, ἢ κριθῶν εἰς τὴν τῶν δέκα καὶ ἑπτὰ ξέστων, παρὰ Κυπρίοις μόδιον. μέδιμνος δὲ παρ' αὐτοῖς τοῖς Κυπρίοις διάφορος. τὸν γὰρ μέδιμνον Σαλαμίνιοι, εἴτουν Κωνσταντιοι ἐκ πέντε μοδίων ἔχουσι. Πάφιοι δὲ καὶ Σικε- F. βάθω.
C λοὶ τεσσάρων ἥμισυ μοδίων αὐτὸν μετροῦσιν. σάτον καλεῖται, ἐξ αὐτῆς τῆς Ἑβραΐδος διαληφθὲν, θηλυκῶς δὲ ἐκφωνούμενον. ἐν δὲ τῇ Ἑλληνίδι οὐδετέρως. σάτον γὰρ λέγεται, καὶ οὐχὶ σάτος. ἔστι δὲ μόδιος ὑπέργομος, ὥστε πληροῦσθαι μὲν τὸν μόδιον, διὰ δὲ τοῦ ὑπεργίνεσθαι τὸ τέταρτον τοῦ μοδίου. κέκληται δὲ σάτα κατὰ τὴν αὐτὴν διάλεκτον ἐκφωνούμενον, λῆψις, ἢ ἄρσις, ἀπὸ τοῦ τὸν μετροῦντα ἔξεστι τινὶ τὸ μέτρον λαμβάνειν τε, καὶ κουφίζειν. τοῦ δὲ μοδίου τὸ ὄνομα διὰ πολλῆς ἀκριβείας ὑπὸ τῶν Ἑβραίων εὑρέθη εἰκοσιδύο ξέστων ὑπάρ-
D χον, οὐχ ἁπλῶς δὲ, οὐδ' ὡς ἔτυχεν, ἀλλὰ διὰ πολλὴν ἀκρίβειαν. ὁ γὰρ δίκαιος μόδιος, καθὼς εἴωθεν ὁ νόμος λέγειν, κατὰ τὸ μέτρον τὸ ἅγιον ἐμετρήθη. τὸ δὲ ἅγιον μέτρον οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ τὰ κβ ἔργα, ἃ ἐποίησεν ὁ Θεὸς ἐν ταῖς ἓξ ἡμέραις τῆς ἑβδομάδος.

Τῇ μὲν γὰρ πρώτῃ ἡμέρᾳ ἐποίησε τοὺς ἀνωτέρους οὐρανοὺς, τὴν γῆν, τὰ ὕδατα. ἐξ ὧν στοιχείων, καὶ κρύσταλλος, καὶ χάλαζα, καὶ παγετοὶ, καὶ δρόσος, τὰ πνεύματα τὰ λειτουργοῦντα ἐνώπιον αὐτοῦ, ἅ εἰσιν ἐστὶ τάδε, Ἄγγελοι πρὸ προσώπου, καὶ Ἄγγελοι τῆς δόξης, καὶ Ἄγγελοι πνευμάτων

πνεόντων, Αγγελοι νεφελῶν, καὶ γνόφων, χιόνος, καὶ χαλάζης, καὶ πάγου, Αγγελοι φωνῶν, βροντῶν, ἀστραπῶν, ψύχους, καύματος, χειμῶνος, φθινοπώρου, ἔαρος, καὶ θέρους, καὶ πάντων τῶν πνευμάτων τῶν κτισμάτων αὐτοῦ τῶν ἐν οὐρανοῖς, καὶ ἐν τῇ γῇ, τὰς ἀβύσσους, τήν τε ὑποκάτω τῆς γῆς, καὶ τοῦ χάους καὶ σκότος, ἑσπέρα καὶ νὺξ, τὸ φῶς ἡμέρας τε, καὶ ὄρθρου. ταῦτα τὰ ἑπτὰ μέγιστα ἔργα ἐποίησεν ὁ Θεὸς ἐν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ.

Εν δὲ τῇ δευτέρᾳ τὸ στερέωμα τὸ ἐν μέσῳ τῶν ὑδάτων, καὶ τὴν διαμέρησιν τῶν ἐπάνω τοῦ στερεώματος ὑδάτων, καὶ τῶν ὑποκάτω τοῦ στερεώματος ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς. τοῦτο μόνον ἐποίησεν ὁ Θεὸς ἐν τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ.

Τρίτῃ δὲ ἡμέρᾳ τὰς θαλάσσας, τοὺς ποταμοὺς, τὰς πηγὰς, καὶ λίμνας, τὰ σπέρματα τοῦ σπόρου. τὰ βλαστήματα, τὰ ξύλα τὰ κάρπιμά τε, καὶ ἄκαρπα, τοὺς δρυμούς. ταῦτα τὰ τέσσαρα ἔργα τὰ μέγιστα ἐποίησεν ὁ Θεὸς ἐν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ.

Τῇ δὲ τετάρτῃ τὸν ἥλιον, τὴν σελήνην, τοὺς ἀστέρας. ταῦτα τὰ τρία ἔργα τὰ μεγάλα ἐποίησε ὁ Θεὸς ἐν τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ.

Τῇ δὲ πέμπτῃ τὰ κήτη τὰ μεγάλα, τοὺς ἰχθύας, καὶ τὰ ἄλλα ἑρπετὰ τὰ ἐν τοῖς ὕδασι, τὰ πετεινὰ, τὰ πτερωτά. ταῦτα τὰ τρία ἔργα τὰ μεγάλα ἐποίησεν ὁ Θεὸς ἐν τῇ πέμπτῃ ἡμέρᾳ.

Τῇ δὲ ἕκτῃ ἡμέρᾳ τὰ θηρία, τὰ κτήνη, τὰ ἑρπετὰ τῆς γῆς, τὸν ἄνθρωπον. ταῦτα τὰ τέσσαρα μεγάλα ἔργα ἐποίησεν ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ. καὶ ἐγένετο πάντα τὰ ἐν ταῖς ἓξ ἡμέραις παρὰ τοῦ Θεοῦ ποιηθέντα, ἔργα κβ. καὶ συνετέλεσεν ὁ Θεὸς πάντα ἐν τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ, ὅσα ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ ἐν τῇ γῇ, ἐν ταῖς θαλάσσαις, καὶ ἐν ταῖς ἀβύσσοις, ἐν τῷ φωτὶ, καὶ ἐν τῷ σκότει, καὶ ἐν πᾶσι.

Καὶ ἀνεπαύσατο ὁ Θεὸς ἐκ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ ἐν τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ, καὶ ηὐλόγησεν αὐτὴν, καὶ ἡγίασεν αὐτὴν, καὶ ἐδήλωσε δι' Αγγέλου τῷ Μωϋσῇ, ὅτι καὶ εἰκοσιδύο κεφάλαια ἀπὸ Αδὰμ ἄχρι τοῦ Ιακώβ. καὶ ἐκλέξομαι ἐμαυτῷ ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ λαὸν περιούσιον ἀπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν. αἱ δὲ κεφαλαὶ περὶ ὧν εἶπεν ὁ κύριος, εἰσὶν αὗται· Αδὰμ, Σὴθ, Ενὼς, Ενὼχ, Αρφαξὰδ, Σάλα, Καϊνὰν, Φαλὲκ, Μαλελεὴλ, Εβερ, Ραγαῦ, Ιάρεδ, Σερὺχ, Ναχὼρ, Μαθουσάλα, Θάρα, Λάμεχ, Νῶε, Αβραὰμ,

A Angeli nubium, ac caliginis, nivis, grandinis atqve glaciei: Angeli fragorum, tonitruorum, fulgurum, frigoris, æstus, hiemis, autumni, veris, æstatis, omniumqve spirituum, qvi creatis rebus insunt omnibus, qvas cœlum terraqve complectitur. Ad hæc abyssos, ac voragines creavit, qvæ infra terram sunt ac chaos, & tenebras. Secuta est vespera, nox, diei lux, ac diluculi. Septem hæc primaria opera Deus primo die perficit.

Secundo verò die firmamentum, qvod in medio aqvarum est, condidit, & eaB rundem aqvarum, qvæ supra firmamentum sunt ab iis qvæ sub firmamento, atqve in terræ superficie porriguntur, divortia constituit. Unum hoc opus secundo die confectum est.

Tertio die maria, flumina, fontes, lacus, semina, stirpes, fructiferas arbores ac steriles, silvas deniqve procreavit. Qvatuor hæc præcipua Deus opera tertio die fabricavit.

Qvarto die Solem, Lunam, ac stellas; tria videlicet insignia opera, Deus elaboravit.

C Qvinto die grandiora cete, pisces, ac cætera in aqvis repentia, nec non & aves, ac volatilia. Qvæ tria sunt præcipua qvinti diei opera.

Sexto die feras, pecudes, terra proserpentes bestias, hominemqve designavit. Qvatuor hæc majora Deus opera sexto die perfecit. Colligitur operum omnium summa, qvæ sex diebus edita sunt, duo & viginti. Nam sexto die absoluta sunt à Deo omnia, qvæ cœlo, terra, mari, abyssis, luce, tenebris, cæterisqve continentur.

D Septimo deinde die cessavit ab omni prorsus opere Deus, eiqve diei benedixit, ac consecrari voluit, idqve per Angelum Moysi significavit. Eodem pertinere potest, qvod ab Adamo ad Jacobum duo & viginti capita numerantur: *Et Eligam*, inqvit, *mihi ex ejus stirpe populum peculiarem, ex omnibus gentibus.* Deut. 14. 2. Capita porrò illa, de qvibus locutus est Dominus ista sunt: Adam, Seth, Enos, Enoch, Arphaxad, Sala, Cainam, Phalec, Malaleel, Heber, Ragau, Jared, Seruch, Nachor, Mathusala, Thare, Lamech, Noë, A-

braam, Isaac, Jacob, Sem. Colliguntur generationes duæ & viginti. Unde & XXII sunt apud Hebræos literæ: secundum qvas perinde XXII libros numerant, licet XXVII propriè sint. Verùm qvoniam qvinqve apud illos literæ duplicantur, fiuntqve qvodammodo XXVII, qvæ in XXII contrahuntur, ideò XXVII qvoqve libros in XXII conferunt.

Libri Canonici apud Hebræos

XXIII Primus est Beresith, qvæ Genesis appellatur. Tum Ellesemoth; qvæ est exodus, hoc est egressio filiorum Israël ex Ægypto. Vajicra; qvi est Leviticus. Vajedabber, hoc est Numerorum liber. Elledebarim, Deuteronomium. Liber Jesu filii Nave. Job, Sophetim, id est Judicum, Ruth, Sepher Tehillim, hoc est Psalterium. Dibre haiiamim, sive primus Paralipomenon liber: Dibre haijamim, secundus Paralipomenon liber. Samuelis primus, sive regnorum primus. Samuelis, sive regnorum secundus; Meachim, sive regnorum tertius: Melachim sive regnorum qvartus. Mischle, sive Proverbiorum liber. Coheleth, hoc est Ecclesiastes. Sirhassirim, Cantica Canticorum. Datharsasara, hoc est XII Prophetæ. Esaias Propheta: Hieremias, Ezechiel, Daniel, Liber primus Esdræ. Liber secundus Esdræ. Esther. Hi sunt septem & viginti libri: qvi cum numero literarum exæqvantur, literis qvinqve geminatis, ut supra monuimus. Est & alius qvidam exiguus liber, qvi Cinoth inscribitur, hoc est lamentationes Hieremiæ, qvi extra numerum ad Hieremiam adjungitur. Cæterùm viginti duorum iste numerus ubiqve reperitur, ac diversis in rebus cernitur; velut in viginti duobus operibus, qvæ Deus sex illis diebus, qvi in mundi fabricationem insumpti sunt, elaboravit. Tùm in viginti duabus generationibus, qvæ ab Adamo ad Israëlem, intercedunt. Item in viginti duabus literis ab Aleph, ad Thau. Postremò in duobus & viginti libris, qvi ab Genesi ad Esther usqve censentur. Ita modius mensura nobis est sextariorum duorum, & viginti. Qvem Hebræi mode vocant. Græci expeditioris pronuntiationis gratia, modia. Idem & apud Ægyptios nomen est; sed & Syri, & Arabes modia vocant, qvòd confessionem significat.

A Ἰσαάκ, Ἰακὼβ, Σήμ. ὁμοῦ εἰκοσιδύο γενεαί. διὸ καὶ εἰκοσιδύο εἰσὶ τὰ παρ' Ἑβραίοις γράμματα, καὶ πρὸς αὐτὰ καὶ τὰς βίβλους αὐτῶν κβ´ ἠρίθμησαν εἰκοσιεπτὰ οὔσας· ἀλλ' ἐπειδὴ διπλοῦνται πέντε παρ' αὐτοῖς στοιχεῖα, εἰκοσιεπτὰ καὶ αὐτὰ ὄντα, καὶ εἰς κβ´ ἀποτελοῦνται, τούτου χάριν καὶ τὰς βίβλους κζ´ οὔσας, κβ´ πεποιήκασιν.

Ὧν πρώτη Βρησὶθ, ἣ καλεῖται Γένεσις κόσμου. ἐλησιμὼθ, ἡ Ἔξοδος τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου. οὐδουϊεκρὰ, ἣ ἑρμηνεύεται Λευιτικόν. οὐιδδαβὴρ, ἥ ἐστιν Ἀριθμῶν. ἐλλεδε-B βαρεὶμ, τὸ Δευτερονόμιον. διησοῦ, ἡ τοῦ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ. διὼβ, ἡ τοῦ Ἰώβ. διασωφθεὶμ, ἡ τῶν Κριτῶν. διαρούθ, ἡ τῆς Ῥούθ. σφερτελεὶμ, τὸ Ψαλτήριον. δεβριϊαμεὶμ, ἡ πρώτη τῶν Παραλειπομένων. δεβριϊαμεὶμ, Παραλειπομένων δευτέρα. δεμουὲλ, Βασιλειῶν πρώτη. δαδουδεμουὴλ, Βασιλειῶν δευτέρα. δμαλαχεὶ, Βασιλειῶν τρίτη. δμαλαχεὶ, Βασιλειῶν τετάρτη. δμεαλὼθ, ἡ Παροιμιῶν. δεκωέλεθ, Ἐκκλησιαστής. σιρασιρεὶμ, τὸ Ἆσμα τῶν ᾀσμάτων. δαθαριασαρὰ, τὸ Δωδεκαπρόφητον. Δησαΐου, τοῦ Προφήτου Ἡσαΐου. C διερεμίου, ἡ τοῦ Ἱερεμίου. διεζεκιὴλ, ἡ τοῦ Ἰεζεκιήλ. διδανιὴλ, ἡ τοῦ Δανιήλ. διδέσδρα, ἡ τοῦ Ἔσδρα πρώτη. διδέσδρα, ἡ τοῦ Ἔσδρα δευτέρα. δεσθὴρ, ἡ τῆς Ἐσθήρ. αὗται δὲ αἱ εἰκοσιεπτὰ βίβλοι κβ´ ἀριθμοῦνται κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν στοιχείων. ἐπειδήπερ καὶ πέντε στοιχεῖα διπλοῦνται, καθὼς ἄνω προειπώμεθα. ἔστι δὲ καὶ ἄλλη μικρὰ βίβλος, ἣ καλεῖται Κινὼθ, ἥτις ἑρμηνεύεται Θρῆνος Ἱερεμίου. αὕτη δὲ τῷ Ἱερεμίᾳ συνάπτεται, ἥτις ἐστὶ περισσὴ τοῦ ἀριθμοῦ, καὶ τῷ Ἱερεμίᾳ συναπτομένη. οὗτοι οἱ εἰκοσιδύο ἀριθμοὶ πανταχοῦ εὑρισκόμενοι, καὶ ἐν διαφό-D ροις εἴδεσιν ἀριθμούμενοι, ἔν τε τοῖς εἰκοσιδύο ἔργοις, οἷς ἐποίησεν ὁ Θεὸς ἐν ταῖς ἓξ ἡμέραις τῆς κοσμοποιίας, καὶ ἐν εἰκοσιδύο γενεαῖς ἀπὸ Ἀδὰμ ἄχρι τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ἐν τοῖς εἰκοσιδύο στοιχείοις τῶν γραμμάτων ἀπὸ τοῦ ἄλεφ ἄχρι τοῦ θαῦ, καὶ ἐν τοῖς κβ´ βίβλοις ἀπὸ τῆς Γενέσεως ἄχρι τῆς Ἐσθὴρ, μέτρον ἡμῖν * ἐγενήθησαν κβ´ ξέστων, ὃ καλεῖται παρ' Ἑβραίοις μόδη, παρ' Ἕλλησι δὲ μόδια, διὰ τὴν τρανότητα, παραπλησίως δὲ καὶ Αἰγύπτιοι μέντοι τοῦτο καλοῦσιν, ὁμοίως δὲ καὶ Σύροι, καὶ Ἄρραβες μόδια λέγουσιν, ὃ ἑρμηνεύεται ὁμο-

*deest aliquid.

λογία. πληρωθεὶς γὰρ ὁ μόδιος, ὁμολογεῖ ὅτι πεπλήρωμαι· καλεῖται δὲ καὶ γνώμων.

A Nam impletus modius plenum se esse confitetur. Idem & Gnomon appellatur.

Τῷ δὲ ἀριθμῷ τῶν κβ΄ ἔργων τοῦ Θεοῦ τῶν ἀπαρχῆς, καὶ τῶν κβ΄ γενεῶν, ἕως τοῦ Ἰακώβ, καὶ τῶν κβ΄ βιβλίων ἕως τῆς Ἐσθήρ, καὶ διὰ τῆς κβ΄ γραμμάτων ὑποθέσεως, ἐξ ὧν ὄνομα τοῦ Θεοῦ ἡμῖν παρέστη, καὶ Θεοῦ διδασκαλία ἡμῖν προτετύπωται, τοῦτο δηλοῦται, ὅτι ἐκ τοῦ νόμου, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ μυστηρίων, ὁ Χριστὸς ἡμῖν ἐρχόμενος ἐμαρτυρήθη, καὶ ἀπεκαλύφθη· ὃς ἐλθὼν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ἐπλήρωσεν ἡμῖν τὸ μέτρον τῆς ζωῆς διὰ τοῦ μοδίου, τουτέστι τῆς ὁμολογίας παντὶ τῷ εἰς αὐτὸν ὁμολογήσαντι, καὶ τὴν ζωὴν παρ᾽ αὐτοῦ κομισαμένῳ. διὸ τὸ μέτρον τὸ ἅγιον Ἑβραῖοι λέγουσιν, ὅ ἐστι κβ΄ ξεστῶν, κατὰ τὰ προειρημένα· πολλοὶ γὰρ τῶν ἄλλων ἐθνῶν, ἢ προσέθεντο, ἢ ἀφείλαντο ἀπὸ τοῦ μέτρου τούτου, τοῦ ἀκριβῶς παρ᾽ Ἑβραίοις ἀριθμηθέντος. ἀλλὰ καὶ παρὰ Ῥωμαίοις συμβέβηκεν ὁμοιοκαταλήπτως μοδίου μέτρον καλεῖσθαι, ὥσπερ παρ᾽ Ἑβραίοις τὸ ἄλεφ τῷ παιδίῳ τὸ μανθάνειν παραινεῖ. καὶ παρ᾽ Ἕλλησι τὸ ἀλφεῖν, ζητεῖν συμβέβηκε καλεῖσθαι. ὅθεν δηλονότι καὶ τὸ ἄλφα ἐξ Ἑβραΐδος παρηνέχθη εἰς τὴν Ἑλληνίδα. τὸ γοῦν μόδιον, ὡς ἐκ τῆς Ἑβραΐδος εὑρέθη, ὁμολογεῖν λεχθὲν, ὡς πολλάκις εἶπον, διὰ τῆς χρήσεως ἑρμηνευόμενον. εἰ μὴ γὰρ αὐτὸν πληρεστάτως γεμίσειέ τις, οὐχ ὁμολογεῖ ὅτι πεπλήρωμαι. πλήσας δὲ τὸ μέτρον, καὶ ῥηγλιάσας, ὁμολογεῖ ὅτι πεπλήρωμαι.

XXIV. Cæterum numerus ille duorum operum, & viginti, quæ Deus initio molitus est; tùm generationum totidem, quæ ad Iacobum usqve propagatæ sunt, & viginti duorum librorum ad Esther usqve, ac literarum viginti duarum, qvibus Dei lex consignata nobis est, ac Dei primùm informata doctrina, illud ipsum significare videtur, venturum olim Christum, legis ejusqve mysteriorum testimonio declaratum esse, atqve patefactum. Qvi B in hunc mundum veniens vitæ nobis mensuram in Evangelio per modium implevit, hoc est confessionem, & iis omnibus, qvi illius fidem profitentur, ac vitam ejus beneficio conseqvuntur. Qvam ob caussam mensuræ genus sanctum ab Hebræis dicitur, qvod ex allatis rationibus duos & viginti sextarios capit. Nam pleræqve gentes ad eam mensuram addiderunt aliqvid, vel ei detraxerunt, cùm apud Hebræos numerus accuratissimè sibi constet. Qvinetjam apud Romanos æqvalis mensura C modius appellatur; qvemadmodum apud Hebræos Aleph litera puerum ad discendum adhortatur; cui simile verbum apud Græcos ἀλφεῖν investigare significat. Ex qvo manifestum est vocem hanc alpha in Græcam lingvam ab Hebraica esse translatam. Sic igitur modius ab Hebræis profluxit: apud qvos idem est ac confiteri, eaqve vocis notio ad usum ipsum pertinet. Nam nisi qvis illum cumulatissimè compleverit, plenum se esse non fatetur. Sed cùm mensuram impleverit, & æqvatus radio fuerit, tum se plenum confitetur.

Κάμος δὲ ἐξ αὐτῆς τῆς διαλέκτου διάφορον μέτρον ἐστὶν, ἤγουν τὸ τέταρτον μοδίου.

Camus ab eodem Hebraicæ lingvæ D fonte qvartam modii partem continet.

Χοῖνιξ δὲ καὶ ὑφὴ ἓν μέν ἐστι, διπλῷ δὲ ὀνόματι κέκληται, ἔστι δὲ δύο ξεστῶν καὶ ποστημορίου.

Chœnix, & Ephi unum & idem est duplici nomine comprehensum: duos sextarios & aliqvid ampliùs complectitur.

Δρὰξ ἀλεύρου· τοῦτο ἀπερίεργόν ἐστι, καὶ πᾶσι δῆλον.

Pugillus farinæ difficile nihil habet, estqve omnibus planè cognitus.

Ἀρτάβη, τοῦτο τὸ μέτρον παρ᾽ Αἰγυπτίοις ἐκλήθη. ἔστι δὲ ἑβδομηκονταδύο ξεστῶν. ἐκ πολλῆς δὲ ἀκριβείας καὶ τοῦτο οὕτως συνήχθη· ἑβδομηκονταδύο ἄνδρες τότε τὸν πύργον ᾠκοδόμουν, ὅτε καὶ εἰς ἑβδομηκονταδύο γλώσσας

Artaba Ægyptiorum propria vox est, & sextarios continet duos & septuaginta: qvi numerus qvoddam in se mysterium continet. Nam septuaginta duo viri turrim illam extruxerunt: qvo tempore in duas & septuaginta lingvas ex

A Τάλαντόν ἐστι τὸ ὑπερβάλλον πᾶν σταθμώμενον μέτρον, κατὰ δὲ τὸν * λιτρισμὸν ρκε λιτρῶν ὑπάρχει.

F. λογισμόν.

Ἓξ λεπτὰ ταλάντου, ἑπτὰ ἀσσάρια· τὰ δὲ ἑπτὰ λεπτὰ τῶν ἀσσαρίων ρ ὑπάρχει δηνάρια.

Ὁ ἀργυροῦς δὲ ἐτυπώθη ἀπ' ἀρχῆς τὸ νόμισμα, ἐκ δὲ τῶν ἀσσαρίων τοῦτο ἐτυπώθη. Φασὶ δὲ τὸν Ἀβραὰμ εἰς τὴν Χαναναίαν τὸν τύπον ἐπηνοχέναι.

Τοῦ δὲ ταλάντου τῶν ρκε λίτρα μία. ἡ δὲ λίτρα δεκαδύο οὐγγίαι ὑπάρχει. ἡ δὲ οὐγγία ἔχει στατῆρας δύο.

B Ὁ δὲ στατὴρ ἥμισυ μὲν οὐγγίας, ἔχων, δὲ δίδραγμα.

[Περὶ σίκλου] σίκλος, ὃ λέγεται καὶ κοδράντης, τέταρτον μέν ἐστι τῆς οὐγγίας, ἥμισυ δὲ τοῦ στατῆρος, δύο δραγμὰς ἔχον. τῆς γὰρ οὐγγίας ἦν ἡ δραγμή.

Titulus esse videtur, & σίκλου legendum.

Ἐκαλεῖτο δὲ ὁλκὴ ἡ δραγμὴ τοῦ αὐτοῦ σταθμοῦ τῷ σίκλῳ τῷ σταθμίζοντι κατὰ καιρὸν τὴν τρίχα τοῦ Ἀβεσαλώμ, ὅτε ἐκουρεύετο, ὁλκὴν ἔχουσαν ρκε σίκλων, ὅ ἐστιν οὐγγία σίκλου ἑνός, γινομένη λίτραι δύο ἥμισυ.

C Ὀβολός, καὶ αὐτὸς ἐν ἀργυρίοις τετύπωτο. μέτρον δὲ εἶχε καὶ οὗτος τῆς οὐγγίας, οὐκ ἐξ ἀργύρου πεποιημένος, ἀλλὰ ἀπὸ σιδήρου. ἦν δὲ καὶ ἕτερος ὀβολὸς ἐξ ἀργύρου τυπούμενος, νόμισμα ὤν, ὃ ἦν λεπτότατον, ὀγδοηκοστὸν τῆς οὐγγίας. λέγει γὰρ ἐν τῷ Λευιτικῷ, τὸ δὲ δίδραγμον εἴκοσι ὀβολοί. ὅτι δὲ τέταρτόν ἐστι τῆς οὐγγίας τὸ δίδραγμον, ἤδη ἐδιδάξαμεν.

Χαλκοῖ, τούτους οἱ Αἰγύπτιοι ἐφεύροντο. ἀργύρεια δέ ἐστι τετυπωμένα δύο, καὶ παρὰ Ἀλεξανδρεῦσι τὰ ἀργύρια καλοῦνται χάλκινα. ἔστι δὲ ὁ χαλκοῦς τῷ σταθμῷ ὄγδοον οὐγγίας, ὡς ἡ δραγμή. D

Μνᾶς, ἥτις τῇ Ἑβραΐδι μνήμη καλῆται. ἡ δὲ Ἰταλικὴ μνᾶς τεσσαράκοντα στατήρων ἐστὶν, ὅπερ οὐγγιῶν κ', λίτρας μιᾶς καὶ διμοίρου.

Ἀργυρίων δὲ πολλοὶ τύποι κατὰ καιροὺς γεγόνασι.

Τὸ δὲ νουμίον τετύπωται ἀπὸ τοῦ Νουμᾶ τινος βασιλέως τῶν Ῥωμαίων. δίχρυσον δὲ ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὸ ἥμισυ τοῦ ἀργύρου.

Talentum mensurarum omnium, qvibus pondera metimur, maximum est. Quod si ad libras redigatur, cxxv complectitur.

Sex minuta talenti septem assibus valent. Septem verò assium minuta centum denariis.

Argenteus numus jam tùm olim signatus est, & ex assibus cusus. Ferunt Abrahamum hujus figuram in Chananæam importasse.

Talenti centesima vicesima qvinta pars est libra, qvæ duodecim unciis constat. Uncia stateres habet duos.

Stater dimidia unciæ pars, duas drachmas continet.

Siclos, qvi & qvadrans appellatur, qvarta pars est unciæ, stateris dimidia, duas drachmas habens. Nam uncia octo drachmas continet.

Holce eadem est cum drachma, ac præterea ejusdem cum Siclo ponderis, qvo identidem Absalomi ponderari coma consveverat; cùm detonsus esset, qvæ pondo erat centum viginti qvinqve Siclorum, hoc est libras duas habebat cum dimidia.

Obolus inter numos argenteos signari solebat, ac mensuram habebat unciæ: neqve tamen argento, sed ferro cudebatur. Qvanqvam alius erat argenteus obolus minutissimus numus, & unciæ pars octuagesima. In Levitico porrò legitur, *didrachmum viginti obolos habet*; Nam didrachmum qvarta unciæ pars est, ut docuimus. Levit. 27. 25.

Chalci ab Ægyptiis inventi sunt, suntqve argentei signati duo; argenteos verò Alexandrini æreos nominant. Chalcus pondus habet octavæ partis unciæ, ut & drachma.

Mna apud Hebræos Mane vocatur. Italica mina qvadraginta staterum est: id est unciarum viginti, sive libræ unius & bessis.

Argenteorum porrò variæ figuræ diversis temporibus extiterunt.

Numum primus omnium Romanorum rex Numa signasse dicitur. At argentei, dimidium dichryson appellavere veteres.

A Argenteus verò à Romanis miliarisium dicitur, qvod militare donativum interpretari possis.

Est & Dichryson argenteus numus: qvi postmodum adulterinus est vocatus, qvod aliqvando accidit, ut Imperatoris cujusdam, qvi tum casus fuerat, effigies ex eo numo, cui erat impressa, deleretur. Qvo ex tempore numus ille, qvi occisi Imperatoris imagine percussus erat, adulterinus est habitus.

Follis sive Talentum parvum ex duobus argenteis constat, hoc est Denariis CCVIII. Item follis si ad denarios, non ad argenteos redigatur duo minuta continet.

Mares apud Ponticos mensura est hydriarum duarum. Hydria X sextarios capit: adeo ut cyprus XX sextarios Alexandrinos habeat.

Cyprus apud eosdem Ponticos aridorum est mensura, duos modios continens; vel, ut alii dicunt, chœnicas V. Nam chœnix iisdem Ponti accolis sextarios V. complectitur. Unde cyprus sextariorum est XX. Qvippe major apud illos modius sextarios capit XXIV.

Collathum Syri vocant liqvidorum mensuram, qvæ dimidii sati capax est; sextariorum XXV.

Congiarium liqvidorum est mensura, qvam Hebræi etiam usurpant. Meminit hujus mensuræ & Eusebius in Chronicis, aliiqve Chronologi. Apud qvos Imperatorum qvilibet magnificentiæ suæ ostentandæ studio Congiarium Populo Romano ad epulandum largiri solebat. Qvæ vox idem significat ac *conjunctum*, sive *coagmentatum*.

Τὸ δὲ ἀργυροῦν, τοῦτό ἐστιν ὃ οἱ Ῥωμαῖοι μιλιαρίσιον καλοῦσιν, ὃ ἑρμηνεύεται στρατιωτικὸν δόμα.

Τὸ δὲ δίχρυσον καὶ τοῦτο ἀργύρεον ἦν· ὅπερ ὕστερον κίβδηλον ἐκλήθη, ἐξ αἰτίας τοῦ ἀναιρεθῆναι τὸν κατὰ καιρὸν βασιλέα, καὶ ἐκβληθῆναι τὸν αὐτοῦ χαρακτῆρα ἐκ τοῦ διχρύσου, ὃς ἦν αὐτῷ ἐμφερόμενος. ἔκτοτε γὰρ ἔνθα ἂν εὑρέθη τὸ τοῦ ἀναιρεθέντος βασιλέως φέρων εἰκόνα, κίβδηλος ὠνομάζετο, ἤγουν ἀδόκιμος.

Φόλις, ὃ καὶ ταλάντιον καλεῖται. διπλοῦν δέ ἐστιν, ὑπὸ δύο ἀργύρων συγκείμενον, οἳ γίνονται
B ται σηʹ δηνάρια. καὶ φόλις δύο λεπτοὶ κατὰ τὸν δηναρισμὸν, ἀλλ' οὐ ⬛ τὸν ἀργυρισμόν.

Μάρης, μέτρον ἐστὶ παρὰ Ποντικοῖς, δύο ὑδριῶν. ἡ δὲ ὑδρία αὐτοῖς δέκα ξεστῶν ἐστὶν, ὥστε εἶναι τὸν κύπρον εἴκοσι ξεστῶν Ἀλεξανδρινῶν.

Κύπρος παρὰ τοῖς αὐτοῖς Ποντικοῖς μέτρον ἐστὶ ξηρῶν γεννημάτων, μόδιοι δύο, ὃ λέγεται εἶναι παρ' αὐτοῖς χοινίκων πέντε. ὁ δὲ χοῖνιξ παρ' αὐτοῖς ξεστῶν ἐστὶ πέντε, ὥστε εἶναι τὸν κύπρον ξεστῶν κ. ὁ γὰρ μέγας παρ' αὐτοῖς μόδιος ξεστῶν κδ.

Κόλλαθον ἐστὶ παρὰ τοῖς Σύροις τὸ ἥμισυ τοῦ ὑγροῦ σάτου. ἔστι δὲ ξεστῶν κε.

Κογγιάριον δὲ μέτρον ἐστὶν ὑγροῦ, καὶ αὐτὸ παρ' Ἑβραίοις ἐκφωνούμενον· τοῦτο τὸ μέτρον ἐστὶν ἐν χρονογραφίαις Εὐσεβίου, καὶ τῶν ἄλλων χρονογράφων δηλούμενον, ὡς ἕκαστος τῶν τότε βασιλέων κατὰ φιλοτιμίαν τῷ δήμῳ Ῥωμαίων, πρὸς εὐφρασίαν ἐχαρίζοντο, ὃ ἑρμηνεύεται συνημμένον, ἢ συνεστραμμένον.

FINIS LIB. S. EPIPH. DE MENS. ET PONDER.

ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ ΠΕΡΙ ΜΕΤΡΩΝ ΚΑΙ ΣΤΑΘΜΩΝ ΤΕΛΟΣ.



SANCTISSIMO D. N. SIXTO V.
PONT. OPT. MAX.



CUM me in tuorum numerum asciveris, Pater Beatisſime, tantoqve munere obligaveris, id mihi nunc in mentem venit, ut ſaltem ruſticos qvosdam villicos imitarer, qvi floſculo qvopiam, aut alio ſimili ſymbolo dominis miſſo, animi ſui devotionem, ingentem qvidem illam ac promptisſimam, ſed ab iniqva fortuna oppreſſam, teſtificari ſolent. Ergo amœnos literarum hortos ingreſſus (vernant ſiqvidem ſub ipſo etiam Saturni ſidere iſthæc prata) inter multos varia adblandientes gratia, hic ſeſe nobis ſancti Epiphanii Epiſcopi Conſtantiæ Cypri obtulit faſciculus, qvem non ungve, ſed calamo, & qvidem leviter decerptum Sanctitati tuæ offerre non indecorum judicavi. Tu Pater Sanctisſime, qvando & litterarum ſtudia ſemper amaſti, & virtutis ac doctrinæ genus omne amplexus es, & hiſce demum artibus ad hoc ſummæ dignitatis faſtigium es evectus, benigna ac paterna fronte humillimum ſervitutis noſtræ teſtimonium accipe. Et verò qvem à mundanis tumultibus prorſus ſemotum, ac rerum cœleſtium meditationi omnino deditum arbuſculæ qvædam olim delectabant, nunc litterarius iſte ramus faſtidio afficere non debet. Addo, Pater Beatisſime, non omnino fore Sanctitati tuæ argumenti genus injucundum, cùm pias qvasdam allegorias contineat, qvæ erudiendo pro concionibus populo apprimè ſolent eſſe utiles. Tu verò qvantum munere in iſto excellueris, & orbis hic, cui divino numine jam præes, & tui ipſius typis olim mandata præclaræ lucubrationes planè teſtificantur. Diutisſimè vale, Pater Sancte, ad Eccleſiæ Catholicæ utilitatem, profectum, gloriam. E tua Roma, Kalendis Januariis. M.D.LXXXVII.

S. T.

Humilis ſervus & cliens

D. Conſalus Ponce de Leon.

AD LECTORUM PRÆFATIO.

SI quis est, Christiane Lector, inter sanctos Patres, quorum vel temporum injuria, vel librariorum oscitantia, vel novissimis hisce diebus prava hæreticorum arte mutila, corrupta, depravataque ad nos scripta devenere; si quis dico sacrorum auctorum, cujusquam seduli ac docti hominis diligentiam exposcit, ac veluti efflagitat, deprecaturque: is quidem unus, judicio meo sanctus est Constantiæ urbis Episcopus Epiphanius: cujus nunc tibi opusculum hoc luci demum redditum exhibemus. Fuit divinus iste vir, si argumenti in quo versatur excellentiam, si rerum quas tractat dignitatem, si dogmatum ac sententiarum quibus abundat, pondus perpendas, dignissimus profectò qui Christiana reipublica nunquam interiret, cujusque præclara excelsi ingenii monimenta pura semper atque illibata posteritati conservarentur. At nescio qua, iniqua certè, studiosorum sorte effectum est, ut cum in expurgandis illustrandisque aliorum Patrum libris felicem hactenus operam doctissimi viri posuerint, eorumque singulari beneficio pristino nitori restitutos, atque à barbarorum hominum injuriis vindicatos illos habeamus; nulla tamen adhuc Epiphanio docti cujusquam viri manus accesserit, jaceatque etiamnum scriptorum iste nobilissimus inter tineas ac blattas consumendus. Nam quæso Græca ipsa exemplaria quot partibus extant diminuta? quot locis vitiata? quantis quamque fœdis erroribus conspersa? Latina verò translatio, ut de Πανάριον dicam, (quod in tanta interpretum copia mirum certè est) ab uno tantum homine tentata, eoque (parcant defuncti manes) nec admodum Græcè perito, nec usque adeo syncera, ac probata fides ut inoffenso pede per illius scripta liceat percurrere. Et certè non tantùm incuria & cessatione hac malè agitur cum nostro Epiphanio: verùm & Irenæo & Tertulliano, clarissimis duobus scriptoribus, vetustate tamen æquè corruentibus non minima irrogatur injuria. Nam cùm ab hisce fontibus pleraque ille hauserit, nonnulla etiam, verbum verbo reddens, expresserit, eo uno correcto atque emendato ad veros Tertulliani Irenæique sensus eruendos compendio deduceremur. Itaque cùm primum ab Illustrissimo atque humanissimo Gvillelmo Sirleto cardinali libellum hunc nactus sum, non mediocrem me ab studiosis omnibus gratiam initurum judicavi, si quamprimum in Latinum sermonem conversus, ac brevibus annotationibus (quas ipsa opusculi exilitas exigebat) auctus in lucem prodiret, & quod (si exiguæ ingenii mei vires non obstitissent) in omnes ejusdem auctoris libros tentarem, eam diligentiam in hac minima operum illius particula exornanda collocarem. Verum enimvero bene ac feliciter mihi cessisse existimavero, si ii quibus & eruditio & otium suppetunt, à nobis admoniti tantam sibi gloriam è manibus elabi, aut ab aliis præripi non patiantur: verùm certatim unusquisque vicinis (quod ajunt) luminibus quantocyus obstruere in hac sibi & demandanda & absolvenda provincia totis viribus contenderint. Nunc quod ipso novi cujusque operis initio in controuersiam vocari solet) quibus argumentis adducar, Epiphanii ut esse opus hoc existimem, aperiam paucis. Primum, liquido constat iis qui vel mediocriter in Epiphanio versati sunt, opusculi hujus phrasim cum reliquis operibus, quæ ejus nomine circunferuntur, haud discrepare: quod cùm ex omnibus capitibus ejusdem libelli convinci facilè possit, in duobus præcipuè,

uno videlicet de Phœnice, atque altero de serpente id manifestius deprehenditur: nec enim in narratione solùm ac re ipsa, in ἀγκυρωτῷ καὶ ἐν αἱρέσεων *lib.1. to.3. ubi eadem refert, constans sibi est, verùm & ipsis propemodum verbis utrobique utitur. Et certè cum de una phœnicis historia facilius sit inter horologia (quod ajunt) quam inter Physiologos convenire; Epiphanius tamen eadem omnino de hac ave dictis locis constanter narrat, quæ præterea apud alium nullum scriptorem reperias. Deinde cur libelli hujus fides suspecta cuiquam esse debeat non video, cum stabili doctissimorum hominum consensione hujus auctoris nomine fuerit semper & agnitus & allegatus. certè qui hactenus librorum indices conscripserunt, Epiphanii Ad Physiologum meminere, & ipse Bibliothecæ ultimus scriptor in præfatione libelli de lapidibus, quem ex Græco Latinum fecit, ita scribit:* Et ego alium etiam ejusdem Epiphanii non editum hactenus Physiologi titulo librum manuscriptum habeo, in quo ex professo ductas ab animalium num. 39. naturis similitudines explicat: quem alio tempore si divina faverint, edam. *Hactenus ille. In ipsis autem celebrioribus Orbis bibliothecis eadem fide haberi nullus dubitat, Vaticanam intelligo, S. Marci apud Venetos, Genuensem, Messanensem in Archimandricatu, S. Laurentii in Scoriaco, & omnium vetustissimam Pathmicam, ut omittamus Jacobi Marmoreti in civitate Constantinopolitana (quemadmodum refert libellus ille qui* Antiquitates Constantinopolitanæ *inscribitur nu. 7.) aliasque complures, quarum fama lectori forsan obscurior sit. Accedit convenientia & similitudo argumenti cum illo nunc à me citato* περὶ τῶν λίθων *quem esse Epiphanii nemo dubitat, ubi de duodecim lapidibus, quibus veteris legis sacerdos ornabatur, agit, eorumque allegorias docet. Tandem quod probis ac doctis omnibus omnem prorsus dubitandi occasionem tollet, acerrimum est Guillelmi Sirleti Cardinalis amplissimi judicium: scit mundus duce illo nihil de litteris sinistrè censeri potuisse. Quæ enim (bone Deus) viri doctrina? qualis cognitio? quanta vis ingenii? dicant (dicent proculdubio) qui ex professo tanti viri dotes seculis venturis non invidebunt: nos qui tanto muneri impares sumus hoc agamus. Non moveor si quis impuritatem linguæ humiliumque dicendi genus mihi objiciat; si rerum, quas narrat, incertitudinem notet; si nihil præter plebejas quasdam atque aniculares fabulas contineri contendat. Nam cùm non inficier, stilum esse omnino simplicem ac planè barbarum, abundare præterea quibusdam* ὀνοματοποιΐαις *nec semper rectè aut cum delectu petitis, non tamen continuo mihi persuadeas Epiphanii opus non esse, nam verè si quis reliqua hujus auctoris opera (ut memini) cum hoc conferat, non multo dissimilem stilum deprehendet. Fuit natione Hebræus, provectiori præterea ætate Græcis litteris doctus, quid mirum si Atticas illas Veneres, quibus magnus Nazianzenus, quibus* τὸ χρυσοῦν *illud* στόμα, *atque alii abundant, in eo desideres? Divus certè Hieronymus.* Epiphanius, *ait*, Cypri Salaminæ Episcopus scripsit adversus hæreses libros, & multa alia quæ ab eruditis propter res, à simplicioribus propter verba lectitantur. *Suidas autem Hieronymi verba transscripsit: quod quidem ego sic interpretor, ut res ob doctrinam & eruditionem doctis probarentur: verborum ac phraseos humilitas & inelegantia indoctis placeret. Quapropter istud ipsum evidens quidem mihi argumentum est, Epiphanii ut opus hoc esse credam, tantum abest, ut propterea adulterinum censeam: maximè cùm nativo orationis vitio communis etiam accesserit librorum omnium calamitas, temporum videlicet ac librariorum injuriæ, quæ, si quod unquam aliud, adeò lacerum ac plagosum opusculum hoc reddiderunt, ut in persanandis ejus vulneribus ope Pæonia manus opus esse, rectè quis existimare possit. Plurima enim verba Græca quidem illa atque à classicis*

auctoribus usurpata, unius à principio litteræ mutatione, postmodum ut fit, crescente errore plurium, in vulgaria quibus Græcorum nunc vulgus utitur degenerarunt. Multa irrepserunt: non pauca, sine quibus orationis sensus percipi non poterat, omnino desiderantur. Deinde si quis quas adfert animalium naturas, tanquam minus certas objiciat, is sciat, apud cæteras ejusdem argumenti scriptores ferè eas omnes reperiri: si quæ sunt, quæ unum Epiphanium auctorem habeant, non ideo adversus ipsum falsi judicium prætor dabit; nam & Aristotelem quamdiu culex vivat (ut Mercurius apud Lucianum ajebat) narrantem, quam profunde sol radios emittat in mare, qualem animam habeant ostrea, ac similia cum admiratione legimus: quem tamen abligurito patrimonio, & infeliciter in militia, ad quam irruerat, agentem, pharmacopolam primum factum, postea simplices ac populares homines hisce nugis detinuisse scribit Epicurus. Sed nec eo nomine rejiciendus est noster Physiologus, quod plebeja quadam, trita, ac in omnium ore versantia adducat, nam certè quicquid à tanto viro prodiit plurimi faciendum est, viro sanctitate, doctrina, antiquitate suspiciendo. Et vero veterum auctorum tanta est penuria, totque nobis abstulit vetustas, ut minimas quasque eorum reliquias investigare, & ex hisce sacris ruderibus vel contritissimos lapides & minutissimum pulverem colligere abs re non fuerit. Jam ut de opella nostra dicam, id te scire cupio, lector candide, hoc nos tantum laborasse, ut Epiphanii qualecunque monumentum non interiret: cætera enim minus accurate tractanda esse judicavimus: hacque de causa verba inusitata, phrases minus communes, lectionum denique varietates, quod aliis negotium faceret, ego non noto: nam certe hospitem me illico agnovisses, si tam nimis attice loquerer. Id laboris tribuendum est aliis auctoribus, non quidem nostro Physiologo, de quo tam est manifestum quantum & tempori & barbaris manibus licuerit. Quæ etiam causa fuit, ut integra in eo capita omitteremus: cum videlicet tam misere essent depravata, ut nullo modo intelligi ac tibi proponi possent. Scribit quidem interpres libelli De lapidibus 39. animalium naturas ab Epiphanio explicatas, nobis tamen videre tantum licuit 36. ex quibus undecim omisimus ob insanabiles depravationes. Ex his vero quæ verti, plurima etiam resecavi, nonnulla adjunxi: Quod tamen bona fide factum affirmare possum: Tribus enim exemplaribus adjutus sum, quorum præsidio usus id præstiti. Primum habui ab Illust. Sirleto, secundum ex Bibliotheca Panormitana, Siculi cujusdam amici diligentia exscriptum, tertium, atque omnium emendatissimum, à Francisco Turriano, Societatis Jesu presbytero. Denique nec noster Physiologus existimandus est is quem Gelasius Pontifex in conone Sancta Romana Ecclesia, *inter apocrypha connumerat, & ab hæreticis conscriptum asserit. nam ille B. Ambrosii nomine, ipso Gelasio teste, præsignatus erat: noster autem nusquam sub hoc titulo, sed nec Latinus (quale credendum est fuisse opus Ambrosio tributum) habetur. Deinde ipse se satis prodit, cum nihil contineat nisi pium, orthodoxum, sanctum. Superest ut si quid symboli per hanc nostram lucubratiunculam communibus studiis accessisse putas, id omne magni illius senis Guillelmi Sirleti, quem hoc ipso quo hæc scribimus anniversario die, immensa Christ. Reip. jactura, ab hoc ærumnoso laborum stadio ad immortalem requiem æternamque felicitatem vocavit Dominus, ut hujus, inquam, omni ævo celeberrimi Viri, cujus humanitate opusculum istud habuimus, piissimis manibus si quid ex ejus lectione voluptatis ceperis, acceptum referas: sin minus, ingenii nostri (quod quàm exiguum sit verè sentimus) tarditati parcas, & demum ad demerendam litterariam Rempublicam auspicatiori Apolline accingaris. Et vale. Romæ 6. Octob. die, anno Salutis M. D. LXXXVI.*



Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΤΗΣ ΚΟΝΣΤΑΝΤΕΙΑΣ ΚΥΠΡΟΥ, ΕΙΣ ΤΟΝ ΦΥΣΙΟΛΟΓΟΝ ΤΟΝ ΔΙΕΞΕΛΘΟΝΤΑ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΚΑΣΤΟΥ ΦΥΣΕΩΣ ΤΩΝ ΘΗΡΙΩΝ ΤΕ ΚΑΙ ΤΩΝ ΠΕΤΕΙΝΩΝ.

SANCTI EPIPHANII EPISCOPI CONSTANTIÆ CYPRI, AD PHYSIOLOGUM, QVI DE UNIUSCUJUSQVE GENERIS FERARUM AC VOLUCRUM LOCUTUS EST.

D. Consalo Ponce de Leon Hispalensi interprete & scoliaste.

Ο ΦΥΣΙΟΛΟΓΟΣ ΑΡΧΕΤΑΙ ΛΕΓΕΙΝ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΛΕΟΝΤΟΣ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. Α΄.

Ἀρξώμεθα λαλῆσαι περὶ τοῦ λέοντος, τοῦ βασιλέως τῶν θηρίων ἤτοι τῶν ζώων· καὶ γὰρ Ἰακὼβ εὐλογῶν τὸν Ἰούδαν λέγει, Σκύμνος λέοντος Ἰούδα υἱέ μου ἐκ βλαστοῦ· καὶ τὰ ἑξῆς.

ΠΡΩΤΗ ΤΟΥ ΛΕΟΝΤΟΣ ΦΥΣΙΣ.

Οτε περιπατεῖ ἐν τῷ ὄρει, καὶ ἔρχεται αὐτῷ ὀσμὴ τοῦ κυνηγοῦ, τῇ οὐρᾷ συγκαλύπτει τὰ ἴχνη ἵνα μὴ ἀκολουθοῦντες τοῖς ἴχνεσιν οἱ κυνηγοὶ, εὕρωσιν αὐτοῦ τὴν ποίμνην, καὶ καθαλάβωσιν αὐτόν.

PHYSIOLOGUS DE LEONE AGIT PRIMUM.

Caput I.

DE leone ferarum atqve animalium rege dicere incipiamus: Jacob enim benedicens Judæ, Catulus leonis, ait, Juda, ex germine fili mi: & qvæ seqvuntur.

PRIMA LEONIS PROPRIETAS.

Cùm leo in monte oberrat, & venatorem odoratur, sua ipsius vestigia cauda obtegit; ne illis insistentes venatores, lustrum inveniant, atqve ipsum capiant.

INTERPRETATIO.

Sic Dominus noster JESUS Christus spiritualis leo qvi vicit ex tribu Judæ, radix David, à Patre missus, sui ipsius spiritualia cooperuit vestigia, id est, divinitatem suam; se enim exinanivit, & in Mariæ ventrem descendit, ut salvaret fraude deceptum hominum genus. Et verbum caro factum est, & habitavit in nobis: qvapropter illi qvi ignorabant desuper illum descendisse, dicebant; Qvis est iste rex gloriæ, Sanctus verò Spiritus; Dominus, inqvit, virtutum, ipse est rex gloriæ.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Οὕτωσὶ καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ νοερὸς λέων νικήσας ἐκ φυλῆς Ἰούδα, ἡ τοῦ Δαυὶδ ῥίζα, ἀποσταλεὶς ἀπὸ τοῦ πατρὸς, τὰ νοερὰ αὐτοῦ ἐκάλυψεν ἴχνη, τουτέστι τὴν θεότητα ἕως τῆς καταλεύσεως. κατῆλθε γὰρ εἰς τὴν τῆς Μαρίας νηδὺν, τοῦ σῶσαι τὸ πεπλανημένον ἀνθρώπινον γένος. καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. ἐκ τούτου οἱ ἀγνοοῦντες ἄνωθεν κατελθόντα, ἔλεγον, τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγει, Κύριος τῶν δυνάμεων, αὐτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης.

ALTERA INTERPRETATIO.

Nec aliter tu spiritualis homo, cùm feceris eleemosynam, sinistra tua dexteræ opus ignoret. Ne te diabolus ex bonis operibus investiget, & ad peccandum alliciat.

ΕΤΕΡΑ ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Οὕτω καὶ σὺ νοητὲ ἄνθρωπε ποιῶν τὴν ἐλεημοσύνην, μὴ ἐπιγνώτω ἡ ἀριστερά σου τῆς δεξιᾶς σου τὸ ἔργον, μή πως ἰχνολογήσῃ σε ὁ διάβολος τοῖς ἔργοις σου τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ ἐκκλίνῃ σε ἐπὶ τὰ πονηρά.

N O T Æ.

Physiologus.] Non mihi constat qvis fuerit auctor hic; ab Origene & aliis eodem nomine citatur. Recentiores Obscurum aliqvando appellant; vulgus persæpè cum eo, qvem vocant Incognitum Psalmorum commentatorem, confundit. Ex Aristotelis forsan operibus qvæ de animalium proprietatibus hîc traduntur desumpta sunt; illum enim plurima, qvæ non extant, de animalibus scripsisse auctor est Athenæus: scilicet, Ζωικὸν, περὶ Ζώων, περὶ Ζώων ἠθῶν. Qvorum pleraqve & Theophrastus agnoscit. Nisi mavis secula antevertere, & Salomonem auctorem facere. Ille enim à cedro, qvæ alias arbores proceritate vincit, ad hyssopum usqve philosophatus est 3. Reg. 4. Joseph. lib. 8. c. 2. Nec mirum, ex innumerabilibus propè ejus scriptis illo seculo aliqva superfuisse: nam & illud qvod De exorcismis sive adjurationibus ad dæmones fugandos, inscriptum erat, suo extitisse tempore auctor est Origenes tractat. 35. in Matth.

Jacob enim.] In eo consistit acoluthia sententiæ; qvòd cùm leo symbolum sit CHRISTI, CHRISTUS autem rerum omnium principium, meritò a leone incipiendum sit. Citat verò nobilem illam de Salvatore ejusqve spiritualis regni perpetuitate prædictionem, qvæ habetur Geneseos cap. 49. ad qvam (ut ordinarios Patrum commentarios omittamus) videndus Julius Pomerius Archiepiscopus Toletanus ad Eruigium lib. 1. adversus Judæos: qvi CHRISTO totius prophetiæ verba perqvam eleganter accommodat.

Cauda obtegit.) Meminit hujus proprietatis Ælianus lib. 11. c. 30. Plutarchus libro De animantium comparatione: *Leo* (ait) *semper contortis ingreditur pedibus, tanqvam vagina conditis intus unguibus, ne aciem attriti retundant, néve vestigantibus notam relinqvant: qvippe haud temerè invenies ungvis indicium leonini, sed qvi in tennia & cæca vestigia incidunt, aberrant, nec assequuntur eos venatores.* Idem narrat Isidorus lib. 1. Originum, cap. 2. Sunt tamen qvi hiberno tantum tempore id observare leones, dicunt, scilicet qvòd tunc facilius sit, ex impressis in nive vestigiis lustrum inveniri.

Sic Dominus noster.) Eadem leonis proprietate, diversa tamen allegoria usus est Nazianzenus in carmine de Virtute, his verbis:

—— πολλάκι δ᾽ αὖ τε
Ἐσθλοῦ τ᾽ ἠδὲ κακοῖο διάκρισιν ἐχθρὸς ἄμερσεν,
Ὥς θὴρ κερδαλέος τις ἑῶν ἴχνεσιν ἴχνια βάλλων,
Ὥς κεν θηρητῆρα καλῶς πλάξειε δόλοισιν.

id est, ex Billio:

Sæpe mihi rursus delectum subdolus hostis
Virtutis vitiiqve adimens, mea lumina fallit;
Ut fera signa pedum qva signis callida turbat,
Hac venatorem virtutis ludat ut arte.

Dionysius lib. 1. cœlestis hierarchiæ ex interpretatione Perionii: *Leonis qvidem figura declarare putanda est principatum, robur, invictumqve animum, vimqve qva contendunt pro virili sua ad divinitatis, qva*

abstrusa est nec explicari oratione ulla potest, similitudinem, insistentes spiritualium vestigiorum obscuritati, barathrisque angustiis, quarum mysterium enunciari non potest, via, qua divina luce illustrata ad eam ferre potest. Glyca (qvi annales ab ortu mundi ad Alexii Pulcri imperatoris usqve tempora scripsit) totum hunc locum ab Epiphanio mutuasse videtur his verbis: *Hoc etiam disce, leonem vestigia sua contrahere, quoties ipsum aliqui persequuntur; sic Dominus noster in terram descendens adventus sui tempus contraxit, diaboli causa, qui jam dudum virgines observabat.*

Cum feceris eleemosynam.] Matth. cap. 6. Sed qvî intelligi debeat praeceptum hoc circa eleemosynæ faciendæ modum optimè ac fusè explicuit Augustinus sermone sexagesimo de Tempore: qvo loco Dexteram, Amorem Dei interpretatur, Sinistram verò, à qva cavendum est nobis, vanitatem & cupiditatem seculi. Simili tropologia usi sunt Origen. Homil. 18. in Matth. Gregorius Magnus 1. Reg. 14. Ambrosius sermone 8. super Psalmum 118.

ΔΕΥΤΕΡΑ ΦΥΣΙΣ ΤΟΥ ΛΕΟΝΤΟΣ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

ΟΤΑΝ τέξηται τὸν αὐτῆς σκύμνον ἡ λέαινα ἄπνουν τε καὶ τυφλὸν τυγχάνοντα ἐμβλέπουσα, προσκαθέζεται προσέχουσα αὐτῷ τριήμερον. μετὰ δὲ τὸ συμπληρωθῆναι τὰς τρεῖς τῶν ἡμερῶν, προσπελάζων ὁ ἄρρην λέων καὶ ἐμφυσήσας αὐτῷ, καὶ εὐθὺς βλέπει καὶ ζῇ. ὅταν οὖν κοιμᾶται, γρηγοροῦσιν αὐτοῦ οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἀπὸ ἑπτὰ βημάτων τοῦ κυνηγοῦ προαισθάνεται καὶ διαδιδράσκει, τοῦ μὴ συνεμπεσεῖν αὐτῷ.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

ΟΥτω καὶ τὰ ἄπιστα ἔθνη διὰ τῆς τριημέρου ταφῆς καὶ ἐγέρσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀνέβλεψαν καὶ ἐζωοποιήθησαν. πρὸ γὰρ τοῦ βαπτίσματος νεκροὶ καὶ τυφλοὶ ὠνομάζοντο. διεβλέποντο δὲ ὑπὸ τῆς λεαίνης, τουτέστιν, ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἕως τῆς τριημέρου ταφῆς. ὅτε δὲ ἦλθεν ὁ ἄρρην λέων, τουτέστιν, ὁ ζῶν λόγος καὶ ἐνεφύσησεν εἰς αὐτοὺς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐζωοποίησεν αὐτοὺς καὶ ἀπῆρε πάντας ἐκ τοῦ ᾅδου.

ALTERA LEONIS PROPRIETAS.

CAP. II.

LEÆNA mortuum & cæcum edit catulum, juxta qvem defixos in illum habens oculos triduo cubat; his vero transactis leo accedit, & in catulum spirat, qvi statim & ad vitam revocatur, & lumen oculorum recipit. Cum verò dormit, evigilant ejus oculi, ita ut venatorem ab septem statiis præsentiat; ipsumqve fugit, neqve ab illo capitur.

INTERPRETATIO.

Sic gentes, qvæ non credebant, per trium dierum sepulturam & Domini nostri Jesu Christi resurrectionem respexerunt, & ad vitam revocatæ sunt. Ante baptismum enim & mortuæ & cæcæ dicebantur: verùm à leæna, id est, ab sancto Spiritu per triduum sepulturæ observabantur. Cum autem leo, hoc est, vivificum verbum venit, & in ipsos Spiritum sanctum inspiravit, ad vitam eos revocavit, & omnes ab inferno eduxit.

NOTÆ.

Mortuum & cæcum.] Ita edi leonem narrant Arist. & Plinius. sed Plutarchus in qvæstione, *Utrum Judæi, qvòd venerentur suem, an qvòd ab ipso abhorreant, abstineant se ejus carne;* ea ratione leonem ab Ægyptiis Soli sacrari ait, qvòd inter qvadrupedes, qvi ungves aduncos habent, solus pariat catulos qvi cernant. Et Democritus, apud Ælianum, inter animalia leonem solum oculis apertis nasci scribit, statim enim à partu strenuum qvid prodere. Orig. hom. 17. in c. 49. Geneseos, locū hunc citat in hæc verba: *Physiologus de catulo leonis hæc scribit: qvòd cùm fuerit natus, tribus diebus & tribus noctibus dormiat, tunc deinde patris gemitu vel rugitu tanqvam tremefactus cubilis locus suscitet catulum dormientem.* Isidorus eandem sententiam ex Origene exscripsit. Hujus verò rei rationem ex eodem Physiologo adserunt auctores, scilicet qvod cùm leones calidissimi sint natura, ut eorum fortitudo cum audacia & iracundia conjuncta indicat, fœtus autem ex generis temperie humiditatem contineat, siccitate complexionis & caliditate viscosior redditur, & maximè circa cerebrum prævalescente siccitate & animali spiritu adjuvante. unde nervis obstructis spiritus excluduntur, nec virtutes possunt actiones

ſuas movere. parentibus ergo rugientibus circa fœtum, ſpiritus per os & aures & meatus capitis ingreſſi præbent fœtui motum.

Apertis oculis.] Immò nunqvam ſoporem admittere aliqvi narrant. Ælianus caudam etiam cùm dormit movere ait, ut oſtendat ſe non omnino dormire: apertos tamen habere oculos, & Plutarchus dicto loco tradit, & Iſidorus & recentiores plurimi.

Sic gentes.] Pulchra eſt allegoria: nam Chriſti triduana ſepultura & glorioſa exſurrectio, typus fuit exſurrectionis noſtræ: nec ejus tantum qva in fine ſeculorum à morte corporis ad immortalem vitam reſurgemus; ſed cujus virtute per ſacrum lavacrum ad novam juſtitiæ vitam ex peccati morte vivificamur. Trina enim in aqva emerſio, rurſusqve ter facta ex aqva emerſio triduum ſepulturæ & glorioſæ exſurrectionis myſterium denotat. Id mirè explicuit Apoſtolus; *Conſepulti* inqvit, *ſumus cum illo per baptiſmum, ut quomodo Chriſtus ſurrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus.* Auguſt. ſermone 48, de Juda: *Baptiſmus Chriſti nobis eſt ſepulcrum, in quo peccatis morimur, criminibus ſepelimur, & veteris hominis conſcientia reſoluta in alteram nativitatem rediviva infantia reparamur.* Fulbertus Carnotenſis epiſcopus totam allegoriam (qvam omnes Græci Patres, præcipuè tamen Origenes in Paulo, & Baſilius in ſermone de baptiſmate agnoſcunt) fuſiùs tractavit in Epiſtola ad Adeodatum: *Sicut,* inqvit, *Dominus noſter JESUS Chriſtus tribus diebus & tribus noctibus corporaliter ſub terra ſepulchro conditus fuiſſe deſcribitur: ita homo ſub cognato terræ elemento trina vice demerſus operitur, ac ſic vitalis imitatione myſterii demergitur, ſepelitur, dum educitur, ſuſcitatur.* Videndus doctiſſimus Ludovicus Legionenſis Auguſtinianus, in libro De nominibus Dei.

DE URO.

Cap. III.

URUS, animal omnium maximum, ſimilis eſt bovi, duoqve habet cornua in modum ſerræ, eſtqve præ omnibus animalibus terribile aſpectu: itaqve proceras arbores qvatiens, illas diſſecat, ramosqve præſcindit, nec eſt ullum animal illo fortius. Paſcitur non longè ab Oceano, continuò verò ut bibit, veluti ebrius ludit, cornibusqve tanqvam bos terram petit. Eſt autem illic arbor dicta Tanus, viti ſimilis & alba ramis, qvos cùm urus, capite concutit, cornu vincitur. Accedit itaqve venator, & cornu alligatum deprehendit, illumqve opprimit.

INTERPRETATIO.

Tu igitur, ô ſpiritualis homo, conſidera qvanto te Uro generoſiorem fecerit Deus: loco enim duorum cornuum, duo tibi dedit teſtamenta, novum videlicet & vetus, qvæ cornua ſunt contra poteſtates adverſas, ut ne te circumveniat diabolus ait enim Propheta: Inte inimicos noſtros ventilabimus cornu.

ALTERA INTERPRETATIO.

Oceanus copiam divitiarum ſignificat, Tanus verò, vitæ voluptatem, qva implicitus homo fidem negligit. Venator igitur, hoc eſt, diabolus illum

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΟΥΡΟΥ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ.

Ὁ Οὖρος μέγιστόν ἐστιν ζῶον πολὺ ὑπερβάλλον τὰ ἕτερα, βοῒ παραπλήσιος, δύο κέρατα ἐν ἑαυτῷ πρίονι ὅμοια ἔχων, ἀυστηρὸς τῇ θεωρίᾳ παρὰ πάντα τὰ ζῶα, ὥστε τὰ μεγάλα δένδρα διακινηθόμενος τοῖς κέρασι διαπρίειν καὶ κλωνοκοπᾶν, καὶ οὐδὲν τῶν ζώων δύνασθαι ὑφ᾽ ἑαυτῷ ποιήσασθαι. νέμεται δὲ ὁ αὐτὸς οὖρος πλησίον τοῦ ὠκεανοῦ, καὶ εὐθέως μεθύσκεται, καὶ παλαίει πρὸς γῆν τοῖς κέρασιν ὥσπερ βοῦς. ἔστι δὲ ἐκεῖ δένδρον ἡ ὀνομαζομένη τάνυς, κλήματος μόρφωσιν ἔχουσα λευκοκλώνου· καὶ κινηθόμενος ὁ αὐτὸς οὖρος τὴν κεφαλὴν πρὸς τὰ ἔρνη τῆς τάνυος τὸ κέρας αὐτοῦ δέδεται ὑπ᾽ αὐτῆς. παραγινομένου τεγαροῦν τοῦ κυνηγοῦ, καὶ εὑρίσκοντος ἐμπεπεδημένον τῶν κεράτων, κρατεῖ αὐτόν.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Καὶ σὺ οὖν νοητὲ ἄνθρωπε, νόησον ὅτι οὔρου γενναιότερόν σε ἐποίησεν ὁ Θεός. ἀντὶ δὲ τῶν κεράτων δέδωκέ σοι τὰς δύο διαθήκας, τουτέστι, παλαιὰν καὶ νέαν διαθήκην, κεράτιον εἰς τὰς ἐναντίας δυνάμεις, ἵνα μὴ προσεγγίσῃ πρὸς σὲ ὁ πονηρός. εἶπε γὰρ ὁ Προφήτης, ἐν σοὶ τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν κερατιοῦμεν.

ΕΤΕΡΑ ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Ὠκεανὸς ἑρμηνεύεται τὸ μέγεθος τοῦ πλούτου, τάνυς δὲ ἡ ἡδονὴ τοῦ βίου. ἐμπλεκόμενος ὁ ἄνθρωπος εἰς τὰς ἡδονὰς τοῦ βίου ἀμελεῖ τῆς πίστεως. ἐπερχομένου δὲ τοῦ κυνηγοῦ, τουτέστι δια-

βόλου, καὶ εὑρίσκοντος αὐτὸν συμπλεκόμενον, καὶ ἀμελοῦντα τῆς πίστεως, κατακυριεύει αὐτοῦ.

aggreditur, qvem voluptatibus mancipatum, fidemqve negligentem inveniens, in suam potestatem redigit.

N O T Æ.

Urus.] Vox est Gallica, si Macrobio credimus: silvestrem bovem pletiqve interpretantur, aliqvi bubalum vocant, nonnulli cum bisonte confundunt: alii illos esse volunt qvos rhizes ex Iphicrate vocat Strabo. Apud Halbertum *urnus* legitur.

In modum serræ.] Figura cornuum diversa est à boum nostrorum cornibus, sed eximiæ magnitudinis, & ex qvibus pocula, qvæ in maximo precio sunt, confici auctor est Cæsar lib. 6. belli Gallici: Plinius ad plurimas alias delicias conferre scribit, qvas item narrat.

Non longe ab Oceano.] In Hercynia silva (ea est in Germania. Nigram silvam hodiè vocant) uros nasci dicto loco scripsit Cæsar: Strabo apud Hesperios Æthiopes: in omni Septentrionali plaga (si eosdem cum bisontibus esse dicamus) Solinus: Servius lib. 3. Georgicorum in Pyrenæo monte, ac proinde uros ἀπὸ τῶν ὀρῶν dictos; cui & Isidorus consentit. De illorum vi ac velocitate plura apud præcitatos auctores. Isidorus arbores solidas, & armatos milites cornib. eos allevare ait.

Tanus.] Sive *Tamus*: utrumqve enim legitur in Græco exemplari. Latinam vocem usurpavit, qvam Græci ἀγριάμπελον, sive ἄμπελον ἀγρίαν soluta compositione: sive, ut aliqvibus placet, οἰνάνθην vocant. Plinius fructum, taminiam unam, vitem ipsam, salicastrum appellat. Ex earum est vitium genere qvas Theophrastus & Dioscorides ἄμπελον λευκὰς vocant, ideoqve Physiologus hic λευκοκλῶνον appellavit, qvod nos *ramis albam* reddidimus. Ea credibile est uri cornua impediri; lento enim qvodam & glutinoso succo madet. Hæc dum videret Latinus Latinius meus, vir eruditione, doctrina, ingenio præstantissimus; Uri cornua vitis hujus ramis implicari facilè posse nos admonuit; iconemqve demonstravit tortuosis & spissis valde ramis. Sic in omni genere literaturæ excellit.

Duo testamenta.] Nota est allegoria; qvam in illud, *Vidi aliam bestiam ascendentem de terra, & habebat cornua duo similia agni*, Apocalyps. 13. usurpat Augustinus.

Tamus vita voluptatem.] Forsan ducta est allegoria (nam apud antiqvos Patres illam non legi) ab Hebræa significatione vocis hujus. Tamus enim sive Thamus, aut Thamnuz (pro Septuaginta nuper editi, & ibi scholium Theodoreti, habent) Adonis dictus est Veneris amasius, ut in c. 8. Jezechielis notat Hieronymus. Græcus textus habet: Καὶ ἰδοὺ ἐκεῖ γυναῖκες καθήμεναι, θρηνοῦσαι τὸν θαμμοῦς. & Tertullianus Hebræam ipsam vocem Latinam fecit, Contra Judæos: *Et ecce illic mulieres sedentes, plangentes Thamus.* Vulgata tamen editio *Adonidem* reddidit; videlicet ut per magis notam vocem rem explicaret: qvod & Septuaginta consulto fecisse. multa Hebræa ἐξελληνίζοντες observarunt, in Esa. cap. 3. Cyrillus & Theodoretus, & in extremo capite lib Jobi Olympiodorus. Sed & θαμνός, Latinè fruticem sonat. Qvare ad hasce ὁμωνυμίας forte alludens Epiphanius, silvestrem vitem (eam tanum, sive tamum, interpretati sumus) voluptatis symbolum fecit.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΛΕΦΑΝΤΟΣ. ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. Δ.

ΕΣΤΙ γὰρ ὁ ἐλέφας μέγιστον ζῶον, προβοσκίδα ἔχων τοῦ διαφθεῖραι τὰ ἐπερχόμενα αὐτῷ ζῶα· ὁμοίως καὶ τὴν βρῶσιν καὶ τὴν πόσιν διὰ τῆς προβοσκίδος αὐτοῦ κυβερνᾶται· οὐ γὰρ ἔχει ἁρμοσίας καὶ κύψας νέμεται, καὶ οὐ κάμπτει γόνατα. ἡ θῆλυς δὲ ζητεῖ βοτάνην τὴν λεγομένην μανδραγόραν, καὶ μεταλαμβάνει ἐξ αὐτῆς, καὶ εὐθέως πυροῦται καὶ πορεύεται πρὸς τὸν ἄρρενα, καὶ παραπεζεύουσα κομίζει αὐτῷ τὴν βοτάνην καὶ μεταλαμβάνει ὁ ἄρρην ἐξ αὐτῆς, καὶ εὐθέως πυροῦται, καὶ συγγίνεται τῇ θηλεῖ. ἐπερχομένου δὲ τοῦ καιροῦ τοῦ τεκεῖν, εἰσβαίνει εἴς τινα λίμνην τοῦ ὕδατος. τὸ ὕδωρ καταμετροῦσα ὡς τοῦ πλησιάσαι τοῖς μασοῖς, καὶ ταύτῃ γεννᾷ. ἢν γὰρ τέξηται ἐπὶ τῆς γῆς, ἀδυνατήσει ὁ σκύμνος ἐγερθῆναι ἀμοιρῶν ἁρμοσιῶν.

DE ELEPHANTE. CAP. IV.

ELEPHAS maximum est animal, proboscidemqve habet, qva qvæ ipsum adoriuntur animalia, percutit. Hac cibum & potum sibi subministrat, non enim habet compages, propensusqve pascitur, genua haud incurvans. Femina herbam qvæ mandragora dicitur, qværit, qvam gustat, coëundi cupiditate accensa, ad maremqve properans illam ipsi offert. Mas verò ut comedit, ardet libidine, & feminæ miscetur. Jam cum instat pariendi tempus lacum ingreditur, pertentatqve aqvam; qva mammillas usqve pertingente parit. Si enim in terram ederet fœtum, haud elevari posset, cùm membrorum compagibus careat.

INTERPRETATIO.

Manifestum est, primum parentem Adamum, non ut Evam obedientiæ lignum prægustasse: illa enim dedit viro; qvi ut comedit, sensit præceptum Domini transgressum esse. Qvis igitur partus? peccatum: & locus ubi peperit qvis? Paradisus.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Πρόδηλον δὲ ὅτι ὁ πρωτόπλαστος Ἀδὰμ οὐχ ὥσπερ ἡ Εὔα τοῦ τῆς παρακοῆς ξύλου προεγεύσατο ποριζομένη καὶ τῷ ἑαυτῆς γαμέτῃ, ὅστις μετὰ τὴν γεῦσιν εὐθέως τοῦ παραβεβηκέναι ᾔσθετο. τί δὲ ἐγέννησε; τὸ δὴ δήπου τὸ ἁμαρτάνειν. τίς γὰρ ἡ τῆς γῦνας λίμνη; ὁ παράδεισος.

NOTÆ.

Proboscidem habet.] Multus est (ut ait Physiologus) elephanto proboscidos usus: qvam & manum, & narem Ælianus, Plinius, & Aristoteles vocant. *Mandunt* ait, *spirant, & bibunt, odoranturqve haud impropriè appellata manu.* De elephantibus Pori Indorum regis narrat Alexandri historia: illos arma virosqve corripuisse, & rectoribus manu, id est proboscide, tradidisse. Apud Jobum cap. 40. multa scituqve digna de Behomot: qvo nomine elephantem designari, periti docent. Illustrat autem Jobi locum splendidissimum Hispaniæ nostræ lumen Benedictus Pererius lib. 4. Commentariorum Danielis.

Mandragoram.] Recentiores locum hunc ex auctore obscuro citant, & addunt, Orientem versus, ad proximum Paradiso locum, ubi hæc herba invenitur, elephantes proficisci. Vincentius: *Proli operam daturi, orientem versus pergunt, ad proximum Paradiso locum; ubi inventam mandragoram femina prior gustat, deinde persvasus ab ea mas, sic miscetur, & femina concipit.* Ubi interim noto, depravatè forsan ex Physiologo adduci vocem *Orientem*, aut interpretum, aut librariorum incuria, & pro ea reponendum esse, *Occidentem.* Theophrastus enim libro plantarum 6. cui & Plinius adstipulatur, de modo colligendi mandragoras agens, sic ferme scripsit: *Circumscribunt mandragoras gladio, secantqve, ad Occasum spectantes, jubent & alium saltantem tripudio circumagi, multaqve de venereis usu & re dicere.* Nisi velis ad Paradisi situm vocem *Orientem* referre. Inde autem proprietatis hujus ratio tracta est, qvòd mandragoræ ad ciendos amores facultas inesse credatur, ideoqve (auctore Dioscoride & Galeno) Circæa á nonnullis appellatur, denominatione videlicet sumpta á Solis & Perses nimphæ hujus nominis filia, qvæ conficiendorum philtrorum peritissima fuisse dicitur. Qvare infecundis mulieribus utilem esse plantæ hujus esum vulgo plurimi arbitrantur; illo maximè Geneseos loco adducti, ubi pro mandragoricis pomis unius noctis, cum Jacobo concubitum Lia á sorore Rachel pacta est, hæc vero (qvæ eò usqve sterilis fuerat) non multo pòst concepit. Accedit, in hac planta marem & feminam manifesta expressione sexuum reperiri, ac proterea *ἀνθρωπόμορφον* á Pythagora appellatam. Sed Augustinus lib. 22. contra Faustum hujus opinionis vanitatem scitè arguit, piaqve tropologia totum Geneseos locum interpretatur. Cùm nec desint, qvi Hebræam illam vocem, pro qva Latinus & Græcus interpres, *mandagoras* reddidit, magis propriè lilia significare dicant, eodemqve modo vertendum censeant Canticorum illud: *Mandragoræ dederunt odorem suum.* &c,

Ardet libidine.] Recte hoc addidit, ut germaniùs mysticum sensum eliceret. Esu enim vetiti pomi libidinosa voluptas generationis opus natura conseqvuta est, qva alias omnino caruisset. Vide Nicetam docte de hoc disserenrem in Nazianz. scholio 11. orationis de Baptismo. Qvinimo Adamus qvamdiu in Paradiso fuit, Evam non cognovit, ut Epiphanius noster lib. 2. Contra hæreses, Tertullianus De velandis virginibus, & alii plures tradiderunt. Hinc porrò orta est celebris illa qvæstio (qvam adversus Jovinianum elegantissimè tractat Hieronymus, & circa qvam à Latinis patribus Græci dissentiunt) *Utrum in Paradiso generandum esset, si nemo peccasset, vel utrum contra actum libidinis pugnatura illic fuisset traditio castitatis:* his enim verbis proponitur, apud Augustinum lib. 13. Civitatis, cap. 23. Videndus ad idem Moses Bar-Cepha Syrus in libro de Paradiso cap. 25.

Constat primum parentem.] Michaëlus Glyca cujus mentionem fecimus, in hunc Epiphanii libellum sine dubio inciderat, integrum enim hoc caput operi suo inseruit, in hæc verba: *Nec ad venerem* (ex fide porrò Levvenclaii) *elephantus accedit, qvemadmodum harum rerum periti tradunt, nisi mandragoram degustet; nam prius qvam hoc fiat, nullam coitus libidinem experitur. Qvapropter femina sumptam mandragoram comedit; eandemqve mari porrigit, & hoc pacto ad consvetudinem veneream accedunt. Hoc autem manifestò referri ad homines illos primum conditos debet: nam & illi ante ligni vetiti degustationem, libidinibus superiores erant. Verùm post eam, cum Eva rem Adamus habuit, eaqve Cainum peperit,* Hactenus Glyca.

Peccatum. Paulus ad Romanos 5. *Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt.* Insignis autem extat apud Theophanem Nicæum locus in elegantissima epistola de Sacerdotio ad clerum, ubi mala qvæ ob peccatum Adami humanum genus conseqvuta sunt, eleganter recensentur. Verùm cùm hujus epistolæ, aliarumqve hujus patris qvæ nondum evulgatæ sunt, editionem jam urgeam, hæc tunc ex fonte candido lectori haurire licebit.

ΠΕΡΙ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΛΑΦΟΥ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε΄.

ΕΣΤΙ ἡ δὲ ἔλαφος μόρφωσιν ἔχουσα ἀγρίας δορκάδος· τὸ δὲ κέρας αὐτῆς τρίαρχον, κατὰ τὰς τρεῖς ἀνακαινίσεις. ζῇ δὲ ἔτη πεντήκοντα, καὶ διατρέχει ὡς καλὸς δρομεὺς τὰς νάπας τῶν ὑλῶν, καὶ τὰς φάραγγας τῶν ὀρέων, καὶ ὀσφραίνεται τὰς ὀπὰς τῶν ἑρπετῶν, καὶ τὸν ὄφιν ὅπηπερ διατρίβοντα παραχρῆμα γιγνώσκει, καὶ εὐθέως τίθησι τὴν ῥῖνα αὐτῆς ἐπὶ τὴν θύραν τῆς ὀπῆς, καὶ ἀναιρεῖ τὴν πνοὴν, καὶ ἐξιὼν ὁ ὄφις εἰσβαίνει εἰς τὸν λάρυγγα τῆς ἐλάφου, ἡ δὲ καταπίνει αὐτόν. διὰ τοῦτο ἔλαφος ὀνομάζεται, διὰ τὸ ἑλεῖν τοὺς ὄφεις ἐκ τοῦ βάθους. τρέχει γὰρ ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, καὶ ἢν μὴ τρεῖς ὥρας γεύσηται τοῦ ὕδατος, τελευτᾷ. εἰ δὲ εὕρῃ ὕδωρ, πάλιν ζῇ ἔτη πεντήκοντα. διὰ τοῦτο εἶπεν ὁ προφήτης· ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, οὕτως ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου πρὸς σὲ ὁ Θεός.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Καὶ σὺ οὖν, νοητὲ ἄνθρωπε, τρεῖς μὲν ἀνακαινίσεις ἔχεις. τούτων ἡ μὲν ἐστὶ τὸ βάπτισμα τῆς ἀφθαρσίας, ἡ δὲ τὸ χάρισμα τῆς υἱοθεσίας, καὶ ἡ μετάνοια. καὶ ὅτε εὕρῃς τὸν ὄφιν ἐν τῇ καρδίᾳ σου (τουτέστι τὴν ἁμαρτίαν) δρομαῖος χώρει ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, ἤγουν ἐπὶ τοὺς κρουνοὺς τῶν γραφῶν (κατὰ τὰς ἑρμηνευούσας προφητείας) καὶ πίε ὕδωρ ζῶν, τουτέστι τὸ ἅγιον δῶρον. κοινωνῶν γὰρ ἐν μετανοίᾳ, ἀνανεώσῃ σαυτὸν λοιπὸν διὰ τῆς αὐτῆς, καὶ τεθανατωθήσεται ἡ ἁμαρτία.

DE CERVO.

CAP. V.

CERVUS similis est silvestri capreæ: illius cornua tribus ramis distinguuntur, ut & triplex est ejus vitæ reparatio. Vivit enim annos qvinqvaginta, nemorúmqve silvas, & montium valles, ut velocissimus cursor contento gradu perlustrat, serpentiúmqve cavernas odorè indagat; & sicubi serpens delitescit, è vestigio subodoratur, statimqve nares ad limen cavernæ admovet, halitúmqve trahit: prodiens igitur serpens in fauces cervi sese ingerit, ille obvium devorat, qva de causa appellationem sortitus est, videlicet qvòd ex imo serpentes ad se attrahat. Postqvam autem serpentem excavernis cepit, illico ad aqvarum fontes decurrit: qvòd si trium horarum spatio aqva se explere non potest, moritur: sin autem aqvæ potus obtingat, ad annos denuo qvinqvaginta vitam protrahit. Unde propheta David: Sicut desiderat cervus ad fontes aqvarum, sic desiderat anima mea ad te Deus.

INTERPRETATIO.

Tu igitur, spiritualis homo, tres habes restaurationes, baptismum scilicet incorruptionis, filialis adoptionis gratiam, atqve pœnitentiam, si qvando serpentem, id est, peccatum intra cordis recessus deprehenderis, ad fontes aqvarum, hoc est, ad scripturarum scaturigines statim confuge, sanctam videlicet gratiam (qvemadmodum Prophetæ interpretantur) hauri: nam si pœnitentiam egeris, ab ea iterum deleto penitus peccato, reparaberis.

NOTÆ.

Tribus ramis.) Albertus incertum esse scribit qvot ramos (ipse culmos appellat) cervinum cornu producat, sed Aristoteles, *Bimis*, inqvit, *cornua primùm oriuntur simplicia & recta ad subularum similitudinem, qvamobrem subulones per id temporis eos vocant: trimis bifida exeunt: qvatrimis trifida, atqve deinceps ad hunc modum procedit numerus usqve ad annum sextum. ab hoc similia semper prodeunt, ita ut non sit dignoscere ætatem ramorum numero.* Et Solinus: *Pro ætate ramos augent: id incrementum per sex annos perseverat. denique numerosiora non possunt esse cornua, possunt crassiora.* Cui opinioni favet & Plinius lib. 8. cap. 22.

Serpentiumq; cavernas.) Freqventissima est hujusce cervinæ proprietatis mentio apud omnes naturalium rerum scriptores: qvam & nonnulli cervis cum elephantis communem esse tradunt. Plinius enim: *Elephantorum anima serpentes extrahit, cervorum item urit.* Verùm in assignanda ratione qva id fiat, non satis convenit. Nam Ælianus lib. 2. cap. 9. *Mirifico*, ait, *qvodam munere natura cervus serpentem*

funditus vincit, nec enim ipsum tametsi bostis in latebram abditus effugere potest, etenim ille naribus suis in serpentis cavernam incumbens, vehementissimè inspirat, spiritu suo quasi amatorio quodam alliciens extrahit, invitumque profert, &c. Græcorum autem Geoponicorum collector lib. 19. cap. 5. diversam causam adducit, Xenophontémqve testem citat, qvòd cervus serpentem spiritu afflans qvasi afficiat vertigine, & sic attrahendo rapiat. Porrò ejusdem proprietatis Ecclesiastici auctores non rarò meminerunt, qvam diversis mystagogiis variis in locis exornarunt. Tertullianus libro De pallio, cùm mundanarum rerum vicissitudines longa inductione probet: *Tacto;* ait. *cervum, qvod & ipse ætatis suæ arbiter, serpente pastus, veneno languescit in juventutem.* Sed & Origenes lib. 1. contra Celsum, & in cap. 15. Matthæi, & in Canticum Canticorum homil. 3. prolixa satis narratione cervinæ naturæ allegorias perseqvitur. Et docet nunc virum justum cervi nomine (qvod apud omnes sanctos Patres triviale est) nunc Christum ipsum intelligi. Vide patrum commentarios in cap. 7. Jobi. Psalm. 28. & 41. & 103. Proverb. 5. Cant. 2. 3. & 8.

Appellationem sortitus est.) ἔλαφος enim ἀπὸ τοῦ ἐλαύνειν τοὺς ὄφεις. Plutarchus in libello de animantium comparatione: *Elephos*, ait, *Græcè nomen cervis inditum est non à celeritate, sed à serpentis tractione serpitioneque.* Sanctus Athanasius in qvæstionibus cap. de Actu, ejusdem etymologiæ auctor est. Isidorus autem Latinam vocem, Festum secutus à Græco vocabulo κέρας derivavit.

Sicut desiderat.) Glossa, qvam ordinariam vocat, in hunc locum: *Cervus senio gravis, excrescentibus pilis & cornibus, serpentem naribus haurit, mox haustu æstuat veneno, unde fontem ad bibendum ardentissimè desiderat, qvo poto pilos & cornua deponit.*

Baptismum incorruptionis.) τὸ βάπτισμα ἀφθαρσίας. incorruptionis vel immortalitatis baptismum vocat, qvòd illius beneficio à peccati morte ac corruptione liberemur, ut hæredes simus secundum spem vitæ æternæ, qvapropter regenerationis lavacrum meritò appellatur ab Apostolo. Optatus lib. 5. contra Parmenianum: *Baptismus virtutum est vita. criminum mors, nativitas immortalis, cælestis regni comparatio, innocentiæ portus, peccatorum naufragium.*

Filialis adoptionis gratiam.) Est hæc secunda post protoplasti lapsum hominis reparatio, qvæ & illius prioris effectus est: nec enim tantùm criminum labes sacro lavacro absterguntur, verùm simul filiorum Dei adoptionem illius virtute conseqvimur, Christo videlicet conjuncti, illiusqve membra effecti, de illius plenitudine accipimus, id est, renovationis spiritu plenè in nos effuso, divinæ gratiæ consortes sumus, & virtutes omnes à capite Christo derivatæ animis nostris infunduntur. Hoc præ aliis disertè explicuit Nazianzenus dum duarum vocum χάρισμα καὶ σφραγὶς, qvibus qvasi synonymice Baptismus significatur, diversam vim docet. Porrò χάρισμα (Latinè gratia, donum, munus redditur) ad peccatorum condonationem spectat, σφραγὶς autem, id est signaculum, obsignatio, sigillum ad virtutum, qvas qvasi obsignat, sigillat, servat, & confirmat, acqvisitionem. Locus est in oratione εἰς τὴν ἀδελφὴν Γοργονίαν, qvi sic habet: καὶ μόνη σχεδὸν (agit autem de sorore Gorgonia qvæ tardiùs ad baptismum accesserat,) ἵν' εἴπω τολμήσας, σφραγὶς ἀλλ' οὐ χάρισμα ἦν τὸ μυστήριον: *& penè soli (ut audacter loqvar) sigillum non gratia erat initiatio,* qvasi dicat Gorgoniam ante susceptum baptismum ita piè vixisse, ut baptismus illi non tamen esset χάρισμα id est, peccatorum (qvibus non admodum erat infecta) condonatio, qvam σφραγὶς, id est, virtutum, qvas multo tempore & studio acqvisierat, sigillum: Vide scholium Billii in illum locum.

Pœnitentiam.) Qvæ altera est hominis instauratio, ac proinde secunda post naufragium tabula meritò appellata.

Sanctam videlicet gratiam.) Alludit ad Locum Esaiæ cap. 12. vel Hieremiæ 2. ubi aqvarum nomine sacram scripturam mysticè interpretantur patres, ut contra, per Ægyptiacas aqvas in sangvinem versas vana Philosophorum dogmata. Videndus præ aliis Origenes. Exod. cap. 7. homil. 4.

DE AQVILA.

CAP. VI.

AQVILA volucrum regina, à longissima vita denominationem accipit, vivit enim annos centum. Cùm verò senescit, rostrum ei incurvatur, caligantqve oculi, ita ut nec videre possit, nec cibum capere. igitur in altum sese attollit, & in præruptam se projicit rupem, ad qvam rostrum allidit, & se frigidis immergit aqvis, adversusqve solares radios se opponit, tuncqve ex oculis cadunt lippidines, ac iterum juvenescit.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΕΤΟΥ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛʹ.

ΕΣΤΙ γὰρ ὁ ἀετὸς βασιλεὺς τῶν ὀρνέων. ἀετὸς δὲ καλεῖται διὰ τὴν πολυετίαν αὐτοῦ. οὗτος μὲν ζῇ ἔτη ἑκατόν. καὶ γηράσαντος γρυποῦται ὁ μυκτὴρ, καὶ ἀμβλυώττουσιν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ, τοῦ μὴ ὁρᾷν, καὶ οὐκ ἰσχύει φαγεῖν. ἀνέρχεται δὲ εἰς ὕψος λίαν, καὶ ῥίπτει ἑαυτὸν ἐπὶ ἀκροτόμους πέτρας, προσκρούσας αὐτῇ τὸ ῥάμφος, καὶ λούεται εἰς τὴν ψυχρὰν λίμνην, καὶ κάθηται κατὰ τὸ ἡλιακὸν θερμόν. πίπτουσι δὲ λεπίδες ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ πάλιν ἐς νέους τελεῖν ἄρχεται.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Καὶ σὺ οὖν νοητὲ ἄνθρωπε, ὅταν πολλὰ ἁμαρτήσῃς, ἄνελθε εἰς ὕψος, τουτέστιν εἰς τὸ συνειδός σου. καὶ ῥῖψον σε κατὰ πέτραν, ἤγουν εἰς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, κλαῦσον τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν σου. ἐν τῇ λίμνῃ καθαρίσθητι ταῖς δακρυρροαῖς σου. θερμάνθητι κατὰ τὸν ἥλιον, ἤγουν κατὰ τὴν ἐκκλησίαν, καὶ κατὰ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, σπεῦσον τὴν ταχίστην ἐπὶ τὴν θέρμην τῆς μετανοίας. ῥῖψον ἀπὸ σοῦ τὰς λεπίδας τὰς ἁμαρτίας, καὶ πάλιν ἀνακαινισθήσεται, ὡς ἀετοῦ, ἡ νεότης σου, καὶ δίκαιος ὀνομάσῃ παρὰ τῷ Θεῷ.

INTERPRETATIO.

Tu igitur, ò ſpiritualis homo, cùm multitudine peccatorum fueris oppreſſus, in altum aſcende, hoc eſt, in tuam ipſius conſcientiam, atqve te ad petram, ſcilicet ad fidem orthodoxam projice, defle peccatorum tuorum multitudinem, & perpetuis te aqvis, id eſt, lachrymis abſtergens, Solis radiis incaleſce, hoc eſt, in cœtu fidelium, & in ſancto Spiritu ad calorem pœnitentiæ propera, lippidines, id eſt, peccata abjice, ſtatim enim renovabitur ut Aqvilæ juventus tua, & juſtus vocaberis apud Deum.

N O T Æ.

A longiſſima ætate.) ἀετὸς enim ἀπὸ τοῦ αἰῶνος, id eſt, ævo, ſive ἀπὸ τοῦ ἔτους, id eſt anno. Athanaſius, ἀετὸς διὰ τὸ πολλάκις ἀνακαινίζεσθαι καὶ πολλὰ ζῆν. *Aqvila, qvòd ſæpe renovatur, & multos vivit annos.* Iſidorus Latinam vocem ab acumine oculorum deduxit, Feſtus autem ab acutè volando, ſive à colore fuſco & ſubnigro.

Cum vero ſeneſcit, &c.) Alii aliter hanc renovationem aqvilæ narrant: Hieronymus: *Aqvila, ubi conſenuerit, gravantur pennæ & oculi, qværit illa fontem, erigitque pennas, calorem in ſe colligit, eo modo ſanantur oculi, in fontem ſe ter mergit, atque ad juventutem redit.* Sanctus Auguſtinus: *Dicitur aqvila, cùm ſenectute corporis preſſa fuerit, immoderatione roſtri creſcentis, cibum capere non poſſe, pars enim roſtri ejus ſuperior, quæ ſupra partem inferiorem aduncatur, cùm præ ſenecta immoderatiùs creverit longitudo ejus incrementi, non eam ſinit os aperire, ut ſit aliqvod receptaculi intervallum inter inferiorem partem & uncum ſuperiorem: niſi enim aliqvod intervallum pateat, non habet morſus qvaſi forcipem, unde velut tondeat quod transmittat in faucee. creſcente itaque ſuperiore parte & nimis aduncata, non poterit os operire, nec aliqvid capere, hoc ei facit vetuſtas. prægravatur languore ſenectutis, & inopia comedendi langveſcit nimis, utraque re, ætate & egeſtate accedente. Itaqve modo quodam naturali in menſura reparanda qvaſi juventutis, aqvila dicitur collidere & percutere ad petram ipſum qvaſi labrum ſuum ſuperius, quo nimis creſcente, edendi aditus claudi-tur: atque ita conterendo illud ad petram excutit, & caret priori roſtri onere, qvo cibus impediebatur: accedit ad cibum & omnia reparantur, & eſt poſt ſenectutem tanqvam juvenis aqvila. redit vigor omnium membrorum, nitor plumarum, gubernacula pennarum, volat excelſa ſicut antea. fit in ea qvadam reſurrectio.* Hactenus Auguſtinus. Rabbi David (à recentioribus citatus) ex Sahadia his non diſſimilia de aqvila narrant. Vincentius item in hæc verba: *Aqvila cum ſenecta gravatur, nubes omnes volatu ſublimi ſuperat, unde calore ſolis, oculorum ejus caligo conſumitur: & mox cum impetu, ipſo caloris æſtu, deſcendens, aqvis frigidiſſimis tertiò immergitur, indeqve reſurgens ſtatim nidum petit, & inter pullos jam validos ad prædandum in qvalitate frigoris & caloris qvaſi qvadam febri correpta cum ſudore qvodam plumas exuit, & a pullis ſuis fovetur ac paſcitur. donec pennas plumasqve recuperans innovatur.*

Ad petram.) Nota eſt metaphora: qvam Hieronymus in comment. Matthæi cap. 16. Auguſtinus lib. 2. de Trinitate, & in Pſalmum 26. atqve alibi freqventer ſancti Patres notant, nam διὰ τὴν στερεότητα. Fides appellatur petra, qva etiam ratione Chriſtus ſidei auctor petra ab Apoſtolo vocatur. Sed & Simon, qvi fidei magiſter & Eccleſiæ caput a Chriſto conſtitutus fuit ob hoc ipſum Cephas appellatus eſt. Cepham enim Syri & Hebræi (vel auctore Hieronymo) petram vocant. Vide Turrianum libro 2. pro Apoſtolicorum Pontificum epiſtolis cap. 6. qvi adverſus Centuriatores Magdeburgicos doctè ac fusè locum hunc tractat.

Renovabitur ut Aqvila.) Pſalmo 102. verſ. 5. qvo loco Euthymius: *Depones debilem ſenectam qvam morbi & peccata contraxerant,* ὡς ἐκεῖνος τὸ γῆρας τῶν ἑαυτοῦ πτερῶν, *ſicut ille ſenectam alarum. Renovaberis per pœnitentiam.* ὡς ἐκεῖνος διὰ τῆς παλιμφυΐας πτερῶν. *ſicut ille per alarum repullulationem.* Cùm autem hæc ſit freqvens apud Patres allegoriæ iſtius uſurpatio, Theodorus Heracleenſis (is enim eſſe creditur commentariorum illorum auctor) aliter locum hunc interpretatur, verba ſunt: Οὐ τοῦτο βούλεται εἰπεῖν ὅτι ἀνακαινίζεται ὁ ἀετός. οὐ γὰρ ἀνακαινίζεται εἰ μὴ μόνον (ὥς φασιν) ὁ Φοῖνιξ τὸ ὄρνεον· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ὁ ἀετὸς δοκεῖ βασιλεύειν τῶν πετεινῶν ἁπάντων, βούλεται εἰπεῖν. ἡ ἡ παλαιότης ἡμῶν ἡ ἐν Βαβυλῶνι ἀνακαινισθήσεται εἰς βασιλείαν αὖθις, ὥσπερ ἦν ποτε. διὰ γὰρ τοῦ ὀρνέου τούτου ἡ βασιλεία αἰνίττεται. *Non hoc dicit qvòd aqvila renovetur. renovatur enim, ut aiunt, tantum Phœnix avis sed qvia aqvila imperare videatur omnibus volucribus, ait ſenectutem noſtram Babyloniam, ad regnum inſtauratum iri denuò, qvemadmodum fuimus aliqvando. per aqvilam ſiqvidem regnum ſignificatur.*

DE VULTURE.

CAP. VII.

VULTUR cunctis avibus voracior est: qvadraginta enim diebus cibo abstinet, qvem cùm invenit, totidem se ex illo libris ingurgitat, itaqve qvadragenariam abstinentiam qvadragenaria ingluvie compensat.

INTERPRETATIO.

Tu igitur spiritualis homo, qvi in qvadragesimali jejunio Dominicam resurrectionem expectas, noli ventri fœdè indulgere, ne qvadragesimalis abstinentiæ meritum perdas.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΓΥΠΟΣ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Ο ΓΥΨ, ὄρνεόν ἐστι, τῇ ἥττῃ τῆς γαστρὸς τὰ πάντα ὑπερακοντίζον. οὗτος ἀπασίαν ἄγει τεσσαράκοντα τῶν ἡμερῶν, ἣν δὲ λαχὼν τύχῃ ἐδέσμασιν, ἐσθίει λίτρας τεσσαράκοντα, καὶ ἀναπληρεῖ τὴν τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν ἀσιτίαν.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Καὶ σὺ νοητὲ ἄνθρωπε ὃς ἀπασίαν ἦγες ἡμέρας τεσσαράκοντα, προσκαρτερῶν τὴν τοῦ Κυρίου ἀνάστασιν, μὴ θέλῃς γαστριμαργίᾳ χολάζειν, ἵνα μὴ ἀποβάλῃς τὴν τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν νηστείαν.

NOTÆ.

Voracior.) Hinc porrò proverbiales illæ locutiones: *Edacior vulture. Si vultur es, cadaver expecta*, hisqve similes, qvæ in helluones. & præ nimia avaritia divitum hæreditatum captatores usurpantur. Mart.

Amisit pater unicum Silanus:
Cessas mittere munera Oppiane?
Heu, crudele nefas, malaqve Parca:
Cujus vulturis hoc erit cadaver?

Qva figura Origenes etiam est usus (etsi illam aqvilæ cæterisqve volucribus qvæ ex rapto vivunt æqvè convenire scribat) homilia VII. in Leviticum: *Non manducabis*, inqvit, *hæc qvia immunda sunt, aqvilam & vulturem & his similia: his etenim avibus semper mortuorum corporum cibus est, & ex mortuis cadaveribus vivunt, omnes ergo qvi hujusmodi vitam gerunt, immundi habendi sunt. Ego puto & illos in his nominari, qvi alienis imminent mortibus, & arte qvadam & fraude testamenta subjiciunt, hujusmodi enim homines vultures & aqvilæ meritò appellantur, velut mortuorum cadaveribus inhiantes.* Hactenus Origenes.

Qvadraginta diebus.) Non legi proprietatis hujus auctorem: nisi placeat (qvod nonnulli probant) vulturem eundem esse cum gypæto, qvod genus est aqvilæ. Etenim gypætum (qvem solum ex aqvilis, cadaveribus vesci testatur Aristoteles) multis diebus jejunare scribunt. Cæterùm illa est vulturis proprietas & sacris & prophanis scriptoribus freqventissima, qvòd ex vento absqve maris concubitu vultures feminæ concipere existimentur. cujus ex Græcis Basilius, ex Latinis Ambrosius in commentariis Hexaëmeri, meminerunt. Hinc Valentiniani (auctore Irenæo, & Tertulliano) imaginarios qvosdam Sophiæ concubitus argumentabantur: sacri verò auctores conceptionis Deiparæ virginis puritatem conjiciunt. Basilius dicto loco, & illo antiqvior Origenes contra Celsum: *Præterea (ait) dicendum ad Græcos non credentes Jesum natum de Virgine, mundi opificem in animantum genitura tam varia, satis declarasse, potuisse si libuisset, in unoqvoqve animali, qvod in aliis fecerit, atqve etiam in homine facere. Reperiuntur autem inter animantes qvædam feminæ qvæ maris congressum prorsus nesciunt, sicut produnt de vulturibus ii qvi scripserunt de naturis animalium: nihilominus hoc animal perpetuat successionem sui generis. Qvid igitur mirum si volens Deus divinum qvendam magistrum generi hominum mittere, fecit, ut vice seminationis qvæ fit ex congressu maris & feminæ, alia qvadam ratione consuleretur futuro partui?* Hactenus ille. Sed & Cyrillus Alexandrinus in Iambis nondum vulgatis (qvos nos ab eodem illo naturæ miraculo Gulielmo Sirleto habuimus) περὶ ζώων ἰδιότητος καὶ φυτῶν ad Sergium in eandem sententiam scripsit.

Τίς αἰετόρῳ τὰς γῦπας ἐξάγει τόκῳ,
Θήλεος παρ' αὐτοῖς οὐχ ὑπούσης ἄρρενος,
Οἱ τὴν καθ' ἡμᾶς πυρφοροῦσιν παρθένον
Δεικνῦντες αὐτὴν, ὡς ἐφικτὸν ὀρνέοις;
Ἔδει γὰρ οἶμαι τοῦ τοσούτου θαύματος
Ἔχειν ἀμυδρὰς ἐμφάσεις.

Qvæ nos verbum verbo omninò reddentes, servata tamen metri lege, sic vertimus.

Qvis vultures educit absqve semine
Partu, marito, non subacta femina,
Perlucidam nostram exhibentes Virginem
Ipsam, ut volucribus licet? nam oportuit
Miraculi obscuras habere imagines
(Ut credo) tanti.

Ne quadragesimalis.) Eadem esse videtur celebris illius homiliæ hypothesis, qva magnus Basilius populum suum a nimiis comessationibus, qvibus die Paschatis, jejunio transacto indulgebat, dehortatur: titulus est κατὰ μεθυόντων. qvod Volaterranus, habita ratione totius argumenti, περιφραστικῶς reddidit: *In ebrietatem & luxum qvibus die Paschæ populum affectum vidit.* In ea autem plena est energiæ sententia illa, nec à nostro proposito aliena: μία ἑσπέρα, καὶ μία προσβολὴ τοῦ ἐχθροῦ πάντα τὸν πόνον ἐκεῖνον διέλυσε καὶ ἠφάνισε. *Vesper unus, impetus inimici unus, omnem præteritum laborem prodit atqve diruit.* eodem interprete.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΕΛΕΚΑΝΟΣ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

ΕΣΤΙ γὰρ ἡ πελεκὰν φιλότεκνον ὄρνεον παρὰ πάντα τὰ ὄρνεα. ἡ δὲ θήλεια καθέζεται ἐν τῇ νεοττιᾷ, φυλάσσουσα τὰ τέκνα, καὶ περιθάλπει αὐτὰ ἀσπαζομένη, καὶ κολαφίζουσα ἐν φιλήματι, ὀπὰς ταῖς πλευραῖς κατεργάζεται, καὶ τελευτῶσι. καὶ μεθ' ἡμέρας τρεῖς, παραγινομένου τοῦ ἄρρενος πελεκᾶνος, καὶ εὑρίσκοντος αὐτὰ τεθνηκότα, ὀλοφύρεται τὴν καρδίαν λίαν. πεπληγμένος δὲ τοῦ πόνου, κολαφίζει τὴν ἰδίαν πλευρὰν, καὶ ὀπὰς αὐτῇ ἐμποιεῖ, καὶ καταρρεῖ αἷμα, ἐπιστάζων ἐπὶ τὰς πληγὰς τῶν τεθνηκότων νεοσσῶν, καὶ οὕτως ζωοποιοῦνται.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

ΟΥτω καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, λόγχῃ τὴν πλευρὰν αὐτοῦ ἤνοιξε, καὶ εὐθέως ἐξῆλθεν αἷμα, καὶ ὕδωρ. ἐπέσταξεν τὸ αἷμα ἐπὶ τοὺς τεθνηκότας νεοσσοὺς, τουτέστι τὸν Ἀδὰμ, καὶ τὴν Εὔαν, καὶ τοὺς λοιποὺς προφήτας, καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς θανόντας, καὶ ἐφώτισε τὴν οἰκουμένην, καὶ ἐζωοποίησεν αὐτοὺς διὰ τῆς τριημέρου ταφῆς, καὶ ἐγέρσεως αὐτοῦ. διὰ τοῦτο ἐλάλησε διὰ τοῦ προφήτου, ὡμοιώθην πελεκᾶνι ἐρημικῷ.

DE PELECANO.

CAP. VIII.

PRÆ omnibus volucribus pelecanus prolis est amans, femina nido incubat, pullos suos custodiens, ipsosqve fovet complectiturqve, & nimiis osculis sauciat, perforat itaqve illorum latera, & illi moriuntur. post tres verò dies accedit mas pelecanus, & mortuos invenit pullos, & valde angitur doloreqve impulsus proprium latus percutit, ac terebrat, emanatqve sangvis, qvem super mortuorum pullorum vulnera instillat, qvi sic vitæ restituuntur.

INTERPRETATIO.

Sic Dominus noster Jesus Christus, cujus latus lancea aperuit, continuoqve sangvis & aqva exivit, super mortuos filios hoc est Adamum & Evam cæterosqve Prophetas & super omnes mortuos sangvinem suum fudit, universumqve mundum illuminavit, & per triduanam sepulturam ac resurrectionem suam ad vitam illos reduxit, qvapropter per Prophetam dixit: Similis factus sum Pelecano solitudinis.

NOTÆ.

Pelecanus.) Hunc Plinius Plateam, Cicero Plataleam, Hieronymus & Eucherius Onocrotalum vocant: pietatis autem in filios, Ægyptiis theologis symbolum fuit, cujus rei causa ex Horo colligitur, qvi circa illarum venationem ita ferme scripsit, *Pelecanus nidificat in scrobe in terra, quod non ignorantes aucupes, bubulo stercore locum circumlinunt, ignemqve succendunt: ea verò fumum aspiciens aggreditur ignem alis extingvere, verumtamen ei tantum abest ad extingvendum astutia, ut magis magisq; sua tanqvam ventilatione incendat, idcircoq; alis exustis capiatur.* Ælianus autem ea ratione hunc Pelecanorum adversus filios amorem conjectat, qvòd (idqve & Herodios etiam facere ait) cùm aliunde cibus non suppetit, esculenta qvæ prius ederant evomant, & in educandos fœtus convertant, pullisqve imperitis ad volandum duces sint. lib. 3. Historiæ cap. XXII. Sed horum in Aristotele nulla penè mentio: freqventior verò de Pelecanis ἐν τοῖς ποταμοῖς γινομένοις. id est, fluviatilibus, tam in loco περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, qvam περὶ ζώων ἱστορίας. ubi docet, qvomodo solidas conchas devorent, qvas calore concoctas, ob idqve dehiscentes, evomant, & carnem testis abjectis edant. Simile qvid est apud Cyrillum in Iambis:

Τίς πελλεκᾶσιν ἀντὶ λόγχης τὸ στόμα
Ἔτοις διωργάνωσε μακρηκοντίοις,
Καὶ χάσμα τούτοισ' ἐξεπλεῖγε παμφάγον,
Πρὸς τὰς ἀπλήστους ἁρπαγὰς τῶν ἰχθύων;

Qvæ sic forsan reddi possunt.

Qui platalearum rostrum in modum lanceæ
Externis aptavit longumque hastilibus,
Et voraginem ipsis operuit omnivoram
Ad inexplebiles rapinas piscium.

Perforat itaque.] A serpentibus Pelecanorum filios occidi, & parentum sangvine vivificari auctor est Hieronymus, sive epistolæ ad Præsidium auctor. Ab Isidoro cap. de Avibus, in hunc modum hac de re agitur: *Fertur, si verum est, Pelecanum occidere natos suos, eósque per triduum lugere, deinde seipsam vulnerare, & aspersione sui sangvinis vivificare filios.* Eadem ferè sunt apud Augustinum in commentario ad Psal. 101. & Greg. super Psal. V. Pœnitential. Ex Alberto autem idem ferè colligitur, nisi qvod a filiis provocatos parentes (qvos illi mox, ut adolescunt, in faciem percutiunt) impatientes injuriæ, colaphis rostrorum eos cædere, & interficere dicit, qvibus addit, post sangvinis effusionem adeò debilitari Pelecanum, ut de nido exire non valeat, & pulli pro sua ac parentis cibatione evolare cogantur. Verùm horum qvidam propter ignaviam aut impietatem in parentem, exire nolunt, & pereunt, qvidam autem seipsos qvidem pascunt, parentem verò penitus negligunt, qvi ut convalescit, pios filios nutrit, impios verò abjicit, & contemnit. Sed isthæc (ut & ipse Albertus agnoscit) nullo aut experimento, aut veteri probato testimonio affirmari possunt. Qvare verius puto hanc pelecani figuram rostro pectus saucientem ac supra pullos sangvinem instillantem, pro arbitrio pictorum hucusqve nobis exhibitam, nec ullam hujusce naturæ avem usqvam esse: partimque ex Æliani loco de pietate ejusdem avis in filios, partim ex Horo, qvi vulturem scripsit femora sauciare, & ex fluenti sangvine pullos pascere, hoc omne fuisse effictum. Qvod & Hebræorum sententia comprobatur, qvi fatentur ingenuè. nescire se qvæ avis sit Pelecanus. At liberum esto (qvid enim impediamus) & inventis pro libitò uti, & nova (si cui placuerit) etiam addere.

Sic Dominus.] Nulla est in suggestis anagogia hac freqventior, in excusis autem homiliariis tertio qvoqve verbo, qvin & in ipsis templorum, suburbium ac rusticanorum prædiorum parietibus, post Christum crucifixum Pelecano proximus datur locus, ut notissimæ scilicet redemptionis nostræ adumbrationi. Bene qvidem: Christo enim Salvatori mirificè prædicta hujus avis natura convenit. Nec multum interest, si de illius veritate dubitetur. Augustinus post Hieronymum tropologiam omnem eleganter, etsi cum præfatione semper, uti virum scientissimum decebat, illustravit. *Sed qvomodo congruat Christo* (inter alia ait) *qvod ipsa parens Pelecanus occidat filios suos? An & illi non congruit: Ego occidam, & ego vivificabo? ego percutiam & ego sanabo? An vero Saulus persequutor moreretur, nisi de cœlo percuteretur? Aut prædicator excitaretur, nisi illius sangvine vivificaretur?* Et Michaëlus Glyca cùm de hujus avis pietate in sobolem agit, & ferè qvæ diximus adferat, ita ad Christum illam comparat: *Etenim Pelecanus est ipse Christus, nidus, paradisus, pulli, primum conditi homines, serpens insidiator, ipse Diabolus, virus serpentis, fraus diaboli, mors à Deo diremptio atqve separatio, paterna affectio, Dei verbi facta nostrum causa naturæ humanæ assumptio, alarum supra pullos expensio, Christi super conditos illos primum homines in crucem sublatio, laterum pulsatio, divini lateris punctio, qvam seqvuta est sangvinis vitæ fontem continentis distillatio.*

Ad vitam illos reduxit.] Paulus ad Hebræos 10. eleganter explicuit, qvis fuerit passionis Christi effectus: nam etsi sancti illi antiqvi patres in fide venturi Christi, justitiæque operibus æternam salutem meruissent, tamen qvo minus illam adipiscerentur, commune naturæ peccatum obstabat. Hoc itaqve sangvine, ex passione Christi remotum est, post cujus sacrosanctam resurrectionem cœli aditus patuit: hæc enim est illa fiducia, qvam in introitu sanctorum in sangvine Christi habere nos dicto loco jubet Apostolus. Videndus Thomas 3. parte, qvæst. 48. & 49.

Similis factus sum Pelecano.] Psalmo 101. versu 7. Qvem tamen locum de mœrore amaritudinéqve afflicti hominis, aut ob nimiam peccati pœnitentiam contriti, cui gravis ac molestus sit strepitus turbæ, publicique conspectus freqventia, ut plurimum interpretantur auctores. ferunt enim aves has in desolationibus, locis devastatis: ac saltibus aviis habitare. Arnobius? *Factus sum sicut Pelecanus, avis illa, qvæ non habitat nisi in desertis, habens escas veneno eremi & incultis amaritudinibus plenas.*

DE PERDICE.

CAP. IX.

PERDIX prolis fecunda est. constructo enim nido singulis diebus ova parit. nec verò proprii ventris sufficit illi fœtus; verùm aliarum avium discurrens suffuratur ova, & ad nidum suum illa defert.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΕΡΔΙΚΟΣ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ´.

ΕΣΤΙΝ ἡ πέρδιξ πολύτεκνος. νεοττοποιησαμένη δὲ πορεύεται ἡ θῆλυς, καὶ γεννᾷ τὰ ὠὰ καθ᾽ ἑκάστην· καὶ οὐκ ἀρκεῖ αὐτῇ τῆς ἰδίας γαστρὸς ὁ τόκος, ἀλλὰ κλέπτουσα τὰ ὠὰ τῶν ἀλλοτρίων, φέρει αὐτὰ ἐπὶ τὴν νεοττιὰν αὐτῆς.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Καὶ σὺ ἐν νοητὲ ἄνθρωπε, ὅταν πολλὰς ἐλεημοσύνας ποιήσῃς, μὴ ἀρκέσωσί σοι, ἀλλὰ δράμε εἰς ἑτέρας ἐντολὰς, καὶ πλήθυνον σφόδρα τὴν νεοττιάν σου· τουτέστι, ἅγνισον τὴν καρδίαν σου, καὶ σκλήρυνον λίαν σε κατὰ τῶν ἐναντίων δυνάμεων.

INTERPRETATIO.

Sic tu, ſpiritualis homo, ſi multas feceris eleemoſynas, nec tibi ſatis eſſe putes, ſed ad alia præcepta feſtina, & nidum tuum abunde imple, hoc eſt, cor tuum expia, & te adverſus contrarias poteſtates valde muni.

NOTÆ.

Prolis fecunda.) Clearchus apud Athenæum, qvendam refert duos perdices in Anaphen (ea eſt Cretici maris inſula, hodie Namphio dicta) inveniſſe, ex qvibus tanta perdicum vis enata eſt, ut incolæ de inſula relinqvenda periclitarentur. Harum autem avium fecunditatis illam rationem adduxit Philoſophus in libris περὶ τῶν ζώων γενέσεως: qvòd videlicet excrementis abundent, ob idqve minus ſint volaces, ac ſalaces plurimum, & qvæ coitu & partu alias ſuperent: καὶ τίκτει τῶν τοιούτων τὰ μὲν πολλὰ τὰ δὲ πολλάκις. πολλὰ μὲν οἷον, ἀλεκτορὶς, καὶ πέρδιξ, καὶ στρουθὸς ὁ λιβυκός. *Et pariunt ex his alia complura, alia ſæpe. complura, gallina, perdix, ſtruthio Libycus.*

Singulis diebus ova pariunt.) Ælianus lib. 3. cap. 15. *Septem diebus nidum conſtruunt: ſeptem dies conſumunt in pariendo: ſeptem pullos nutricantur:* Gilio interprete.

Suffurantur.) Ad hunc maximè locum ſpectant Hieremiæ Prophetæ cap. 17. verba illa: *Clamavit perdix, incubavit qva non peperit, fecit divitias & non in judicio: in dimidio dierum ſuorum derelinqvet eas, & in noviſſimo ſuo erit inſipiens.* Ubi Hebræi interpretes hanc ipſam de perdice proprietatem narrant. Hieronymus: *Perdix aliena ova calefacit, ſi propria furto amiſerit: ſed cùm creverunt in nidis pulli, evolant, & ad parentes ſuos redeunt, ementitum omittentes.* Eadem ſunt apud Ambroſium commentariis Hexaemeri, & ferè apud Aug. contra Fauſtum lib. 13. Iſidorus verò Originum 12. cap. 7. ſic ait, *Perdix adeò fraudulenta eſt, ut alteri ova diripiens foveat: fraus fructum non habet: deniqve dum pulli vocem propriæ genitricis audierint, naturali quodam inſtinctu hanc qvæ eos fovit, relinqvunt, & ad eandem qvæ genuit revertuntur.*

Sic tu ſpiritualis homo.) Contra Origenis doctrinam, ad perdicis exemplum pium hominem hoc loco efformavit Epiphanius, nam ille Homilia 4. Hieremiam qværit an in bonam vel in malam partem intelligentiam perdicis referre debeamus, & cùm de malignitate, fraude, obſcænaqve hujus avis libidine plura ſcribat, tandem concludit: *Si igitur malignum, ſi immundum, ſi doloſum hoc animal eſt, impium videtur ad meliorem partem hujus referre nomen, & ad Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti intelligentiam temperare. magis autem convenit mala Zabulo adjungere, & ſuper adverſario lectionem intelligere præſentem,* &c. poſt qvæ Diabolo atqve ejus miniſtris Valentino, Baſilidi, & Marcioni perdicis proprietatem convenire latè probat, ſed & Philaſtrius in præfatione libri de hæreſibus ſic ait: *De Hæreſeon diverſa peſtilentia, variiſqve erroribus, qvi ab origine mundi emerſerint & ſub Judæis defluxerint, & ex qvo venit Dominus noſter Jeſus Salvator in carne, pullulaverint, dicere oportet, numerumq; earum paulatim exponere, inimicumqve humani generis perdici fuiſſe à Hieremia Propheta non immeritò comparatum agnoſcere; qvi cùm infecunditatem patiatur, ſæpius aliorum furtim fœtus incubans, qvaſi ſuos jam fovet ac vindicat filios, usqve ad tempus aliqvod: cumqve eis jam tempus ætatis diſcernens accreverit, tunc amiſſis falſis parentibus, jura parentum ſenſu proprio recordantes, palamqve oculis intuentes, ſeqvi eos amplius non demorantur: qvorum cauſa nobis ſimilitudo hæc denunciata eſt, qvod diabolo relicto impietatis cauſa, ejus qvi orbem terrarum ſua ſub ditione eum tenere putaret: poſtqvam vero Chriſto parente à nobis viſo ac recognito, omiſſa falſitate parentis mendaciſſimi, jam veri parentis Chriſti veſtigia ſeqvi omnis homo non moratur, agnoſcens qvotidie per ænigma: compleri enim cognoſcimus prophetiam Hieremiæ beatiſſimi ita dicentem. Clamavit perdix, collegit qvæ non parturit, faciens ſibi divitias non cum ſapientia, in medio dierum derelinqvens eum, & in poſtremo erit inſipiens.* Hactenus Philaſtrius.

Contrarias poteſtates.) Pravos ſpiritus intelligit, qvos eodem nomine ſignificavit Paulus glorioſos reſurgentis Chriſti triumphos deſcribens, cap. 2. ad Coloſſenſes, ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, ἐδειγμάτισεν ἐν παῤῥησίᾳ θριαμβεύσας αὐτοὺς ἐν αὐτῷ. *Spolians Principatus & poteſtates, traduxit confidenter palam, triumphans illos in ſemetipſo.*

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΡΥΓΟΝΟΣ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι.

ΕΣΤΙ ἡ τρυγὼν φίλανδρον ὄρνεον παρὰ πάντα τὰ πετεινὰ καὶ πορεύονται ἀμφό-

DE TURTURE.

CAP. X.

INTER omnes aves, conjugis amans eſt turtur. mas & femina unà vo-

lant, pullosqve procreant: si verò morte separantur, ad finem usqve vitæ viduitatem custodiunt.

περὶ ἄῤῥεν καὶ θῆλυ, καὶ νεοσσοποιοῦσιν ἀποζευχθέντων δὲ αὐτῶν, φυλάσσουσι τὴν μονογαμίαν, ἕως τέλους τῆς ζωῆς αὐτῶν.

INTERPRETATIO.

Sic tu, spiritualis homo, cùm peccatis onustus, tempus esse pœnitendi judicaveris, abjice prava opera, nec novis te sordibus, id est, peccatis implices, sed unico conjugio contentus esto: videlicet intra proprii tori limites te contine, ut in secundo adventu mansionem invenias.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Καὶ σὺ οὖν νοητὲ ἄνθρωπε ὅταν πληθῆς ἀνομιῶν, καὶ δόξῃ σοι καιρὸς τοῦ μετανοῆσαι, ἀπόβαλλε τὸ κακουργεῖν, καὶ μὴ περιπέσῃς εἰς ἕτερον ῥύπον, τουτέστιν εἰς ἑτέραν ἁμαρτίαν ἀλλὰ φύλασσε τὴν μονογαμίαν σου, τουτέστι τὸν ὅρον τῆς γυναικός σου, ἵνα εὕρῃς μονὴν ἐν τῇ δευτέρᾳ παρουσίᾳ.

NOTÆ

Viduitatem custodiunt.] Conjugalem turturum castitatem Ælianus commemorat: sed & Aristoteles hanc illis esse cum columbis (nam & *τρυγόνα* genus esse *περιστερῶν* ex eodem philosopho voluit Athenæus) communem proprietatem scripsit, Isidorus inter pudicas aves connumerat. Albertus de his loqvens, *Post primum* (inqvit) *conjugem, secundum nesciunt.* Cyrillus verò in Iambis, de Porphyrione agens:

Πόθεν δὲ διττοὺς ὥσπερ ἡ τρυγὼν γάμους
Τοῦ Πορφυρίωνος φύσις βδελύττεται;
Ὃς κἂν παρ' ἡμῖν εἰσίδῃ μαχλάδα,
Λιμῷ τὸ σῶμα τήκεται τεθλιμμένος,
Θέλγων δὲ πότμῳ μηδὲ τὴν θέαν ἔχειν
Λάλῳ σιωπῇ σωφρονίζει τὸν βίον.

qvæ (carminis non habita ratione) ita sonant:

Qui à duplicibus qvemadmodum turtur nuptiis,
Porphyrionis abhorret natura?
Qvi si qvando apud nos scortum viderit.
Incdia corpus macerans, tabescit,
Séqve lustrat, ut ne visum meretricium habeat.
Loqvaci silentio modestam instituit vitam.

Porrò (ut hoc obiter) de eximia Porphyrionis (is est qvem Hispani *Calamòn* vocamus, corrupta vulgò ut arbitror voce, cùm potius *Talamon* a thalami custodia, ut & putat Hermolaus, dici debeat) castitate, qvi viso vel adulterio. vel ipso tantùm adultero, aut inedia, ut ait Cyrillus, aut suspendio vitam finit: plurima apud Oppianum, Athenæum, & Ælianum lector deprehendet. His verò qvæ de turture diximus, & sanctus Bernardus & recentiores illud addunt, in siccis ac truncis ramalibus turturem amisso compari insidere, & limpidam aqvam ad potum turbidare.

Intra proprii thori limites te contine.] Sic Basilius magnus Homilia 8. in Hexaëmeron, & in oratione de intemperantia & incontinentia, *Turturem* (ait) *si qvando à conjuge disjunctus fuerit, numqvam cum alio inire in posterum societatem dicunt, sed cælibem sine conjugio manere, alterius societatem evitando, cum superioris conjugis memoriam habeat. Qvid ergo esse potest nobis infelicius, qvi non solum conjugibus nostris similem amorem non exhibemus, sed contra Domini præceptum, erecta cervice, scintillantibus oculis, fucato & ementito colore vultus, incedimus?* &c. Eadem ferè sunt apud Basili fratrem Gregorium, in comment. in Cantica, cap. 2. & apud Origenem. & Gregorium Magnum, dicto loco, Cyrillum in Leviticum lib. 2. Hieronymum adversus Jovinianum lib. 1. Augustinum lib. 16. Civitatis cap. 24. Nazianzenus autem in præceptis ad virgines, ex interpretatione Billii.

Ut semel est dulci turtur viduata marito.
Extractum gemit assiduè, luctuqve reqvirit.
O vere sapiens volucris: mortalibus autem
Qvanto virginitas tandem præstare putanda est?

Sed & Michaëlus Glyca annalium parte prima totum ferè Basilii locum exscripsit. Tradunt (ait) turturem à compari sejunctam, ob conjugis prioris memoriam nullius alterius societatem admittere. Dictum hoc mulieribus esto; vitæ nimirum puritatem ab ipsis etiam brutis animantibus indecoræ plurium nuptiarum appetitioni præferri.

In secundo adventu.] Videlicet Domini nostri Jesu Christi, hoc est, censorio die; freqvens enim est sacris auctoribus hæc dicendi phrasis. Nazianzenus in apologia cur in Pontum fugerit, difficile ajebat esse verba commodè facere de religionis nostræ mysteriis, id est, de typis, de veritate, de testamentis, *καὶ Χριστοῦ παρουσίας πρώτης τε καὶ δευτέρας. de Christi primo & secundo adventu.* Hippolytus in oratione De consummatione mundi, *Ab scripturis (ait) duplicem adventum Christi ac Salvatoris nostri discimus. prior*

qvidem secundum carnem abjectus fuit, eò quòd ille humilis apparuerit: posterior prædicatus est gloriosus, quoniam veniet è cœlis cum potentia, cum angelis, & gloria Patris.

Mansionem invenias.) Græcè ἀνεύρῃς μονὴν, qva voce electorum sors & beatitudinis discrimina à sanctis patribus declarantur. ut ex Joannis illo: Ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσιν. Vide insignem Basilii locum in libro περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, cap.16. qvem citat & illustrat Anastasius Nicænus qvæstione 84. in scripturam.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΦΟΙΝΙΚΟΣ. ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

ΦΟΙΝΙΞ τοῦ ταῶνος ὡραιοτέρα ὑπάρχει. ὁ ταὼν γὰρ χρυσίῳ, καὶ ἀργυρίῳ καταπετάσας τὰς πτέρυγας κέκτηται. ἡ δὲ Φοῖνιξ, ὑακίνθου καὶ σμαράγδου, καὶ λίθων πολυτελῶν. τιάραν γὰρ φέρει ἐπὶ τὴν κεφαλὴν, καὶ σφύρας κατέχει ἐπὶ τοῖς ποσὶν αὐτῆς. ἡ Φοῖνιξ τῆς Ἰνδίας ἐγγὺς κοιτάζεται, καὶ ἀμφὶ τὰ πεντακόσια ἔτη τὸν βίον διάγει εἰς τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου ἄβρωτος, καὶ ἄποτος, τρέφεται δὲ ἐκ πνεύματος. καὶ μετὰ τὰ πεντακόσια ἔτη ἀναμέσας ἐμποιεῖ τὰς πτέρυγας αὐτῆς ἀρωμάτων, καὶ ὅταν σημανῇ ὁ ἱερεὺς τῆς Ἡλιουπόλεως, ἐγείρεται ἐκ τοῦ ἰδίου τόπου, καὶ πορεύεται πρὸς τὸν ἱερέα, καὶ εἰσερχομένη εἰς τὸν ναὸν μετὰ τοῦ ἱερέως, εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον, καὶ πάντα τὰ μέλη αὐτῆς, σποδὸς γίνεται. τῇ δὲ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ εὑρίσκει αὐτὴν πτερυγουμένην οὖσαν. τῇ τρίτῃ δὲ ἀναπεπλησμένη πτερύγων ἀσπάζεται τὸν ἱερέα, καὶ ἀνακαινιζομένη ἀπέρχεται πάλιν εἰς τὸν ἴδιον τόπον.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Καὶ πῶς οὖν οἱ παράνομοι Ἰουδαῖοι ἠπίστησαν τὴν τριήμερον ἀνάστασιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐπείπερ τὸ ὄρνεον διὰ τριῶν ἡμερῶν ἐζωοποιήθη, καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τῷ τρόπῳ οὐκ ἐδύνατο ἐγεῖραι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν; διὰ τοῦτο ἔλεγεν ὁ Προφήτης· δίκαιος, ὡς Φοῖνιξ, ἀνθήσει.

DE PHOENICE. CAP. XI.

PHOENIX avis pavone pulchrior est. pavo enim aureas argenteasqve habet alas: phœnix verò hyacinthinas, & smaragdinas, preciosorumqve lapidum coloribus distinctas, coronam autem habet in capite & in pedibus malleolos. Prope Indiam degit. vivit autem annos qvingentos, & in cedris Libani absqve cibo & potu, vento pascitur, ac post qvingentos annos alas aromatibus implet, & cum Heliopoleos sacerdos sacrificia inchoat, è proprio egreditur nido, ad sacerdotem pergit, unaqve templum ingreditur usqve ad sacrarium, & in cinerem tota consumitur. seqventi autem die alis renatis reperitur. tertia verò die jam integra sacerdotem salutat restaurataqve iterum ad proprium locum redit.

INTERPRETATIO.

Cur igitur Judæi iniqvi, Domini nostri Jesu Christi triduanam resurrectionem non crediderunt, cùm avis trium dierum spatio ipsa se suscitet? aut qvomodo seipsum à mortuis suscitare non potuit, cùm de illo dixerit Propheta: Justus ut Phœnix florebit?

NOTÆ.

Pavone pulchrior.) Philostratus (ut ait Joan. Tzetzes) Phœnicem etiam cum pavone comparavit: *Philostratus* (ait) *in vita Apollonii Phœnicem avem per omnem vitam unicam scribit, quæ pavone formosior sit, & major citra collationem, & auri colore splendidior.* Lactantius autem, sive carminis illius de Phœnice auctor:

Effigies inter pavonis mista figuram
Cernitur, & mistam Phasidis inter avem.

Albertus pavonis caput Phœnici tribuit.

Phœnix hyacinthinas & smaragdinas.) Elegantissima qvidem est apud eundem Lactantium istius avis descriptio, ab illo versu: *Principio color est,* &c. qvam qvod longiuscula sit, hîc non subjiciam: Apud Plinium sic legimus: *Æthiopes, atque Indi discolores maxime & inenarrabiles ferunt aves: & ante omnes nobilem Arabia Phœnicem, haud scio an fabulosè, unum in toto orbe, nec visum magnopere. Aquila narratur magnitudine, auri fulgore circa collum, cætera purpureus, cæruleam roseis caudam pennis distinguentibus, cristis faciem, capútque plumeo apice cohonestante.* Tacitus annal. lib. 6. Fabio & Lucio Vitellio coss. id est,

ab v. c. 787. in Ægyptum Phœnicem venisse refert, eumqve luculenter describit, & totius proprietatis meminit.

Vivit annos qvingentos.) Varii sunt auctores in explicanda Phœnicis vitæ periodo, Plinius sexcentos sexaginta annos vivere, ait: Solinus qvingentos qvadraginta: Philostratus (teste Volaterrano lib. 25. Philologiæ) sexcentos: Rex Æthiopiæ in epistola ad Romanum Pontificem trecentos tantum: Herodotus, Tacitus, Orus, S. Aurelius Victor, Ovidius, Ælianus, Albertus, recentioresqve de qvingentis consentiunt: alii, eodem Tacito auctore, mille qvadrigentos sexaginta unum, at Joan. Tzetzes ne parcus erga Phœnicem videretur, ex Chæremone Ægyptio sacrarum litterarum scribæ, sex & septem milibus annis vivere illum (fides penes auctorem stet) constanter affirmat.

Absqve cibo & potu, veneo pascitur.) Plinius: *Neminem ajunt extitisse qvi viderit vescentem.* Ovidius.

—— nec fruge nec herbis.

Sed thuris lacrymis & succo vivit amomi.

Heliopoleos sacerdos.) Heliopolis Ægypti urbs est, qvam Solis urbem vocat Plinius; hodie Bethsemes appellari in eandem significationem voce composita auctor est Ortelius. Porro totam avis hujus historiam abunde ex præcitatis auctoribus disces: etsi illi non multum inter se consentiant; in sola videlicet conflagratione, novâqve Phœnicis instauratione conformes. Libet autem Alcimi Aviti Viennensis Archiepiscopi non invenustum qvidem, ut ætas illa ferebat, de Phœnice carmen subjicere, qvòd tale est:

Hic qvæ donari mentitur fama Sabæis
Cynnama nascuntur, vivaxqve colligit ales,
Natali cùm fine perit, nidóqve perusto
Succedens sibimet qvæsitâ morte resurgit:
Nec contenta suo tantum semel ordine nasci,
Longa veternosi renovatur corporis ætas,
Incensámqve levant incendia crebra senectam.

Seqventi autem die.) Albertus: *Igne vi in cinerem vertitur, die altero vermem ajunt in cinere nasci, qui alio die tertia assumptis intra paucos dies in avem pristina figura commutatur & avolat.*

Restaurata.) Aristides de Smyrna beneficio M. Aurelii Imperatoris reædificata: ἡ πόλις ἀναφύεται μεταβαλοῦσα τὴν ἡλικίαν, ἡ αὐτὴ παλαιά τε καὶ νέα φαινομένη, ὥσπερ τὸν Φοίνικα ἀναβιώσκεσθαι λόγος αὐτὸν ἐξ αὑτοῦ. id est, *Repullulat civitas deposito senio, vetus eadem & nova: qvemadmodum dicunt Phœnicem ex seipsa reviviscere*, atqve alibi de eadem: γέγονε δὲ παλαιοτάτη καὶ νεωτάτη, ἡ αὐτὴ ἑαυτὴν ἀνανεωσαμένη, καθάπερ τὸν ὄρνιν φασὶ τὴν ἱερὸν id est, *eadem urbs & antiqvissima & novissima, juventa assumpta, facta est, qvod de sacra ave ajunt.* Extat ejusdem argumenti Martialis epigramma:

Qvaliter Assyrios renovant incendia nidos.
Una decem qvoties secula vixit avis.

Ad proprium locum redit.) Artemidorus lib. De insomniis cap. 49. atqve alii etiam locum ex qvo Phœnix evolet in Ægyptum & ad qvem mox revertatur ignorari ajunt. Artemidorum autem transscripsit Suidas in verbo Φοῖνιξ.

Cur igitur Judæi.) Clemens Romanus lib. 5. Constitution. totam Phœnicis historiam narrat, eaqve adversus Stoicos utitur ad universæ carnis exsurrectionem probandam, concludit enim (doctissimo illo æternæ memoriæ sene Francisco Turriano interprete) *Si ergo (ut ipsi ajunt) in ave rationis experte resurrectio apparet, qvid nostra calumniantur?* Clementem ad idem citat Cyrillus catech. 18. de Resurrectione. Tertullianus verò hac de re agens: *Accipe* (ait) *plenissimum atqve firmissimum hujus speciem, illum dico alitem Orientis peculiarem, de singularitate famosum, de posteritate monstruosum, qui semetipsum lubenter funerans, renovat, natali fine decedens atqve succedens iterum Phœnix. Ubi jam nemo, iterum ipse: qui non jam, alius idem. Qvid expressius atqve signatius in hanc causam? aut cui alii rei tale documentum?* Sed & Epiphanius noster in ancorato eisdem penè verbis, qvibus hic utitur, hujus avis naturam descripsit, & similiter Resurrectionem ex ea probat. Sanctus item Ambrosius libro de fide resurrect. & in 5. Hexaëmeron, eodem argumento utitur. Æneas item Platonicus ad idem: *Præterea* (ait) *& Phœnix avis ultra qvingentos annos vivere dicitur. Ea vero ubi fuerit mortua & resoluta, vivere putatur. Succurrit multitudo animantium, qvæ ex corruptione cepere principium.* Nazianzenus autem in præceptis ad virgines, pii animi qvi pœnitentia doloréqve mortificatus, per gratiam iterum revivisceit, Phœnicem symbolum fecit. Idémqve in Oratione ultima de Spiritu sancto, adversus Arianos Eunomianosqve hac similitudine Trinitatis mysterium explicat. Ambrosius Psal. 118. Cyprianus & Rufinus in symbolo ad probandum Christi ex virgine sine virili semine nativitatem, idem exemplum adducunt. Pythagorici in μετεμψυχώσεως suæ fidem adhibent: qvò spectat tota illa apud Ovidium avis hujus ecphrasis.

Justus ut Phœnix florebit.) Psal. 91. vers. 12. Ubi Latinus interpres rectè *Palma* reddidit: ὁμώνυμα enim sunt, utrumqve autem translatè dicitur ἀπὸ Φοίνικος χρώματος. Etenim (ut ait Gellius) palmæ arboris fructus non admodum calore concocti, spadicei vel phœnicei, id est, rubei & qvasi sangvinei sunt, ipsa verò avis qvia hoc colore est, ita vocatur, Plinio & Isidoro auctoribus. Lactantius autem ab ipsa ave arborem denominat, qvod non probo. Tertullianus supra citatus in libro de Resurrectione eundem ex Davide locum allegat, & *Phœnix* vertit.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΑΩΝΟΣ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒʹ.

ΕΣΤΙΝ ὁ ταὼς τερπόμενον ὄρνεον παρὰ πάντα τὰ πετεινά. ἔςι δὲ μορφόχρεος, καὶ πτερύγων ὡραιῶν. περιπατῶν γὰρ ὁρᾷ αὐτὸν τερπόμενον, ἐγκεκυφεῖαν δὲ ἔχων τὴν κεφαλὴν ὑποβλέπει. ὅταν δὲ ἴδῃ τοὺς πόδας αὐτοῦ, φωνεῖ ἀγρίως, αὐτοὺς ἀνομοίως ἔχειν πρὸς τὸ λοιπὸν μέρος τοῦ σώματος φάσκων.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Καὶ σὺ οὖν νοητὲ ἄνθρωπε, ὁρῶν τὰς ἐντολάς σου, καὶ τὰ ἀγαθά σου, τέρπου, καὶ ἀγάλλου· ὅταν δὲ ἴδῃς τοὺς πόδας σου, τὰ ἁμαρτήματά σου, φώνησον, καὶ κλαῦσον πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ μίσησον τὴν ἁμαρτίαν, ὥσπερ ὁ ταὼς τοὺς πόδας, ἵνα δίκαιος τῷ νυμφίῳ φανῇς.

DE PAVONE.

CAP. XII.

PAVO inter omnes volucres avis est jactabunda. corporis enim forma atqve alis pulcher est. Cùm ambulat, se ipse lætitia exsultans intuetur, demittit verò caput, & in terram oculos conjicit: cùm autem suos conspicit pedes graviter vociferatur, scilicet qvòd illi cæteris corporis sui partibus non respondeant.

INTERPRETATIO.

Tu igitur, spiritualis homo, præcepta & bona tua videns delectare, & exsulta: cùm verò pedes, id est, peccata aspexeris, vociferare, & coram Deo desle atqve odio habe peccatum, qvemadmodum & pavo pedes, ut sponso justus appareas.

NOTÆ.

Corporis enim forma.) Pulchra est pavonis descriptio apud Lucianum in Oratione de domo: nec inelegans in Dione Chrysostomo ἐν ὀλυμπικῷ ἢ περὶ τῆς πρώτης τοῦ Θεοῦ ἐννοίας. At omnibus certe & brevior, & venustior apud Tertullianum in libro de pallio, cujus sunt verba: *Pavo pluma vestis, & qvidem de cataclitis, immo omni conchylio depressior, qua colla florent, & omni patagio inauratior, qua terga fulgent, & omni syrmate solutior, qua cauda jacent, multicolor, & discolor, & versicolor, nunqvam ipsa, semper alia, etsi semper ipsa qvando alia: toties denique mutanda, quotiens movenda.* Qvæ verò sint cataclita, qvid patagium, qvid syrma, optime explicuit Turnebus, & dicto Tertulliani loco scholium Jacobi Pamelii.

Lætitia exultantem.) De hac pavonum philautia, plurima apud Aristotelem, Plinium, Oppianum Ælianum, cæterosqve hujusce argumenti scriptores.

Suos conspicit pedes.) Meritò Julius Scaliger 238. exercitatione, Cardanum notat, qvi aniculares hasce fabellas (ut ipse ait) de pavone narrat; Et si non sit infreqvens apud recentiores alios hæc pavonis proprietas? a qvibus nec dissonant multum, qvæ ex Theophrasto Pierius adduxit libro 24. illis verbis ἀλλὰ περιιδὼν, &c. si modò hac de re loqvutus est Theophrastus. Pierium consule.

Præcepta tua.) Id est, divinam legem tibi impositam: hæc enim Christiano homini veri gaudii causa non mediocris esse debet. De qva, legis videlicet divinæ, mandati, præceptorum, testimoniorum, eloqviorum, justificationum (nam hæc omnia synonymicè usurpantur à regio Psalte) præstantia, & ad ingenerandam in animis hominum istam lætitiam facultate, tertio qvoqve verbo apud eundem Prophetam extant testimonia. Paulus autem ad Romanos 7. Συνήδομαι γὰρ τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον. *Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem.*

Pedes, id est, peccata.) Mystica illa Christi in novissima cœna ante sacrosanctum suum agonem pedum discipulorum ablutio significavit, inqvinamenta sordesqve animi, imperfectiones, & carnalia desideria, veros cœlestis magistri discipulos, confessionis ac pœnitentiæ lavacro abluere oportere: sic (ne in re vulgari lectorem morer) doctè ac fuse explicat Origenes in commentariis illius loci.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΟΦΕΩΣ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ.

Ο ΧΡΙΣΤΟΣ εἶπεν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, γίνεσθε φρόνιμοι, ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί. ὁ Φισιολόγος ἔλεξε περὶ τοῦ ὄφεως, ὅτι πολλαὶ φύσεις εἰσὶν ἐν αὐτῷ.

DE SERPENTE.

CAP. XIII.

AIT Christus in Evangelio, Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Physiologus in serpente plures inesse naturæ proprietates ait.

Prima serpentis proprietas.

Cùm senio gravatur, caligant illi oculi; & cùm iterum iuvenescere parat, qvadraginta diebus cibo abstinet, & tandem emollita cute, qværit petram per cujus foramen magno nisu contendens pronúsqve transire nititur, cutēmqve exuit, qva deposita gaudet, atqve iterum iuvenescit.

Πρώτη φύσις τοῦ ὄφεως.

Ὅταν γηράσκῃ ἀμβλύνονται αὐτοῦ οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἐὰν ἀνανεάζειν ἑαυτὸν βούληται, νηστεύει ἡμέρας τεσσαράκοντα, ἕως ἂν τὸ δέρμας αὐτοῦ χαυνωθῇ, καὶ εὑρίσκει πέτραν, καὶ ῥαγαδασεύει, προκύψας δὲ διὰ τῆς ὀπῆς ὠθεῖται πιᾶσαι, καὶ ἐκβάλλει τὸ γῆρας, καὶ ἀποβαλὼν αὐτὸ τερπωλὴν παρέχει νεανίσκων.

INTERPRETATIO.

Et tu, spiritualis homo, si per angustam & arctam viam veterem mundi senectutem deponere vis, corpus tuum jejunio macera: Est enim angusta porta, & arcta via qvæ ducit ad regnum cœlorum.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Καὶ σὺ νοητὲ ἄνθρωπε, ἐὰν θέλῃς τὸ πάλαι ποτὲ γῆρας τοῦ κόσμου ἀποβαλέσθαι, διὰ τῆς στενῆς, καὶ τεθλιμμένης ὁδοῦ, διὰ νηστείας τὸ σῶμα μάστισον· στενὴ γάρ ἐστιν ἡ πύλη, καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἐπάγουσα εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

NOTÆ.

In Evangelio.) Locus est apud Matthæum capite 10. ubi Apostolos novam Evangelii lucem annunciaturos mundo, salutaribus præceptis divinus ille magister corroborat. Porrò totam Christianæ disciplinæ perfectionem compleaus, duo necessaria esse ait ad administrationem verbi, prudentiam videlicet & simplicitatem. Ad prudentiam (ut breviter dicam) eorum in universum pertinet cognitio atqve effectio, qvæ ad bene beatéqve vivendum in suo unumqvemqve statu perducere possunt. Etenim divina hæc virtus humanarum omnium actionum qvasi gnomon, est virtutum dux & mater, est vitæ moderatrix immo verò, juxta Stoicorum placita, ars est agendæ vitæ. Deinde cùm simplicitatem jubet, hypocrisim vetat, nam simplicitas simulationi opponitur, & tam dolum in verbis, qvam in factis fraudem adversatur. Extant innumera sacrarum literarum testimonia, qvibus duplices corde à Spiritu sancto reprobantur, simplices verò ac recti variis encomiis extolluntur. Jam licet duo hæc, prudentia & simplicitas differre qvodammodo ac dissentire inter sese videantur, optimè tamen constituta ratio facili negotio illa copulabit ac vinciet: est siqvidem inter virtutes omneis mira qvædam societas atqve connexio. Qvi fortitudine præstat, temperans item esse rectè potest. Facilitatem morum ac severitatem si qvis unà retineri non posse arbitratur, planè decipitur. Idem de sobrietate & liberalitate ac reliqvis istiusmodi virtutum speciebus dictum esto. Vide Petrum Vellejum, à Guevara doctè ac fusè de hoc differentem in l. observandum. ff. de officio præsidis. Petrum Velleium, à Guevara, præteriti, si qvod fuit virtutum secundum seculum, vividum simulachrum, præsentis unicum ornamentum, futuri absolutissimum exemplar. & verò lector candide si viri hujus præclarissimas doteis exprimere nunc vellem, vix tibi fidem facerem, etenim eò usqve maximorum virorum elogia invidiam & incredulitatem declinare solent, qvousqve communem hominum captum non excedunt. Ornat profectò tantum hunc virum antiqvissimus generis splendor, ornat constans qvædam à primis auctoribus ad posteros usqve derivata in reges suos fidelitas & studium, multa apud eosdem principes ob hoc ipsum gratia, amplissimi magistratus domi militiæqve feliciter administrati: ornat (qvoniam qvæ diximus vix nostra sunt) verior ac solidior animi nobilitas, vitæ summa innocentia, incredibilis candor, rara morum suavitas, virtutum omnium, atqve hujus maximè qvam tractabam, prudentiæ, qvæ reliqvarum omnium condimentum est, eximia qvædam & admirabilis possessio. Qvid mirum, prudentes nasci homines negavit Philosophus, ac disciplina, labore, & experimento fieri testatur: Petrus Velleius isthæc sibi præsidia ita nimirum comparavit, ut à primis annis sacrosanctis litterarum studiis omnino consecratus in omni bonarum artium genere ad miraculum excellat. Nec verò ille propterea ita se invidit mundo, ut intra privatos bibliothecæ parietes semper delitesceret, multa vidit, multa cognovit, multa tractavit, plurimis officiis Rempublicam sibi demeruit, qvin etiam & Urbi ipsi & in Urbe Orbi illius virtus jam olim admirationi fuit. Finiam semel: Erit, cùm Velleium considerans, perfectissimam vigilantissimi præsulis, qvalem Apostolus instituebat. imaginem te intueri dicas, atqve illum ad Christianæ Reipublicæ utilitatem, utqve aurea eflorentis Religionis redeant tempora, præficiendum Ecclesiæ desideres: erit cum amplissimo magistratui, ne tot sileant juris apices, aptissimum judices: erit cùm ad efformandam lubricam illius ætatem, qvi ad rerum omnium clavum admovendus esset, natum Velleium existimes. Deniqve nulla umqvam viris optimis & maximis præmia proposita, nullæ tam secundæ atqve insolentes fortunæ, qvibus non ille se dignissimum præstiterit, atqve ad illas conseqvendas amplissimam sibi virtute ac doctrina viam non straverit. Patere qvæso lector candide, si me à proposito argumento Velleji nostri recordatio deduxit, animo qvidem ac desiderio nostro haud planè satisfactum est, tuo nimirum digressione hac molestum nihil accidisse confido, Menandri videlicet memor, apud qvem ἀνὴρ δὲ χρηστὸς χρηστὸν οὐ μισεῖ ποτε. Nunc ad rem.

Sicut

Sicut serpentes.] Alibi etiam Serpentum prudentiæ meminere sacræ literæ, nam eo Geneseos loco qvem nunc vertit Hieronymus, *Erat serpens callidior*, nunc. *Erat serpens sapientior*, Aqvila & Theodotione πανοῦργον legentibus, lxx. habent, ὁ δὲ ὄφις ἦν φρονιμώτατος. Nec arridet qvod Augustino Stheuco placuisse video, ea ratione serpentes ibi prudentes vocari, qvòd longissimè cernant, etenim nimis frigida interpretatio est. Memini item Clementem Alexandrinum. libro Stromatum sexto, aliam adduxisse rationem: videlicet qvòd in maleficiis (qvorum optimus artifex est serpens) inveniri etiam possit conseqventia aliqva & discretio, & compositio, & conjectura futurorum. Cui sententiæ favere videtur communis doctrina: qvæ & Basilium auctorem habet homilia 12. in principium Proverbiorum, dum duplicem prudentiam constituit, unam proprii commodi custodem (Volaterrano interprete) & alieni doli observatricem, qvalem habet serpens, alteram qvæ virtus est, & qvæ ea qvæ agenda aut non agenda sunt, definit. Verum certe priorem illam vix est ut prudentiam vocemus, astutiam, calliditatem, malitiam, fallaciam, versutiam magis propriè appellabimus. Non inficior, verbum φρόνιμος in sacris literis ad utrumqve anceps esse, nam ut novi testamenti (in qvo Græcorum verborum major vis est) testimoniis agam, Paulus ad Rom. 11. μὴ ἦτε παρ' ἑαυτοῖς αὐτοῖς φρόνιμοι. & iterum paulò inferiùs ad eosdem, μὴ γίνεσθε φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς, Lucæ cap. 16. Villicum iniqvitatis laudavit Dominus, ὅτι φρονίμως ἐποίησεν, qvia subdit, οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου φρονιμώτεροι ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τοῦ φωτὸς εἰς τὴν γενεὰν τὴν ἑαυτῶν εἰσί. At vides ubiqve & Paulum, & Lucam præfatos, illum παρ' ἑαυτοῖς, hunc εἰς τὴν γενεὰν τὴν ἑαυτῶν. Adde, perperam illius prudentiam in exemplum proponi qvi ea tantùm ad nocendum & malefaciendum utitur. Qvare magis forsan physica ratio sit, qvam ex veteri Ægyptiorum Phœnicumqve theologia colligit Eusebius, videlicet serpentes spiritalissimos esse animalium omnium. nam absqve manuum aut pedum & omninò absqve alicujus organi exterioris adjumento, eximiam celeritatem asseqvuntur, feruntur, varias in figuras ac formas gradiuntur, involuto ac revoluto gressu in qvamlibet partem rotantur. Hoc autem inde habent, qvòd præ cæteris animalibus igneam naturam participent. Idqve decantatissimus ille Epies sacrarum litterarum scriba, qvem summum Deorum interpretem Ægyptii putarunt, cujusqve libros Arius in Græcam lingvam traduxit, concione significavit, cum connivente atqve adeò clausos habente oculos serpente, tenebras diffundi, illo verò palpebras oculorum erigente, luce omnia repleri scripsit. Hinc summa in hæc animalia religio: qvibus templa erigebant. qvæ pro diis venerabantur, rerum omnium principia putabant: qvin & Deum appellabant Ophionea: de qvibus ex Pherecide & Zoroastre plura apud eundem Eusebium. Itaqve (ut redeamus) non erit absurdum, si prudentiam serpentum apud Mosem de hac serpentina natura ad omnia habili & aptissima interpretemur. Eam nimirum Deus naturæ opifex ipsi serpenti largitus est, qva, ut Augustini verbis utar, malus dæmon usus est ut instrumento ad decipiendos primos parentes. Porrò bruta etiam haud impropriè appellari posse prudentia. docet Theophrasti opus cui titulus *De animalibus qvæ dicuntur prudentia*: auctor Laërtio. Verum hæc prolixius fortasse qvàm oportuit.

Simplices sicut Columbæ.] Optimè sanè divinus ille magister prudentiam serpentum columbino candore temperavit: & si qvidem animal istud omninò innoxium, nulli parat insidias, atqve, ut Augustinus ait in Qvæstionibus Evangelicis super Matthæum, non solum grandium animalium contra qvæ vires non habet, verùm minutissimorum qvibus etiam perparvi passeres aluntur, cæde abstinet. Columba serenitatis fuit Noëmo nuncia, Christo in baptismate super caput astitit, fausti ominis avis est, & qvæ olim in sacris litationibus ob nimiam puritatem præcipuè expetebatur. Hinc fit ut rerum spiritualium ac divinarum in sacris literis ut plurimùm sit symbolum. Ea designantur, Christus, sanctus Spiritus, Ecclesia, Virgo Deipara, Gratia, Charitas, Sacra doctrina & Scriptura, Spiritualis Natura, Ecclesiæ Doctores, viri simplices ac recti, atqve ejus generis multa, qvæ ex doctissimi Laureti rhapsodia facilè colliges. Adscribam ego elegantissimum Marci Antonii Flaminii epigramma, in qvo magnum Gulielmum Sirletum in pauperi adhuc fortuna delitescentem Seripando Cardinali commendat, atqve appositissimè columbæ comparat. Ait:

Commendo tibi Seripande magne
Gulielmum hominem pium, eruditum,
Et candore animi parem columbæ,
Doctum præterea utriusqve lingvæ,
Qvódqve existimo pluris æstimandum,
Pauperem, juvenes tamen docentem
Gratis pauperie mala gravatos,
Illum Græcia magna procreavit,
Antiqva probitate, moribúsqve
Dignis Pythagora, virum tuáqve
Dignum amicitia: idqve ita esse certò
Sciens, hunc tibi magne amice dono,
Virtutiqve tuæ dico: nec alter
Cliens aptior est tibi, nec ipse
Patronum inveniat sibi aptiorem.

Ergo (qvod est præceptum Christi in qvo versamur) de conjungenda prudentia serpentina cum columbina simplicitate, atqve adeò virtutibus iis qvæ inter se videntur repugnare, videndus est divinissimus Nazianzenus in oratione qvam in funere & sepultura patris sui præsente Basilio habuit: qvam certe vix tempero, qvin integram hic transcribam: haud tamen invidebo lectori omnia. sic ille:

Sed fuerit sanè (pater Gregorius) *tanta tamque illustri morum facilitate, industria tamen, eâque virtute quâ in rebus gerendis versatur, cuiquam alii cedebat? Minimè. Verum idem ipse & lenis ac placidus, ut siquis alius erat, & ad agendum peraque aptus & appositus. Quamvis enim hæ duæ res ferè inter se pugnent & opponantur, simplicitas nimirum & asperitas, alteráque mansvetudinem cum inertia conjunctam habeat, altera rebus quidem gerendis apta sit, verum humanitate careat, at in eo tamen mirificè hæc duo in unum convenerunt. nempe ut & tanqvam asper ac vehemens rebus gerendis cum mansvetudine incumberet, & tanqvam rebus gerendis alienus ipse cum industria submitteret, in præsidiis ferendis, in sermonibus ab omni metu liberis, in omni denique gubernationis genere. Nam cum serpentis ad malum prudentiam, columbæ ad bonum simplicitati conjunxisset, ita se comparavit, ut nec prudentiam in versutam improbitatem, nec simplicitatem in stoliditatem degenerare sineret: verùm ex ambabus, qvoad ejus fieri poterat, unam virtutis speciem efficeret, numeris omnibus perfectam & absolutam.* Hactenus Theologus, interprete Billio.

Juvenescere.] Hæc serpentum agerasia apud prophanos & sacros scriptores valdè vulgaris est, Indicabo fontes: Aristot, lib. 8. histor. animal. cap. 17. & libro 5. cap. 17. Plin. lib. 8. cap. 17, Leberida. Epiphanius hic (ut & ferè Græci) γῆρας per cathacresin nominavit: Aristot. κέλυφος τοῦ ἔαρος, Nicander ἥβην νεαρὴν appellat, actionem ipsam Plinius vernare. Hac autem de re poëtæ sic narrant: Prometheus cœlestem ignem suffuratus ad homines qvosdam detulerat: qvi tanto beneficio ingrati Jovi furtum detegunt, ab eoqve in delationis præmium perpetua iuventa donati sunt. Hanc igitur illi cùm suo clitellario asello imposuissent redeuntes, asinusqve gravi siti in itinere laboraret, ad fontem qvendam perrexit, ubi loci custos serpens, ne ad aqvam accederet, prohibuit, nisi priùs pacto pretio. Tunc arescens asinus se qvodcunqve haberet daturum promisit: accepit igitur serpens agerasiam, atqve inde qvotannis exuit senectutem, homines verò senio conficiuntur. Nicander autem sic fabellam descripsit:

Ὠγύγιος δ' ἄρα μῦθος ἐν αἰζηοῖσι φορεῖται,
Ὡς ὁπότ' οὐρανὸν ἔσχε Κρόνου πρεσβύτατος υἱός,
Νειμάμενος κασιεοῖσιν ἑκὰς περικυδέας ἀρχάς
Ἰδμοσύνῃ νεότητος γέρας πόρεν ἡμερίοισι
Κυδαίνων. δὴ γάρ ῥα πυρὸς ληϊστορ' ἔνιπτον
Ἄφρονες, οὐ μὲν τῆς δὲ κακοφραδίης ἀπόνηντο.
Νωθεῖ γὰρ κάμνοντες ἀμορφεύοντο λεπάργῳ
Δῶρα· πολύσκαρθμος δὲ κεκαυμένος αὐχένα δίψῃ
Ῥώετο, γωλειοῖσι δ' ἰδὼν ὁλκήρεα θῆρα
Οὐλοὸν, ἐλλιτάνευε κακῇ ἐπαλαλκέμεν ἄτῃ
Σαίνων. αὐτὰρ ὁ βρῖθος, ὃ δὴ ῥ' ἀνεδέξατο νώτοις,
Ἤτεεν ἄφρονα δῶρον. ὁ δ' οὐκ ἀπανήνατο χρειῇ.

Vitalis vertit

Fabula per juvenes celeberrima oberrat, ut olim
Fratribus imperium divisit maximus ævo
Unus natorum Saturni. præmia honorisque
Indicium cepere domestica turba iuventam.
Mortales preciosa Deum sed munera post hæc
Dementes carpsere: nihil juvere querela,
Nam tardi dorso imposuerunt pondus aselli
Dona Dei: cui sicca siti præcordia ubi essent,
Ad fontem properat, prægrandem hic repperit angvem,
Qvem supplex oravit opem sibi ferre: sed ille
Qvod gestet, precium lymphæ, pondúsqve petivit.
Ille siti pressus facilè annuit ista petenti,

Eadem ferè sunt apud Sophoclem ἐν κωφοῖς.

Cutem exuit.] Euge: nos in hoc etiam cum Tertulliano convenimus, ut post pavum esset nobis sermo de serpente. ille libro de Pallio: *Nominandus est serpens, licet penè pavum. nam & iste quod sortitus est, convertit, corium & ævum: siquidem ut senium persensit, in angusta se stipat, pariterqve specum ingrediens, cutem egrediens ab ipso statim limine erasus, exuviis ibidem relictis, novum se explicat cum squamis: & anni recurantur.* Voluit isto serpentis argumento Joannes Spondanus in Odysseæ librum 16. Paracelsicam doctrinam de lapide philosophico astruere. sed mihi nondum persvasit.

Gaudet.] Hoc vernantis serpentis gaudium expressit Lucretius, dum impiè ac stultè animorum immortalitatem oppugnat:

— quòd si immortalis nostra foret mens,
Non tam se moriens dissolvi conquereretur:
Sed magis ire foras, vestémque relinqvere ut anguis,
Gauderet. — —

Est & apud Nicandrum ejusdem vernationis gaudium ita significatum:

Μηδ' ὅτε ῥικνῆεν φολίδων ἄπο γῆρας ἀμέρσας
Αψ ἀναφοιτήσῃ νεαρῇ γε κεχαρημένος ἥβᾳ.

id est: *Tunc etiam caveas, horrendam quando senectam*
Exutus serpens renovata pube resultat.

Hoc autem Græcæ illi parœmiæ locum dedit: *Lætor & rideo magis quàm si exuissem senium*, qvæ apud Aristophanem obscenioribus aliqvantulum verbis proponitur, & eisdem citatur a Suida.

Situ.) Basilius in oratione . De virtute & vitio locum Matthæi citat, ejusdémqve serpentinæ proprietatis meminit, atqve ad mores accommodat, his verbis *Estote, inquit Christus, prudentes sicut serpentes: qui, cùm eos senium deponere necesse fit, loco angusto & optimè septo corpus suum committunt, & ita prudenter atque sapienter senectutem exuunt suam. Quod etiam & nos facere vult sacra scriptura, semper arduam & angustam viam iter facientes, exuere, inquam, veterem hominem, induere verò novum, ita ut etiam nostra sic repuerascat juventus ut aquilæ spiritus.* Eadem omnino sunt apud Isidorum Pelusiotem (cujus nunc aliqvot epistolæ, ex infinitis prope myriadibus, ope doctissimi Godefredi Billii luce perfruuntur) libro . Epistola 416. ad Herminum Comitem in hæc verba: *Serpens arte ac versutia vetustatem exuit, in arcta quadam & angusta rima sese comprimens, ac senium deponens. Vult igitur nos quoque per arctam viam & afflictionem, veterem hominem exuere, ac pro eo novum induere, qui ad eius imaginem renovatur.*

Arcta est via.] Matthæi 7. Qvibus verbis Climacus (ut & Epiphanius hic) jejunium præcipuè commendari auctor est: *Si angustam viam* (inqvit gradu 13. agens de gula) *durámque etiam pergere Christo promisisti, reprime ventrem. hunc enim si foveas atque distendas, pacta & conventa cum Domino tuo irritasti. Intende animo ut audias dicentem: Lata & spatiosa est via ventris, quæ ducit ad perditionem fornicationis, & multi sunt, qui ingrediuntur per eam. Et quàm angusta janua, & arcta est via jejunii, quæ ducit ad vitam castitatis, & pauci sunt qui per eam ingrediuntur.*

Δευτέρα Φύσις τοῦ ὄφεως.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔʹ.

ΟΦΘΕΙΣ τῷ ὄφῃ ὁ ἄνθρωπος ἐνδεδυμένος, φοβεῖ αὐτὸν τὰ μάλιστα, καὶ διαδιδράσκει, ὁραθεὶς δὲ γυμνὸς, καταθαρρεῖ αὐτοῦ.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Καὶ σὺ νοητῶς ἐννόησον, ὅτι ἡνίκα ὁ πατὴρ σου ὁ Ἀδὰμ ἦν ἐν τῷ παραδείσῳ ἀναβαλλόμενος τὴν Θεοῦ ὑφαντὸν στολὴν, οὐκ ἴσχυσε ἐμπεσεῖν τῷ ἐχθρῷ, ἀλλὰ ἔφευγε μακρὰν ἀπ' αὐτοῦ. ὅταν δὲ γυμνὸς ἔμεινε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ παραβὰς, τότε ὁ πονηρὸς ἐκράτησεν αὐτόν.

Secunda serpentis proprietas.

CAP. XIV.

CUM serpens vestitum hominem conspicit, pavet, ipsumqve fugit: qvòd si nudum videt. illum petit.

INTERPRETATIO.

Et tu spiritualiter considera, qvòd cùm noster parens Adamus veste à Deo contexta in Paradiso indutus fuit, illum adoriri diabolus non potuit, sed procul ab eo fugit: cùm verò præcepta Dei transgressus nudus mansit, tunc vicit illum diabolus.

NOTÆ.

Vestitum.) Diversa omnino sunt apud sanctum Hieronymum sive auctorem epistolæ de cereo paschali ad Præsidium Diaconum, & apud Isidorum in Originibus, Albertum in historia, & alios, nam in hominem vestitum salire serpentem scribunt, à nudo verò fugere. Plinius, ex Agatharchide, familias qvasdam recenset qvæ serpentibus terrori erant, qvorum è genere fuisse ait Psyllos, sic a Psyllo rege dictos, cujus corpori ingenitum fuit virus serpentibus exitiale: unde mos illi genti fuit ut liberos genitos statim objicerent serpentibus, qvo argumento pudicitiam conjugum experiebantur, detecto vel proprio vel adulterino sangvine. Hos Catonem per Lybiæ deserta iter facientem secum duxisse, ut serpentium morsibus mederentur, Plutarchus scripsit, meminit & illorum Gellius lib. 19. cap. 12. & Strabo 15. Lucanus item ab illo versu.

—— Gens unica terram

Incolit, a sævo serpentum innoxia morsu

Marmaridæ Psylli, &c. Celsus autem medicus non Psyllorum naturæ, sed illorum audaciæ hoc tribuendum putat. Marsos item Italiæ populos à Circes filio ortos eandem vim adversus serpentes habuisse auctores sunt & Plinius & Gellius, qvorum item meminere Solinus, & Silius Italicus ab illo versu, *Hi bellare acies norant*, &c. lib. 8. Deniqve & illos etiam à serpentibus metui scripsit Plinius, qvi Ophiogenes vocabantur in insula Cypro. Ex qvibus Hexagon qvidam nomine, Romam legatus, conjectus fuit experimenti causa in serpentium dolium, à qvo tamen illæsus extractus est. Ægyptii (auctore Æliano) serpentes ibidem pennas metuere tradiderunt. & Aristot. lib. 8. cap. 11. cujuslibet hominis salivam eisdem esse venenum ait: cui & Plinii accedit opinio lib. 7. cap. 2.

A Deo contexta.) Veste à Deo contexta indutum fuisse Adamum in paradiso dicit, innocentiæ statum in qvo creatus fuit, significans. Nam inter Theologos obtinuit, eo usqve protoplastos nuditatem

non exhorruisse, qvousqve deliqvere, tunc enim in peccati pœnam erubescere, & veste se amicire cœperunt. Origenes in explicatione cap. 3. Geneseos tunc primùm eos carnem sumpsisse dixit, cum prius essent incorporei. Unde pelliceas vestes, de qvibus ibi agitur, humana corpora interpretatur, qvibus post offensam & ejectionem de Paradiso induti sunt, qvasi antè in Paradiso sine carne, nervis, & ossibus fuerint. Sed erravit: rectèqve reprehenditur ab Epiphanio nostro, lib. 2. hæresi 64. Cum verò ille homilia 6. in Leviticum apertis verbis communi ac veræ sententiæ se subscribat, dubitari potest, an meritò hujus hæresis insimuletur, vel potius Origenistis debeat imputari, tum maximè cùm dici possit allegoricè more suo, pro vestibus corpora exposuisse: nam hæc fuit vetus illius sæculi adversus Origenem expostulatio, qvem historici & (ut vocant) litteralis sensus corruptorem appellarunt multi. Sanctus Hieronymus adversus errores Iohannis Hierosolymitani disputans, hujus etiam illum & notat & redarguit. Tertullianus adversus Valentinos cap. 24. & lib. De resurrectione carnis Cap. 7. Irenæus lib. 1. adversus hæreses, cap. 1. Justinus martyr qvæst. 40. Chrysostomus Homil. 18. in cap. 3. Geneseos. Greg. Nyssenus Catechetica oratione cap. 8. & novissimè Rupertus in comment. dicti cap. lib. 3. cap. 27. errorem hunc dilucidè refellunt. Nazianzenus autem (ita explicante Cyro) non simpliciter carnem, sed atram, gravem, mortalémqve pro pellucida, tenuissima, atqve immortali Adamum post peccatum suscepisse refert, sicqve mysticè interpretatur illius & nuditatem, & vestes, locus est in carmine περὶ ψυχῆς qvem ita reddidit Latinè Billius Prunæus:

Protinus in viridi Paradisi sede locavit
Ancipitem, observans partem inclinaret in utram,
Nudum etiam & sceleris purum fraudisqve malignæ
Pestiferi at postqvam sævus insultibus hostis,
Femineuqve levis præbens insultibus aures
Nectaream dentes præ tempore misit in escam,
Pelliceas vestes, hoc est grave pondus & atra
Subjectum morti tunc induit ipse. ——

Nudus.] Dicta hæc sunt qvasi καταχρηστικῶς, si ad serpentinam proprietatem accommodentur. Nec enim Adamus transgressus præceptum Domini nudus mansit, sed potius ab ea hora vestitus & opertus: at certè vestis illa nihil magis qvàm ejus nuditatem præferebat, id est, illum ab innocentiæ statu decidisse, ac proinde ideo vestitus, qvia nudus, hoc est, omni felicitate privatus, & omni præsidio destitutus. Augustinus in expositione Psalmi 103. pellicearum harum vestium allegorias latè persеqvitur.

Diabolus.] In Græco est πονηρός. *Malus*: est autem in divinis literis communis loqvendi phrasis, ut per antonomasiam hac voce intelligatur pravus spiritus, sicut & per magis vulgarem illam, Diabolus, qvæ calumniatorem significat. In prece Dominica, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, habetur: Latinè, *sed libera nos à Malo*: nec enim à rebus adversis (ut vulgo putant) sed a malo dæmone liberari, oramus. Matth. item 13. ἔρχεται ὁ πονηρός, &c. *Venit malus.* Joannis 1. cap. 2. γράφω ὑμῖν νεανίσκοι, ὅτι νενικήκατε τὸν πονηρόν. ubi Vulgata: *Qvoniam vicistis Malignum*: item qvinto, καὶ ὁ πονηρὸς οὐχ ἅπτεται αὐτοῦ. Eadem simili voce: *Malignus non tangit eum.* Paulus, ἐν ᾧ δυνήσεσθε πάντα τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβέσαι. ubi & translatio Latina auxit gradum, & reddidit: *In qvo fidei scuto possitis omnia tela Neqvissimi ignea extingvere*: ad Ephesios ultimo. Sunt qvi & illud Isaiæ de Jerusalem, οὐ σὺ εἶ ἡ λατομήσασα τὸν ὑπερήφανον. *Numqvid non tu percussisti superbum?* eodem tropo de Satana interpretentur. Adi doctas institutiones Episcopi Cauriensis Petri Garsiæ Galarzæ.

Tertia serpentis proprietas.

CAP. XV.

SI qvando serpens ab homine petitur: caput ille tantùm custodit, reliqvum corporis exhibet.

INTERPRETATIO.

Debemus igitur & nos in tempore periculi totum corpus morti concedere, solum caput custodire: hoc est, Christum non deserere, qvemadmodum sancti martyres fecerunt. Omnis enim viri caput Christus est; ut ait scriptura.

Τρίτη φύσις τοῦ ὄφεως.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ΄.

ΤΟΥ ἀνθρώπου αὐτὸν ἀποκεφαλίσαι ἐθέλοντος, ὅλον τὸ σῶμα παραδίδωσι, τὴν κεφαλὴν μόνην φυλάσσει.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Ὀφείλομεν οὖν καὶ ἡμεῖς ἐν καιρῷ πειρασμοῦ ὅλον τὸ σῶμα θανάτῳ παραδοῦναι, μόνην τὴν κεφαλὴν φυλάττοντες· τουτέστι, τὸν Χριστὸν μὴ ἀρνούμενοι, ὥσπερ ἐποίουν οἱ ἅγιοι μάρτυρες· ἡ κεφαλὴ γὰρ παντὸς ἀνδρὸς ὁ Χριστός ἐστι· ὡς γέγραπται.

NOTÆ.

Caput tamen custodit.) Hieronymus sive auctor epistolæ ad Præsidium, *Coluber caput suum celat quando percutitur, ubi scit esse mortem suam.* Isidorus: *Dicit autem Plinius, si creditur, quòd serpentis caput etiam si cum duobus evaserit digitis, nihilominus vivit. unde & totum corpus objicit pro capite, ferientibus,* lib. 12. Orig. cap. 4. Æ[illegible]nus autem hujus rei rationem reddit, nam auctor est serpentibus cor esse in gutture lib. 5. cap. 31.

Debemus.) Eadem omnino sunt apud Epiphanium nostrum lib. 1. tom. 3. contra Ophitas. Sed & sanctus Chrysostomus in commentario psalmi 114. in illo versu, *O Domine libera animam meam*, eandem proprietatem simili allegoria ad mores accommodat: *Quemadmodum* (ait) *serpens reliquum corpus projicit ut caput conservet, ita oportet te quoque alia omnia dare pro salute animæ.* Idem in caput Matth. 10. homil. 34. id ipsum copiosiùs tractat. Augustinus in enarratione psalmi 57. *Offer*, inqvit, *sicut serpens membra sua percutienti, dummodo caput integrum serves: Caput viri Christus.* Sed & Gaudentius Brixianus Episcopus in responsione ad Germinium de villico iniqvitatis, *Caput*, inqvit, *nostrum, quod est Christus, omni diligentia conservantes & pro eo membra omnia persequentibus laceranda tradentes, ut fides Dei, qua caput salutis ac vita est, sana & invulnerata permaneat.* Isidorus autem Palusiotes: *Dominus nos prudentes ut serpentes esse jubet, vir ingeniosissime: sic nempe ut caput nostrum in omni tentatione conservemus, etenim quibuscunque adversis casibus ac plagis serpens prematur, incolume atque illæsum caput servat:* Ad Comitem Herminum. Michaëlus Glyca hujus & earum qvas superiùs adduximus, proprietatum meminit, & eas eisdem penè, qvibus Epiphanius, verbis allegoricè tractat.

Ait scriptura.) 1. ad Corinth. cap. 11. qvibus verbis monet eo loci Paulus viros aperto capite orare debere, feminas verò velato, nam ut ex eo colligitur, vir imago Dei est & ipsius gloria, mulier autem viri gloria & propter virum creata, ac proinde in signum subjectionis velare debet caput suum. Tertullianus Apostolorum seculo proximus consvetudinem hanc multis in locis commendat, & adversus contrarium sentientes illam tuetur, præcipuò lib. 5. adversus Marcionem, cap. 8. & ex professo toto libro de veland. virg. Vide Concilium Gangrense, canone 17. & Sanctum Chrysostomum in commentario dicti capitis 11. ad Corinth. & Anastasium Nicænum in qvæstionibus super scripturam, Qvæstione 62. Sed hæc forsan aliqvantulum ἐκτὸς τοῦ σκοποῦ.

Τετάρτη Φύσις τοῦ ὄφεως.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ιϛʹ.

ΟΤΑΝ ἐπὶ τὴν πηγὴν τοῦ ὕδωρ πιεῖν ἔλθῃ ὁ ὄφις, οὐ φέρει τὸν ἰὸν, ἀλλά γε ἀφεὶς αὐτὸν ἐν τῇ νεοττιᾷ, οὕτω καθαρὸς πορεύεται, ἵνα μὴ τοὺς ἐξ αὐτῆς πίνοντας φαρμακεύσηται.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Ὀφείλομεν μὲν οὖν καὶ ἡμεῖς ἐπὶ τὸ ἀέναόν τε καὶ ἄκακον ὕδωρ σπεύδοντες, τὸ τῶν θείων καὶ ἐπουρανίων λογίων ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ γέμον, μὴ φέρειν σὺν ἡμῖν τὸν τῆς κακίας ἰὸν, οὐ μὴν ἀλλὰ πᾶσαν κακίαν καὶ λοιδορίαν, πᾶν τε πονηρὸν ἐνθύμημα ἀφεῖναι, καὶ οὕτως ἄμωμοί τε καὶ καθαροὶ πορευθῶμεν ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίᾳ, ὅπως μὴ τὴν ἡμετέραν ψυχὴν καταφαρμακεύσωμεν.

Qvarta serpentis proprietas.

CAP. XVI.

CUM serpens ad fontem ut bibat pergit, virus non defert, sed in antro illud dimittit, sicqve purus accedit; ne ex illis aqvis bibentes veneno inficiat.

INTERPRETATIO.

Debemus igitur & nos qvi ad perennem puramqve & divinis ac cœlestibus eloqviis scaturientem aqvam in Dei Ecclesia properamus, malitiæ venenum nobiscum non deferre: sed omnem pravitatem ac jurgium & omnem malam cogitationem deponere, sicqve insontes & puri Ecclesiam Christi adeamus, ne anima nostra veneno inficiatur.

NOTÆ.

Virus non defert.) Auctor epistolæ ad Præsidium de Cereo Paschali, de hac re ita scribit: *Coluber ad bibendum veniens, in aqua venenum deponit, ne cum veneno in aqva concretum occidat.* Glycæ autem magis cum Epiphanio convenit, cujus sunt verba: *Qvòd si aliqvando sitat serpens inqve puteo contacturus est aqvam, primo [illegible] suum evomit, ac deinde ad fontem accedit: sic etiam nos cùm ad divinum illud poculum accessuri sumus, ut urentia nos peccata saneimus, omnem prius [illegible]* (forsan dixit simili qva Epiphanius voce κακίας) *debemus abjicere atqve ita nosmet ad [illegible] sancta mysteria conferre.* Hactenus Glyca. Serpentibus virus esse in felle scripsit inter alios Plinius lib. 11. cap. 37.

Aquam.) Multa intelligi typicè possunt aqvarum nomine, ut sanctus Hieronymus auctor est in cap. tertio Hieremiæ. Qvòd autem hæc significasse Epiphanio videntur, sacra est scriptura, sive divini verbi doctrina. Hieronymus ipse in illud Zachariæ, *Et erit in die illa exibunt aqvæ vivæ de Jerusalem.* *Aqva* (inqvit) *qvæ egreditur de Jerusalem, hoc est, de Ecclesia, doctrinam indicat Salvatoris.* Idem docet in Jobi cap. 12. in illis verbis: *Si continuerit aqvas, omnia siccabuntur.* Idem in Proverbiorum illud. *Qvo modo in aqvis resplendent.* &c. cap. 27. idem in Ezechielis cap. 47. Videndi etiam sunt interpretes in illud Isaiæ cap. 11. *Repleta sunt omnia scientia Domini, sicut aqva multa operiens mare.* In Joannis item caput 4. & 7 in Evangelio.

In Dei Ecclesia.) Optimè: nam certè extra unam Ecclesiam nulla est sana doctrina, nulla scripturarum auctoritas. Atqve hoc dictum esto contra eos qvi pro libito scripturas vel novas sibi confingunt, vel veteres & probatas temerarie rejiciunt, qvorum infelicissimorum hominum (proh dolor) nostro ævo qvam penè infinitus est numerus: Atqvi Epiphanius felicissimis illis nascentis Ecclesiæ temporibus proximus, bis certè in vix qvatuor aut qvinqve lineolis repetit, in una Ecclesia salutares hasce aqvas scaturire, hoc est, sacram & divinam doctrinam. Qvid; an non & ipse olim Paulus necesse habuit Hierosolymam ascendere, ut cum Ecclesia Evangelium qvod gentibus prædicabat, conferret? Qvid est qvod sanctus Hieronymus in symbolo ad Damasum Romanum Pontificem scribens tam disertis verbis testatur? *Novum,* inqvit, *& vetus Testamentum recipimus in eo librorum numero qvem sancta Ecclesia Catholica tradit auctoritas.* Qvid & Augustini vulgatum illud contra Epistolam Manichæi cap. 5. *Ego Evangelio non crederem nisi me Catholica Ecclesia commoveret auctoritas.* Ut interim infinita alia sanctorum patrum testimonia, œcumenicorumqve conciliorum decreta omittamus. Sed hæc sera nimis atqve infructuosa est, tam perniciosi erroris expostulatio: scimus ac dolemus.

Insontes & puri.) Nam, ut ait Sapiens, *In malevolam animam non introibit Sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus qvæ sunt sine intellectu, & corripietur à superveniente iniqvitate.* Capite 1.

DE FORMICA.

CAP. XVII.

AIT Salomon in Proverbiis: Vade ad formicam ô piger. Physiologus multas proprietates habere eam dicit.

Prima proprietas formicæ.

Cùm solicitè discurrunt, & singulæ granum portant, à ferentibus vacuæ nec petunt, nec vi auferunt, sed unaqvæqve colligere sibi studet.

INTERPRETATIO.

Hæc in prudentibus & fatuis virginibus deprehenduntur.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΜΥΡΜΗΚΟΣ

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ΄.

Ο Σολομὼν εἶπεν ἐν ταῖς παροιμίαις· Ἴθι πρὸς τὸν μύρμηκα ὦ ὀκνηρέ. ὁ Φυσιολόγος εἶπε περὶ τοῦ μύρμηκος τὸ πολλὰς φύσεις ἐχούσης.

Πρώτη φύσις τῆς μύρμηκος.

Ὅταν ἐπιμελῶς βαδίζουσιν ἕκασται κομίζουσαι τὸν κόκκον, καὶ οὐ λέγουσι τοῖς φέρουσι, δότε ἡμῖν, οὐδ᾽ ἁρπάζουσιν ἀπ᾽ αὐτῶν, ἀλλ᾽ αὐτόματοί τε ξυλλέξουσαι οἴχονται ἀπιοῦσαι.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Ταῦτα ἐπὶ τῶν σωφρόνων τε καὶ μωρῶν παρθένων εὑρεῖν ἐστί.

NOTÆ.

In proverbiis.) Capite 6. Sed & 30. idem Salomon: *Qvatuor sunt* (inqvit) *minima terræ, & ipsa sunt sapientiora sapientibus, formicæ populus infirmus, qvi præparat in messe cibum sibi,* &c. Sunt autem apud profanos & sacros scriptores insecti hujus freqventissima encomia. Plinius: *In opere qvi labor? qvæ sedulitas? Et qvoniam ex diverso convehunt, altera alterius ignaræ, certi dies ad recognitionem mutuam nundinis dantur. Qvæ tunc earum concursatio? qvàm diligens cum obviis qvædam collocutio, atqve percontatio? Silices itinere earum attritos videmus, & in opere semitam factam, ne qvis dubitet qvalibet in re qvid possit qvantulacunqve sedulitas.* Cicero lib. 3. de Nat. Deor. *In formica non modò sensus, sed etiam mens, ratio, memoria est.* Ovidius:

—— parcum genus est patiensqve laborum.
Qvæsitiqve tenax, & qvod qvæsita reservat.

Horatius: *Parvula nam exemplo est magni formica laboris.* Aristoteles multis in locis illarum sedulum & industrium ingenium commendat. & lib. 1. historiæ animalium, apes qvidem ὑφ᾽ ἡγεμόνα subdit, formicarum autem sodalitia ἀνεὺ ἡγεμόνος: veluti qvid democraticum & status popularis rationem præ se ferre constituant, ut apes regni.

Cum solicitè.) Hujus proprietatis todidem verbis meminit auctor epistolæ ad Præsidium, qvæ inter opera sancti Hieronymi habetur. verba sunt: *formicæ qvæ nihil portant non rapiunt onera earum qvæ portant.* Plutarchus in libro De animantium comparatione: *Illa est in occurrendo honestas candorqve de-*

cedant via ... , prabentque transitum. & Ælianus: *Alia (ait) ad legenda grana eunt, alia onus portantes redeunt, ac summo cum honore & modestia alia aliis de via decedunt.* Dio Chrysostomus in oratione De civitatis statu habita in concione, ad idem respexisse videtur, ait: καὶ μὴν τοι καὶ μύρμηκας πάνυ ἡδέως ἰδεῖν ἔστιν ὅπως μὲν οἰκοῦσι μετ' ἀλλήλων εὐκόλως, ὅπως δὲ ἐξίασιν, ὅπως δὲ τὰ βάρη μεταλαμβάνουσιν, ὅπως δὲ παραχωροῦσιν ἀλλήλοις τῶν ὁδῶν. id est, *Quin etiam valdè jucundum est formicas videre, quomodo facilè versentur inter se, quomodo egrediantur, quomodo onera suscipiant, quomodo mutuò cedant in viis.* Sed & Basilius Magnus in homilia in Psalmum 14. in illo versu, *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram*: ad hoc ipsum allusisse videtur, verba sunt: *Formica* (fenerantium avaritiam reprehendit) *potest nec rogans nec mutuò accipiens nutriri, & tu industrium animal homo unam tamen ad vitæ usum viam reperire nescis.*

Nec petunt. | Sic verti illud δότε ἡμῖν. qvod tamen positum videtur ab Epiphanio ut alluderet ad eam qvam mox in ἑρμηνείᾳ citat decem virginum evangelicam parabolam, in qva eadem habentur verba: δότε ἡμῖν ἐκ τοῦ ἐλαίου ὑμῶν. *date nobis de oleo vestro.*

Hæc in prudentibus. | Id est prudentes virgines ad exemplum formicæ præpararunt se ad adventum sponsi, fatuæ vero improvidæ fuerunt, ita ut adveniente sponso, mutuò petierint oleum a prudentibus, qvod tamen non receperunt. Nota est collatio. Matth. 25.

Δευτέρα φύσις τῆς μύρμηκος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

ΟΤΑΝ ἀποταμιεύσῃ τοὺς κόκκους ἐν τῇ ποίμνῃ, διχοτομεῖ αὐτοὺς, μὴ χειμῶνος καταλαβόντος σαπῶσιν οἱ κόκκοι, καὶ λιμοκτονηθῶσιν αὐταί. ἡ γὰρ μύρμηξ θυμόσοφος τυγχάνουσα προνοεῖ καῦμα μέγα, ἢ καὶ βροχὴν ἔρχεσθαι. θεωροῦμένου δέ σου τὴν μύρμηκα τὸν κόκκον τοῦ σίτου εἰς τὴν ὀπὴν, εἰσκομίζουσαν ἐρχόμενον νόει τὸν χειμῶνα. ἣν δὲ ἐκφέρουσαν θεάσῃς, γαλήνην ἐσομένην γνῶθι.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Καὶ σὺ οὖν, ὦ ἄνθρωπε, τὰ τῆς παλαιᾶς ῥήματα ἐκ τῶν πνευματικῶν διάστελλε. τὸ γὰρ γράμμα ἀποκτείνει. Παῦλος γὰρ εἶπε ὁ νόμος πνευματικός ἐστι. πρὶν γὰρ τοῦ νόμου μὴ προσέχοντες οἱ Ἰουδαῖοι, ἐλιμοκτονήθησαν.

Secunda proprietas formicæ.

CAP. XVIII.

CUM in cellulis grana condunt, in duas partes illa dividunt, ne hyeme ingruente putrescant, & ipsæ fame pereant. Formica enim cùm sit animal solers & æstum solis nimium, & hybernum tempus præsentit. Itaque cùm eam videris triticum in cavernam condentem, hyemem adventare intellige: si verò illud extra educentem ipsam videris, tranqvillum instare tempus scito.

INTERPRETATIO.

Tu verò, ô homo, sermones veteres ab spiritualibus separa. Littera enim interficit. Et Paulus ait: Lex spiritualis est. Judæi autem legi minimè adhærentes, fame perierunt.

NOTÆ.

In duas partes.] Nam mira est formicarum secundùm Aristotelem, Plinium, & Ælianum, cellularum structura. *Inter media sepimenta* (inqvit Ælianus, ex interpretatione Gillii,) *cavernas alias ab aliis secernentes solertissimè machinantur; atque, ut in splendidis hominum ædibus fieri solet, domum suam triplici regione formidque circumscribunt. alterum enim in ea locum Andronem, in quo mares habitant, ædificant; alterum Gynæceum nuncupatum, ubi feminæ pariant, moliuntur; tertium granorum acervis destinant,* Plutarchus autem hanc cubilium discretionem non recipit. sed & auctor epistolæ ad Præsidium eadem ferè qvæ hic Physiologus: *Formicæ* (inqvit) *dividunt grana, timentes ne si fuerit pluvia, florescant.*

Putrescant grana.] Illud est Plinio cum cæteris commune, formicas semina arrosa condere, ne rursum in fruges exeant, & Plutarchus: *Ne triticum vertatur in semen atque inutile reddatur cibo, sed potius permaneat, caput arrodere quo effundit triticum germen.* Basilius Magnus: *Secant unguiculis fructus medios, arrososque condunt, ne rursus in fruges exeant e terra, atque inutiles inde sibi ad usum alimonia fiant.*

Præsagit. | Citat Plutarchus Arati versum, qvo hæc formicarum divinatio significatur: verba sunt ex interpretatione C[illegible]ferii: *Quando ova exponunt, torrentque sub dio; id pro significatione habet Aratus*

[illegible] rium: Ora penetrali quando omnia porrigit antro Formica: alii (addit Plutarchus) *non ova scribunt. sed fruge [illegible] ruginem senserint aut vereantur cariem aut putredinem, ab eis exponi.* Plinius de anima[l]ibus præs[a]gientibus: *Seg[n]iter & contra industriam suam abscondita formica, aut concursantes & ova progerentes [illegible] præsagiunt.* Aristoteles auctor est silente Luna formicas ab opere cessare. Ælianus autem nono qvoqve mensis die, cujus hæc sunt verba lib. 1. cap. 22. *Rerum cælestium notionem habere, cur[s]um [illegible] atque [illegible] intelligere sapereque Babylonios & Chaldæos testantur historici; formicæ vero nec cælum suspexerint, nec digitis dies numerare sciunt; hoc tamen eis natura donavit admirabile, ut mensis nono quoque die non pedem ex cavernis egredientes, admodum quietæ se teneant:* Gillio interprete.

Litera occidit.] Paulus posteriori ad Corinthios, cap. 3. Qvæ sententia varié exponitur vel ab ipso Apostolo non modo a sacris expositoribus. Epiphanius hîc eam usurpat adversus Judaicæ legis, post exortam veritatem Evangelicam, observatores. nam (ut ait) vetera illa omnia umbræ tantum erant, & futurorum mysteriorum significationes. qvapropter Christus finis legis merito vocatus. In eundem sensum accepit literam occidentem Origenes homilia 7. in Leuiticum, & ι. περὶ ἀρχῶν. Chrysostomus item & pluribus in locis Hieronymus: sed omnium copiosissimé Augustinus peculiari libello De spiritu & litera ad Marcellinum.

Lex spiritualis est.] Ad Romanos 7. qvi locus varié item ab expositoribus tractatur, non est in[stituti] nostri hæc perseqvi. Qvod ad propositum facit, est interpretatio Tertulliani lib. v. adversus Marcionem, ubi spiritualem legem explicat propheticam & figuratam: *Si autem* (inqvit) *& spiritalem confirmas legem, utique & propheticam, utique & figuratam* & addit: *Debeo enim & hinc constituere Christum in lege figurate prædicatum, quò nec a Judæis omnibus potuerit agnosci.*

Judæi autem.] Judæi sic veteri legi adhærebant, ut nullum locum concederent prophetiis qvæ de novo Evangelio tam plané loqvebantur. unde corruperunt omnia. Irenæus lib. 4. cap. 29, Tertullianus lib. 2. contra Marcionem: Justinus in Dialogo. inter alias rationes datæ à Deo populo Hebræo per Moysem legis unam esse ajunt, ut ab idololatria illum averteret.

Pereteruntfame.] Explicuit Esaias populi non credentis inediam hanc, illo capite qvo nobile de Christo venturo vaticinium continetur. verba sunt: *Declinabit ad dexteram & esuriet, & comedet ad sinistram & non saturabitur.*

DE VULPE.

CAP. XIX.

VULPES versutum est animal. cùm enim esurit, & cibo caret, aprica loca adit, & humi strata animamqve continens, ac simulans se mortuam supina jacet, oculis & pedibus sursum erectis. Aves itaqve delabuntur ut ipsa vescantur: illa verò arripit eas subitò, ac prohibito devorat.

INTERPRETATIO.

Nec aliter diabolus eum illaqveare hominem vult, tentat ipsum, ut qvàm negligenter se in oratione gerat: sicqve facillimè irretitur.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΛΩΠΕΚΟΣ

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Η Αλώπηξ ἐσὶ πολύτροπον ζῶον. πεινάσασα δὲ καὶ ἀπορῦσα τροφῆς, ἀπέρχεται ἐπὶ τὺς ἡλιακὺς τόπυς, καταῤῥίπτυσα αὑτὴν ἐς γῆν, καὶ ἀνεχομένη τὴν πνοὴν καὶ ὑποκρίνυσα τεθνηκῦιαν κεῖται ὑπτία, τὺς ὀφθαλμὺς τε καὶ τὺς πόδας ἄνω ἔχυσα. ἐπερχομένων δὲ τῶν πετεινῶν, καὶ αὐτὴν κατεσθίειν βυλομένων, ἐκείνη ἑτοίμως αὐτὰ κρατεῖ.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Οὕτω καὶ ὁ διάβολος παγιδεῦσαι τὸν ἄνθρωπον βυλόμενος, διαπειράζει αὐτὸν, ὅπως ἀμελῶς ἔχηται τῆς προσευχῆς, καὶ ῥᾷστα ὕτως παγιδεύει αὐτόν.

NOTÆ.

Versutum animal.] Nam & ipsum nomen, non qvidem θίσ[ει] ut volebat Hermogenes; sed certè φύσ[ει] juxta Cratyli sententiam, vulpi impositum videtur: ἀλώπηξ enim, ab ἀλῶ decipio, & ὦπας, oculos, derivatur; qvasi multa oculis imponat vulpes. Hinc ἀλωπεκίζω, id est, fraudulenter & versutè ago: Qvod & Latini veteres, eadem voce vulpinari dixerunt; & vulpionem, pro eo qvod & Græci ἀλωπεκα[...]. Varro, *Vulpinare modo, & concursa.* Apuleius, *Etiam cum matri blandiretur, tamen jam tunc vulpionem, & impium [illegible].* Itaqve μεταφορικῶς callidi, ac veteratores, vulpina appellatione denotantur. Sic Christus Dominus, Herodem Antipam (cujus impii patris immanem feritatem, tot occisis infantibus, ut

eundem [illegible] auctorem perderet, hac ipsa anniversaria die qva hæc scribim[illegible] id est, Decembris 28. Ecclesia commemorat hujus, i[illegible]am patris haud degenerem prolem, sanctissimi Bapti[illegible]is atrocem carnificem, vulpem a[illegible] Chr[illegible] Lu[illegible] περὶ Ἡρώδης (dit ad Pharisæos) εἴπατε [illegible] ἀλώπεκι ταύτῃ. *Ite: dicite vulpi huic.* Dedit autem vulpina hæc πανουργία infinitis prope apologis o[illegible]nem, qvi & Æsopi, & aliorum nomine circumfer[illegible]ntur. Parœmiæ item in eandem rem habentur qvam p[illegible]rimæ.

Hami strata. Gi[illegible]ius ex Oppiani lib. 2. De piscibus, de hac ipsa vu[illegible] proprietate iisdem verbis: *Cum avium*, inqvit, *gr[illegible]es subvolantes videt, humi strata jacet, simul & ocul[illegible] claudit, & rostrum interram deponit, & animam continet, & dormientis, vel potius extinctæ speciem, similitudinem qve gerit: cum autem eam sic ad terram abjectam aves despi[illegible]unt, mortuam arbitrantes, gregatim delabuntur, in eaqve sistantes, tinqvam illudunt: ac vulpes eas ad rostrum appropinqvantes ore hiante, atqve imminente devorat.* Hactenus Gi[illegible]ius. ubi & ranam piscatricem, simili astutia pisciculos captare ait. Eadem sunt apud Isidorum Hisp[illegible]nsem lib. 12. cap. 2. Albertum item, & recentiores alios: Nisi qvod Albertus exertam habere lingvam, vulpem dicit. Michaël Herus his addidit, in argilla rubra eam prius volutari, inqvi[illegible], ut vulnerata, ac sangvine cruenta appareat, qvod & icon exemplaris Sirleti præferebat. Glycæ cum Epiphanio mirè convenit Ann. l. parte 1. *Vulpeculam nutrimenti laborantem inopia, supinam jacere tradunt, qvasi [illegible]ret mortua, simulqve anhelitum retinere, qvamobrem distentam conspicata volucres, in eam se dimittunt, & [illegible] mortuam attingunt: tum illa [illegible]itò exiliens, qva mortua credebatur, aves comprehendit, atqve devorat.* Hæc ipsa ad captandas simias calliditate pardum uti, auctor est pluribus verbis Ælianus lib 5. cap. 54. Qvod & Græco adagio constat θάνατον παρδάλεως ὑποκρίνεσθαι *pardi mortem simulare.*

Simulare.] Simulatio, peculiare est vulpis tributum, &, ut sic dicamus, οἰκεῖον πάθος; ut contrà, aperta vis leoni accidit. Cicero: *Cùm duobus modis, id est, aut vi, aut fraude, fit injuria; fraus qvasi vulpeculæ, vis leonis videtur.* Lucretius vulpi dolos à natura datos cecinit, atqve alibi: *Car acris violentia triste leonum Seminium seqvitur, dolus vulpibus, & fuga cervis?* Hinc Lysandri notum apophtegma, qvod & in adagium abiit: *Ubi Leonis pellis pervenire non possit, vulpinam assuendam esse:* Qvo significabat, aut vi, aut dolo obtinendum. Nazianzenus duo hæc in Juliano Imperatore deprehendi ajebat: *Illud autem*, inqvit, *admodum pravum, ac malignum, qvòd [cum nec apertè nos allicere posset, nec tyrannicè cogere præ pudore sustineret] leoninæ pelli vulpinam, aut, si mavis, Minois larvam summa injustitia prætexens, leniter vim afferebat.* Billio interprete. Chrysostomus homil. 4. in cap. 1. Matthæi: Cùm a bestiis mutuata vitia in hominibus insectetur, libidinem eqvis tribuit, ursis voracitatem, odium camelis, rapinam lupis, serpentibus furorem, vulpibus subdolas insidias.

Nec aliter.] Non Æsculapius sanabit hanc paralysim. Nec enim ulla ex parte assui possunt hæc præcedenti vulpinæ proprietati: nisi dicas, in eo dari similitudinem, qvod sicut vulpes non primùm aperto marte, sed dolosè ac versutè avibus insidiatur: sic generis nostri hostis, graviora scele[illegible] princ[illegible]pio [illegible]on su[illegible]gerit, sed vafrè priùs bona opera omittere svadet, atqve ea qvidem qvæ ad vitæ eximiam qv[illegible]ndam perfectionem magis spectant, qvalis est oratio, qvam qvæ necessario adimplenda sunt, postea vero efferus, & immanis, irruit totus. Chrysostomus in lib. De orando Deo, vitæ basim ac fundamentum, orationem esse ait, ac proinde proficientium in virtute qvasi qvoddam tyrocinium ac primum rudimentum

Diabolus.] Omni turpi elogio significari potest Diabolus κατ᾽ ἐξοχήν. vulpes hic, eo germaniùs appellatur, qvod auctore Origene, feræ hujus, ut & lupi nomen, nunqvam in divinis litteris ad bonum aliqvod usurpetur. Sic Gregorius theologus in oratione secunda De Theologia, qvæ est tricesima qvarta inter nuper excusas, omnem animam versutam, fidéqve dubia præditam per vulpem adumbrari scripsit. Nostras autem Gregorius magis (dicam dialecticorum phrasi) in specie Diabolum vulpis nomine significat, homil. 4. in c. 1. Matthæi. Hæreticos vulpium nomine designari in divinis literis, commune est tam apud antiqvos, qvam etiam neotericos scriptores. Videndi sunt in Ezech. 13. Nehem. 4. Thren. 5. Psalm. 62. Cant. 2. Matthæi 8. Luc. 9. & 13. Et verò nostri temporis insidiosissimæ vulpeculæ in hoc etiam mirificè patrem suum vulpem Diabolum referunt, qvòd jam diu in sanctas (ut & ille) preces, unanimes conspiraverint An sanctissimus & antiqvissimus pater Epiphanius diabolicam hanc esse versutiam satis planè testatur.

Irretitur.] Nam orationis aggere demolito, in manu est immanissimo huic hosti triumphus, cùm ad illius sustinendos insultus oratio potissimum sit instituta: adscribam ejusdem qvem proximè citabam, Chrysostomi cum Epiphanio nostro symphoniam: Nimirum ait, *Contemptibilem, captúqve facilem te ipsum præbebis sceleratissimis spiritibus, qvi continenter obambulant observantes nos, si qvem deprehenderint nudatum deprecationis præsidio, protinus abripiant. Si nos conspexerint deprecatione communitos, illico resiliunt, non aliter qvàm prædones, ac facinorosi, ubi conspiciunt militis gladium in caput suum vibrari. Qvòd si contingat aliqvem esse nudum precationis præsidio, hic avulsus deportatur à dæmonibus, & in calamitates variáqve mala impellitur. Oportet igitur ut hæc omnia metuentes precibus & hymnis nos ipsos circumvallemus, ut Deus omnium misertus dignos efficiat regno cælorum*, Hactenus Chrysostomus. Bernhardus eandem improbam dæmonum industriam in exturbandis nobis ab hoc orationis præsidio eleganter explicuit sermone 4. de Qvadragesima.

DE NOCTUA.

CAP. XX.

AIT Psaltes, Factus sum sicut nycticorax. Physiologus igitur avem esse dicit amantem magis tenebras, qvàm lucem.

INTERPRETATIO.

Sic Dominus noster Jesus Christus dilexit nos sedentes in tenebris, & in umbra mortis, hoc est, Gentium populum amavit magis, qvàm Judæos, qvi olim adoptionem, repromissionémqve in patre habuerunt. Qvamobrem Salvator dixit, Noli timere pusillus grex, qvia complacuit patri vestro, dare vobis regnum. Dices, impura avis est noctua: atqvi Salvator per Apostolum dixit, Eum qvi non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit: humiliavit seipsum, ut exaltaret nos: factus est omnia, ut omnes salvos faceret.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΝΥΚΤΙΚΟΡΑΚΟΣ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κʹ.

ΦΗΣΙΝ ὁ ψαλμῳδός· ἐγενόμην ὡσεὶ νυκτικόραξ, ὁ γοῦν Φυσιολόγος λέγει τουτὶ τὸ πετεινὸν ὑπεραγαπᾷν τὴν νύκτα, ἢ τὴν ἡμέραν.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Οὕτως καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς τοὺς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένους, τουτέστι, τὸν λαὸν τῶν ἐθνῶν, ὑπὲρ τὸν λαὸν τῶν Ἰουδαίων, τῶν ποτε τὴν υἱοθεσίαν καὶ ἐπαγγελίαν τῷ πατρὶ ἐσχηκότων. ἐκ τούτου καὶ ὁ σωτὴρ ἔλεγεν, μὴ φοβοῦ τὸ μικρὸν ποίμνιον, ὅτι εὐδόκησεν ὁ πατὴρ ὑμῶν, δοῦναι ὑμῖν τὴν βασιλείαν. ἐρεῖς μοι, ὅτι ὁ νυκτικόραξ ἀκάθαρτόν ἐστι· καὶ πῶς ὁ σωτὴρ ἔλεγε διὰ τὸν ἀπόστολον, ὅτι τὸν μὴ γνῶντα ἁμαρτίαν, ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν· ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, ἵνα ὑψώσῃ τοὺς πάντας· τὰ πάντα γέγονεν, ἵνα πάντας σώσῃ.

NOTÆ.

De noctua.] Multi tradunt distingvi nycticoracem à noctua: at cùm de ea proprietate agatur, qvæ utriqve æqve convenit, magis Latinam vocem usurpare placuit.

Tenebras.] Et ab hac ipsa naturæ proprietate noctua à Latinis appellatur, ut auctores sunt Festus, & Varro: imò & per antonomasiam, noctis avis dicitur Ovidius de Bacchis in Orpheum concitis:

Et coeunt ut aves si qvando luce vagantem
Noctis avem cernunt. ——

Cui non est dissimilis periphrasis illa in Martiano Capella.

An mage noctivaga tibi traditur alitis usus?

Græcæ autem vocis (*νυκτικόραξ*) eodem spectat onomatopœia, qvasi Nocturnus corvus. Ambrosius proprietatis rationem talem docuit: *Noctua & nycticorax magnis & glaucis oculorum pupillis nocturnarum tenebrarum non sentit horrorem: & qvo fuerit obscurior nox, eo crebriores volatus exercet inoffensos: die autem videre non potest, qvia exorto splendore visus ejus hebetatur.* Sed parum physice. Eustathius autem ita fermè. *Noctuæ visum in tenebris valere ajunt, interdiu obcæcari, propter nimis siccum & tenuem oculi humorem non ferentem vim luminis*, atqve alibi: *Noctuam ajunt solam inter aves qvæ uncos habent ungves, & carnibus aluntur, fœtus non edere cæcos, propter igneam vim qvam in oculis habet, qva tenebras etiam penetrat, qvare & ἐν ταῖς σκοτομήνιαις Luna laborante cernit.*

Sic Dominus noster.] Augustinus in enarratione Psalmi 101. Christum nycticoraci etiam comparat: *Ecce* (inqvit) *nycticorax in parietinis amat & noctem; nam nisi amaret, unde diceret, Pater ignosce illis?*

Sedentes in tenebris.) Psalmo 106. Sic Chrysostomus & Theodoretus priorem versus partem, *Qvoniam satiavit animam inanem, & animam esurientem satiavit bonis*, de Judæis accipiunt: posteriorem, ut hic Epiphanius, de Gentibus interpretantur. Et meritò: Judæi enim ante natum Christum, in luce versabantur: habebant enim legem in qva cum fide promissionis, salutem conseqvebantur. esuriebant igitur solum, qvia nondum vero ac solido cibo sed adumbrato vescebantur, cetera erant in luce. Gentes contrà alta & caliginosa nocte premebantur, ignorabant enim verum Deum, qvod propriissimè appellabis in tenebris degere, qvemadmodum enim sola absentia lucis noctem inducit juxta philosophorum sententiam, & vu[l]gatum illud Heracliti, *εἰ μὴ ἥλιος ἦν, εὐφρόνη ἂν ἦν. si non esset s[o]l, nox esset*: ita sola ignoratio Christi Jesu, qvi verum est mundi jubar, sufficit ad suffundendas tenebras. Hæ itaqve occupant Gentium mentes. Et verò sic occupabant ut ligna & lapides pro diis colerent: qvin & eo multi vesaniæ devenerant, ut serpentes, simias, boves, canes, cæpe qvidam pro numine venerarentur.

Verùm clementia & bonitate Dei populus hic qvi in densissimis hisce ac plus qvam Cimmeriis tenebris versabatur, *vidit* (ut inqvit Isaias) *lucem magnam, & habitantibus in regione & umbra mortis lux orta est.*

Habuerunt.) Adoptionem, qvia illa erat & vocabatur Dei populus: Promissionem, qvia ex Abrahami semine venturum Salvatorem pollicitus fuerat Deus. Et hoc est qvod Judæi ipsi adversus nos usurpant, veteres populi sui prærogativas adhuc jactantes. sed eorum vanitatem satis confutant verba illa Domini apud Oseam: *Vocabo non plebem meam, plebem meam, & non dilectam meam, dilectam meam:* Et per Paulum ad Ephesios 2. *Eratis sine Deo in hoc mundo: nunc autem in Christo Jesu vos qvi aliqvando eratis longè, facti estis prope in sangvine Christi:* Respondet etiam disertè eidem objectioni Tertullianus in libro adversus eos, & Cyprianus lib. 1. testimoniorum, cujus idem est scopus. videndus etiam Chrysostomus homil. 6. in cap. 4. Matthæi.

Nolite timere.) Lucæ 12. Extant autem vocationis Gentium, & Judæorum reprobationis tertio qvoqve verbo in scripturis sanctis prædictiones. Tota qvidem Isaiæ prophetia illis abundat, atqve in ea præcipuè integrum caput 35. ubi de Gentium qvæ in Christum credituræ erant, futura consolatione, lætitia, securitate, & felicitate fusè agitur. item 49. ubi Christus gentium dux constituitur, daturqve in fœdus populi ex omni Orbis parte vocandi. item 54. & 55. ubi Ecclesia ad lætitiam invitatur, qvòd ex Gentibus numerosior futura sit, qvàm erat synagoga. Deniqve videndi sunt in hoc ipso argumento (præter eos qvos citavimus locos) Patrum commentarii in cap. Genes. 49. Num. 24. Deut. 32, 2. Reg. 22. 3. Reg. 8. Psalm. 2. v. 8. & 21. vers. 28. & 67 versu 32. & 85. versu 9. & 86. versu 4. Jerem. 16. Joel. 2. Mich. 4. Soph. 3. Zach. 2. & 9. Matth. 2. & 4. & 8. & 21. & 22. Luc. 2. Joan. 1. & 8. & 10. & 19. & Apocalyp. 21. Act. 8. & 10. ad Rom. 14. 1. Cor. 10. ad Ephes. 2.

Impura avis est noctua.) Tum qvia erat in lege prohibita tanqvam immunda, Levit. 11. Deuter. 14. tum etiam qvia nocturnæ istæ aves improborum hominum ut plurimum adumbrationes esse solent: noctem enim τῶν πολλῶν κακῶν ἀρχηγόν rectè appellavit Menander. Procopius: *Damnantur* (inqvit) *in lege Mosis noctis ac tenebrarum amica aves, noctua, vespertilio, &c. qvia tales mala faciunt, ait enim Christus omnem qvi mala facit, odisse lucem:* & Novatianus, sive auctor epistolæ de cibis Judaicis: *Qvando noctuam* (inqvit) *prohibet, odit lucifugas veritatis.* At hic Christus non comparatur noctuæ, qvòd ut illa tenebras amet, sed qvòd inter tenebras versetur, qværens scilicet eos qvi in tenebris degunt, ut præstantissimam cognitionis & amoris sui lucem illis præferat. Similis huic Pharisaica illa fuit objectio, Matthæi 9. *Qvare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester?* cui ipse Dominus respondet, *Non est opus valentibus medico, sed malè habentibus: & Non veni vocare justos sed peccatores.*

Peccatum fecit.) 2. ad Corinth. 5. Cujus loci explicatio haud rectius aliunde peti potest qvàm ex eodem Paulo ad Roman. 8. *Deus* (inqvit) *filium suum mittens in similitudinem carnis peccati: & de peccato damnavit peccatum in carne.* Item ex Isaiæ illo: *Posuit Dominus in eo iniqvitatem omnium nostrum.* Et, *Cum iniqvis reputatus est.* cap. 53. Haud dissimili tropo appellatur Christus à Magno Basilio in sermone de Christi passione, nondum qvod sciam vulgato, ἀνάθεμα ὑμῶν: & à Paulo, Maledictum, ad Galat. 3. *Factus*, inqvit, *est pro nobis maledictum*, & prophetico sermone à Mose Deut. 21. illis verbis: *Maledictus à Deo est qvi pendet in ligno.* qvæ adversus Judæos, ut & Epiphanius hîc disputans citat & illustrat Justinus in libro contra Tryphonem, & Tertull. adversus Judæos. Nec verò obstare (ut & hoc obiter) qvod à Deo maledictum dicat Moses, eleganter docet noster Epiphanius adversus Marcionem, hæresi 42. confutatione 2. & veros tum Pauli tum Mosis sensus explicat. Verum (qvando is me locus admonet) dicam considerandum esse, an vel minùs fidum, vel certè diligentem interpretem egerit ibi Cornarius (Græca nobis ad manum non sunt:) Epiphanium enim arguentem Marcionem de malè intellecto Mosis loco, ita vertit: *Ignorat autem miser ille qvòd nec Christus maledictio facta, absit: sed maledictionem propter peccatum nostrum abstulit, ubi* (addit) *seipsum crucifixit, & factus est mors mortis, propter peccata nostra, &c.* atqvi Christum seipsum crucifixisse Theologi renuunt, cum S. Thom. 3. part. qvæst. 47. artic. 1. ad 1. Deinde una linea interposita concedit qvidem Christum redemisse homines, ac negat emisse: verba sunt. *Sic etiam redemit* (Christus) *non dixit* (Paulus) *emit: nec enim ad alium venit, ut raperet aut emeret: si enim emisset, non habens emisset, & velut mendicus, qvo non habebat acqvisivisset, & adeptus nos vendidisset, à qvodam videlicet fœneratore impulsus, &c.* hoc autem repugnare videtur Paulo dicenti, *Empti enim estis pretio magno* 1. ad Corinth. 6. in qvo articulo videndi sunt doctores qvi de Christi satisfactione agunt, & Thomistæ in 3. p. tum q. 1. art. 2. tum q. 48. art. 4. ubi S. Thomas dum respondet ad primam objectionem, hanc ipsam qvam in Cornarii versione legimus, diluit. Qvinimo & idem Epiphanius lib. 2. cap. 66. in fine, dum confutat Manichæum, apertis verbis contra ipsum (qvi præfata affirmabat) docet utrumqve verum esse; & Christum humanum genus redemisse & emisse. Itaqve cautè legendus Cornarius. Esto hæc justioris in Epiphanio nostro industriæ rudis qvædam adumbratio.

DE APE.

CAP. XXI.

AIT sapiens: Parva inter aves est apis, & principium dulcedinum fructus illius.

INTERPRETATIO.

Haud aliter divina opera imcomprehensibilia sunt in hominibus, & mirabilia in excelsis, & super mel & favum ac super creata omnia dulciora.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΜΕΛΙΣΣΗΣ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ.

ΕΙΡΗΤΑΙ διὰ τȣ̃ σοφȣ̃· μικρά ἐν πετεινοῖς μέλισσα, καὶ ἀρχὴ γλυκυσμάτων ὁ καρπὸς αὐτῆς.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Ὡσαύτως τὰ θεϊκὰ ἔργα ἀνεξιχνίαστα ἐν ἀνθρώποις, καὶ θαυμαστὰ ἐν ὑψηλοῖς, καὶ γλυκύτερα ὑπὲρ μέλι, καὶ κηρίον, καὶ ὑπὲρ πάντα τὰ κτίσματα.

NOTÆ.

Sapiens,) Plinius auctor est, noctuas & apes feralibus odiis dissidere. Itaqve jungemus capitibus hisce agnos tigribus. Locus est Ecclesiastici (ut vocamus) cap. 21. ubi & eadem habentur verba, & ferè simili translatione declarantur.

Apis.) Nullum ferè est naturæ opus sic admirandum ut apis. Nam verò ut periti pictores vel sculptores, ut ingenii vires atqve in arte præstantiam ostentent, minutissimam eligunt materiem, in qva rei ejusce qvam fingunt ita partes discriminant, ut unaqvæqve perfectissimè cernatur, exprimatur, vivat: sic naturæ hujus architectus Deus in brevissimo insecti corpusculo sapientiæ suæ divitias mirum in modum profudit. Qvod enim bestiolæ judicium? qvæ in opere industria? qvæ sedulitas? qvæ politia? qvis ordo: Deinde qvàm abscondita, atqve adeò humano captu major illius natura! opus peragit omnium longè mortalibus utilissimum, ac communissimum: & tamen ita peragit, ut nullus adhuc qvantumvis curiosus, extiterit, qvi aut miras cellularum fabricas viderit, aut laboris & industriæ rationem comprehenderit. Qvin & qvod in aliis animantibus cognitioni obvium esse solet, generatio, ea in apibus æqve abstrusa. Nam ferunt qvidam ex apibus gigni apes: alii ex putrefacto melle oriri: nonnulli ex purissimo, ejecto ibi semine; multi intus emisso & conservato, juxta ac pisces: nec desunt qvi ex bubula putrefactione, in qvibus est & Homerus, & Dionysius Uticensis lib. 15. cap. 2, & Bianorus, à qvo in epigrammate titulo εἰς ... appellantur: & ex nostratibus Virgilius. Aristoteles ipse post longam discussionem vix certi qvid statuit. Dictum hoc sit ut intelligatur, divina opera, qvorum altitudo percellebat Paulum meritò ex apum operibus ac natura adumbrari. Qvi autem exactius hujus animalculi historiam velit discere, adeat Philosophum lib. 3. cap. x. Plinium lib. xi. à cap. 5. Virgil. lib. 4. Georgicon, ut citem magis obvia: nec enim inter sacros aut prophanos scriptores reperietur qvisqvam, apud qvem non sit freqventissima apum mentio.

Fructus.) Mel, à qvo & ipsa apis Græcam denominationem accepit μέλισσα aut sit Mnaseæ credendum est, & mel & apis ab Orcade nympha Melissa nomine, qvæ favos melle plenos reperiens prima in Peloponneso & cibo & apibus nomen dedit. Hyginus paulo aliter fabulam narrat. Vocat autem mel fructum apis, qvod ab ea potissimum hoc munus habeamus: etsi alibi, qvam in simblis mel inveniri notum sit: nec multum constat an ros ipse matutinus mel sit ab apibus sorptus, ac postea in cellulis vorsus, an ab ipsis intus conficiatur.

Principium dulcedinum.) Nam mel dulcissimum esse dulcium omnium tradunt & medici & physici. Homerus melli dulcedinem, vino svavitatem ut proprium attribuit: sic tropo pro qvavis re dulci accipitur, & mellitam lingvam, eloqventiæ dulcedine pollentem vocamus. Hinc apes Homero, & Hesiodo, & Ambrosio nostro Mediolanensi recens editis in ore mellificantes facundiam præmonstrarunt. Et Levitici 2. vetabat Dominus ne qvidqvam aut fermenti aut mellis adoleretur in sacrificiis. ubi mellis nomine Clemens Alexandrinus, Origenes, & Hieronymus mundanæ eloqventiæ lenocinia significari auctores sunt.

Sic divina opera.) Multarum rerum symbolum est apis, tam apud sacros qvàm apud prophanos scriptores. Deo hic comparatur, tum qvòd illius opera (uti diximus) abscondita sint, tum qvòd & mirabilia & dulcissima. Vulgare est Phocylidis illud (cujus in honorem apis mentionem facimus) apud Stobæum serm. 65. ubi qvatuor referuntur animalia ex qvibus feminæ natæ existimantur, ex cane, qvæ omnino molestæ sunt, ex sue, qvæ nec bonæ nec malæ, ex eqvo, qvæ aliqvantulum commodæ, ex apicula, qvæ optimæ. Simonidis etiam apud eundem auctorem sermone 71. extant in idem elegantissimi versus.

Incom-

Incomprehensibilia.] ἀνεξιχνίαστα. qva etiam voce apud Jobum virtus ac ſapientia Dei extollitur cap.21. *Qui facit magna καὶ ἀνεξιχνίαστα) & incomprehenſibilia, & mirabilia quorum non eſt numerus.* Paulus item loco citato vias Domini ἀνεξιχνιάστους appellat, ubi Latinus interpr. *inveſtigabiles* reddidit. Tertullianus in libro adverſus Hermog. eundem Apoſtoli locum tractans, judicia Dei ininventibilia dixit, nempe more ſuo, qvi propoſitione abnuente, ut vocat Feſtus: ſive στερητικῇ, ut Cicero, liberrimè uti ſolet: Porrò ad hanc divinorum operum (ut ſic dicamus) incomprehenſibilitatem ſpectat patheticum illud atqve impium forſan Plinii: *Furor eſt profectò, furor, egredi ex eo, & tanqvam interna ejus cuncta jam ſint nota, ita ſcrutari extera: quaſi verò menſuram ullius rei poſſit agere, qui ſui neſciat, aut mens hominis videre; qva mundus ipſe non capiat.*

Mirabilia.] David ſæpiſſimè Deum vocat τὸν ποιοῦντα τὰ θαυμάσια. Damaſcenus & illo antiqvior Syneſius Chriſtum θαυματουργὸν appellant.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΞΗΡΟΒΑΤΡΑΧΟΥ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

ΟΥΤΩΣ ὁ ξηροβάτραχος δέχεται τὸ θερμὸν τοῦ ἡλίου, τούς τε πάγους, ὄμβρους, ἀνέμους, καὶ χειμῶνας, καὶ πάντα ὑπομένει, οὐδαμῶς τε ἀπειρηκώς ἐστιν. ὁ δὲ ὑγροβάτραχος ἀδυνατεῖ ὑπενεγκεῖν τι τούτων, ἀλλὰ καταλαβόντος τοῦ χειμῶνος, βάλλει ἑαυτὸν εἰς τὸν βυθόν· ἐπιλάμψαντος δὲ τοῦ ἡλίου, ἐξερχόμενος ἡδέως θερμαίνεται, ἐπεὶ δὲ ἡ τοῦ ἡλίου θέρμη παχυνθῇ, αὐτὴν φέρειν οὐ δύναται, καὶ πάλιν ῥίπτει ἑαυτὸν βυθόν δε.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Οὕτω καὶ οἱ μοναχοὶ, οἱ μὴ ἀσκούμενοι οὐχ οἷοί τε ἔσονται ὑπομένειν πεῖναν, δίψαν, γύμνωσιν, ἐγκράτειαν, καὶ χαμαικοιτείαν. οἱ δὲ ἐναχολούμενοι ἥδιστα νηστεύουσι, καὶ πάντα φέρουσι.

DE TERRESTRI RANA.

CAP. XXII.

TERRESTRIS hæc rana calorem ſolis excipit, & gelu, imbres, ventos, & hybernas tempeſtates ſuſtinet. Aqvatica verò nihil horum tolerare poteſt: verùm ingruente hyeme ſe ipſam in profundum demittit, Sole verò emicante emergens placidè incaleſcit: cùm autem ſolis calor increverit, ferre illum non poteſt, ac denuo in profundum ſeſe dejicit.

INTERPRETATIO.

Sic & qvi otioſè degunt monachi minimè poterunt famem, ſitim, nuditatem, continentiam, & humi cubationem tolerare: qvi verò otio non indulgent, libenter jejunant, atqve omnia ſuſtinent.

NOTÆ.

Rana.] Et nunc malè cum apibus agetur, cùm ranas earum generi infeſtiſſimas tàm propè conjunxerimus: Ariſtoteles enim, *Ranæ* (inqvit) *qvæ in luto degunt* (τελματιαῖοι.) *apes ad aqvam accedentes rapiunt: qvam ob rem eas apiarii per ſtagna & paludes venari ſolent.* & Plinius: *Apibus aqvantibus ranæ inſidiantur, nec hæ tantum qvæ ſtagna rivóſqve obſident, verùm & Rubetæ veniunt ultrò, adrepentéſqve ſufflant.* Cum Ariſtotele & Plinio ſenſit Ælianus.

Terreſtris.] Duo hæc ranarum genera, terreſtre & aqvaticum rectè conſtitui experimento diſcimus: dignoſcere autem qvæ earum ad illorum unumqvodqve pertineant, non ita obvium. In eam ſententiam freqventiores eunt phyſici, ut terreſtres eſſe dicant Calamitas, qvæ qvod inter arundineta degunt; ſic vocantur: rubetæ, qvæ & in rubeis & vepribus: qvædam aliæ cornutæ: gibboſæ aliæ: aliæ ſtercorariæ dictæ, qvòd ut plurimum ſub ſtercore latitent. qvibus ſi bufones annumeres, non id ſine auctore fiet.

Nihil horum.] Plinius auctor eſt aqvaticas ranas ſemeſtri tantum vita in limum reſolvi, ea ratione qvod hybernis menſibus nullæ conſpiciantur: ſed reprehenditur à recentioribus, & meritò: nam veteres ranas verno tempore iterum apparere conſtat, latent igitur interim ob frigoris impatientiam, Albertus, *Hyeme* (inqvit) *latet rana extra aqvam in rimis calidis & aliqvando in aqvis ſub terra, qvæ hyeme ſunt calidæ: vere procedit ad aqvas.* Et Matthiolus: *In paludibus illis qvæ per hyemem non conglaciantur, omni tempore, præcipuè tamen vere, ranæ reperiuntur.* Ariſtophanes diebus apricis in paludibus ſuis ſalire eas per cyperum & phleon (fruteti genus eſt) ait. ubi interpres, ſole & calore gaudere ſcribit. Spectat huc etiam qvod ex Arato, Plinio, Plutarcho, & Æliano vulgò traditur: ſcilicet cùm illæ altius vel

clarius solito coaxant (sic vocant earum obstreperos sonos) pluviam portendi: qvoniam (ut ex Theone citat Rhodiginus) frigidiorem reddi aqvam conqveruntur.

Sit Monachi,] Rana aqvatica magis est deses, qvàm terrestris, qvæ & per proceras arbores repere, & in altioribus ramusculis coaxare solet: aqvatica contra semper in aqvis torpet.

Qui otiose degunt.] Malorum omnium lernam esse otium qvamplurimis veterum auctorum testimoniis constat: cùm autem omnibus perniciosum sit, maximè tamen iis qvi monasticen profitentur, exitiale est: qvi scilicet si otiantes stationem deserant, hostes qvidem ultro accersunt, id est, pravas animi affectiones, qvæ adversus spiritum semper militant, provocant, & validiores efficiunt: tandem experimento discunt scriptoris Græci verum esse illud, πρᾶγμα τ' ἐξ ἀπραξίας. Sanctus Hieronymus scribens ad Rusticum monachum de vivendi forma, unum illud admonet, ne otiosus unqvam sit, sed vel fiscellam texat junco, vel canistrum lentis plectat viminibus, humum sarriat, areolam æqvo limite dividat, plantas per ordinem ponat, aqvas irriguas ducat, texat lina capiendis piscibus. qvæ ipsius verba sunt. hunc enim fuisse monachis Ægyptiis morem, ut neminem inter ipsos otiosum esse sustinerent, ibidem testatur. Extat autem fragmentum hoc apud nostrum Gratianum tomo 5. titulo De consecratione. Chrysostomus in homilia De vita monachorum, nullam illos horam exercitatione vacuam habuisse scribit. Et Basilius, in instituto hoc coryphæus, monasteriorum fermentum otiosos vocat. Eadem doctrina ex Climaco, Cassiano atqve aliis id argumenti scriptoribus facile colligitur. Qvòd cùm ita sit, æqvè tamen commendatur in monacho vitæ qvies. Nec enim (etsi prima fronte contraria videantur) repugnat, monachum non esse otiosum, & tamen in qviete vivere. In Vaticana bibliotheca (cujus certè inexhaustos thesauros qvotidie experimur) extant inter Græca Hesichii opera, plut. 4. num. 329. in qvibus alius latet auctor nomine Antiochus. qvi (qvod sciam) nondum vulgatus est: Codicis epigraphe est, τοῦ ἁγίου Ἀντιόχου πρὸς Εὐστάθιον κεφάλαια διάφορα: *Sancti Antiochi ad Eustbatium diversa capita*: Nec statuerim an is sit Antiochus qvi Ptolemaidis Episcopus fuit, natione Syrus, eloqventia clarus, qvam & Constantinopoli professus est, an ille alter Eusebii Samosatensis ex sorore nepos, qvi imponi sibi manus ab Ariano Episcopo passus non est: ille junior fuit, & sub Arcadio vixit: iste verò antiqvior, & sub Valente. Eustathios item duos legimus, unum episcopum Antiochenum, & qvi in concilio Nicæno de Constantini laudibus orationem habuit, sanctitate clarissimus, qvi & sub Constantio confessor occubuit, Catholicæ fidei propugnator acerrimus: alterum qvi primus inter Armenos monastices auctor censetur: cui Basilii Ascetica à plerisqve adscribuntur, Sebastenus ex monacho episcopus, qviqve in errores aliqvot postmodum lapsus creditur, à qvibus ipse se in concilio purgavit: vixit autem temporibus Valentis, cui cum synchronos fuerit prior Antiochus, vero similius est illum esse ad qvem inscribitur liber. Utcunqve sit, Antiochi extat opus qvod dico, aureum qvidem illud & qvod totum ad monasticæ vitæ perfectionem pertinet: in eo primum caput est, περὶ ἡσυχίας, *De quiete*, Initium autem tale ferme: *Iuvat monachum quies: nam si & scelere vacaverit, & quatuor in oratione virtutes adjutrices acceperit, videlicet longanimitatem; vigilantiam, humilitatem & temperantiam; nullum ea ad perturbationum vastitatem certius compendium dari potest.* Deinde φιλήσυχον μοναχὸν graphicè describit, & qvàm sit necessaria virtus hæc hujusce instituti sectatoribus, doctè explicat.

DE CHARADRIO.

CAP. XXIII.

EST avis charadrius dicta, qvam Physiologus ait albam esse totam absqve ulla prorsus nigredinis nota. Porrò si qvis morbo laboret, sitqve hominis ægritudo lethalis, prospectum suum charadrius ab illo avertit: sin verò morbus vitæ securitatem promittat, tunc charadrius in ægrum intendit visum, & vicissim æger in charadrium.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΧΑΡΑΔΡΙΟΥ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ΄.

ΕΣΤΙ γὰρ πετεινὸν λεγόμενον χαράδριος. ὁ Φυσιολόγος ἤλεγξε περὶ τούτου, ὅτι ὅλον λευκόν ἐστι, μὴ ὅλως μελανίαν ἔχον. καὶ ἐάν τις νοσῇ, ἡ νόσος τοῦ ἀνθρώπου εἰ ἔστιν εἰς θάνατον, ἀποστρέφει ἀπὸ τοῦ νοσοῦντος τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὁ χαράδριος· ἐὰν δὲ ἡ νόσος πρὸς ζωήν ἐστιν, ἀτενίζει τὸν νοσοῦντα ὁ χαράδριος, καὶ ὁ νοσῶν τὸν αὐτόν.

INTERPRETATIO.

Sic Christus Dominus noster candidus est totus, absqve ulla mundana nigredine, qvi à reprobis vultum

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Οὕτως ὁ Κύριος ἡμῶν Χριστὸς ὁλόλευκός ἐστι, μηδεμίαν μελανίαν τοῦ κόσμου ἔχων. ὃς μὲν ἀπὸ τῶν ἀπολλυμένων πρόσοψιν ἑαυτοῦ

ἀποςρέπει, ὃς δὲ τῶν ἁγίων εἰς τὸ πρόσωπον βλέπει. ἄγε ἐρεῖς μοι, ὅτι χαράδριος ἀκάθαρτός ἐστι, καὶ πῶς φέρεται εἰς πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ; ἀκάθαρτος δὲ ἐστὶ καὶ ὁ ὄφις, καὶ ἐμαρτύρησεν αὐτὸν ὁ Χριστὸς λέγων· καθὼς ὕψωσε Μωσῆς τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου.

avertit: in ſanctorum autem faciem reſpicit. Age, qvomodo, inqvies, cùm charadrius impura ſit avis, perſonam Chriſti ſuſtinet? impurus qvidem & ſerpens, qvem tamen in teſtimonium adduxit Chriſtus, dicens: Qvemadmodum exaltavit Moſes ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis.

NOTÆ.

Charadrius.] Avem hanc inter nocturnas numerat Ariſtoteles lib. 9. cap. 11. à qvo nec Græca ipſa etymologia abhorret, ut idem Philoſophus auctoreſt: τὰς δὲ οἰκήσεις (ait, de domiciliis volucrum agens) οἱ μὲν περὶ τὰς χαράδρας, οἱ δὲ χηραμοὺς ποιοῦνται καὶ πέτρας, οἷον ὁ καλούμενος χαράδριος. Et Ariſtophanis ſcholiaſtes: *Vocatur:* inqvit, *charadrius* ἀπὸ τοῦ τὰς χαράδρας διατρίβειν, *quòd incolat hiatus ſeu terræ voragines.* Gaza in Ariſtotele nunc hiatulam aut hiaticolam reddit, nunc rupicem, eodem ſpectante vocis ſignificatione.

Albam eſſe totam.] Non explicat Ariſtoteles qvo colore ſit charadrius: verùm docet eſſe & colore & voce prava. verba illius ſunt: ἔστι δὲ ὁ χαράδριος καὶ τὴν χρόαν καὶ τὴν φωνὴν φαῦλος. *prava eſt hæc avis & colore & voce.* vertente Gaza. Albertus cum Phyſiologo ſentit, & albam eſſe totam teſtatur.

Morbo laboret.] Auctor anonymus Pſalmorum commentator in commentario Pſal. 84. verſ. *Deus tu converſus vivificabis nos?* idem omnino de charadrio ſcribit. Albertus etiam & recentiores alii. Illud vero & magis notum, & melioris notæ auctoribus commune, charadrii proſpectum regio morbo laborantibus prodeſſe, Ælianus: *Charadrius avis eximio naturæ beneficio affecta eſt: nam ſi qvis ictericus in eam acerrimè intueatur, illa contra ſine nictatione ex animo reſpiciat, ſic affectum hominem ſuo obtutu ad ſanitatem reducit.* Suidas idem de charadrio narrat, verbo ἴκτερος, atqve alibi ex Didymo proverbium citat, χαραδριὸν μιμούμενος, *charadrium imitans:* ubi ejusdem proprietatis meminit. Apud Ariſtophanem item, & illius interpretem eadem ferè de hac ave leguntur: nec diverſa in Heliodoro Æthiopicæ hiſtoriæ lib. 3. Plinius autem hujus proprietatis avem non charadrium, ſed icterum vocat lib. 30. cap. 11.

Reprobus.] Significat divinum illud à mortalium intellectione longe ſemotum, de hominis vel reprobatione, vel ſalute, præjudicium: eſt autem comparatio qvalis eſſe poteſt in re omnium abſtruſiſſima, non certè in omnibus apta. Avis enim hæc (ut de ea qvam hic Phyſiologus narrat proprietate dicamus,) non morbi aut ſalutis homini cauſa eſt: verùm id ſolum naturæ beneficio aſſeqvitur ut moriturum vel victurum cognoſcat, Dei contra voluntas ipſa efficiens eſt, & finalis (ut logici loqvuntur) cauſa, hominis vel ſalutis vel reprobationis, ita ut noſtra ſalus ex præparata a Deo in præſenti agone amoris ſui gratia, & poſt hunc æterna felicitate præordinata definiatur: contra reproborum derelictio in denegata divina benevolentia, & æterni cruciatus ſupplicio decreto. Qvod cùm ita ſit, & ſuperna hæc conſtitutio, non ab ullo impediri poſſit, non immutari, erunt nihiloſecius reatuum ſuorum (qvibus æterni ignes meritò deſtinabuntur) ipſimet miſeri ſola & potiſſima cauſa: qvibus videlicet liberum adhuc fuerat, talia non committere. Ad hæc Deus ipſe, qvi qvod huic ultro concedit, illi ultro denegat, bonitatis, juſtitiæ, miſericordiæ unica & abſolutiſſima idea. Itaqve conſultius eſt (ut ait Jeremias) in ſilentio & ſpe ſalutare Dei præſtolari. Me qvidem theologicæ diſciplinæ rudem hominem mirificè confirmat qvod lego in Auguſtino, ſalutem nempe meam multo magis cordi eſſe Deo, qvàm mihi ipſi, reprobationem contrà dolori ac mœſtitiæ (ut humano captui voces accommodentur.) Deinde (ut eſt apud Origenem) in altiſſima iſta abyſſo nullam eſſe ſecuriorem anchoram, qvàm ambulare in Dei timore, & humiliter de ſe ſentire.

Avertit.) Avertere faciem ſuam dicitur Deus ab his qvos reprobat & odio habet: contrà, eos reſpicere qvos approbat & diligit. Atqve hi freqventes ſunt in ſcriptura ſacra loqvendi modi. Certè ab uno David non pauca peti poſſunt utriusqve phraſeos teſtimonia, qvi id unum malorum omnium maximum arbitrabatur, ſi a ſe faciem ſuam averteret Dominus: Pſal. 12. verſ. 1. & 26. verſ. 9. & 29. verſ. 8. & 43. verſ. 24 & 68. verſ. 18. & 87. verſ. 15. & 101. verſ. 2. & 131. verſ. 10. & 142. verſ. 7. Contra, rex idem aſpici a Deo ferventiſſimè orat. Pſal. 12. verſ. 4. & 24. verſ. 16 & 65. verſ. 7. & 85. verſ. 16. & 89. verſ. 16. atqve alibi. Geneſeos locus ille qvi hujus argumenti ſcriptoribus in ore eſt, utrumqve conjunxit: *Reſpexit Dominus* (inqvit Moſes) *ad Abel, & ad munera illius: ad Cain autem & ad munera illius non reſpexit.* Hilarius in expoſitione Pſal. 65. utriuſqve tropi in ſcriptura ſacra freqventiam multis exemplis docet.

Immunda.] Qvia & charadrius inter aves qvibus vetus lex veſci prohibebat, continetur Levit. 11. & Deut. 14. Radulphus Flaviacenſis, non ultimæ ætatis auctor, in commentario illius loci: *Sed & charadrion* (inqvit *avis garrula, nimiam qvorundam redarguit loqvacitatem.*

Sicut exaltavit.) Joan. 3. Habetur autem hiſtoria Num. 21.

DE PICO.

CAP. XXIV.

Picus avis est varii coloris; qvemadmodum & Diabolus versipellis est: nemoris fruteta ingreditur, rostroq; petit, aurem iis admovens: qvòd si siderata inanisve arbor fuerit, illam excidit, atqve excisam occupat: verùm si solidam deprehenderit, intactam relinqvens, avolat atqve aliam invadit.

INTERPRETATIO.

Non aliter Diabolus silvam, naturæ videlicet humanæ, intrat, atqve in arboribus considet: hominis inqvam cor ad inhonesta traducens, ferit atqve attentè observat. si itaqve hominem esse invalidum atqve excordem animadvertat, ipsum invadit, & in eo nidum suum construit: qvòd si firmo integroqve esse corde sentiat, fugit statim, & ad alios accedit.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΔΕΝΔΡΟΚΟΛΑΠΤΟΣ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ΄.

Ο Δενδροκόλαψ ὄρνεόν ἐστι ποικίλον, καθάπερ καὶ ὁ διάβολος ποικίλος ἐστί. πορεύεται δὲ ὁ δενδροκόλαψ διὰ τῶν τοῦ δρυμοῦ ὑλῶν, καὶ τῇ προμυκτῆρι παίει, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκροᾶται· καὶ εἰ μὲν ἐστι κωφὸν καὶ ἀκάρδιον τὸ δένδρον, ἐκκόπτει καὶ ἐς αὐτὸ εἰσέρχεται· εἰ δὲ ὁλοκάρδιόν ἐστιν, ἐκφεύγει, ἐκεῖθεν ἀπερχόμενος εἰς ἕτερον δένδρον.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Οὕτως ὅτε διάβολος διὰ δρυμοῦ πορεύεται, τουτέστι, διὰ τῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως, καὶ ἐπὶ τοῖς δένδροις καθέζεται, ἤγουν τοῖς ἀνθρώποις, μεταβάλλων τὰς καρδίας αὐτῶν εἰς τὴν ἀκαθαρσίαν, παίει καὶ τῷ ὠτὶ ἀκούει. καὶ ἢν μὲν ὁ ἄνθρωπος κωφός τε καὶ ἀκάρδιός ἐστιν, ἐν αὐτῷ εἰσερχόμενος νεοσσεύει· ἢν δὲ ὁλοκάρδιος, ταχέως ἐκφεύγει, καὶ εἰς ἑτέρους ἐπανακάμπτει.

NOTÆ.

Picus.] Nulla ferè simplex vox est, qvæ significetur hæc avis: à Græcis δρυοκολάπτης, δρυκόπος, δρυοκόλαψ, καλοτύπος, πελεκᾶς, appellatur, sed ubiqve compositè, scilicet à perforandis arboribus. Latini arboricidam, roborisecam, lignipetam vocant, eadem etymi ratione. Picum etiam dicimus, sed retento prisco Pomonæ amatoris nomine.

—— Qvem capta cupidine conjux,
Aurea percussum virga, versúmqve venenis
Fecit avem Circe. ——

Æmilius Macer Theogonia Picumnum vocavit:

Et nunc agrestes inter picumnus habetur. Refertur à Nonio.

Varii coloris.] Picorum genera qvædam leguntur in Aristotele: qvorum qvod minimum est, & piponum seu piprarum aliqvi appellant. rubeis qvibusdam distingvi pennis, ait. & Albertus parvum & varium vocat. Virgilius in citato carmine:

—— Sparsitqve coloribus alas. Ovidius in 14.
Purpureum chlamydis pennæ traxere colorem,
Fibula qvod fuerat, vestémqve momorderat aurum
Pluma fit, & fulvo cervix præcingitur auro.

Sunt & pici virides, sunt & cinerei: de qvibus in Aristotele.

Versipellis.] Sic reddidi illud ποικίλος: est autem paronomasia: Picus enim ποικίλος est, variegatus, versicolor, pictus: malus item dæmon ποικίλος, id est, vafer, astutus, callidus, &, ut Glossæ vertunt, dædaleus, in Latina voce, varius, eadem datur allusio, Columella: *Si arietis palatum atqve lingva nigra aut maculosa sit, pulla vel etiam varia nascitur proles.* Plinius: *Muræna varia & infirma: Myrus unicolor & robustus.* Poëta: *Qvid lynces Bacchi variæ?* Deinde, in Cicerone, *Adulatoris animus varius & multiplex.* Idem Orator Sextilium laudat qvòd in causa non fuerit varius. Ulpianus lib. XI. ad edictum agens de dolo malo: *Hoc edicto prætor adversus varios & dolosos qvi aliis obfuerunt calliditate qvadam, subvenit, ne vel illis malitia sua sit lucrosa, vel istis simplicitas damnosa.* L. 1. ff. eodem tit,

Rostroqve petit.] Aristoteles libro 9. capite 9. auctor est picum arbores rostro tundere, pulicum, & vermium, qvi ibi latent, causa, qvo exeant: egressos enim lingva excipit. atqve [illegible] victitat. Deinde tantam inesse vim hujus aviculæ rostro refert, ut tertio ictu amygdalum al[illegible]ando perforarit. qvod & in commentario περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων repetit. Avicenna qvidem magis tragicè rem narrat,

si Alberto credimus à qvo allegatur, nam uno tantùm ictu exsecari ramos à pico scribit· Apud Ælianum lib. 1. cap. 48. & Plinium lib. 10, cap. 18. & lib. 25. cap. 4. & lib. 28. cap. 10. Multa de hac ave legimus: inter qvæ mirum illud qvod citato Trebio scribit, clavum cuneúmve adactum qvanta libeat, vi arbori in qva picus nidum habeat, statim exilire cum crepitu arboris, cùm insederit clavo aut cuneo. Qvod autem scribitur de herba illa, qva admota, qvidqvid impedimenti est in nidi foramine, resilit, Plinius idem nullo probato testimonio fulciri ait. Ego cùm hæc scribo, in horto ædium Mag. Alphonsi Ciaconis Dominicani, viri opt. & doctiss. qvas ille in Pincio habet, Mediceis hortis contiguas, ferè cotidie picum video, in procerissima pinu nidum excavantem: ita nimirum industriè & affabrè, ut vel admoto circino rotundius reddi foramen à perfectissimo geometra vix possit. Qvod verò ad Ciaconis potissimum domum avicula confugerit, id etiam inter *ἀξιάγαστα θαυμάσια* recensendum à physiologis: qvippe non aliud est hisce naturæ miraculis augustius in orbe delubrum, non certius asylum. Nos olim pueri picorum naturam muliebri loqvacitati, ut ætas illa ferebat, sic comparavimus:

Antiqvam silvis frondosa ac robore quercum
Rostro picus avis parvula dilacerat:
Femina sic, justa desunt cui corpore vires,
Mortiferum sævo virus ab ore jacit.

Aurem iu admovens.] Plinius: *Percussi corticis sono pabulum subesse intelligunt.* lib. X. cap. XVIII.

Nidum suum.] Ezechielus Assyriorum regis interitum narrans, & simile qvid eventurum Pharaoni Ægyptio prædicens, comparavit illum frondoso ac procero Libani cedro, in cujus ramis nidos fecerunt omnia volatilia cœli, & sub cujus frondibus genuerunt omnes bestiæ saltuum, cap. 31. Ubi Hieronymus, ut & alii sacri expositores, simili qva Epiphanius allegoria dæmones intelligit in reproborum cordibus qviescentes. Eadem ferè phrasi referunt Evangelistæ, proditoris Judæ facinus: *Intravit* (inqviunt) *Satanas in Judam.* Luc. 22. Joan. 13. Sed Augustinus in exposit. Psal. 136. cum Epiphanio sentit, & ideo in Judæ cor diabolum intrasse docet, qvi vacuum & inane cor habebat.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΕΛΑΡΓΟΥ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ΄.

ΕΣΤΙ δὲ ὁ πελαργὸς ἁγνότατον ὄρνεον· οὔτε γὰρ ὁ ἄῤῥεν τὴν θήλειαν θελγέτροις πρὸς τὴν ὀχείαν ἐκκαλεῖ· ἢ δὲ βία συνάπτεται. τὸ γὰρ ὄρνεον τοῦτο τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ εὐσεβείᾳ θαυμασίᾳ γηροβοσκεῖ.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Οὕτω καὶ ἡμᾶς δύο θείας ἐντολὰς ἀποπληροῦν δεῖ, τουτέστι ἐκκλίνειν ἀπὸ τοῦ κακοῦ, καὶ τὸ ἀγαθὸν ποιεῖν, ὥσπερ γέγραφεν ὁ βασιλικὸς προφήτης. καὶ ὁμοίως δὲ ἐν δεκαλόγῳ προσέταξε ὁ Κύριος οὕτω λέγων, τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου, καὶ αὖθις. μὴ μοιχεύσεις.

DE CICONIA.

CAP. XXV.

CICONIA avis est castissima: mas enim nec feminam illecebris ad coitum provocat, nec ipsi vim infert. Deinde eadem avis mirabili pietate utrumqve parentem in senectute alit.

INTERPRETATIO.

Sic & nos duo illa divina præcepta adimplere oportet; hoc est, à malo divertere, & bonum facere, qvemadmodum regius propheta scripsit. Sed & Dominus similiter in Decalogo jubet, sic Dicens: Honora patrem tuum & matrem tuam: & rursus, Non mœchaberis.

NOTÆ.

Castissima.] Refert Ælianus lib. 8. cap. 19. in Cranone (civitas Thessaliæ est in Pharsalicis Plinio & Stephano, Ephyra ab Homero, hodie, auctore Bellonio, Ceres appellatur) eximia forma mulierem qvandam fuisse, cui nomen erat Alcinoë, qvæ cùm à conjuge peregre profecto domi relicta esset, stupri consvetudinem cum servo habebat: hoc igitur cùm ciconia, qvæ domi alebatur, videret, serviles injurias in Dominum non tulit, sed in adulterum convolans oculos illi eruit. Hoc Ælianus rivalem invidiam (interprete Gillio) vocat: sed plausibilius est, castitatem appellare.

Illecebris] Lex Areopagi magis puniendum esse decrevit illum qvi muneribus & persvasionibus alienam uxorem corrupit, qvam eum qvi vim intulit: qvia ille animum etiam corrupit, hic corpus tantum. Vide Lysiam in oratione de cæde Eratosthenis. Gorgias autem in oratione pro Helena utrumqve vim vocat, & hoc nomine scelus omne in Alexandrum rejicit, ipsam injustè reprehendi probans. Non est dissimilis argumenti qvod in Demetrio & Timotheo vertitur in dubium: qvorum cùm unus vi tyrannidem exercuerit, alter muneribus & obseqvio, qværitur uter eorum haberi debeat immanior. Jus nostrum in adulteros qvi vim intulerunt, severius animadvertit.

Mira pietate.] Commendantur in ciconia eximiæ virtutes, prudentia, justitia, temperantia, sed præ omnibus pietas tam in prolem, qvàm in parentes: cujus rei freqventissima mentio est apud omnes naturalium rerum scriptores. Hinc fit, ut πελαργεῖν pro, mutui beneficii vicem rependere, dicamus, ab hujus nempe avis nomine sumpta translatione. Apud scholiasten Aristophanis notavit Budæus leges qvasdam ἀντιπελαργοὺς dictas, qvibus scilicet cavebatur de alendis in senectute parentibus. Eodem etiam spectat epitheton illud Pietaticultrix, ciconiæ à Petronio Arbitro tributum. Deniqve apud sanctos Patres communis est pietatis ciconiæ mentio & allegoria. Ex Græcis videndus Basilius in hexaëmer. homil. 8. & in peculiari libello cujus titulus est, *De honore quo afficiendi sunt parentes in senectute, & juventute.* Ex Latinis Ambrosius eodem opere cap. 5.

Declina à malo] Psal. 33. versu 15. Qvibus verbis perfectio Christianæ vitæ continetur. idem est qvod Paulus Romanos docuit cap. 12. *Dilectio* (inqvit) *sine æmulatione, odientes malum, adhærentes bono.* Non enim sufficit malis operibus abstinere, nisi bona feceris. Maximus monachus in capitibus monasticæ exercitationis, locum Psalmi illustrat: citatur autem ab Anastasio in qvæstione 5. cui titulus, *Si sit senex aut imbecillus, & cùm pusilli sit animi, non possit esse monachus, aut facere quæ sunt monachi, quomodo poterit pœnitentiam agere. & salvus esse?* Extat etiam Dorothei Archimandritæ in hoc argumento celebris homilia, qvæ inscribitur: *De timore & pœnis inferni, & qvòd eum qvi salvari cupit, non deceat sine cura sua salutis vivere.*



Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν A

ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΠΡΟΥ πρὸς Διόδωρον ἐπίσκοπον Τύρου περὶ τῶν ιβ΄. λίθων, τῶν ὄντων ἐν τοῖς στολισμοῖς τοῦ Ααρὼν, βιβλίον.

Marginibus qvadam ex conjectura adscripsimus: idq; monemus, ne qvis diversam lectionem aliorum Codicum existimet.

ΗΤΗΣΑΣ (παρ᾽ ἐμοῦ) τιμιώτατε (Διόδωρε) περὶ τῶν ἐν τῷ λογίῳ τῆς ἐπωμίδος τοῦ ἱερέως ἐπὶ τοῦ στήθους Ααρὼν, προστεταγμένων τότε ἐμπεπορπῆσθαι λίθων, τάς τε ὀνομασίας, τάς τε χρόας, εἴτ᾽ οὖν ἰδέας, τούς τε τόπους, καὶ τὰς εἰς θεοσέβειαν φερούσας τῶν αὐτῶν λίθων θεωρίας· καὶ ἕκαστος λίθος, ὑπὲρ ποίας φυλῆς ἐτέτακτο· πόθεν τε εὑρηται καὶ ποίας πατρίδος.* B

Desit aliquid, & sententia pendet.

Τετραχῆ δὲ διαιρεῖται τὸ λόγιον, καὶ αὐτὸ τετράγωνον, σπιθαμῆς τὸ μῆκος καὶ εὖρος ὁμοίως. Τοῦ μὲν πρώτου στίχου πρῶτος λίθος Σάρδιον, εἶτα τοπάζιον, εἶτα σμάραγδος. Τοῦ δὲ δευτέρου στίχου πρῶτος λίθος ἄνθραξ, εἶτα σάπφειρος, εἶτα ἴασπις. Τοῦ τρίτου στίχου πρῶτος λίθος, λιγύριον· εἶτα ἀχάτης, εἶτα ἀμέθυστος. Τοῦ τετάρτου στίχου πρῶτος, χρυσόλιθος· εἶτα βηρύλλιον, εἶτα ὀνύχιον. καὶ οὗτοι μέν εἰσιν οἱ ιβ΄. οἱ ἐν τῇ ἐπωμίδι τοῦ ἱερέως ἐξηρτημένοι, ὧν καὶ διαφοραὶ, καὶ οἱ τόποι οὗτοι. C

A΄.

Πρῶτος λίθος σάρδιος ὁ Βαβυλώνιος, οὕτω καλούμενος. ἔστι δὲ πυρωπὸς τῷ εἴδει καὶ αἱματοειδὴς, σαρδίῳ τῷ ἰχθύϊ τεταριχευμένῳ ἐοικώς. διὸ καὶ σάρδιος λέγεται, ἀπὸ τοῦ εἴδους λαβὼν τὸ ἐπώνυμον. ἐν Βαβυλῶνι δὲ τῇ πρὸς Ἀσσυρίαν γίνεσθαι. ἔστι δὲ διαυγὴς ὁ λίθος. δυνάμεως δέ ἐστι θεραπευτικῆς, ᾧ κέχρηνται οἱ ἰατροὶ πρὸς οἰδήματα, καὶ ἄλλας πληγὰς ὑπὸ σιδήρου γιγνομένας. ἔστι δὲ καὶ ἄλλος, σαρδόνυξ, ὃς D

Sancti Patris nostri.

EPIPHANII EPISCOPI Cypri ad Diodorum Tyri Episcopum de XII. Gemmis quæ erant in veste Aaronis, Liber.

IOLA HIEROTARANTINO Interprete.

QVOD petiisti, vir præstantissime, de Gemmis qvas in Rationali sive Oraculo dicto Epomidis humeralis sacerdotis, supra pectus Aaronis Dominus jussit* alligari: ut cum eorum nomina, colores sive formas locos, & qvæ faciunt inde ad pietatem meditationes, tum etiam ad qvam indicandam qvælibet Gemma posita fuerit, qvoqve in loco & in qva patria inveniatur, id paucis tibi exponam: Hoc qvidem ita se habet.

infibulari, id est, fibula innecti

Qvadrifariam dicitur Rationale. Et ipsum qvadratum * palmi longitudinem ac latitudinem habet. Primi qvidem ordinis prima Gemma, Sardius, tum Topazius, dein Smaragdus. Secundus ordo primam gemmam habet Carbunculum, secundam Sapphirum, tertiam Iaspidem. In tertio ordine sunt, prima * Ligurius, secunda Achates, tertia Amethystus. In qvarto, prima Chrysolithos, secunda Beryllus, tertia Onychium. Et istæ qvidem sunt XII. Gemmæ, qvæ in Humerali (Epomide) sacerdotis sunt annexæ, qvarum tum discrimina tum loci sunt isti.

dodrantis. *Lyncurium.* *Onyx.*

I.

Prima gemma; Sardius Babylonius dicta. Est verò forma ignea, & qvæ sangvinis colorem referat, Sardio pisci sale condito & inveterato similis: qva de causa etiam Sardius dicitur, à forma (colore) nomine desumpto. Nascitur in Babylone Assyriorum. Pellucida est: & vim habet medendi ad tumores ac vulnera ferro inflicta. Est & alia qvæ Sardonyx vocatur,

Sarda.

μολοχάς

& Molochites, vim emolliendi steatomata habens. Ejusdem hæc coloris est cum superiore, subviridis. Gravissima autem est sub initium veris, cum hujusmodi malæ affectiones incipiunt.

A καλεῖται μολοχάς. μαλακτικὸς δέ ἐστι στεατωμάτων. τῆς δὲ αὐτῆς ἰδέας τυγχάνει, ὑποχλωρίζων. ἐμβριθέστατος δὲ μᾶλλον περὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ ἔαρος, ὅτε ἡ ἀρχὴ τῶν παθῶν.

II.

Topazius gemma colore rubet magis qvàm Carbunculus. Nascitur in Topaza urbe Indiæ, inventa qvondam illic à lapicidis in corde alterius lapidis: qvam cùm splendidam vidissent, & Thebanis qvibusdam ostendissent parvo precio vendidêre. Thebani verò, tum temporis regnum administranti Reginæ attulerunt. Illa verò diademati suo imposuit in medio frontis. Habet tale experimentum hæc gemma. Attrita medica cote reddit succum non pro suo colore rubrum, sed lacteum. Implet autem succo illius attritæ qvot crateres voluerit is qvi affricat, idqve absqve prioris ponderis ulla planè imminutione. Utilis est succus hic ad morbos oculorum. Epotus adversatur hydropi, & medetur tabescentibus ab vua marina sumpta.

Β´

Λίθος τοπάζιον, ἐρυθρὸς τῷ εἴδει ὑπὲρ τὸν ἄνθρακα. * γίνεται δὲ ἐν Τοπάζῃ πόλει τῆς Ἰνδίας, ὑπὸ τῶν ἐκεῖσε ποτὲ λίθους λατομούντων, ἐν καρδίᾳ ἑτέρου λίθου. ὃν οἱ λατομήσαντες θεασάμενοι φαιδρὸν, καὶ ὑποδείξαντες * ἀλάβαστρόν τισιν, ἀπέδοντο ὀλίγου τιμήματος. Θηβαῖοι δὲ προσήνεγκαν τῇ κατ᾽ ἐκεῖνον καιρὸν βασιλίσσῃ. ἡ δὲ λαβοῦσα, ἐν τῷ αὐτῆς διαδήματι μέσον τοῦ μετώπου περιέθετο. ἔχει δὲ ὁ λίθος δοκιμὴν τοιάνδε. τριβόμενος ἐν ἰατρικῇ ἀκόνῃ, οὐκ ἐρυθρὸν ἀποδίδωσι κατὰ τὸ χρῶμα τὸν χυλὸν, ἀλλὰ γαλακτώδη. ἐμπίπλησι δὲ κρατῆρας ὅσους ἂν θέλῃ ἀποτρίβων, καὶ τοῦ προτέρου σταθμοῦ οὐκ ἐλαττοῦται οὐδ᾽ ὅλως. χρησιμεύει δὲ καὶ ὁ ἐξ αὐτοῦ οὗτος χυλὸς πρὸς πάθος ὀφθαλμῶν. καὶ πινόμενος δὲ ἀντιπαθεῖ πρὸς ὕδρωπας, καὶ τοὺς ἀπὸ σταφυλῆς θαλασσίας μαραινομένους.

Σεπτα.

Forte ὡς ἂν διαφέρουσαν, vel, Θηβαῖοις λίθοις.

III.

C Smaragdus gemma. Vocatur hæc etiam Prasinus. Estqve viridi colore, & differunt tamen aliqvantum inter se. Qvidam enim illos vocant Neronianos, alii Domitianos. Et Neronianus qvidem parva est formâ, valde viridis, pellucidus, & splendens. Appellatum verò Neronianum sive Domitianum hujusmodi de causâ ferunt. Neronem ajunt sive Domitianum oleum in multa vasa infudisse: & intervallo temporis, oleum viridem colorem contraxisse, hocqve oleo petram copiosius rigatam floridioris coloris evasisse. Alii dicunt Neronem qvendam antiqvum artificem, gemmarum scalptorem, Smaragdi præcipuum usum invenisse, & gemmam istam ab illo Neronianam dictam: alii verò Domitianam appellari malunt. Sunt autem & alii Smaragdi: & primus qvidem nascitur in Judæa, Neroniano valde similis: alter verò in Æthiopia, qvem etiam in Phisone fluvio nasci dicunt. Phison autem apud Græcos Indus, apud Barbaros Ganges vocantur. Ajunt etiam Carbunculum in hoc fluvio gigni. Illic enim,

Γ.

Λίθος σμάραγδος. οὗτος καλεῖται καὶ πράσινος. ἔστι δὲ καὶ χλωρὸς, τῷ εἴδει, καὶ διαφορά τις ἐν αὐτοῖς. τινὲς μὲν γὰρ αὐτοὺς Νερωνιανοὺς καλοῦσιν· ἄλλοι δὲ Δομετιανούς. καὶ ὁ μὲν Νερωνιανὸς * πικρός ἐστι τῷ εἴδει, σφόδρα χλωρίζων, διαυγὴς καὶ στίλβων. καλεῖσθαι δὲ Νερωνιανὸν λέγουσιν, εἴτουν Δομετιανὸν, διὰ τοιαύτην αἰτίαν. ὅτι φασὶν ἔλαιον Νέρωνα εἴτε Δομετιανὸν ἐν σκεύεσι βαλεῖν ἱκανοῖς, καὶ ἐκ τοῦ ἰοῦ τῷ χρόνῳ χλωραίνεσθαι τὸ ἔλαιον. καὶ ἐκ τούτου τὴν πέτραν ποτιζομένην περισσοτέρως ἐξανθεῖν τῇ D χροιᾷ. ἄλλοι δέ φασι Νέρωνά τινα τεχνίτην τῶν παλαιῶν πιναροποιὸν, εἴτουν λιθουργὸν ἐφευρεῖν τὸ ἀναγκαιότατον τοῦ σμαράγδου, καὶ ἐκ τούτου Νερωνιανὸν καλεῖσθαι· οἱ δὲ Δωμετιανόν. ἀλλὰ καὶ ἄλλοι εἰσὶ σμάραγδοι. ὁ μὲν πρῶτος ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, πάνυ ἐοικὼς τῷ Νερωνιανῷ. ὁ δὲ ἕτερος ἐν τῇ Αἰθιοπίᾳ, ὃν καὶ ἐν τῷ Φεισῶνι ποταμῷ λέγεται γεγεννῆσθαι· Φεισὼν δὲ ἐστιν ὁ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν Ἰνδὸς καλούμενος, λέγουσι δὲ καὶ τὸν ἄνθρακα ἐν αὐτῷ γίνεσθαι. ἐκεῖ

μικρός.

παρὰ τοῖς βαρβάροις δὲ Γάγγης.

γάρ φησιν ὁ ἄνθραξ, καὶ ὁ λίθος ὁ πράσινος. ἡ δὲ δύναμίς φασι τοῦ λίθου, δηλαδὴ τοῦ σμαράγδου, πρὸς τὸ ἐνοπτρίζεσθαι πρόσωπον. λέγεται δὲ παρὰ τοῖς μυθοποιοῖς προγνωστικὸς εἶναι.

A inqvit Moses, Carbunculus & gemma Prasinus. Ferunt autem Smaragdum speculi instar imagines reddere. Tradunt etiam fabulatores vim eum habere ad prædicendas res futuras.

Δʹ.

Φοινικοῦν forse, vel ὀξυφοίνικος.

Λίθος ἄνθραξ. οὗτος εἶδος * ξυφοίνικον ἔχει. γίνεται δὲ ἐν Καρχηδόνι τῆς Λιβύης, ἥ τις Ἀφρικὴ καλεῖται. ἕτεροι δέ φασι τὸν λίθον τοῦτον οὕτως εὑρίσκεσθαι, οὐκ ἐν ἡμέρᾳ καταπλευόμενον· ἀλλὰ κατὰ τὴν νύκτα πόρρωθεν δίκην λαμπάδος, ἢ ἄνθρακος σπινθηρίζοντος, καὶ ὡς μακρόθεν φαίνοντος. καὶ τοῦτο ἐπιγινώσκοντες, οἱ τοῦτον ἀνερευνῶντες, ῥᾳδίως εὑρίσκουσιν αὐτόν. βασταζόμενον δὲ ἀδύνατον διαλαθεῖν· ὁποίοις γὰρ ἂν ἱματίοις κατακρυβῇ, ἡ ἀνταύγεια αὐτοῦ ἔξωθεν τῆς περιβολῆς φαίνεται· ὅθεν καὶ ἄνθραξ κέκληται. ὀλίγον δὲ ὁ κεραύνιος λίθος αὐτῷ ἔοικε. καλοῦσι δὲ τὸν κεραύνιον, οἰνωπόν. ἔστι δὲ ὁ * χαλκηδόνιος καλούμενος λίθος παραπλήσιος τούτῳ, ὅτι καὶ ἐν τοῦ αὐτοῦ τόπου εὑρίσκεται.

καρχηδόνιος

IV.

Carbunculus gemma, puniceo colore ardet. Nascitur in Carthagine Libyæ, qvæ dicitur Africa. Sunt qvi ita inveniri hanc gemmam dicant: Interdiu qvidem non videri, sed noctu instar lampadis B & carbonis scintillantis eminus ac procul apparere. Hinc agnitam qvi eam qværunt, facile inveniunt. Gestata qvibuscunqve vestibus tegatur, latêre non potest. Splendor enim ejus extra vestes apparet: unde etiam Carbunculus appellatur. Carbunculo nonnihil, parum qvidem, similis est gemma Ceraunius, qvem aliqvi οἰνωπὸν à vini nigricantis colore cognominant. Est etiam gemma dicta Carchedonius non absimilis huic, qvoniam & ibidem loci reperitur.

Εʹ.

Λίθος σάπφειρος πορφυρίζων, ὡς βλάττης * πορφύρας τῆς μελαίνης τὸ εἶδος. πολλὰ δὲ γένη τούτου ὑπάρχουσιν. ἔστι γὰρ ὁ βασιλικός, χρυσοστιγής· οὐ πάνυ δὲ οὗτος θαυμαζόμενος, ὡς ὁ δι' ὅλου πορφυρίζων. καὶ οὗτος δὲ λέγεται εἶναι ἐν τῇ Ἰνδίᾳ καὶ Αἰθιοπίᾳ. διὸ τὸ τέμενος παρὰ Ἰνδοῖς φασιν εἶναι τοῦ Διονύσου τξέ ἀναβαθμοὺς ἔχον ἐκ σαπφείρου λίθου, εἰ καὶ τοῖς πολλοῖς ὑπάρχει ἄπιστον. ἔστι δὲ θαυμαστὸς ὁ λίθος καὶ εὐειδέστατος, καὶ χαριέστατος. διὸ καὶ ἐν * τοῖς χλίδοσι καὶ ὁρμίσκοις κατατιθέασι τοῦτον, μάλιστα οἱ βασιλεῖς. ἀλεξίπονος δέ ἐστι. τριβόμενος γὰρ καὶ ψυδράκων καὶ φυμάτων γινομένας πληγὰς σὺν γάλακτι ἰᾶται, χριόμενος τοῖς ἡλκωμένοις τόποις. γέγραπται δὲ καὶ ἐν τῷ νόμῳ, τὴν τῷ νόμῳ, τὴν τῷ Μωϋσῇ ὀφθεῖσαν ὀπτασίαν ἐν τῷ ὄρει καὶ δοθεῖσαν νομοθεσίαν, ἐπὶ λίθου σαπφείρου πεφυκέναι λέγεται.

πορφύρας puto pro interpretatione in margine scriptum fuisse.

ταῖς

V.

C Sapphirus gemma purpurascit, ut species Blattæ, id est, Purpuræ nigræ. Multa sunt ejus genera. Est enim Regius, aureis punctis varius. Non est verò hic in tanta admiratione, qvanta ille qvi prorsus purpurascit. Et hic dicitur esse cum in India tum etiam in Æthiopia. Qvocirca ajunt apud Indos templum extructum Baccho extare, qvod gradus ex Sapphiro trecentos sexaginta qvinqve habeat, qvamvis multi fidem non adhibeant. Est verò gemma admirabilis, pulcherrima, gratissima: propterea etiam in armillis & monilibus reponi consvevit, idqve potissimum à regibus. Locum etiam inter remedia habet. D Attrita etiam & lacti permixta plagis qvæ fiunt ex pustulis albis & tuberculis medetur, si illis illinatur. Scriptum est & in lege, visionem qvæ Mosi apparuit in monte, & legem datam, in gemma Sapphiro fuisse expressam.

ϛʹ.

Λίθος ἴασπις. οὗτός ἐστι τῷ εἴδει σμαραγδίζων, παρὰ δὲ τὰ χείλη τοῦ Θερμώδοντος ποταμοῦ εὑρίσκεται, καὶ περὶ * Ἀμαθοῦντα,

Ἀμαθοῦντα τὴν ἐν Κύπρῳ.

VI.

Iaspis gemma. hæc Smaragdum forma (colore) refert. Invenitur ad ripas Thermodontis fluvii, & circa Amathun-

rem oppidum Cypri. Hujus verò lapidis Amathusii dicti multa sunt genera. Qvod ad colorem, viret ut Smaragdus: sed est obtusior & hebetior. intus corpus habet viride, similis ærugini, habetqve venas qvatuor ordinum. Hæc noxia phantasmata expellit, ut qvidam fabulantur. Est & alia magis glauca qvàm mare, saturatior flore & tinctura. Alia reperitur in speluncis montis Idæ in Phrygia, pellucidior purpura qvæ cochleæ marinæ sangvine tingitur, & vini nigricantis colori similior amethysto saturatior. Nec enim unius & ejusdem coloris ac facultatis est lapsis: Sed hæc qvidem mollior est & albior, qvæ neqve valde nitet, neqve rursus splendore destituitur: alia verò similis aqvæ glaciei. Tradunt fabulatores hac ipsa pelli phantasmata. Invenitur autem apud Iberos & Pastores Hyrcanos, qvi terram Caspiam accolunt. Est & alius Iaspis, non valde splendens, viridis. Est & alius item * antiqvus vocatus similis nivi seu spumæ marinæ. hunc tradunt fabulatores tum venenatas bestias, tum etiam spectra metuere.

* παλαιός

A οὐ τοὺς ἐν Κύπρῳ. ἀλλ' ἔστι γένος πολὺ καλούμενον Ἀμαθούσιον. τὸ εἶδος δὲ τοιόνδε ἐστι τοῦ λίθου· κατὰ τὴν σμάραγδόν ἐστι χλωρίζουσα, ἀλλὰ ἀμβλυτέρα καὶ ἀμαυροτέρα. καὶ ἔνδοθεν χλωρὸν ἔχει τὸ σῶμα, ἐοικὸς ἰῷ χαλκοῦ, * ἔχοντι φλέβας τετραστίχους. * ὡς δὲ τοῦτο ἠκούσαμεν εἶναι φαντασίας, ὡς οἱ μυθολόγοι λέγουσιν. ἄλλη δέ ἐστι γλαυκοτέρα θαλάσσης, βαθυτέρα τῷ ἄνθει καὶ τῇ βαφῇ. ἄλλη δὲ ἐν τοῖς σπηλαίοις, ἐν τῷ ὄρει τῆς Ἴδης ἐν τῇ Φρυγίᾳ, * ὁμοιάζουσα τῇ ἀπὸ τοῦ αἵματος κόχλου, διαυγεστέρα μᾶλλον, ὥσπερ B οἴνῳ ὁμοιάζουσα, ἢ ἀμεθύστου * ξανθοτέρα. οὐ γάρ ἐστι μιᾶς χροιᾶς, οὐδὲ τῆς αὐτῆς δυνάμεως. ἀλλ' ἡ μέν ἐστι χαυνοτέρα, καὶ λευκοτέρα, οὔτε πάνυ στίλβουσα, οὔτε πάλιν ἀποδέουσα. ἄλλη δὲ κρυστάλλου ὕδατι ὁμοία. λέγεται δὲ ὑπὸ τῶν μυθοποιῶν ἀκος εἶναι * φαντασιῶν. εὑρέθη δὲ παρὰ Ἴβηρσι, καὶ ποιμέσιν Ὑρκανῶν τοῖς κατὰ τὴν κασπίαν γῆν. ἄλλη δὲ ἴασπις, οὐ πάνυ λάμπουσα χλωρὰ, ἥτις ἔχει γραμμὰς μέσας. καὶ ἄλλος ἴασπις ὁ παλαιὸς καλούμενος, ὅμοιος ἢ χιόνι, ἢ ἀφρῷ θαλάσσης. τοῦτον φασὶν οἱ μυθοποι- C οἱ τοὺς θῆρας τοὺς ἐν ἀγρῷ φοβεῖσθαι, καὶ τὰ φάσματα.

ἔχουσα. καὶ ἀκος εἶναι φαντασμάτων, εἰ μυθ.

πορφύρας ἀπὸ αἵμ.

ἀμεθυστέρα.

Φαντασμάτων.

VII.

Ligyrius vel Lyncurius gemma. De hujus inventione vel apud naturæ indagatores, vel apud alios veteres, qvi harum rerum meminerunt, nihil cognovimus. Invenimus tamen Lancurium gemmam vocatam, qvam vulgari lingva Lagurium appellant. Et fortè puto hunc esse Ligurium, qvandoqvidem divinæ literæ nomina transposuerunt: exempli gratia, Smaragdum, Prasinum appellantes. Et inter nomina gemmarum Hyacinthi, qvi & præcipuus & preciosus est lapis notusqve omnibus non meminerunt: ut in mentem nobis venerit, num fortè ligyrium hanc gemmam appellet sancta scriptura. Hyacinthus igitur diversas habet formas. Qvo enim reperitur colore profundior, eò cæteris præstantior est. Similis est colori lanæ qvi suppurpurascit aliqvatenus. Qva propter vestes sacerdotales hyacintho & purpura ornatas fuisse tradit divina scriptura. Et primus qvidem lapis, vocatur * Marinus: secundus * Roseus: tertius, Nativus: qvartus, Channiæus: qvintus, Perileucus.

* θαλασσίτης
* ῥοδινός.

Ζ'.

Λίθος * λιγύριον. τούτου δὲ τὴν εὕρεσιν οὐδαμῶς ἔγνωμεν. οὔτε παρὰ φυσιολόγοις, οὔτε παρά τισιν ἀρχαίοις τοῖς περὶ τούτων μεμνημονευκόσιν. εὕρομεν δὲ λαγκούριον οὕτω καλούμενον λίθον, ὅν τινες τῇ τρανῇ διαλέκτῳ λαγούριον καλοῦσι. καὶ τάχα τοῦτο οἶμαι τὸ λιγύριον. ἐπειδὴ αἱ θεῖαι γραφαὶ τὰ ὀνόματα ἑτέρως μετεποιήσαντο· ὡς τὸν σμάραγδον πράσινον. καὶ ὅτι πῶς ἐν τῇ τῶν λίθων τούD των ὀνομασίᾳ. οὐκ ἐμνήσθησαν καὶ ὑακίνθου, καί τοί γε προὔχοντος καὶ ἐντίμου ὄντος λίθου· ὥστε εἰς νοῦν ἡμᾶς λαβεῖν, μήποτε τὸ λιγύριον τοῦτο καλεῖ ἡ θεία γραφή. ὑάκινθος οὖν τὰς μὲν ἰδέας ἔχει διαφόρους. ὅσῳ γὰρ εὑρίσκεται ὁ λίθος * βαθὺς τῇ χροιᾷ, τοσοῦτον ἀναγκαιότερός ἐστι τῶν ἄλλων. ἔοικε δὲ ὑάκινθος τῇ ἐρέᾳ, * ἢ ὑποπορφυρίζων ποσῶς. διὸ καὶ ἡ θεία γραφὴ ἐξ ὑακίνθου καὶ πορφύρας εἶναι τὰ ἱερατικὰ ἐνδύματα κεκοσμῆσθαι φησί. καὶ ὁ μὲν πρῶτος λίθος, καλεῖται θαλασσίτης· ὁ δὲ δεύτερος, ῥοδινός. ὁ τρίτος, νάτιβος· ὁ τέταρτος λέγεται χαννιαῖος. ὁ δὲ πέμπτος.

forte λογκούριον.

βαθύτερος.

ἢ ὑποπορφυρίζων.

παραλεύκι. in sequenti cap.

* παραλεύκιος, εὑρίσκονται δὲ οὗτοι ἐν τῇ ἐ- A σωτέρᾳ βαρβαρίᾳ τῆς Σκυθίας. οὗτοι δὲ οἱ λίθοι μετὰ τοῦ εἶναι πολύτιμοι, ἔχουσι καὶ ἐνέργειαν τοιαύτην· βαλλόμενοι εἰς ἄνθρακας πυρὸς, αὐτοὶ μὲν οὐ βλάπτονται, τοὺς δὲ ἄνθρακας σβεννύουσιν. οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ εἰ λαβών τις τὸν λίθον ἐνειλίσῃ ὀθόνῃ, καὶ ἐπιθῇ ἐπ' ἄνθρακας πυρὸς, οὐδ' αὐτὴ ἡ καλύπτουσα ὀθόνη φλογίζεται, ἀλλὰ μένει ἀσινής. λέγεται δὲ ὁ λίθος ταῖς τικτούσαις γυναιξὶν εἰς εὐτεκνίαν χρησιμεύειν. ἔστι δὲ καὶ φασμάτων ἀπελαστικός.

Inveniuntur hæ gemmæ in interiori Barbaria Scythiæ: & propter quod sunt valde pretiosæ, miram qvoqve efficaciam habent. Nam in ignis carbones conjectæ, ipsæ qvidem tantum abest ut absumantur, ut ipsos carbones extingvant: nec id tantum, sed si quis hanc gemmam panniculo involutam in carbones ignitos conjecerit, panniculus qvoqve illæsus conservatur. Dicitur etiam hæc gemma conducere mulieribus parituris, ut faciliùs pariant. præterea fugat spectra.

H'. B

Λίθος ἀχάτης. οὗτος ὑπελήφθη εἶναι περίλευκος καλούμενος, ὃς ὑπὸ τὸν ὑάκινθον εὑρίσκεται. θαυμαστὸς δέ ἐστι, τῷ εἴδει ὑποκυανίζων. ἔξωθεν περιφέρειαν λευκὴν ἔχων, μαρμάρου τρόπον ἢ * ἐλεφαντίνου. καὶ οὗτος δὲ περὶ τὴν Σκυθίαν εὑρίσκεται. ἔστι δὲ ἐκ τούτων τῶν λίθων ἀχάτης χρῶμα ἔχων λέοντος· τριβόμενος δὲ μεθ' ὕδατος, καὶ χριόμενος ἐπὶ δήγματος θηρίου, ἀποτρέπει ἰὸν σκορπίου, καὶ ἐχιδνῶν, καὶ τῶν τοιούτων.

ἐλεφαντίνου.

VIII.

Gemma Achates. Hanc gemmam suspicati sunt qvidam esse eam qvæ dicitur Perileucos, qvæ * in Hyacinthi mentione dicta est à nobis. Mirabilis est gemma coloris subcœrulei, extrinsecus circumferentiam habens albam instar marmoris vel eboris. Invenitur circa Scythiam. Est etiam inter Achatis species, qvæ leonis colorem habet. Si teratur cum aqva, & illinatur morsui venenato, avertit venenum scorpii, viperarum, & hujusmodi venenatarum bestiarum.

al. sub Hyacintho periteuc.

Θ'. C

Λίθος ἀμέθυστος· οὗτος κατὰ τὴν αὐτοῦ περιφέρειαν φλογίζων ἐστὶ βαθέως. ἡ δὲ αὐτή ἐστι λευκοτέρα ἐκ τοῦ μέσου, οἰνωπὸν ἀποπέμπουσα εἶδος. ἡ δὲ μορφὴ αὐτοῦ διάφορος. τάχα δὲ καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς ὄρεσι γίνεται τῆς Λιβύης. ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐστιν ὑακίνθῳ καθαρῷ παραπλήσιος· ὁ δὲ, * ἀμφικόχλου. γίνεται ἐν ταῖς ὄχθαις τῆς θαλάσσης τῆς αὐτῆς Λιβύης.

θαλάσσης, vel θαλασσίοις κόχλοις: vel potius αἵματι κόχλου, ut suprà in sexto lapide.

IX.

Amethystus gemma. Hæc circumferentiam habet profundo ceu colore flammæ ardentem. ipsa verò circumferentia in medio albior est, & à vino Græcis dictum colorem vibrat. Forma ejus est varia, fortè autem & ipsa in montibus Libyæ nascitur. Qvædam ex eis puro hyacintho est similis, altera verò purpuræ: nascitur qve in litore & præruptis locis maris ejusdem Lybiæ.

I'.

Λίθος χρυσόλιθος. τοῦτόν τινες χρυσόφυλλον κεκλήκασι. χρυσίζων μέν ἐστιν. εὑρίσκεται δὲ ἐν τῷ φρέατι διπέτρῳ. παρὰ τὸ τεῖ- D χος τῆς Ἀχαιμενίτιδος Βαβυλῶνος, τὴν γὰρ Βαβυλῶνα καὶ τὸ φρέαρ ἐκεῖνο Ἀχαιμενίτιδα καλοῦσιν, ὅτι φασὶν ὁ πατὴρ Κύρου τοῦ βασιλέως. * Ἀχαιμένης ἐκαλεῖτο. ἔστι δὲ καὶ χρυσόπαστος. *(id est, aureis punctis conspersus, malim χρυσόπρασος, qvæ gemma colore porri succum refert, auri intervenientibus guttis, unde similiter ab auro, ut Chrysolithus nomen accepit: non Chrysolitho tamen, sed Beryllo, de qva mox agetur, cognata.)* οὗτος στομαχικοῖς καὶ κοιλιακοῖς τριβόμενος, καὶ πινόμενος, ἰαματικὸς ὑπάρχει.

Ἀχαιμένους.

X.

Gemma Chrysolithus. Hunc aliqvi * Chrysophyllum vocarunt. Aurum qvidem colore suo refert. Invenitur autem in puteo duplicis petræ ad mœnia Achæmenitidis Babylonis. Babylonem etiam & puteum illum, Achæmenitida cognominant, qvod dicant regis Cyri patrem Achæmenem vocatum fuisse. Invenitur & Chrysopastus, qvæ stomachicis & cœliacis pota vim medendi habet.

Chrysophyllum alii authores non habent, sed Chrysoberillum: eamque Babyloniam: quod huic loco convenit.

XI. A

Beryllus gemma glauca est, colore maris, aut hyacinthi dilutioris. Nascitur circa finem montis Tauri. Si qvis velit hanc è regione Solis contemplari, videbitur non secus ac vitrum intrinsecus grana milii habere pellucida. Est & alia Beryllus pupillis oculorum serpentum similis. Item alia ceræ similis, qvæ circa Euphratis exitum reperitur. *(Berylli si sphærica fiant, & radiis Solis opponantur, ignem emittunt, ut specula concava. Anonymus. Sic & Crystalli.)*

ΙΑ'.

Λίθος βηρύλλιον, γλαυκίζων μέν ἐστι, θαλασσοβαφὴς, ἔχων εἶδος καὶ τῆς ὑδαρεστέρας ὑακίνθου. γίνεται δὲ περὶ τὸ τέρμα τοῦ ὄρους τοῦ καλουμένου Ταύρου. εἰ δέ τις θέλοι τὴν κατ' ἀντικρὺ τοῦ ἡλίου τοῦτον * ἀνακαλέσαι, φαίνεται ὡς ὕελος κέγχρους ἔχων ἔνδοθεν διαυγεῖς. ἄλλη δέ τις βήρυλλος, ταῖς κόραις τῶν ὀφθαλμῶν τοῦ δράκοντός ἐστι παραπλησία. ἔστι δὲ καὶ ἄλλη πάλιν ὁμοία κηρῷ. ἐφάνη δὲ αὕτη περὶ τὴν ἔξοδον τοῦ ΕΥφράτου ποταμοῦ.

* ἀνακλάσαι.

XII.

Onyx vel Onychium, gemma. Est B hæc valde flavo colore, plurimum delectari hac gemma ajunt regum & divitum hominum sponsas, qvæ hanc gemmam in poculorum usum convertunt. Sunt & alii onychitæ æqvivoce dicti, qvi ceræ, mellis colorem habentis, sunt similes. Ajunt autem aliqvi eos ex aqva coire ac veluti congelari. Onychitas appellant à nativo eorum colore: qvia elegantium virorum ungvis sit marmori similis, non sine colore sangvinis tamen. Alii verò sanè & ipsum marmor ab exploratione ungvis onychitam vocant, falso nomine propter * puritatem albedinis. *(Alabastrites qvidem lapis à Diosc. etiam Onyx vocatur.)* C

* *crystallinum & politissimum labro, rem.*

ΙΒ'.

Λίθος τὸ ὀνύχιον. οὗτος ὁ λίθος ξανθὴν πάνυ ἔχει τὴν χροιάν. τέρπεσθαι δὲ τῷ λίθῳ τούτῳ φασὶ τὰς νύμφας τῶν βασιλέων, ἢ καὶ πλουσίων ἀνδρῶν, αἵ τινες καὶ εἰς * ἐκπώματα ἴδια ἀνατρέψασαι ἔχουσι τὸν λίθον τοῦτον. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι ὀνυχῖται ὁμωνύμως καλούμενοι, οἵ τινες κηρῷ τῷ μελιχρῷ εἰσὶ παραπλήσιοι. τινὲς δέ φασιν αὐτοὺς ἐξ ὕδατος * ἀταίκτου πεπῆχθαι. ὀνυχίτας δὲ αὐτοὺς λέγουσι φυσιολογικῶς, ἐπεὶ ὁ ὄνυξ τῶν ἀστείων ἀνδρῶν μαρμάρῳ ἐστὶ * συνεδιαζόμενος, σὺν τῇ τοῦ αἵματος ἰδέᾳ. ἄλλοι δέ που καὶ τὸν λίθον τὸν μαρμάρινον ἀπὸ τοῦ δοκιμίου, ψευδωνύμως ὀνυχίτην καλοῦσι * διὰ τὸ καθαρὸν τῆς λευκότητος.

* ἐκπώματα, ex onyche enim pocula facta legimus.

* συνεδιαζόμενος, vel ὁμοιαζόμενος.

* διὰ τὸ ἀκριβὲς τῆς λευκότητος.

DE ADAMANTE GEMMA, qvam etiam gestabat summus Pontifex, dum ter in anno ingrederetur Sancta sanctorum.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΔΑΜΑΝΤΟΣ λίθου, ὃν καὶ αὐτὸν ἐφόρει ὁ ἀρχιερεὺς τρὶς ἐνιαυτοῦ εἰσερχόμενος εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων.

ADAMAS colore similis est aëri. D Hunc gestabat summus Pontifex in sancta sanctorum ingrediens. Ter verò in anno ingrediebatur, in Paschate, Pentecoste, & Tabernaculorum festo. Ponebatur autem super pectus summi sacerdotis, ubi is talarem vestem, & super talarem * humerale induisset. Descendebat verò humerale paulò infra pectus, erat enim ejus longitudo * dodrantis cum dimidio. A dextris & à sinistris * supra mamillas, ubi duo

* *Epomidem D. Hieron.*

* *superhumerale vertit.*

* *σπιθαμῆς palmi, D. Hieronymus.*

* *humerum.*

Ο Λίθος ὁ ἀδάμας ἐμφερής ἐστι κατὰ τὴν χροιὰν τῷ ἀέρι. τοῦτον δὲ ἐφόρει ὁ ἀρχιερεὺς ὅτε εἰσήρχετο εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων. τρὶς δὲ τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰσήρχετο· τῇ ἑορτῇ τοῦ πάσχα, τῆς πεντηκοστῆς, καὶ τῆς σκηνοπηγίας. ἦν δὲ κείμενος ἐπὶ τοῦ στήθους τοῦ ἀρχιερέως ὅτε ἐνεδιδύσκετο τὸν ποδήρη, καὶ ἐπάνω τοῦ ποδήρους ἐπενεδύετο τὴν ἐπωμίδα. κατέβαινε δὲ ἡ ἐπωμὶς ὀλίγον κατώτερον τοῦ στήθους. ἦν γὰρ σπιθαμῆς καὶ ἡμισείας τὸ μῆκος. ἐκ δεξιῶν δὲ καὶ ἐξ εὐωνύμων ἐπάνωθεν τῶν * μαζῶν, ἔνθα δύο

* ὤμων.

ἀσπιδίσκοι

A ἀσπιδίσκοι ἦσαν συνερραμμένοι, ἀπῃώρηντο δύο σμάραγδοι. εἰς μέσον δὲ τούτων ἦν ἡ δήλωσις. * ὃς ἦν ὁ δηλωθεὶς Ἀδάμας, τὴν χροιὰν ἀερίζων. ἐπάνω δὲ τῶν ὤμων οἱ δηλωθέντες δώδεκα λίθοι. τρὶς δὲ ὡς εἴρηται τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐδηλοῦτο τῷ λαῷ διὰ τοῦ πετάλου. καὶ εἰ ἐν ἁμαρτίᾳ εὑρέθησαν, καὶ μὴ ἐν ταῖς ἐντολαῖς, ἃς ἐδεδώκει ὁ Θεὸς, ἐτρέπετο φασὶν ἡ χροιὰ τοῦ λίθου, καὶ ἐγίνετο μέλας. καὶ ἐκ τούτου ἐγίνωσκον ὅτι θάνατον ἐξαπέστειλε Κύριος. ἡνίκα δὲ ἐν μαχαίραις αὐτοὺς ἔπεμπεν, ἐγίνετο αἱμάτινος· ὡς ἐν τῷ Ἱερεμίᾳ φησίν· ἐξαπόστειλον τὸν λαόν μου, καὶ ἐξελ- B θέτωσαν, ὅσοι εἰς θάνατον, εἰς θάνατον· ὅσοι εἰς μάχαιραν, εἰς μάχαιραν· καὶ ὅσοι εἰς λιμὸν, εἰς λιμόν· καὶ ὅσοι εἰς αἰχμαλωσίαν, εἰς αἰχμαλωσίαν. εἰ δὲ ἐγίνετο ὡσεὶ χιὼν λαμπρὸς, ἐγίνωσκεν ὁ λαὸς ὅτι οὐδαμοῦ ἁμαρτία· καὶ τότε ἑόρταζον· ὡς λέγει ὁ Προφήτης· ἑόρταζε Ἰούδα τὰς ἑορτάς σου, ἀπόδος τὰς εὐχάς σου· περιεῖλε Κύριος τὰ ἀδικήματά σου. λελύτρωκέ σε ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν σου. βασιλεύσει Κύριος ἐν μέσῳ σου. οὐκ ὄψῃ κακὰ οὐκέτι. διὸ καὶ ἐπὶ Ζαχαρίου τοῦ πατρὸς Ἰωάννου ἐν τῇ ἐφημερίᾳ αὐτοῦ, ἐν τῷ πάσχα, C λαμπρὸς ἐγίνετο ὁ λίθος. τότε γὰρ ἀρχὴν ἔλαβε τοῦ ἱερατεύειν τὸν ἐνιαυτόν. καὶ τῷ ἐπιόντι ἕτερος ἀνελάμβανε τὸν ποδήρη· ὅτε καὶ βραδύνοντος τοῦ Ζαχαρίου εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ἐν ἀγωνίᾳ ἦν ὁ λαὸς, μή ποτε ἔσται ὁ λίθος αὐτοῖς ἐλεγμὸς ἁμαρτίας. καὶ ἐξελθόντος αὐτοῦ, καὶ γνόντες ὅτι μεγάλης δόξης ὀπτασίαν ἑώρακεν, ἐχάρησαν σφόδρα. Ἰωάννης γὰρ ἦν μέλλων γεννᾶσθαι ὁ Ἄγγελος τοῦ Χριστοῦ. διὸ καὶ δεδοξασμένον τὸ * πέταλον ἐφάνη.

Ἐπειδὴ δὲ κατὰ τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραὴλ οἱ δώδεκα λίθοι οὗτοι προσετάχθησαν D * ἐγκαταλεχθῆναι, ὡς εἶναι ἕνα λίθον πρὸς μίαν φυλὴν ἡρμοσμένον, ἐλευσόμεθα κατὰ τὴν προτέραν διαίρεσιν, ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν τῶν γεννηθέντων υἱῶν τοῦ Ἰακώβ. οὕτω γάρ ἐστιν ἁρμόδιον συντάττειν αὐτούς.

Παῖδες Λείας δ. Ῥουβὴν, σάρδιον· Συμεὼν, τοπάζιον· Λευὶ, σμάραγδος· Ἰούδας, ἄνθραξ.

Παῖδες Βαλλᾶς β. Ἡ Βαλλὰ παιδίσκη ἦν τῆς Ῥαχήλ. καὶ ἐπεὶ οὐκ ἔτικτε, δίδωσι τῷ Ἰακὼβ αὐτὴν γυναῖκα πρὸς τὸ ποιῆσαι παῖδας. εἰσὶ δὲ

Margin: ἤτοι ὁ δηλ. — πέταλον. — ἐγκαταλεχθῆναι.

parva ceu scuta consuta erant, pendebant duo Smaragdi. In medio autem horum erat Declaratio, quæ erat jam dictus Adamas, colore aërem referens. Super humeros verò 12. jam indicatæ gemmæ. Ter verò, ut dictum est, per annum ostendebantur (sic ornatus pontifex) populo cum lamina aurea. * Qvod si in peccato deprehenderentur, si in præceptis qvæ dederat DEUS, non ambulassent, mutabatur, ut ferunt, color lapidis, & fiebat niger. Hinc agnoscebant qvod Dominus mortem missurus esset. Cum verò eos gladio perdere vellet, efficiebatur sangvinei coloris. Ut per Jheremiam inqvit: Emitte populum" ipsius, & egrediantur: qvicunqve ad" mortem, ad mortem: qvicunqve ad" gladium, ad gladium: qvicunqve ad" famem, ad famem: qvicunqve ad captivitatem, ad captivitatem. Qvod si" ut nix splenderet, agnoscebant se non peccasse, & tunc festum celebrabant. Qvemadmodum Propheta ait: Celebra" festa tua Juda: redde vota tua: Abstu-" lit Dominus tuas iniqvitates. Redemit" te è manibus hostium tuorum. Regna-" bit Dominus in medio tui. Non vide-" bis ulterius mala. Idcircò etiam tempore Zachariæ patris Joannis, dum ad eum vices spectarent, in Paschate, splendidus fuit lapis. Tum etiam cœpit hoc anno fungi sacerdotio. Seqvente autem alius tunicam talarem sumpsit: qvando etiam tardante Zacharia in Sanctis sanctorum, anxius erat populus, ne forte gemma eos peccati redargueret. Cæterum ipso egresso agnoscentes, qvod magnæ gloriæ visionem vidisset, valde exhilarati sunt. Nasciturus enim erat Joannes prænuncius Christi. Qvapropter etiam lamina aurea glorificata apparuit.

Margin: * Galero addita.

Qvoniam verò isti 12. lapides jussi sunt inseri Rationali, secundum 12 tribus Israëliticas, ut unusqvisqve lapis uni tribui responderet, veniam juxta divisionem præcedentem ad filiorum Jacobo natorum seriem. Ita enim convenit eos (filios Jacobi & lapides) idoneo ordine conjungi.

Filii Leæ qvatuor. Ruben, Sardius: Symeon, Topazius: Levi, Smaragdus: Judas, Carbunculus.

Filii Bilhæ, duo. Bilha ancilla erat Rachelis. Rachel verò cùm non pareret, dedit eam Jacobo in uxorem, ut filios ex ea susciperet. Nati autem sunt

u

ex ea: Dan, Sapphirus: Nephthali, Jaspis.

Filii Zilphæ, duo. Zilpha ancilla erat Leæ, & dedit eam Lea Jacobo in uxorem, ut ex ea filios procrearet. Sunt verò isti: Gad, Ligurius: Aser, Achates.

Filii Leæ, duo: Isachar, Amethystus: Zabulon, Chrysolithus.

Filii Rachelis, duo: Joseph; Beryllus: Benjamin, Onychium.

Hæ sunt XII gemmæ, unicuique tribui Israëlis respondentes.

Αὗτοι· Δὰν, σάπφειρος· Νεφθαλεὶμ, ἴασπις.

Παῖδες Ζελφᾶς β. Η Ζελφὰ παιδίσκη ἦν τῆς Λείας, καὶ δίδωσι τῷ Ιακὼβ γυναῖκα πρὸς τὸ ποιῆσαι παῖδας. εἰσὶ δὲ ὗτοι. Γὰδ, λιγύριον· Ασὴρ, ἀχάτης.

Παῖδες Λείας β. Ισάχαρ, ἀμέθυσος· Ζαβυλὼν, χρυσόλιθος.

Παῖδες Ραχὴλ β. Ιωσὴφ, βηρύλλιον· Βενιαμὶν, ὀνύχιον.

Οὗτοι εἰσὶν οἱ ἡρμοσμένοι δώδεκα λίθοι καθ' ἑκάστην φυλὴν τῆς Ισραήλ.

AD LECTOREM.



CUM superior ille liber Epiphanii longè brevior in Manuscriptis qvibusdam codicibus extaret, ubi & multa secus, qvàm in Gesneri editione, legerentur, nos ut ne qvid, qvod Epiphanio inscriberetur, desiderâre posses, etiam alteram illam editionem, qvæ prioris velut Epitome qvædam videtur, subiiciendam decrevimus, cum Latina Interpretatione Francisci Turriani. Qvod utrumqve una cum aliis Epiphanii Opusculis accepimus à R. P. Andrea Schotto Societatis nostræ humanissimo peræqvè, & eruditissimo viro.

A

Τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου.
ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΙΒ΄ ΛΙΘΩΝ
ἐν τῷ λογίῳ τοῦ ἱερέως ἐμπεπηγμένων.



ΣΑΡΔΙΟΝ τὸν Βαβυλώνιον καλούμενον πυῤῥωπὸς μέν ἐστι καὶ αἱματώδης, γίνεται δὲ ἐν Βαβυλῶνι τῇ πρὸς Ἀσσυρίοις γῇ. διαυγὴς δέ ἐστι, δυνάμεως θεραπευτικῆς, ᾧ κέχρηνται οἱ ἰατροὶ πρὸς οἰδήματα B καὶ πληγὰς ἀπὸ σιδήρου γινομένας * ἐπιχειόμενοι.

χ. ἐπιχειομένας.

Τοπάζιον ἐρυθρὸν μέν ἐστι ὑπὲρ τὸν ἄνθρακα λίθον. γίνεται δὲ ἐν Τοπάζῃ πόλει τῆς Ἰνδικῆς. τριβόμενος δὲ ἐν ἰατρικῇ ἀκόνῃ οὐκ ἐρυθρὸν ἀποδίδωσι κατὰ τὸ χρῶμα χυμὸν, ἀλλὰ γαλακτώδη. ἐμπίπλησι δὲ κρατῆρας πολλοὺς, ὅσους ἂν ἐθέλῃ ὁ ἀποτρίβων, καὶ οὔτε τῷ σταθμῷ, οὔτε τῇ περιφερείᾳ ἐλαττοῦται. χρησιμεύει δὲ * ὁ τριβόμενος ἐξ αὐτοῦ χυμὸς εἰς πάθη ὀφθαλμῶν, καὶ πρὸς τὰς ὑδρομανίας πινόμενον, καὶ τοῖς ἀπὸ σταφυλῆς θαλασσίας μαινομένοις. C

χ. τὸ ἐξ αὐτοῦ ἀνιέμενον.

Σμάραγδος χλωρὸς μέν ἐστιν, ἐν δὲ τοῖς ὄρεσι τοῖς Ἰνδικοῖς ὀρύττοντες οἱ βάρβαροι κόπτουσιν αὐτόν. ἡ δὲ δύναμις αὐτοῦ εἰς τὸ ἐσοπτρίζεσθαι τὰ πρόσωπα.

Ἄνθραξ ὀξυφοίνιξ μέν ἐστι τῷ εἴδει. γίνεται δὲ ἐν Καρχηδόνι τῆς Λιβύης, ἥτις Ἀφρικὴ λέγεται. φασὶ δὲ αὐτὸν οὐκ ἐν ἡμέρᾳ, ἀλλ' ἐν νυκτὶ εὑρίσκεσθαι. πόῤῥωθεν γὰρ δίκην λαμπάδος καὶ ἄνθρακος * σπινθηρίζων, ῥακίζων ἐπὶ ὥραν καταπαύεται. ἐπιγνόντες δὲ οἱ τοῦτον ζητοῦντες ὅτι οὗτός ἐστιν, ἀπέρχονται πρὸς D τὴν αὐγὴν αὐτοῦ καὶ εὑρίσκουσιν αὐτόν· βασταζόμενος δὲ ὁποίοις ἂν ἱματίοις καλυφθῇ, ἡ αὐτὴ αὐτοῦ ἔξω τῆς περιβολῆς * φαίνεται.

χ. σπινθηρίζων, καὶ ῥακίζων.

ἄλ. φαίνει.

Σάπφειρος πορφυρίζων μέν ἐστιν, γίνεται δὲ ἐν Αἰθιοπίᾳ καὶ Ἰνδίᾳ. τριβόμενος δὲ φύματα καὶ ψύδρακας ἰᾶται σὺν γάλακτι ἐπιχριόμενος τοῖς ἡλκωμένοις τόποις. καὶ ἐν τῷ ὄρει τῷ Μωϋσῇ δοθεῖσα νομοθεσία ἐπὶ λίθῳ σαπφείρῳ λέγεται πεφηνέναι.

Κασπὶς σμαραγδίζων μέν ἐστιν, εὑρίσκεται δὲ

Sancti Epiphanii
DE DUODECIM LAPIDIBUS
rationali Sacerdotis infixis.

Francisco Turiano Interprete.



SARDIUS lapis, qui & Babylonicus nuncupatur, aspectu est igneo ac sangvineo. In Babylonia gignitur apud Assyrios. Pellucidus, sanandiqve vim habet. Adhibent hunc medici ad tumores & plagas ferro inflictas, loca affecta perungentes.

II. Topazius rubedine carbunculum vincit. In Topaze urbe gignitur apud Indos. Si autem in mortario contundatur, non ruber, sed lacteus succus exprimitur: & qvamvis multos, sive qvotqvot volueris, impleas calices, nunqvam tamen vel pondere vel qvantitate minuitur. Oculorum morbis succus illius est salutaris. Potus hydromaniæ prodest, ac furentibus ob uvam marinam.

III. Smaragdus viridis est. Barbari in montibus Indicis fodientes hunc lapillum excindunt. Accommodatus autem est ad speculâ coofieienda; in qvibus faciem contemplemur.

IV. Carbunculus est colore phœniceo vehementi. Gignitur Carthagine Libyæ, qvæ Aphrica dicitur. Ajunt illum non interdiu, sed noctu reperiri. Nam minus lampadis instar carbonisqve scintillat: interdum tamen illius splendor contunditur & conqviescit. Qvi illum inqvirunt, agnoscunt nitorem, eumqve seqvuntur: atqve hac ratione reperiunt. Si feriatur hic lapis, qvocunqve vestium genere tegatur, non vincitur ejus fulgor, sed translucet.

V. Sapphirus ad purpureum colorem accedit: in Æthiopia nascitur, & in India. Confusus & una cum lacte locis ulcerosis illitus tubercula tumoresqve sanat. Lex autem qvæ Moysi data est in monte, in hujusmodi dicitur fuisse inscripta.

VI. Jaspis ad smaragdi colorem pro-

pe accedit, apud Thermodontis fluvii ostium invenitur, & apud Amathunta Cypri urbem: confert ad epilepsias.

VII. Hyacinthus igneo propemodum colore est: in interiori Scythiæ barbaria reperitur. Veteres porrò totum Boreale clima, ubi Gotthi morantur, ac Dauni Scythiam appellare consveverunt. Ibi igitur in eremo magnæ Scythiæ penitiori vallis est, qvæ hinc atqve inde montibus lapideis veluti muris cincta, hominibus est invia, longeqve profundissima: ita ut è sublimi vertice montium tanqvam ex mœnibus despectanti non liceat vallis solum intueri; sed ob loci profunditatem densæ adeo sunt tenebræ, ut chaos ibi qvoddam esse videatur. A regibus qvi illùc aliqvando sunt profecti, qvidam rei ad illa loca damnantur, qvi mactatos agnos in vallem detracta pelle proiiciunt. Adhærescunt lapilli, sesqve ad eas carnes agglutinant. Aqvilæ verò, qvæ in illorum montium vertice degunt, nidorem carnium secutæ devolant, agnosqve, qvibus lapilli adhæserunt, exportant. Dum autem carnibus vescuntur, lapilli in cacumine montium remanent. At ii, qvi ad ea loca sunt damnati, observantes ubi carnes aqvilæ depaverint, accurrunt, feruntqve lapillos. Porrò hyacinthus hujusmodi præditus est facultate, ut in prunas injectus illas extingvat, nullum ipse accipiat detrimentum. Qvin etiam si linteo involutus iniiciatur in prunas, ipse comburitur linteo incolumi, integroqve servato. Ferunt etiam uterum gerentibus prodesse ad commodè pariendum.

VIII. Achates est colore ferme cœruleo: is qvoqve in illis Scythiæ regionibus reperitur: qvi si teratur in fronte, viperini morsus, & scorpii sedat dolorem.

IX. Amethystus colore flammeo vehementi est: in montibus Libyæ reperitur ad litora marina.

X. Chrysolithus colore est aureo, reperitur in puteaelibus petris prope crepidinem Achemenidis in Babylonia. Babylonem enim, & puteum illum petræ appellant Achemenida. Contusus stomachicis confert & colicis.

XI. Beryllus colore glauco gignitur inter semente in Tauri montis finibus.

XII. Onyx flavus est. Invenitur in eodem monte.

A περὶ τὸ στόμα Θερμώδοντος, καὶ περὶ * Ἀμαθοῦντι τῆς Κύπρου. χρησιμεύει δὲ εἰς τὰς ἐπιληψίας. ἄλ. Μαθουντι Κύπρου.

Ὑάκινθος ὑποπυρίζων μέν ἐστιν, εὑρίσκεται δὲ ἐν τῇ ἐσωτέρᾳ βαρβαρίᾳ τῆς Σκυθίας. Σκυθίαν δὲ εἰώθασι καλεῖν οἱ παλαιοὶ τὸ κλίμα ἅπαν τὸ βόρειον, ἔνθα εἰσὶν οἱ Γότθοι καὶ Δαῦνες. ἐκεῖ τοίνυν ἔνδον ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς μεγάλης Σκυθίας ἐστὶ φάραγξ λίαν βαθυτάτη, καὶ ἀνθρώποις ἄβατος ὄρεσι πετρῶν ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν περιεστοιχισμένη, ὥστε ἄνωθεν ἀπ' ἄκρων τῶν ὀρέων παρακύψαντά τινα ὡς ἀπὸ τειχῶν μὴ δύνασθαι κατοπτεύειν τὸ ἔδαφος τῆς φάραγγος, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ βάθους ἐσκοτίσθαι, ὥσπερ τι χάος. ἐν ᾗ οἱ ἀπεσταλ-
B μένοι ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε πλησιαζόντων βασιλέων καταδίκοι εἰσὶ καὶ βιαζόμενοι. θύσαντες δὲ * ἀνθρώπους ἐκδείραντες ῥίπτουσιν ἄνωθεν ἀπὸ τῶν πετρῶν εἰς τὸ χάος τῆς φάραγγος, καὶ κολλῶσιν οἱ λίθοι ἐν τοῖς κρέασιν ἐκείνοις. αὐτοὶ οὖν ἐν ταῖς πέτραις ἄνωθεν καθοικοῦντες πρὸς τὴν ὀσμὴν τῶν κρεῶν κατέρχονται καὶ ἀναφέρουσι τοὺς ἄρνους ἔχοντας τοὺς λίθους, ἔν τε τῷ ἐσθίειν τὰ κρέα, οἱ λίθοι μένουσιν ἐν τῇ ἀκρωρείᾳ τῶν ὀρέων, οἱ δὲ καταδίκοι σκοπεύσαντες ποῦ ἀνηνέχθησαν ὑπὸ τῶν αὐτῶν τὰ κρέα, ἀπέρχονται καὶ φέρουσι τοὺς λίθους. ἔχουσι δὲ ἐνέργειαν τοιάνδε. βαλλόμενοι γὰρ ἐπ' ἀν-
C θράκων πυρὸς, αὐτοὶ μὲν οὐ βλάπτονται, τοὺς δὲ ἄνθρακας κατασβεννύουσιν. οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ λαμβάνων τις τὸν λίθον, καὶ περιειλήσας ἐν ὀθόνῃ τινὶ, ἐπιθεὶς ἐπ' ἄνθρακας, κρατῶν αὐτὸς μὲν ἀπὸ τῆς πυρᾶς φλογίζεται, ἡ δὲ ὀθόνη ἀβλαβὴς μένει. λέγεται δὲ καὶ ταῖς * τεκούσαις γυναιξὶν εὐτοκίας χάριν χρησιμεύειν.

ἴσ. ἄρνας. ἄλ. τικτούσαις.

Ἀκάτης ὑποκυανίζων μέν ἐστιν, εὑρίσκεται δὲ καὶ οὗτος περὶ τὰς Σκυθικὰς χώρας ἐκείνας. τριβόμενος δὲ ἐπὶ τοῦ μετώπου δήγματος ἀποτρέπει πόνον σκορπίων τε καὶ ἐχιδνῶν.

Ἀμέθυστος φλογίζων μέν ἐστι, βαθέως, ἐν
D δὲ τοῖς ὄρεσιν εὑρίσκεται Λιβύης πρὸς ταῖς ὄχθαις, τῆς θαλάσσης.

Χρυσόλιθος χρυσίζων μέν ἐστι, εὑρίσκεται δὲ ἐν τῇ * Φρεατίδι πέτρᾳ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς * μένιδος Βαβυλῶνος. τὴν γὰρ Βαβυλῶνα καὶ τὸ Φρέαρ ἐκεῖνο τῆς πέτρας Ἀχεμενίδα καλοῦσι. τριβόμενον δὲ στομαχικοῖς, καὶ κοιλιακοῖς ἰατρικὸς ὑπάρχει.

ἄλ. ἀφρεατίδι. ἄλ. ἀχαιμενίδος.

Βαρύλλιον * γλαυκίζον μέν ἐστι. γίνεται δὲ παρὰ τὰ σπέρματα τοῦ ὄρους τοῦ καλουμένου Ταύρου. ἄλ. γλαυκίζον.

Ὀνύχιον ξανθὸν μέν ἐστιν, εὑρίσκεται δὲ καὶ οὗτος ἐν τῷ αὐτῷ ὄρει.



Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΠΡΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΡΟΦΗΤΩΝ ΠΩΣ ΕΚΟΙΜΗΘΗΣΑΝ ΚΑΙ ΠΟΥ ΚΕΙΝΤΑΙ.

SANCTI EPIPHANII EPISCOPI CYPRI DE PROPHETIS, EORUMQVE OBITU AC SEPULTURA.

DIONYSIO PETAVIO SOCIETATIS JESU INTERPRETE.

Ο ΒΙΟΣ ΤΟΥ ΝΑΘΑΝ ΠΡΟΦΗΤΟΥ, καὶ ποῦ κεῖται.

ΝΑΘΑΝ ὁ Προφήτης ἐγένετο ἐν ἡμέραις Δαβὶδ ἐκ Φυλῆς Θωκ. οὗτος δὲ ἦν ἐκ Γαβάθ· καὶ αὐτός ἐστιν ὁ διδάξας τὸν Δαβὶδ τὸν νόμον τοῦ Κυρίου. Καὶ ἔγνω Νάθαν, ὅτι ὁ βασιλεὺς Δαβὶδ ἐν τῇ Βηρσαβεὲ παρέβη, *τὸν σπεύδοντα αὐτὸν ἐλθεῖν ἐκ Γαβάθ εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ κωλύσαι τὸν Δαβὶδ ἀπὸ τῆς ἀνομίας ταύτης, ἐκώλυσεν (αὐτὸν) ὁ Βελίαρ, ὅτι κατὰ ὁδὸν εὗρεν νεκρὸν κείμενον γυμνὸν, καὶ ἐπέμεινεν τοῦ θάψαι αὐτὸν ἐκεῖ, ἵνα μὴ ἀπὸ τῶν θηρίων ἀναλωθῇ, καὶ τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ ἔγνω, ὅτι ἐποίησεν ὁ Δαβὶδ τὴν

F. ἀλλά.

NATHAN PROPHETÆ vita, & sepulturæ locus.

1. NATHAN Propheta Davidis temporibus extitit, è tribu rhoc. Ortus est ex oppido Gabath: atqve hic ille est, qvi Davidem in legem Domini perdocuit. Qvem & in Bersabee peccasse cognovit. Sed cum ad prohibendum Davidis flagitium è Gabath Hierosolyma properaret; obstitit Belial. Mortuum enim nudum in via jacentem reperit, cujus illic sepeliendi gratiâ constitit, ne à feris laniaretur. Eadem porrò nocte Nathan comperit Davidem crimen illud perpetrasse. Ob

id mœrens Gabatham revertit. Postea- A quam verò David Uriam Bersabeæ virum interfecit, missus à Deo Nathan ob admissum facinus illum redarguit. Tum David hunc in modum castigatus & convictus Dominum timuit: intellexitqve Nathanem Spiritu esse sancto præditum, atqve eidem propterea tanqvam Dei sancto venerationem adhibuit. At Propheta extrema in senectute mortuus Gabathæ in patria suâ sepultus est.

ACHIÆ PROPHETÆ vita, & sepulturæ locus.

B

II. ACHIAS Selonites è Selon oriundus de tribu Juda, ubi qvondam Arcæ tabernaculum fuit, ex Arimathem Eli Sacerdotis oppido. Hic Salomonem Davidis filium Deum offensurum esse prædixit. Qvin & Jeroboam arguens significavit, eum, postqvam regno potitus esset, fraudulenter cum Deo ambulaturum esse. Oblatum enim illi per visum est par boum, qvod populum proculcaret, & in Sacerdotes irrueret. Idem qvoqve Salomoni prædixit, fore, ut ipsum à Domino mulieres abstraherent. Jeroboamo vero; Duobus, inqvit, vitulis tuis offendes Dominum, ac genus tuum in servitutem dabi- C tur. Mortuus demum Achias ad qvercum illam sepelitur, qvæ in Selom hodieqve conspicitur.

JOAM PROPHETÆ vita, & sepulturæ locus.

III. JOAM Propheta Samariæ natus ille est ipse, qvi in via à leone percussus obiit, qvando Jeroboam propter aureas ab eo fabricatas buculas redarguit; ejusqve sacrificia detestatus est. Et extendit manum Jeroboam, ut malo illum D afficeret; sed ei manus aruit. Post hæc à Pseudopropheta deceptus pane vesci, & aqvam bibere coactus est. Egredientem deinde leo cecidit, neqve illius asinam læsit. Sepultusqve est in Bæthel prope Pseudoprophetam. Postea verò moriens Pseudopropheta à Sacerdotibus jusjurandum exegit. Vos me, inqvit, prope Joam humi mandabitis; qvoniam ego illum decepi; & in resurrectione pœnæ à nobis exigentur. Ambo igitur eodem tumulo conditi sunt.

A ἁμαρτίαν, καὶ ὑπέστρεψε πενθῶν εἰς Γαβαάθ. Καὶ ὡς ἀνεῖλεν Δαβὶδ Οὐρίαν τὸν ἄνδρα τῆς Βηρσαβεὲ, ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Νάθαν, καὶ ἤλεγξε τὸν Δαβὶδ περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτοῦ, καὶ ἐφοβήθη Δαβὶδ τὸν κύριον, ὅτι ἠλέγχθη ὃ ἐποίησεν. Καὶ ἔγνω Δαβὶδ, ὅτι πνεῦμα Θεοῦ ἅγιον ἐπὶ Νάθαν, τὸν Προφήτην ἐστὶν, καὶ ἐτίμησεν αὐτὸν ὡς ὅσιον Θεοῦ, καὶ αὐτὸς πάνυ γηράσας ἀπέθανε, καὶ ἐτάφη ἐν Γαβαὰθ, ἐν τῇ γῇ αὐτοῦ.

Ο ΒΙΟΣ ΤΟΥ ΑΧΙΟΥ ΠΡΟφήτου, καὶ ποῦ κεῖται.

B ΑΧΙΑΣ ὁ Σηλωνίτης, οὗτος ἦν ἀπὸ Σηλὼμ ἐκ φυλῆς Ἰούδα, ὅπου ἦν ἡ σκηνὴ τῆς κιβωτοῦ τὸ πάλαι, ἐκ πόλεως Ἀρμαθὲμ Ἡλὶ τοῦ ἱερέως. οὗτος ὁ Προφήτης εἶπεν περὶ Σολομῶν τοῦ υἱοῦ τοῦ Δαβὶδ, ὅτι προσκρούσει τῷ Θεῷ. οὗτος ἤλεγξε καὶ τὸν Ἱεροβοὰμ, ὅτι ἐὰν βασιλεύσῃ, δόλῳ πορεύσεται μετὰ κυρίου. εἶδεν γὰρ ὀπτασίαν, ζεῦγος βοῶν καταπατοῦν τὸν λαὸν, καὶ κατὰ τῶν ἱερέων ἐπιτρέχον. καὶ εἶπεν τῷ Σολομῶν, ὅτι γυναῖκες αὐτὸν ἐκστήσουσιν ἀπὸ τοῦ Κυρίου. καὶ τῷ Ἱεροβοὰμ εἶπεν, ὅτι διὰ τῶν δύο δαμαλίων σου προσκρούσεις τῷ Κυρίῳ, καὶ εἰς δουλείας ἔσται τὸ γένος σου, ἀπέθανεν δὲ Ἀχίας, C καὶ ἐτάφη συνεγγὺς τῆς δρυὸς τῆς οὔσης Σηλώμ.

Ο ΒΙΟΣ ΤΟΥ ΙΩΑΜ ΠΡΟφήτου, καὶ ποῦ κεῖται.

ΙΩΑΜ ὁ Προφήτης ἐγένετο ἐν Σαμαρείᾳ. οὗτός ἐστιν, ὃν ἐπάταξεν ὁ λέων ἐν τῇ ὁδῷ καὶ ἀπέθανεν, ὅτε ἤλεγξε τὸν Ἱεροβοὰμ ἐπὶ ταῖς χρυσαῖς δαμάλισιν αὐτοῦ, ἃς ἐποίησεν· ὅτε κατηράσατο τὴν θυσίαν Ἱεροβοάμ. καὶ ἐξέτεινε τὴν χεῖρα τοῦ κακῶσαι αὐτὸν, καὶ ἐξη- D ράνθη ἡ χεὶρ τοῦ Ἱεροβοάμ. καὶ μετὰ ταῦτα ἠπατήθη ὑπὸ τοῦ ψευδοπροφήτου, καὶ ἐβιάσατο αὐτὸν φαγεῖν ἄρτον, καὶ πιεῖν ὕδωρ. καὶ ἐξελθόντα αὐτὸν ἐπάταξεν ὁ λέων, καὶ τὴν ὄνον αὐτοῦ οὐκ ἠδίκησεν. καὶ ἐτάφη ἐν * Βεθὴρ συνεγγὺς τοῦ ψευδοπροφήτου, καὶ ὕστερον ἀποθνήσκων ὁ ψευδοπροφήτης ὥρκισε τοῖς ἱερεῦσιν· ὅτι μετὰ τοῦ Ἰωὰμ Προφήτου με θάψετε, ὅτι * ἠπάτησαν αὐτὸν, καὶ ἐν τῇ ἀναστάσει δίκας εἰσπραξόμεθα. καὶ ἀμφότεροι κεῖνται ἐν ἑνὶ μνημείῳ.

γρ. Βαιθήλ.

Cor. ἠπάτησα.

A

Ο ΒΙΟΣ ΤΟΥ ΑΖΑΡΙΟΥ Προφήτου, καὶ ποῦ κεῖται.

ΑΖΑΡΙΑΣ ὁ Προφήτης. οὗτος ἦν ἐκ τῆς Συμβαθά. οὗτός ἐστιν ὁ ἀποστρέψας τὴν αἰχμάλωσιν Ἰούδα εἰς Ἱερουσαλὴμ, διὰ προσευχῶν. πολλὰ δὲ προφητεύσας περὶ τῆς ἐλεύσεως τοῦ Κυρίου, ἐκοιμήθη ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ.

AZARIÆ PROPHETÆ vita, & sepulturæ locus.

IV. AZARIAS Propheta è Symbatha ortus ille est ipse, qui precibus suis captivos è tribu Judæ Hierosolyma reduxit. Idem cùm de adventu Domini multa vaticinatus esset, in patria sua decessit.

Ο ΒΙΟΣ ΤΟΥ ΗΛΙΟΥ Προφήτου, καὶ ποῦ κεῖται.

Deerat in Aug. cod. ἐκ Θεσβῶν. Aberat vox illa ab Aug. Aug. ὅτε ἔμελλεν τίκτεσθαι ἴδε Σοχοβα, ἡ μήτηρ. Aug. ἐλθὼν ὁ πατὴρ αὐτοῦ. Ἀσώμ. Mox: χρησμὸς pro χρηματισμός.

ΗΛΙΑΣ ὁ Προφήτης. οὗτος ἦν * ἐκ Θεσβῶν, ἐκ γῆς Ἀράβων ἐκ φυλῆς Ἀαρὼν, Λευίτης, οἰκῶν ἐν Γαλαὰδ, ὅτι ἡ Θέσβις δῶμα ἦν τοῖς ἱερεῦσι * δεδομένη. καὶ ὅτε ἔτεκεν αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ, * ἴδεν Σωβὰκ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ὀπτασίαν, ὅτι ἄνδρες λευκοφανεῖς αὐτὸν προσηγόρευον, ὅτι ἐν πυρὶ αὐτὸν ἐσπαργάνουν, καὶ φλόγα πυρὸς ἐδίδουν αὐτῷ φαγεῖν. καὶ ἐλθὼν * εἰς Ἱερουσαλὴμ ἀνήγγειλεν τοῖς ἱερεῦσι, καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ χρηματισμός· μὴ δειλιάσῃς. ἔσται γὰρ ἡ οἴκησις τοῦ παιδίου φῶς, καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ ἀπόφασις, καὶ κρινεῖ τὸν Ἰσραὴλ ἐν ῥομφαίᾳ καὶ πυρί. οὗτος ἐστὶν Ἡλίας, ὁ τὸ πῦρ τρίτον ἐξ οὐρανοῦ κατενέγκας, καὶ τὸν ὑετὸν τῇ ἰδίᾳ γλώττῃ βαστάσας, καὶ νεκροὺς ἐγείρας, καὶ εἰς οὐρανὸν ἀναληφθεὶς ἐν λαίλαπι πυρός.¶

ELIÆ PROPHETÆ vita, & locus ubi nunc versatur.

B V. ELIAS Propheta Thesbis oriundus Arabiæ oppido, ex tribu Aaronis Levita in Galaaditano agro domicilium habuit. Thesbis enim Sacerdotum habitationi destinata fuerat. Porrò qvo tempore mater illum peperit, Sobaco patri certi homines candidati per visum oblati sunt, qvi cùm infantem salutassent, eundem igne pro fasciis obvolverunt, & flammam pabuli loco præbuerunt. Qvod cùm ille Hierosolyma profectus Sacerdotibus renunciasset, oraculum istud accepit: Ne timeas. Erit enim in luce pueri

C domicilium, ejusqve sermo decretum; & judicabit Israëlem in gladio & igni. Hic est Elias, qvi tertiò ignem è cœlo demisit; qvi lingva sua pluviam portavit, mortuos ad vitam excitavit; & in cœlum igneo turbine subvectus est.

For. χρησμῶν.

¶ August. post hæc verba ἐν ῥομφαίᾳ, καὶ πυρὶ, ista subjicit. Καὶ γὰρ ζηλωτὴς, καὶ φύλαξ τῶν τοῦ Θεοῦ ἐντολῶν ἀκριβὴς γεγονὼς, καὶ μεγίστων μυστηρίων, καὶ * χρισμάτων θείων ἀξιωθεὶς ἀνελήφθη ἐν ἅρματι πυρίνῳ. ὃς πάλιν ἐλεύσεται πρὸ τῆς συντελείας. ὡς φησὶν ὁ Θεὸς διὰ Μαλαχίου· ἰδοὺ ἐξαποστελῶ ὑμῖν Ἡλίαν τὸν Θεσβίτην, πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν Κυρίου τὴν μεγάλην, καὶ ἐπιφανῆ, ὃς ἀποκαταστήσει καρδίαν πατρὸς πρὸς υἱὸν, καὶ καρδίαν ἀνθρώπου πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ, μὴ ἐλθὼν πατάξω τὴν γῆν ἄρδην. Ὁ δὲ τούτου φοιτητὴς Ἐλισσαῖος ἦν. Tum cætera de Elisæo sine distinctione subjicit.

Ο ΒΙΟΣ ΤΟΥ ΕΛΙΣΣΑΙΟΥ τοῦ Προφήτου, καὶ ποῦ κεῖται.

γρ. Ἀμελμουήλ. γρ. Φυλῆς Νεφθαλεὶμ υἱὸς Ἰωσαφάτ.

ΕΛΙΣΣΑΙΟΣ ὁ Προφήτης. οὗτος ἦν ἐξ * Ἀβελμοὺθ ἐκ τῆς γῆς Ῥουβὶμ, * καὶ ἐπὶ τούτου γέγονε τεράτιον, ὅτι ἡνίκα ἐτέχθη, ἐν Γαλγάλοις ἡ δάμαλις ἡ χρυσῆ ἡ ἐν Σηλὼμ ὀξὺ

ELISÆI PROPHETÆ vita, ac Sepultura.

VI. ELISÆUS Propheta Abelmuthe, qvod Rubeniticæ tribus oppidum est, oriundus, cùm in lucem ederetur, ejusmodi prodigium accidit. Bos enim aurea, qvæ in Galgalis, aut in Silo

erat, tam acuta ac sonora voce mugiit, ut A ea Hierosolymis exaudita sit. Tum Sacerdos pectoralis lapidibus consultis: Hinc perspicuum est, ait, natum hodie Prophetam esse, qvi sculptilia diruet, & fusilia simulacra conflabit. Cæterum infinita per Elisæum miracula Deus edidit: qvi post obitum Sebastopoli in Samaria sepelitur. De adventu Domini idem ille vaticinatus est. Tum sterilibus, ac salsis Jerichuntis aqvis salubritatem his verbis attulit: *Hæc dicit Dominus: Sanavi aqvas istas.* Et sanatæ sunt ad hodiernum usqve diem. Præterea mortuos in lucem restituit. Naaman Syrum à lepra purgavit, qvam in Giezi servum suum transtulit. Mortuus deniqve mortuo vitam reddidit.

ἐβόησεν, ὥστε ἀκουσθῆναι ἐν Ἱερουσαλήμ. καὶ εἶπεν ὁ ἱερεὺς διὰ τῶν δήλων, ὅτι Προφήτης ἐτέχθη σήμερον, ὃς καθελεῖ τὰ γλυπτὰ, * καὶ συγκλάσει τὰ χωνευτά. πολλὰ δὲ τεράστια ἐποίησεν ὁ Θεὸς διὰ χειρὸς Ἐλισσαίου, καὶ θανὼν ἐτάφη ἐν Σαμαρείᾳ, ἐν Σεβαστοπόλει. οὗτος προεφήτευσε περὶ τῆς τοῦ Κυρίου παρελεύσεως, καὶ τὰ ὕδατα Ἱεριχὼ ἄτεκνα ὄντα ἁλμυρὰ ἰάσατο, εἰπών· τάδε λέγει Κύριος, ἴαμαι τὰ ὕδατα ταῦτα. καὶ ἰάθησαν, ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας. καὶ νεκροὺς ἤγειρεν, καὶ λεπρὸν ὄντα Νεεμὰν τὸν Σύρον, * ἐκαθάρισε τῆς λέπρας, καὶ τὸν Γιεζεὶ τὸν ὑπηρέτην αὐτοῦ λεπρὸν ἐποίησε, καὶ νεκρὸς ὢν, νεκρὸν ἤγειρεν. ¶

κ. τὰ γλυπτὰ αὐτῶν καὶ χωνευτά.

Al. ἐκάθηρε.

¶ Post τὰ χωνευτὰ, in August. ita legebatur. καὶ γὰρ ἐπαναπαυσάμενον ἐπ᾽ αὐτὸν τὸ πνεῦμα διπλοῦν γέγονεν ἐν αὐτῷ διπλᾶ ἐν πνεύματι καὶ τὰ χρίσματα, καὶ τὰ ἐνεργήματα. ὅθεν οὐ μόνον ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ ἐθαυματούργει. ἀλλὰ καὶ θανὼν ἐτάφη ἐν Σαμαρείᾳ. ἐῤῥίφη νεκρὸς, καὶ μονόζωος ἐν τῷ τάφῳ αὐτοῦ, καὶ εὐθὺς ἀνέζησεν ὁ νεκρός.

ESAIÆ PROPHETÆ vita, & sepultura. B

Ο ΒΙΟΣ ΗΣΑΙΟΥ ΠΡΟΦΗΤΟΥ, καὶ ποῦ κεῖται.

VII. Esaias Propheta filius Amos patria Hierosolymitanus ex tribu Juda à Manasse rege Juda interfectus, & in duas partes sectus sub Rogelis qvercu sepultus est, ad aqvarum transitum, qvas imposito aggere Ezechias obstruxerat. Deus autem Siloam fontem in Prophetæ gratiam produxit; qvòd is sub mortem deficiente jam anima precibus aqvam ad bibendum postulasset, qvæ subinde est emissa. Qvam ob causam Siloam, hoc est missus, fons ille nominatus est. Qvinetiam sub Ezechia rege, antеqvam hic cisternas, & piscinas fabricasset, orante Esaia Propheta, paululum aqvæ prorupit: cùm populus ab alienigenis obsideretur: ut ne aqvæ inopia civitas interiret. Etenim hostes undenam Judæi biberent sciscitabantur: neqve enim sciebant: & circumsessa urbe ad Siloam excubabant. Igitur cùm Judæi ad hauriendum accederent, attollebat sese unda, & ad aqvandum copiam sui præbebat. Alienigenæ verò subducente illa sese, reperire non poterant. Qvare hoc etiam tempore demonstrandi divini Mysterii caus-

A dictio Adam, & ad semen ejus, & ad Noë, & ad filios ejus: Crescite & multiplicamini, & replete terram? Jam enim non erit benedictio, sed maledictio, juxta Origenem, qvi Angelos vertit in animas, & de sublimi fastigio dignitatis facit ad inferiora descendere: qvasi DEUS generi humano non possit animas per benedictionem dare, nisi Angeli peccaverint, & tot in cœlo sint ruinæ, qvot in terra nativitates. Dimittenda ergo nobis est doctrina Apostolorum, & Prophetarum, & legis, & ipsius Domini Salvatoris in Evangelio personantis. E contrario Origenes præcipit, & legem dat, ut non dicam, constringit discipulos suos, ne qvis B oret in cœlum ascendere, ne pejus iterum peccans, qvàm in terris ante peccaverat, præcipitetur in mundum. Qvanqvam istiusmodi nugas & deliramenta soleat ille Scripturarum interpretatione perversa, & aliud significante, qvam qvod verum est, affirmare, dicens: Prius qvàm à malitia humiliarer, ego deliqvi. Et illud, Revertere anima mea in reqviem tuam. Nec non & illud, Educ de carcere animam meam. Et in alio loco, Confitebor Domino in regione vivorum. Cùm alius procul dubio sensus Scripturæ divinæ sit, qvam ille in hæresim suam maligna interpretatione C detorqvet. Qvod faciunt & Manichæi, & Gnostici, & Ebionitæ, & Marcionis sectatores, & aliæ hæreses numero octoginta, qvæ de purissimo Scripturarum fonte assumentes testimonia, non ita interpretantur, ut scripta sunt, sed simplicitatem sermonis Ecclesiastici id volunt significare, qvod ipsi sentiunt. Illud qvoqve, qvod asserere nititur, doleam ne an rideam, nescio. Doctor egregius Origenes audet docere, Diabolum id rursum futurum esse qvod fuerat: & ad eandem rediturum dignitatem, & conscensurum regna cœlorum. Proh nefas! qvis tam vecors & stolidus, ut hoc recipiat, qvod D sanctus Joannes Baptista, & Petrus, & Joannes Apostolus & Evangelista, Esaias qvoqve & Hieremias, & reliqvi Prophetæ, cohæredes fiant Diaboli in regno cœlorum? Præterea frivolam ejus expositionem super tunicis pelliceis, qvanto conatu, qvantisqve egerit argumentis, ut tunicas pelliceas, humana esse corpora crederemus. Qvi inter multa ait: Nunqvid coriarius aut scordiscarius erat DEUS, ut conficeret pelles animalium & consueret ex eis tunicas pelliceas Adam & Evæ? Manifestum est ergo, inqvit, qvod de corporibus nostris

ſtris loqvatur. Et ſi hoc ita eſt, qvomodo A
legimus ante pelliceas tunicas, & ante in-
obedientiam & de paradiſo ruinam, Adam
loqventem non ſecundum allegoriam, ſed
verè: Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro
de carne mea? Aut unde aſſumptum eſt il-
lud, qvod divinus ſermo teſtatur: Et inje-
cit DEUS ſoporem in Adam, & dormivit, &
ſumpſit unum de coſtis ejus, & adimplevit pro
ea carnem, & ædificavit coſtam, qvam tule-
rat ex eo, illi in uxorem? Aut qvæ corpora
contegebat Adam & Eva foliis ficus, poſtqvam
comederunt de arbore vetita? Qvis autem pa- B
tienter ferat Origenem lubricis argumentatio-
nibus reſurrectionem carnis hujus negantem:
ſicut declarat manifeſtiſſimè in volumine ex-
planationum primi Pſalmi, & in aliis multis
locis? Aut qvis audiat in tertio cœlo donan-
tem nobis Origenem paradiſum: & illum,
qvem Scriptura commemorat, de terra ad
cœleſtia transferentem, & omnes arbores,
qvæ ſcribuntur in Geneſi ſic allegoricè intel-
ligentem, qvòd ſcilicet arbores Angelicæ
fortitudines ſint, cùm hoc veritas non reci-
piat? Neqve enim dixit Scriptura divina;
Depoſuit DEUS Adam & Evam in terram:
ſed ejecit eos de paradiſo, & habitare fecit C
eos contra paradiſum. Non ait, Sub paradi-
ſo. Et poſuit romphæam flammeam & Che-
rubim cuſtodire introitum ligni vitæ. Non
dixit, Aſcenſum. Et fluvius egrediebatur ex
Edem. Non dixit, Deſcendit ex Eden. Iſte
dividitur in qvatuor principia, nomen uni Phi-
ſon, & nomen ſecundi Geon. Ego vidi aqvas
Geon, aqvas, qvas his carneis oculis aſpexi.
Iſte eſt Geon, qvem Hieremias demonſtrat,
dicens: Qvid vobis & viæ Ægypti, ut biba-
tis aqvam Geon turbidam? Bibi & de hoc
magno flumine Euphrate aqvas ſimplici-
ter, qvas manu potes tangere, ore ſorbere, D
non aqvas ſpirituales. Ubi autem flumina
ſunt, qvæ & videntur, & bibuntur, ibi con-
ſeqvens eſt, qvòd & ficus & alia ligna, de
qvibus dicit DEUS, Ex omni ligno, qvod
eſt in paradiſo, comedes, ſimilia ſint lignis
& aliis arboribus, ſicut flumina ſimilia ſunt
fluminibus & aqvis. Si autem aqva qvæ
cernitur, verè aqva eſt, neceſſe eſt ut & fi-
cus vera ſit, & alia ligna, & Adam verus
ſtatim à principio plaſmatis in corpore, ſi-
cut & Eva, & non in phantaſmate, & poſt
ruinam (ut vult Origenes) propter pecca-
tum poſtea corpus acceperit. Sed dicis: Le-
gimus, qvòd ſanctus Paulus raptus ſit us-
qve ad tertium cœlum, & usqve in para-
diſum. Benè dicis. Qvando ponit tertium
cœlum, & poſtea addidit. Et in Paradiſum,
oſtendit alibi eſſe cœlum, & alibi Paradiſum.
Illas verò præſtigias qvis non ſtatim abjiciat
atqve contemnat, dicente Origene, de aqvis
qvæ ſuper firmamentum ſunt, non eſſe aqvas,
ſed fortitudines qvasdam Angelicæ poteſtatis,
& rurſum aqvas, qvæ ſuper terram ſunt, hoc
eſt ſub firmamento, eſſe virtutes contrarias, id
eſt dæmones? Et qvomodo legimus, in dilu-
vio apertas catarrhactas cœli, & aqvas inun-
daſſe diluvii? Unde aperti ſunt fontes abyſſi,
& totus mundus opertus eſt aqvis? O furor
hominum junctus ſtultitiæ! qvi reliqverunt il-
lud qvod in Proverbus dicitur: Audi Fili
ſermonem Patris tui, & ne abjicias legem ma-
tris tuæ: & converſi ſunt ad errorem, &
dicunt ſtulto, ut princeps ſui ſit, nec conte-
mnunt res fatuas, qvæ diſcunt à fatuo, ſicut
Scriptura teſtatur. Fatuus autem fatua lo-
qvitur, & cor ejus vana intelligit. Unde
obſecro te, dilectiſſime, & qvaſi membris meis
parcens, propter charitatem, qvam in te ha-
beo, precor, ſcribens & orans, ut impleas
illud qvod dicitur: Nonne odientes te Do-
mine odivi, & ſuper inimicos tuos tabeſce-
bam? Inimica & digna odio Origenis verba
ſunt, & DEO repugnantia, & ſanctis ejus,
& non iſta ſola, qvæ dixi, ſed & alia innume-
rabilia. Neqve enim nunc mihi propoſitum
eſt adverſus omnia Origenis dogmata diſputa-
re. Nihil mihi ſubripuit Origenes, nec in
mea generatione fuit, nec propter aliqvas res
mundi & hæreditatem, odium adverſum il-
lum pugnasqve ſuſcepi. Sed (ut ſimpliciter
fatear) doleo, & valde doleo, videns plurimos
fratrum, & eorum præcipuè, qvi profeſſio-
nem habent non minimam, & in gra-
dum qvoqve ſacerdotii maximum pervene-
runt, ejus perſvaſionibus deceptos, & perver-
ſiſſima doctrina cibos factos eſſe diaboli: in
qvibus completum eſt illud qvod dicitur:
Super omnem munitionem ludit, & eſcæ
ejus electæ, & congregavit, ſicut arenam, ca-
ptivitatem. Te autem, frater, liberet DEUS,
& ſanctum populum Chriſti, qvi tibi creditus
eſt, & omnes fratres, qvi tecum ſunt, & maxi-
mè Ruffinum presbyterum, ab hæreſi Orige-
nis, & aliis hæreſibus, & perditione earum.
Si enim propter unum verbum, aut duo, qvæ
contraria fidei ſunt, multæ hæreſes abjectæ
ſunt ab Eccleſia: qvanto magis hic inter
hæreticos habebitur, qvi tantas perverſitates,
& tam mala dogmata contra fidem adin-
venit, DEIqve & Eccleſiæ hoſtis exitit?

Inter multa enim mala etiam illud auſus eſt A dicere, perdidiſſe imaginem DEI Adam, cum hoc in nullo penitus loco Scriptura ſignificet. Si autem ita eſſet, nunqvam omnia, qvæ in mundo ſunt, ſervirent ſemini Adam, id eſt, univerſo generi hominum: ſicut & Jacobus Apoſtolus loqvitur: Omnia domantur, & ſubjecta ſunt humanæ naturæ. Nunqvam enim univerſa ſubjecta eſſent hominibus, ſi non haberent homines juxta id qvod univerſis imperarent, imaginem DEI. Conjungens autem atqve conſocians ſcriptura divina gratiam benedictionis, qvam Adam donaverat, & generationibus qvæ ex eo B erant, ne qvi forſitan maligna interpretatione auderent dicere, uni datam gratiam DEI, & illum ſolum factum eſſe ad imaginem DEI, qvia plaſmatus eſſet ex humo, & uxorem ejus, qvam creaſſet de coſta viri: eos verò, qvi conciperentur in utero, & non ita naſcerentur ut Adam, DEI non habere imaginem: ſtatim per ordinem jungit, & dicit: Et vixit Adam ducentos triginta annos, & cognovit Evam uxorem ſuam, & peperit ei filium juxta ſpeciem & juxta imaginem ejus, & vocavit nomen ejus Seth. Rurſumqve in dicima generatione poſt annos bis mille ducentos ſexaginta duos vindicans C DEUS imaginem ſuam, & oſtendens, qvod gratia, qvam dediſſet hominibus, perſeveraret in eis, ait: Ne comederitis carnem in ſangvine: ego enim ulciſcar ſangvinem veſtrum de manu omnis hominis effundentis illum, qvia ad imaginem DEI feci hominem. Nec non poſt alteras decem generationes usqve ad Abraham, & ab Abraham usqve ad David alias generationes qvatuordecim: qvæ viginti qvatuor generationes ſimul faciunt annos bis mille, centum, decem & ſeptem, Spiritus ſanctus in trigeſimo octavo Pſalmo, cùm qveretetur de omnibus hominibus, qvòd in vanitate ambularent, & pecca- D tis eſſent obnoxii, loqvitur: Veruntamen in imagine perambulat omnis homo. Nec non poſt David, etiam ſub Salomone filio ejus, legimus tale qviddam ſuper DEI imagine nominatum. Dicit in Sapientia, qvæ titulo ejus inſcribitur: Creavit DEUS incorruptum hominem, & imaginem ſuæ proprietatis dedit ei. Et rurſum poſt annos trecentos undecim plus minus, in novo legimus Teſtamento, qvod non perdiderunt homines imaginem DEI. Jacobus enim Apoſtolus & frater Domini, cujus & ſupra

meminimus, inſtruit nos, ne Origenis laqveis capiamur, habere hominem imaginem & ſimilitudinem DEI. Nam qvum de lingva hominis latius diſputaſſet, adjecit: Inſtabile malum: in ipſa qvippe benedicimus DEUM patrem, & in ipſa maledicimus homines, qvi ad ſimilitudinem DEI conditi ſunt. Paulus qvoqve vas electionis, & qvi doctrinam Evangelicam ſua prædicatione complevit, docet nos, qvòd homo ad imaginem & ſimilitudinem DEI conditus ſit, dicens: Vir non debet nutrire comam, qvum gloria & imago DEI ſit: imaginem ſimpliciter appellans ſuo nomine: ſimilitudinem autem, gloriæ appellatione ſignificans. Pro tribus igitur teſtimoniis, qvæ tibi, ſi de ſcriptura ſancta reperirem, dicebas poſſe ſufficere, ecce ſeptem teſtimonia dedimus. Qvis ergo ſuſtinebit Origenis ineptias, ut non gravius aliqvid loqvar, & ſimilis efficiar vel ipſi, vel diſcipulis ejus, qvi audent in periculo animæ ſuæ aſſerere, qvodcunqve eis in buccam venerit: & magis jubere DEO, & non ab eo vel orare vel diſcere veritatem? Qvidam enim eorum dicunt, qvòd imago DEI, qvam prius accepit Adam, illo peccante perierit. Alii ſuſpicantur corpus, qvod filius DEI habiturus eſſet ex Maria, ipſam eſſe imaginem, alii ſenſum, alii virtutem, iſti baptiſma, hi qvod homo ad imaginem DEI dominetur omnibus, ebriorum more hæc vel illa ructantes: qvos oportebat tantum effugere diſcrimen, nec negare qvæ loqvitur DEUS, & credentes ſimpliciter ſalvos fieri, Deoqve concedere donationis ſuæ certam & veram ſcientiam, in qva potiſſimum parte homines condiderit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. Qvi hæc relinqventes, multis ſe qvæſtionibus implicarunt, & per hoc in cœnum demerſi ſunt peccatorum. Nos autem, dilectiſſime, credimus his, qvæ locutus eſt Dominus, & ſcimus qvod in cunctis hominibus imago DEI permaneat: ipſiqve concedimus noſſe in qva parte homo ad imaginem DEI conditus ſit. Sed neqve illud qvod qvidam in epiſtola Joannis legentes non intelligunt qvenqvam decipiat, ubi loqvitur: Nunc filii DEI ſumus, & nondum apparet qvod erimus. Novimus autem, qvia cùm ille revelatus fuerit, ſimiles ei erimus. Videbimus enim eum, ſicuti eſt. Hoc enim propter gloriam, qvæ ibi revelanda eſt ſanctis ejus, dictum eſt: ſicut & in alio loco legimus, A

gloria in gloriam: cujus gloriæ jam in isto sæculo sancti arrhabonem & portiunculam susceperunt. Primus eorum Moyses, cujus fulsit facies valde, & radiabat veluti fulgor & sol. Secundus Elias, igneo curru raptus in cœlum, & ignis detrimenta non sentiens Stephanus lapidabatur, & faciem habebat Angeli, quæ ab omnibus cernebatur. Hoc autem, qvod in paucis diximus, de omnibus intelligendum est, ut impleatur illud qvod scriptum est: Omnis qvi sanctificat semetipsum, inter beatos numerabitur. B Beati enim mundo corde, qvoniam ipsi Deum videbunt. Cum hæc ita se habeant, dilectissime, custodi animam tuam, & desine circa nos murmurare. Dicit enim scriptura divina: Nolite murmurare ad invicem, sicut qvidam murmuraverunt, & à serpentibus perierunt: magis acqviesce veritati, & dilige diligentes te, & veritatem. Deus autem pacis præstet nobis juxta suam clementiam, ut conteratur Satanas sub pedibus Christianorum, & abjiciatur omnis occasio perversa, ne scindatur in nobis vinculum charitatis & pacis, & rectæ fidei prædicatio. Præ- C terea qvòd audivi qvosdam murmurare contra me, qvia qvando simul pergebamus ad sanctum locum, qvi vocatur Bethel, ut ibi collectam tecum ex more Ecclesiastico facerem, & venissem ad villam, qvæ dicitur Anablatha, vidissémqve ibi præteriens lucernam ardentem, & interrogassem, qvis locus esset, didicissémqve esse Ecclesiam, & intrassem, ut orarem: inveni A ibi velum pendens in foribus ejusdem Ecclesiæ tinctum atqve depictum, & habens imaginem, qvasi Christi, vel sancti cujusdam. Non enim satis memini, cujus imago fuerit. Cum ergo hoc vidissem, in Ecclesia Christi contra auctoritatem Scripturarum hominis pendere imaginem, scidi illud, & magis dedi consilium custodibus ejusdem loci, ut pauperem mortuum eo obvolverent & efferrent. Illiqve contrà murmurantes dixerunt: Si scindere voluerat, justum erat, ut aliud daret velum, atqve mutaret. Qvod cùm audissem, me daturum esse pollicitus sum, & illico esse missurum. Paululum autem morarum fuit in medio, dum qværo optimum velum pro eo mittere: arbitrabar enim de Cypro mihi esse mittendum. Nunc autem misi qvod potui reperire, & precor, ut jubeas Presbyteros ejusdem loci suscipere velum à latore, qvòd à nobis missum est: & deinceps præcipere, in Ecclesia Christi ejusmodi vela, qvæ contra religionem nostram veniunt, non appendi. Decet enim honestatem tuam hanc magis habere sollicitudinem, ut scrupulositatem tollat, qvæ indigna est Ecclesia Christi, & populis qvi crediti sunt. Palladium verò Galatam, qvi qvondam nobis charus fuit, & nunc misericordia DEI indiget, cave, qvia Originis hæresim prædicat & docet, ne fortè aliqvos de populo tibi credito ad perversitatem sui inducat erroris. Opto ut valeatis in Domino.

OPERUM OMNIUM SANCTI EPIPHANII
F I N I S.



ΒΙΟΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΠΟΛΕΩΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΑΣ ΤΗΣ ΚΥΠΡΟΥ.

VITA SANCTI PATRIS NOSTRI EPIPHANII CONSTANTIÆ EPISCOPI, EXCERPTA EX VOCE * JOANNIS, UNIUS EX EJUS discipulis. Habetur autem in Simeone Metaphraste.

An. 360. Authorem vitæ hujus parum probat Baron. an. 372. 12. Maji.

I. EPIPHANIUS A erat qvidem genere Phœnix, ex ea regione, qvæ est circa Eleutheropolim: distat verò à civitate ad tria milliaria. Fuit autem pater ejus agricola: matris verò ejus studium erât, se in lino exercere. Iis autem fuere duo filii, Epiphanius, & una filia Callitropos. Accidit autem ut eorum pater è vita excederet: B Mansit verò Epiphanius decem annos natus matri suæ, qvando mortuus est pater ejus. Cruciabatur autem animo ejus mater, dum solicita esset, qvomodo Epiphanium aleret, & ejus sororem, qvandoqvidem erant modicæ eorum facultates. Cùm unum verò jumentum haberent indomitum, dixit mater Epiphanio: Fili, qvoniam familia nostra in iis, qvæ ad corporis usum pertinent, nobis præbet angustias, & cibo indigemus, accipe jumentum, qvod est intra do-

ΕΠΙΦΑΝΙΟΣ γένος μὲν ἦν Φοινίκων τῆς περιοικίδος Ἐλευθεροπόλεως· ἀπὸ σημείων τριῶν τῆς αὐτῆς ὑπάρχων * ἀποκτήματος. ὁ δὲ τούτου πατὴρ γαιηπόνος ὑπῆρχεν. τὸ δὲ ἐπιτήδευμα τῆς μητρὸς αὐτοῦ, λινυφαρία ὑπῆρχεν. ἦν οὖν τούτοις δύο παιδία, ὅτε Ἐπιφάνιος καὶ θυγάτηρ μία Καλλιτρόπος. ἔτυχεν οὖν τὸν τούτου πατέρα τελευτῆσαι. ἔμεινεν δὲ Ἐπιφάνιος δέκα ἐτῶν τῇ μητρὶ αὐτοῦ, μετὰ τὸ τελευτῆσαι τὸν πατέρα αὐτοῦ. συνείχετο δὲ ἡ μήτηρ αὐτοῦ τὸ πῶς διαθρέψαι Ἐπιφάνιον, καὶ τὴν τούτου ἀδελφήν, ἐπειδὴ συμμέτρως * διῆγον τὰ σωματικά. τῶν δὲ ἐχόντων ὑποζύγιον ἄτακτον πρὸς ὑπηρεσίαν, εἶπεν ἡ μήτηρ αὐτοῦ πρὸς Ἐπιφάνιον· τέκνον ἐπειδὴ στένωσιν ἡμῖν παρέχει ὁ οἶκος περὶ τὰς σωματικὰς χρείας, καὶ χρῄζομεν ἐδωδίμων, λάβε τὸ ὑποζύγιον τὸ ὂν

Cor. ἀποσήματος.

Cor. διῆγον.

ἐν τῷ οἴκῳ ἡμῶν· καὶ ἄπελθε ἐν τῇ πανηγύρει, καὶ πώλησον αὐτό. καὶ ποιήσωμεν τὴν ἡμῶν πρὸς διατροφὴν χρείαν· ὁ δὲ Ἐπιφάνιος εἶπεν πρὸς τὴν ἑαυτοῦ μητέρα· μῆτερ σὺ γινώσκεις ὅτι ἄτακτόν ἐστιν τὸ ὑποζύγιον ἡμῶν· καὶ ἔσται ἐὰν ἀπέλθω ἐπὶ τὸ διαπωλῆσαι αὐτὸ, εἰδότες οἱ συναχθέντες ἄνδρες ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ τὴν ἀταξίαν αὐτοῦ, τιμωρήσονταί με λέγοντες, ὅτι κακὸν ἔχων κακῶς ὑπομένῃς κατὰ τὸν νόμον· εἶπεν δὲ ἡ μήτηρ αὐτοῦ· ἄπελθε τέκνον· καὶ ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ δώσει σύνεσιν τῷ ὑποζυγίῳ, ὅπως διὰ τοῦ τιμήματος αὐτοῦ ἡμεῖς διακονηθῶμεν. ὁ δὲ Ἐπιφάνιος ἐπικαλεσάμενος τὸν Θεὸν τὸν δόντα χάριν τῷ Μωϋσεῖ ἐπιτελεῖν κατὰ πρόσωπον Φαραὼ τὰ σημεῖα τὰ μέγιστα, ἐπορεύθη, βουλόμενος τὴν ὑπακοὴν τῆς ἰδίας μητρὸς πληρῶσαι.

A mum nostram, & vade ad nundinas, & vende: & ita id, qvod erit ad nos alendos usui, suppeditabimus. Epiphanius autem dixit matri suæ: Scis jumentum nostrum adhuc esse indomitum: fietqve, ut ut si eam ad id vendendum, qvi in illo loco congregati erunt, videntes ejus insolentiam, me pœna afficiant, dicentes: Cùm malum habeas, male patieris ex lege. Dixit ei mater: Abi, fili. DEUS patrum nostrorum Abrahæ, Isaac & Jacob, jumento dabit intelligentiam: ut per ejus precium nos nostro usui serviamus. Epiphanius autem, DEO invocato, qvi dedit Mosi gratiam, ut maxima B signa faceret coram Pharaone, profectus est, volens obedire matri suæ.

Καὶ δὴ εἰσελθὼν εἰς τὴν πανήγυριν, ἐγένετο τὸ ὑποζύγιον τὸ ἄτακτον, εὔτακτον. καὶ πολλῇ πραΰτητι κεκοσμημένον. παρεγένετο δέ τις Ἰουδαῖος ἀνὴρ πραγματευτής, ὀνόματι Ἰακώβ· καὶ εἶπεν πρὸς Ἐπιφάνιον. βούλει παιδίον τὸ ὑποζύγιον τοῦτο πωλῆσαι; ὁ δὲ Ἐπιφάνιος εἶπεν· ναὶ πατήρ· διὰ τοῦτο ἐνήνοχα αὐτὸ ἐνταῦθα. ὁ δὲ Ἰακὼβ εἶπεν πρὸς Ἐπιφάνιον· ποίας θρησκείας ὑπάρχεις; ὁ δὲ Ἐπιφάνιος εἶπεν· Ἰουδαῖος. εἶπεν δὲ Ἰακώβ. σύνεθνοι ὄντες μὴ ἁμαρτίαν μεσίτην λάβωμεν καθ' ἑαυτῶν τέκνον. ἀλλὰ δικαίου Θεοῦ ὄντες δικαιώσωμεν τὴν τοῦ ὑποζυγίου τιμήν. ὡς μήτε σὺ ἀδικηθῇς, μήτε ἐγὼ ζημιωθῶ. μὴ καὶ κατάρας ἑαυτοῖς ἐπενέγκωμεν μετὰ ταῦτα. καὶ ἀγανακτήσει ὁ Θεὸς καθ' ἡμῶν· ἀλλὰ μᾶλλον εὐλογίας. ὅτι εἶπεν· ὁ εὐλογῶν εὐλογεῖται, καὶ ὁ καταρώμενος καταρᾶται· ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Ἐπιφάνιος σφόδρα ἐφοβήθη τὴν κατάκρισιν τοῦ Ἰακώβ. καὶ εἶπεν πρὸς αὐτὸν, οὐκέτι βούλομαί σοι πιπράσκειν τὸ ὑποζύγιον τοῦτο. ὁ δὲ Ἰακὼβ εἶπεν πρὸς Ἐπιφάνιον· διὰ ποίαν αἰτίαν ὦ τέκνον; ὁ Ἐπιφάνιος εἶπε πρὸς αὐτόν· τὸ ὑποζύγιον τοῦτο, πάτερ, ἄτακτόν ἐστιν. καὶ στένωσις πικροτάτου λιμοῦ ἐπεισῆλθεν ἐν τῷ οἴκῳ μου. ὑπάρχει γάρ μοι μήτηρ, καὶ ἀδελφή· ὁ γὰρ πατήρ μου ἐξῆλθεν τὸν βίον τὸν ἀνθρώπινον. τῆς οὖν μητρός μου ἐγένετο κέλευσις τοῦ πωλῆσαι τὸ ὑποζύγιον διὰ τὴν χρείαν τῶν ἐδωδίμων. νῦν δὲ ἠκού-

II. Cùm ad nundinas autem esset ingressus, accidit ut jumentum indomitum fieret placidum, & valde mansvetum. Assuit autem qvidam Judæus negociator, nomine Jacob, qvi dixit C Epiphanio: Vis, ô fili, vendere hoc jumentum? Dixit Epiphanius: Maxime, pater: ea enim de causa id adduxi. Respondens autem, dixit Epiphanio: Cujusnam es religionis? Dixit Epiphanius: Judæus. Dixit ei Jacob: Cùm simus ejusdem gentis, non debet inter nos peccatum intercedere: sed cùm sit DEUS noster justus, constituamus justum jumenti precium, ut neqve tu injuria afficiaris, nec ego damnum patiar: ne maledicta postea nobis inferamus, & DEUS nobis irascatur: sed D potiùs benedictiones. Qvoniam dixit: Qvi benedicit, benedicetur: & qvi maledicit, est maledictus. His autem auditis, Epiphanius valde timuit condemnationem Jacob, & dixit ei: Nolo tibi amplius vendere hoc jumentum. Jacob verò dixit Epiphanio: Qvanam de causa, ô fili? Epiphanius dixit ei: Hoc jumentum, ô Pater, est insolens & indomitum: acerbissimæ verò famis angustiæ subiere domum meam. Est autem mihi mater & soror: Pater enim meus excessit è vita humana. Mater mea jussit, ut venderem hoc jumentum, propterea qvòd cibo indigeremus. Nunc

autem audivi ex te, Pater, qvod malum A sit damnum afferre: & DEUM timui, ne forte tu mihi maledicas, & ille me puniat propter tuam in me maledictionem.

II. Cùm hæc autem audiisset Jacob, miratus est responsum pueri: accepitqve tres nummos, & dedit Epiphanio, simul etiam eum docens verbis hujusmodi: Fili, hanc accipe benedictionem, & vade ad matrem tuam, & inferes panes in domum tuam: Tecum qvoqve accipe hoc jumentum: & si suum qvidem mutet vitium, & mo- B res insolentes ac protervos, maneat domi tuæ: Sin autem in hac perseveret insolentia, ejice è tuis ædibus, ne alicui ex tuis mortem afferat. Cùm hæc audiisset Epiphanius, & à Jacobo tres nummos accepisset, accepto jumento, profectus est in vicum ad matrem suam. Priusqvam autem ipse ingrederetur in vicum, circiter mille passus, occurrit ei homo Christianus, nomine Cleobius, qvi ei dixit: Vis vendere jumentum, ô fili? Respondens dixit Epiphanius: Nolo, Pater. Dixit autem Cleobius: Si vis eum vendere, cape ejus pretium, & ipsum mihi relinqve. Cùm hæc au- C tem Epiphanio diceret Cleobius, animal insolenter irruens, & impetum faciens, Epiphanium excussit, humiqve allisit, & abiit extra semitam. Epiphanius autem ex jumenti insolentia gravem accepit dolorem, humiqve jacebat, flens amarè, & non valens surgere. Cleobius verò accedens ad Epiphanium, & femur ejus tenens in eo loco, in qvo affectus fuerat ab insolenti bestia, cùm eum ter signasset, statim erexit nihil mali in se habentem. Cleobius autem dixit jumento: Tibi dico, D jumentum plenum omni insolentia, qvoniam voluisti tuum dominum occidere, in nomine Jesu Christi crucifixi, non amplius excedas ex hoc loco. Qvod postqvam dixisset Cleobius, jumentum statim cecidit in terram mortuum. Cleobium autem interrogavit Epiphanius, dicens: Qvis est, ô pater, JESUS crucifixus, qvod talia fiunt per ejus nomen? Respondit Cleobius, & dixit Epiphanio: Hic JESUS est filius DEI, qvem crucifixerunt Judæi. Epiphanius verò timuit significare Cleobio se esse

A σα παρὰ σοῦ, πάτερ, ὅτι κακὸν τὸ καταβλάπτειν, καὶ ἐφοβήθην τὸν Θεὸν, μήποτε καταράσῃ με, καὶ τιμωρήσεταί με ὁ Θεὸς διὰ τῆς κατάρας τῆς γενομένης εἰς ἐμέ.

Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Ἰακὼβ, ἐθαύμασεν ἐπὶ τῇ ἀποκρίσει τοῦ παιδός. καὶ λαβὼν τρία νομίσματα, ἔδωκεν Ἐπιφανίῳ, ἅμα καὶ τοιούτοις λόγοις διδάσκων αὐτόν. τέκνον λάβε ταύτην τὴν εὐλογίαν, καὶ πορεύου πρὸς τὴν σὴν μητέρα· καὶ εἰσοίσεις ἐν τῷ οἴκῳ σου ἄρτους. λάβε δὲ καὶ τὸ ὑποζύγιον τοῦτο μετὰ B σεαυτοῦ. καὶ εἰ μὲν διαλλάσσῃ τὴν κακὴν αὐτοῦ, καὶ ἄτακτον προαίρεσιν, μενέτω ἐν τῷ σῷ οἴκῳ· εἰ δὲ ἐπιμένοι τῇ ἀταξίᾳ, ἔκβαλε αὐτὸ ἐκ τοῦ οἴκου σου, μήποτε καὶ θανατώσῃ τινὰ τῶν σῶν· ἀκούσας δὲ ταῦτα Ἐπιφάνιος, καὶ λαβὼν τὰ τρία νομίσματα παρὰ τοῦ Ἰακὼβ, λαβὼν τὸ ὑποζύγιον ἐπορεύθη εἰς τὴν αὐτοῦ κώμην, ὡς ἀπὸ σημείου ἑνὸς, ἀπήντησεν αὐτῷ ἄνθρωπος Χριστιανὸς, ὀνόματι Κλεόβιος. καὶ εἶπεν πρὸς αὐτόν· πιπράσκεις τὸ ὑποζύγιον, ὦ τέκνον; ὁ δὲ Ἐπιφάνιος ἀποκριθεὶς εἶπεν· οὐχὶ, πάτερ. ὁ δὲ Κλεόβιος, ἐὰν C πιπράσκεις αὐτὸ, λάβε τὸ τίμημα αὐτοῦ, καὶ ἔασόν μοι αὐτό. ὡς δὲ ταῦτα ἐλάλει ὁ Κλεόβιος πρὸς Ἐπιφάνιον, τὸ ζῶον ἀτάκτως ἐνεχθὲν, καὶ ἐπιπεσὸν Ἐπιφανίῳ διεσπάραξεν αὐτὸν ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ αὐτὸ ἐξῆλθεν ἔξω τῆς τρίβου. ὁ οὖν Ἐπιφάνιος ἀπὸ τῆς βίας τῆς ἀταξίας τοῦ ὑποζυγίου ἔπαθεν τὸν ἑαυτοῦ μηρὸν, καὶ ἔκειτο ἐπὶ τῆς γῆς, κλαίων, καὶ μὴ δυνάμενος ἀναστῆναι. ὁ οὖν Κλεόβιος προσελθὼν Ἐπιφανίῳ, κρατήσας αὐτοῦ τὸν μηρὸν ἐν τῷ τόπῳ, ᾧ πέπονθεν ὑπὸ τοῦ ἀτάκτου ζώου, καὶ D σφραγίσας αὐτὸν τρίτον, εὐθέως ἀνέστη, μηδὲν κακὸν ἔχων ἐν ἑαυτῷ. ὁ δὲ Κλεόβιος εἶπεν πρὸς τὸ ὑποζύγιον πάσης ἀταξίας πεπληρωμένον, ἐπειδὴ ἠβουλήθης θανατῶσαι τὸν ἴδιον δεσπότην, ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἐσταυρωμένου, μηκέτι μετέλθῃς ἐκ τοῦ τόπου τούτου. καὶ ἐπὶ τῷ λόγῳ Κλεοβίου εὐθέως ἔπεσεν τὸ ὑποζύγιον ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἀπέθανεν. καὶ ἐπεζήτησεν Ἐπιφάνιος τὸν Κλεόβιον λέγων. τίς ἐστιν, πάτερ, Ἰησοῦς ὁ ἐσταυρωμένος, ὅτι τοιαῦτα σημεῖα γίνεται δι᾽ αὐτοῦ; ἀπεκρίθη Κλεόβιος, καὶ εἶπεν πρὸς Ἐπιφάνιον· οὗτος ὁ Ἰησοῦς ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὃν ἐσταύρωσαν οἱ Ἰουδαῖοι. ὁ δὲ Ἐπιφάνιος ἐφοβήθη ἀναγγεῖλαι τῷ Κλεοβίῳ, ὅτι Ἰου-

…αῖος ἐστιν. ὁ οὖν Κλεόβιος ἐπορεύθη τὴν ἑαυτοῦ ὁδόν· καὶ Ἐπιφάνιος εἰσῆλθεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ κώμην πρὸς τὴν ἑαυτοῦ μητέρα. ἰδοῦσα δὲ αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ, ἀπεδέξατο αὐτὸν μετὰ χαρᾶς, καὶ ἐξηγήσατο ὅσα συνέβη αὐτῷ διὰ τοῦ ἀτάκτου ζώου. χρόνου δὲ παρελθόντος εἶπεν ἡ μήτηρ Ἐπιφανίου πρὸς αὐτόν· ἰδοὺ δὴ τέκνον ἡ γῆ ἀμελεῖται· καὶ παραμύθιον ἡμῖν οὐδέν ἐστιν ἐξ αὐτῆς. ἦν γὰρ αὐτοῖς γῆ ἰδία μικρά· ἣν καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐμπόνως ταύτην γεωργῶν εἶχέν τινα παραμυθίαν ἐξ αὐτῆς· εἶπεν οὖν ἡ αὐτοῦ μήτηρ· ἀποδώμεθα τὸ γήδιον ἡμῶν ἀνθρώπῳ γεωργῷ· καὶ σὺ εἴσελθε πρὸς θεόφοβον ἄνθρωπον. καὶ ἔσο διδασκόμενος τέχνην, δι' ἧς δύνασαι καὶ ἑαυτὸν τρέφειν, καὶ ἐμοί, καὶ τῇ ἀδελφῇ σου ἄρτον χορηγεῖν.

Judæum. Cleobius autem perrexit suum iter ingredi, & Epiphanius in vicum venit ad matrem suam. Qvem videns mater, excepit eum cum gaudio. Matri verò suæ exposuit Epiphanius omnia, qvæ sibi evenerant propter insolentem & pessimam bestiam. Aliqvanto autem post tempore dixit mater Epiphanio: Ecce fili, terra inculta nihil producit, neqve nobis ex ea est aliqvid solani. Erat autem eis qvoddam prædiolum, qvod pater ejus diligenter colens, ex eo habebat aliqvid solatii. Dixit ergo ei mater: Vendamus prædiolum nostrum homini agricolæ: & tu vade ad aliqvem hominem Deum timentem, & disce artem, qva possis te alere, mihiqve & tuæ sorori panem suppeditare.

Ἦν δέ τις Ἰουδαῖος νομοδιδάσκαλος ἐν Ἐλευθεροπόλει, ἀνὴρ θαυμαστὸς καὶ θεοσεβής, κατὰ τὸν νόμον Μωϋσέως. οὗτος εἶχεν κτήσεις ἐν τῇ κώμῃ, ἐν ᾗ ἐγεννήθη Ἐπιφάνιος· ὃς καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ ᾔδει, καὶ τὴν μητέρα ἐγίνωσκεν, ὁμοίως καὶ Ἐπιφάνιον καὶ τὴν αὐτοῦ ἀδελφήν· οὗτος εἰσελθὼν εἰς ἐπίσκεψιν τῶν ἑαυτοῦ κτημάτων, εἶπεν πρὸς τὴν μητέρα Ἐπιφανίου· γύναι, βούλῃ μοι δοῦναι τὸν υἱόν σου εἰς υἱόν; καὶ ἔσῃ καὶ σὺ καὶ ἡ θυγάτηρ σου τὰς χρείας ὑμῶν πορειζόμενοι ἐκ τοῦ ἡμετέρου οἴκου. ἡ δὲ μήτηρ Ἐπιφανίου ἀκούσασα παρὰ τοῦ νομικοῦ ταῦτα, ἐχάρη πολύ, καὶ λαβοῦσα Ἐπιφάνιον, παρέδωκεν αὐτὸν παραχρῆμα εἰς υἱόν. τὸ δὲ ὄνομα τοῦ νομικοῦ ἐκαλεῖτο Τρύφων. οὗτος εἶχεν θυγατέρα μονογενῆ· ἐβούλετο δὲ ταύτην συζεῦξαι Ἐπιφανίῳ.

IV. Erat autem qvidam Judæus legisperitus in civitate Eleutheropoli, vir admirandus & religiosus congruenter legi Moysis. Is habebat possessionem in vico, in qvo natus erat Epiphanius, qvi jam cognoscebat ejus patrem & matrem, similiter autem Epiphanium, & ejus sororem. Is cùm venisset ad visendas suas possessiones, dixit matri Epiphanii: Mulier, vis dare mihi filium tuum in filium? tuqve & tua filia parabitis è domo nostra, qvæ erunt vobis usui. Mater autem Epiphanii, cùm hæc audiisset à legisperito, valde lætata est: & cùm accepisset Epiphanium, eum legisperito statim dedit in filium. Erat legisperito illi nomen Tryphon, qvi habuit filiam unigenitam, volebatqve eam jungere Epiphanio.

Ὁ οὖν Τρύφων λαβὼν Ἐπιφάνιον εἰς υἱόν, ἐπαίδευσεν αὐτὸν ἐμπόνως τὸ τοῦ νόμου, καὶ τὰ στοιχεῖα τὰ Ἑβραϊκὰ μετὰ ἀκριβείας. ἐτελεύτησεν δὲ ἡ θυγάτηρ τοῦ Τρύφωνος, καὶ μόνος Ἐπιφάνιος ἦν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ προκόπτων καὶ τῇ ἡλικίᾳ, καὶ τῇ σοφίᾳ τῇ Ἑβραϊκῇ· συνέβη δὲ καὶ τὸν Τρύφωνα τελευτῆσαι, καὶ πᾶσαν τὴν ὑπόληψιν αὐτοῦ κατέλειψεν Ἐπιφανίῳ. ἐτελεύτησεν δὲ καὶ ἡ μήτηρ Ἐπιφανίου. ἔλαβεν δὲ Ἐπιφάνιος, τὴν ἑαυτοῦ ἀδελφὴν ἐν τῷ οἴκῳ τῷ ὑπὸ τοῦ Τρύφωνος καταλειφθέντι αὐτῷ. καὶ ἦσαν οἱ δύο ἅμα ἐν τῷ οἴκῳ ἐν πολλῇ καταστάσει βίου κατὰ τὴν διδαχὴν Τρύφωνος. ἐξελθὼν δὲ Ἐπιφάνιος ἐν τῇ κώμῃ, ἐν ᾗ ἐγεννήθη, ἐν ᾗ καὶ

V. Cùm itaqve Tryphon Epiphanium accepisset in filium, qvæcunqve sunt legis, eum diligenter docuit, & elementa Hebraica accuratè. Mortua est autem filia Tryphonis, solusqve Epiphanius erat in domo ejus, proficiens ætate & sapientia Hebraica. Accidit verò, ut Tryphon qvoqve decederet: omnesqve facultates suas reliqvit Epiphanio. Mortua est autem mater qvoqve Epiphanii. Qvi accepit sororem suam in domo, qvæ à Tryphone sibi relicta fuerat. Erantqve ambo domi in magna vitæ tranqvillitate, convenienter doctrinæ, qvam acceperant a Tryphone. Egresso autem Epiphanio in vicum, in qvo natus fuerat, in qvo etiam

habebat possessiones relictas à Trypho- A ne, occurrit ei vir qvidam Christianus, nomine Lucianus, admirandus & eruditus, qvi vitam exercebat monasticam, & elegantis librarii artem apprimè tenebat, eiqve strenuè navans operam, ex ea panem qværebat qvotidianum: & qvod supererat, impertiebat egentibus. Atqve Epiphanius qvidem jumentum conscenderat: beatus autem Lucianus in via ambulabat, & ambo sibi invicem occurrerunt. Accidit verò, ut pauper qvidam pedes Luciani prehenderet, & ei diceret: Homo Dei, miserere mei: jam enim tres dies permaneo jejunus, ut qvi nihil habeam. Beatus autem Lucianus, cùm ni- B hil aliud posset dare pauperi, se amictu exuens, eum illi donat, dicens: Ingredere civitatem, & vende, & eme tibi panes.

VI. Advertit autem Epiphanius, qvod cùm se exuisset Lucianus, & dedisset pauperi, vestis candida de cœlo descendens eum texerat. Magno itaqve timore fuit affectus Epiphanius, pronusqve in faciem cadens è jumento, dixit Luciano: Rogo te, ô homo, dic C mihi: qvisnam es? Beatus autem Lucianus dixit Epiphanio: Dic mihi tu, cujusnam sis religionis, & ego meam tibi referam. Respondit Epiphanius, & dixit: Sum Judæus. Novit itaqve Lucianus gratiam DEI cecidisse super Epiphanium. Nam præscientiam qvoqve habebat Lucianus. Respondit ergo Lucianus, & dixit Epiphanio: Et qvomodo tu cùm sis Judæus, rogas Christianum, qvisnam sit? Abhorrent enim Christiani Judæos, & Judæi Christianos. Ecce audivisti me esse Christianum: Non licet tibi audire ex me aliqvid aliud. Epiphanius autem dixit Luciano: Et qvid obstat, qvo minus ego qvoqve D sim Christianus? Respondit Lucianus, & dixit: Id unum obstat, qvod nolis: licet enim, si velis. Luciani autem verbis compunctus Epiphanius, non perrexit amplius ad videndam suam possessionem: sed accepit Lucianum, & introduxit in domum suam, qvæ ei relicta fuerat, & ostendit ei omnia, qvæ domi erant, dicens. Hæ sunt meæ facultates, ô Pater. Volo autem fieri Christianus, & vitam exigere monasti-

A τὴν κτῆσιν εἶχεν τὴν καταλειφθεῖσαν αὐτῷ ὑπὸ Τρύφωνος, ὑπήντησεν αὐτῷ ἀνήρ τις Χριστιανὸς ὀνόματι Λουκιανὸς, θαυμαστὸς, καὶ λόγιος, τὸν μονήρη βίον διερχόμενος, τέχνην ἔχων τὴν τοῦ καλλιγράφου, ταύτῃ τε προσκαρτερῶν, ἐξ αὐτῆς τὸν ἄρτον ἐπορίζετο, καὶ τὸ περισσεῦον ἐπεδίδου τοῖς δεομένοις. ὁ οὖν Ἐπιφάνιος ἦν ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὑποζύγιον. ὁ δὲ μακαρίτης Λουκιανὸς ἦν περιπατῶν ἐν τῇ ὁδῷ· καὶ συνήντησαν ἀμφότεροι ἀλλήλοις. συνέβη δὲ πένητά τινα ἐπιλαβέσθαι τῶν ποδῶν Λουκιανοῦ· καὶ λέγει πρὸς αὐτὸν, ἄνθρωπε τοῦ B Θεοῦ ἐλέησόν με· ὅτι τρεῖς ἡμέρας ἔχω ἄσιτος διατελῶν, μὴ ἔχων ἐμαυτῷ μηδέν. ὁ δὲ μακάριος Λουκιανὸς, μὴ ἔχων τί ἀποδοῦναι τῷ πένητι· τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ ἀποσκεπάσας, ἐπεδίδου, λέγων. εἴσελθε ἐν τῇ πόλει, καὶ πίπρασον τοῦτο, καὶ ὤνησαι ἄρτους.

Ὁ δὲ Ἐπιφάνιος προσέσχεν ὅτι ὡς ἀπεσκέπασεν ἑαυτὸν Λουκιανὸς, καὶ ἔδωκεν τῷ πένητι, θεωρεῖ λευκὴν στολὴν ἀπ᾽ οὐρανοῦ κατελθοῦσαν καὶ σκεπάσασαν αὐτόν. καὶ ἐφοβήθη Ἐπιφάνιος φόβον μέγαν· καὶ πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον, ῥίψας ἑαυτὸν ἀπὸ ὑποζυγίου εἶ- C πεν πρὸς Λουκιανόν· δέομαί σου ἄνθρωπε, εἰπόν μοι· τίς εἶ; ὁ δὲ μακάριος Λουκιανὸς εἶπεν πρὸς Ἐπιφάνιον· εἰπόν μοι σὺ, ποίας θρησκείας ὑπάρχεις, κἀγὼ ἀναγγελῶ σοι τὰ κατ᾽ ἐμέ. ἀπεκρίθη Ἐπιφάνιος. καὶ εἶπεν· Ἰουδαῖός εἰμι. ἔγνω οὖν Λουκιανὸς ὅτι χάρις Θεοῦ ἐπέπεσεν πρὸς Ἐπιφάνιον. ἦν γὰρ καὶ πρόγνωσιν ἔχων Λουκιανός· ἀπεκρίθη Λουκιανὸς πρὸς Ἐπιφάνιον· πῶς σὺ Ἰουδαῖος ὢν ἐπερωτᾷς Χριστιανὸν μαθεῖν τίς εἰμί; ὅτι βδέλυγμα οἱ Ἰουδαῖοι τοῖς Χριστιανοῖς, καὶ οἱ Χριστιανοὶ τοῖς Ἰουδαίοις. ἰδοὺ δὴ ἤκουσας ὅτι Χριστιανός εἰμι· οὐκ ἔξεστίν σοι ἄλλο τι ἀκοῦσαι D παρ᾽ ἐμοῦ. ὁ δὲ Ἐπιφάνιος εἶπεν πρὸς Λουκιανόν· καὶ τί κωλύει τοῦ καὶ ἐμὲ γενέσθαι Χριστιανόν; ἀπεκρίθη Λουκιανος καὶ εἶπεν· τὸ μὴ θέλειν κωλύει. τὸ γὰρ * θέλειν πάρεστιν· F. δύναται κατανυχθέντος δὲ Ἐπιφανίου ἐπὶ τοῖς λόγοις Λουκιανοῦ, οὐκέτι ἐπορεύθη πρὸς ἐπίσκεψιν τῆς ἑαυτοῦ κτήσεως· ἀλλὰ λαβὼν Λουκιανὸν εἰσήνεγκεν αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ τὸν καταλειφθέντα αὐτῷ, καὶ ἔδειξεν αὐτῷ πάντα τὰ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ λέγων· ταῦτά μοι ὑπάρχει πάτερ. θέλω δὲ Χριστιανὸς γενέσθαι, καὶ τὸν μονήρη βίον

A μετελθεῖν. ἔστι δέ μοι αὕτη ἡ ἀδελφή. τί κελεύεις περὶ τούτων; ὁ δὲ μακάριος Λουκιανὸς εἶπεν πρὸς Ἐπιφάνιον· οὐ δύνασαι τέκνον τὴν ὕλην πᾶσαν ταύτην ἔχων, τὸν μονήρη βίον μετελθεῖν· ἀλλ' ἔκδος μὲν τὴν ἀδελφήν σου ἀνδρί, καὶ δὸς αὐτῇ τὰ πρὸς τὴν χρείαν· καὶ τὰ λοιπὰ δὸς τοῖς χρείαν ἔχουσιν. εἶθ' οὕτως δυνήσῃ μονάσαι καλῶς. εἶπεν δὲ Ἐπιφάνιος πρὸς Λουκιανόν· πρῶτον πάτερ, ποίησόν με Χριστιανόν· εἶθ' οὕτως ποιήσω πάντα τὰ προσταχθέντα μοι ὑπὸ σοῦ. ὁ δὲ Λουκιανὸς εἶπεν πρὸς Ἐπιφάνιον· οὐκ ἔξεστίν μοι παρεκτὸς τοῦ Ἐπισκόπου ποιῆσαί σε Χρι- B στιανόν.

Καὶ τοῦτο εἰπὼν Λουκιανὸς, ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ οἴκου Ἐπιφανίου, καὶ ἐπορεύθη πρὸς τὸν Ἐπίσκοπον. ὁ δὲ Ἐπιφάνιος μηδὲν μελήσας πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ἀδελφὴν ἔφη. βούλομαι Χριστιανὸς γενέσθαι, καὶ τὸν μονήρη βίον μετελθεῖν. εἶπεν δὲ ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ πρὸς αὐτόν· ὡς θέλεις θελήσω, ὡς ποιεῖς, ποιήσω. ὁ δὲ Λουκιανὸς ἀπήγγειλεν τῷ Ἐπισκόπῳ τὰ περὶ Ἐπιφανίου. ὁ δὲ Ἐπίσκοπος εἶπεν πρὸς Λουκιανόν· πορεύθητι καὶ κατήχησον αὐτόν· καὶ ἐν τῷ εἰσιέναι ἡμᾶς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ποίησον αὐτὸν C προσπεσεῖν τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ· ἐπορεύθη δὲ Λουκιανὸς ἐν τῷ οἴκῳ Ἐπιφανίου. εἰδότες δὲ αὐτὸν ὅτε Ἐπιφάνιος, καὶ ἡ αὐτοῦ ἀδελφὴ, ἔπεσαν ἐπὶ πρόσωπον, καὶ ἐπελάβοντο τῶν ποδῶν Λουκιανοῦ, κλαίοντες, καὶ λέγοντες· ἀξιοῦμέν σε, πάτερ, ποίησον ἡμᾶς Χριστιανοὺς γενέσθαι. λαβόμενος οὖν Λουκιανὸς ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν, κατήχησεν αὐτοὺς ἱκανῶς. καὶ αὐτοὶ ἐπέμενον τῇ παρακλήσει λέγοντες· ποίησον ἡμᾶς Χριστιανοὺς γενέσθαι. παραλαβὼν οὖν Λουκιανὸς τοὺς δύο ἅμα, ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐπορεύθη ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ. καὶ ἐν τῷ εἰσιέναι τὸν Ἐ- D πίσκοπον ἔπεσαν ἐπὶ πρόσωπον, καὶ παρεκάλουν, ὥστε φωτίσαι αὐτούς. τοῦ οὖν Ἐπισκόπου εἰσερχομένου ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἐπορεύοντο καὶ αὐτοὶ ὄπισθεν μετὰ Λουκιανοῦ ἀκοῦσαι τῶν θείων γραφῶν.

Ὁ οὖν Ἐπιφάνιος ὡς ἤγγισεν ἐπὶ τῶν ἔξω θυρῶν τῆς Ἐκκλησίας, ὡς ἐπέβη ἐπὶ τοῦ πρώτου βαθμοῦ τοῦ οἴκου, ἐξέπεσεν τοῦ ἀριστεροῦ ποδὸς αὐτοῦ ἀπ' αὐτοῦ τὸ ὑπόδημα. τοῦ δὲ ἐπιβάντος τῷ ἀριστερῷ ὅπως ἐπιπήξει καὶ τὸν δεξιὸν πόδα, ἐξέπεσεν καὶ τὸ τοῦ δεξιοῦ· καὶ ηὑρέθησαν τὰ ἀμφό-

cam. Est verò mihi qvoqve hæc soror: Qvid de his jubes? Beatus autem Lucianus dixit Epiphanio: Non potes, ô fili, si has habeas terrenas divitias, vitam exigere monasticam: sed prius sororem qvidem tuam da nuptum, & da ei, qvæ sunt necessaria. Deinde sic pulchrè poteris esse monachus. Dixit Epiphanius Luciano: Primum, Pater, fac me Christianum: Deinde sic faciam, qvæcunqve tu me jusseris. Dixit autem ei Lucianus: Non licet mihi absqve Episcopo facere te Christianum: [sed esto in iis, qvæ ad Deum pertinent, & ego annunciabo Episcopo, qvi te faciet Christianum.]

VII. Cúmqve hæc dixisset Lucianus, egressus est è domo Epiphanii, & ivit ad Episcopum. Epiphanius autem non cunctatus, statim dixit suæ sorori: Volo fieri Christianus, & vitam agere monasticam. Cui dixit soror ejus: Volo qvod tu vis, & faciam, ut tu facis. Lucianus autem renunciavit Episcopo de Epiphanio. Episcopus verò dixit Luciano: Vade, & eum catechiza, hoc est, instituе. Cumqve nos ingrediemur in Ecclesiam, fac ut ipse procidat benigno & misericordi Deo. Ivit Lucianus in domum Epiphanii. Eum autem videntes Epiphanius & ejus soror, ceciderunt proni in faciem, & Luciani pedes prehenderunt, clamantes & dicentes: Rogamus te, Pater, fac nos fieri Christianos. Divinis autem acceptis scripturis, Lucianus eos satis instituit. Et ipsi instabant, rogantes & dicentes: Fac nos Christianos. Cùm autem Lucianus ambos simul accepisset, ivit una eum ipsis in Ecclesiam. Et cùm ingrederetur Episcopus, ceciderunt proni in faciem & rogaverunt confidenter, ut ipsi illuminarentur. [Qvi jussit ipsos surgere.] Ingrediente verò Episcopo in Ecclesiam, ambulabant ipsi qvoqve post Lucianum, ut audirent divinas scripturas.

VIII. Cùm autem appropinqvasset Epiphanius portis, qvæ sunt extra Ecclesiam, ubi ædis primum gradum ascendit, cecidit ei calceus sinistri pedis. Qvi cùm sinistro instituisset, ut figeret dexterum, cecidit qvoqve dexter calceus: & inventi sunt ambo extra

gradus Ecclesiæ: & ea de causa miratus A est Lucianus. Non amplius itaqve proposuit Epiphanius apprehendere calceos, qvi ei è pedibus ceciderant, sed neq; ullos alios calceos sustinuit induere suis pedibus toto vitæ tempore. Cùm ergo starent, & divinas audirent scripturas, advertit Episcopus, ita ut in throno sedebat, glorificatum esse vultum Epiphanii, & coronam esse ejus capiti impositam. Post absolutum itaqve Evangelium, ingressus est Episcopus in baptisterium, & jussit Epiphanium ingredi, & ejus sororem, & cum ipsis Lucianum: qvi etiam fuit pater ejus in sancto baptismate. Episcopus autem cùm eos totam docuisset conseqventiam, baptizavit. Cùm ii verò essent participes divi- B norum & immortalium Sacramentorum, jussit Episcopus eos prandere, similiter & manere septem dies in Episcopatu. Post septem autem dies accepit Epiphanius Lucianum, & Veronicam sanctam virginem, qvæ qvidem fuit soror matris ipsius Epiphanii, & introduxit eos in domum suam: Accepitqve mille nummos, & dedit ei, & sororem suam (nam ea qvoqve aliis præerat virginibus) misit cum ea. Epiphanius autem, cum omnia vendidisset, dedit indigentibus, relictis sibi qvadraginta nummis ad divinos vitalesqve libros comparandos: & è civitate egressus est cum Luciano, qvoniam is construxerat sibi monasterium. Habebat autem se- C cum decem monachos, qvi qvidem libros diligenter scribentes, ex iis sibi victum parabant. Erat Epiphanius, qvando fuit monachus, sexdecim annos natus.

IX. Erat autem in monasterio Luciani qvidam monachus, nomine Hilarion, secundus à Luciano, ætate juvenis, & multis miraculis ornatus. Ad cujus imitationem instituebatur etiam D alius, nomine Claudius. Eos cùm vidisset Epiphanius, pulchrè est æmulatus. Magnus enim Lucianus dedit Epiphanium maximo Hilarioni, ut doceret eum [scribere] divinas scripturas. Epiphanius autem laborioso studio deditus, & bonos mores Hilarionis effingens traditione, proficiebat in DEI gra-

A τερα ἔξω τοῦ ἀναβαθμοῦ τῆς Ἐκκλησίας· καὶ ἐθαύμασεν ὁ Λουκιανὸς ἐπὶ τοῦτο. ὁ οὖν Ἐπιφάνιος οὐκέτι προθέσεως ἔσχεν ἐπιλαβέσθαι τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ ἐκπεσόντων ἀπὸ τῶν ποδῶν αὐτοῦ· ἀλλ' οὔτε ἄλλα ὑποδήματα ἠνέσχετο ἐπενεγκεῖν ἐπὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ, τὸν ἅπαντα χρόνον τῆς ζωῆς αὐτοῦ. ὡς δὲ ἵσταντο καὶ ἤκουον τῶν ὁσίων γραφῶν, ὅ, τε Ἐπιφάνιος, καὶ ἡ αὐτοῦ ἀδελφή, προσέσχεν ὁ Ἐπίσκοπος, ὡς ἦν καθεζόμενος ἐπὶ τοῦ θρόνου, ὅτι ἦν τὸ πρόσωπον Ἐπιφανίου δεδοξασμένον, καὶ στέφανος ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ἐπιτιθειμένος. μετὰ οὖν τὴν ἀπόλυσιν τοῦ Εὐαγγελίου εἰσῆλθεν B ὁ Ἐπίσκοπος ἐν τῷ Φωτιστηρίῳ· καὶ ἐκέλευσεν εἰσελθεῖν Ἐπιφάνιον, καὶ τὴν ἑαυτοῦ ἀδελφήν, καὶ Λουκιανὸν μετ' αὐτῶν, ὃς καὶ πατὴρ αὐτῶν ἐγενήθη ἐπὶ τοῦ ἁγίου Φωτίσματος. ὁ δὲ Ἐπίσκοπος διδάξας αὐτοὺς τὴν ἅπασαν ἀκολουθίαν, ἐβάπτισεν αὐτούς· τῶν δὲ μεταλαβόντων τῶν θείων, καὶ ἀθανάτων μυστηρίων ἐκέλευσεν ὁ Ἐπίσκοπος αὐτοὺς μετ' αὐτοῦ τὸ ἄριστον ποιῆσαι· ὁμοίως μένειν τὰς ζ ἡμέρας ἐν τῷ Ἐπισκοπίῳ. μετὰ δὲ τὰς ζ ἡμέρας ἔλαβεν Ἐπιφάνιος Λουκιανὸν, καὶ Βερνίκην τὴν ἁγίαν παρθένον, ἥ τις ἐγένετο μήτηρ τῆς ἀδελφῆς Ἐπιφανίου, καὶ εἰσήνεγκεν αὐτοὺς ἐν τῷ C οἴκῳ αὐτοῦ· καὶ λαβὼν χίλια νομίσματα, ἔδωκεν τῇ Βερνίκῃ, καὶ παρέδωκεν αὐτῇ καὶ τὴν αὐτοῦ ἀδελφήν. ἦν γὰρ αὕτη ἄρχουσα καὶ ἄλλων παρθένων· καὶ ἐξέπεμψεν αὐτὴν μετ' αὐτῆς. ὁ δὲ Ἐπιφάνιος διαπωλήσας πάντα, διέδωκεν τοῖς χρείαν ἔχουσιν. καταλείψας ἑαυτῷ μ νομίσματα ἐπὶ τὸ κτήσασθαι τὰς θεοειδεῖς καὶ ζωτικὰς βίβλους· καὶ ἐξῆλθεν ἀπὸ τῆς πόλεως μετὰ Λουκιανοῦ. ὅτι Λουκιανὸς ἦν μοναστήριον ἑαυτῷ συστησάμενος, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ δέκα μοναχούς, οἵ τινες τὰς δέλτους ἐμπόνως γράφοντες, τὴν ἑαυτῶν τροφὴν ἐξ αὐτῶν ἐπορίζοντο. ἦν δὲ D Ἐπιφάνιος δεκαὲξ ἐτῶν, ὅτε ἐμόνασεν.

Ἦν δὲ ἐν τῷ μοναστηρίῳ Λουκιανοῦ μοναχός τις ὀνόματι Ἱλαρίων, δεύτερος Λουκιανοῦ, νέος τυγχάνων, σημείοις πολλοῖς κεκοσμημένος. κατὰ μίμησιν δὲ τούτου ἤγετο καὶ ἄλλος τις Κλαύδιος. τούτους ἰδὼν Ἐπιφάνιος ἐζήλωσεν ἐν καλῷ. καὶ γὰρ ὁ μέγας Λουκιανὸς παρέδωκεν Ἐπιφάνιον τῷ μεγίστῳ Ἱλαρίωνι, ὅπως διδάξῃ αὐτὸν τὰς θείας γραφάς· τοῦ δὲ Ἐπιφανίου ἐμπόνως ἐπιτήδευμα ἔχοντος καὶ περὶ τὰ ἤθη τὰ χρηστὰ τοῦ Ἱλαρίωνος * παραδείσου κυκλουμένου προέκοπτεν τῇ δόσει.

Aliter legit interpres nempe, παραδόσει.

τοῦ Χριστοῦ χάριτι, καὶ τῇ τέχνῃ τῇ καλλίστῃ. συνέβη δὲ τὸν μέγαν Λουκιανὸν ἐξελθεῖν τὸν βίον. ἐκράτησε δὲ Ἱλαρίων τοῦ χοροῦ τῶν ἀδελφῶν, καὶ ἦν ἀληθῶς ἰδεῖν τὸν τόπον ἐκεῖνον οὐχ ὡς ἀνθρώπων οἰκούντων ἐν αὐτῷ, ὡς ἁγίων Ἀγγέλων λειτουργούντων τῷ φιλανθρώπῳ καὶ παναγίῳ Θεῷ. ἦν δὲ ἡ τροφὴ τοῦ μακαρίου Ἱλαρίωνος ἄρτος, καὶ ἅλας, καὶ ὕδωρ * μετρίων. ἤσθιεν δὲ διὰ δύο ἡμερῶν· πολλάκις δὲ καὶ διὰ τριῶν· πλειστάκις δὲ καὶ διὰ τεσσάρων καὶ ἑβδομάδος. ταύτην τὴν πολιτείαν ἐπελέξατο, καὶ ἐκράτησεν Ἐπιφάνιος ἅπαντα τὸν χρόνον τῆς ζωῆς αὐτοῦ. ἦν δὲ καὶ ἄνυδρος ὁ τόπος.

For. μέτριον.

Ποτὲ οὖν, ὁδοιπόρων εἰσελθόντων ἐν τῷ μοναστηρίῳ, καὶ οἶνον ἐπιφερόντων· καὶ καύματος σφοδροτάτου ὄντος διὰ τὴν πολλὴν δίψαν, κατέψυξαν ἐν τῷ μοναστηρίῳ· καὶ ᾔτησαν ὕδωρ, ὥστε πιεῖν, καὶ οὐχ εὑρέθη ὕδωρ ἐν τῷ τόπῳ. ἀπὸ γὰρ σημείων ε΄ ὑπῆρχεν τὸ ὕδωρ· τῇ οὖν νυκτὶ ἐπορεύοντο ἑαυτοῖς οἱ ἀδελφοί, καὶ ἐγέμιζον. τῶν δὲ ὁδοιπόρων ἐκλειπόντων διὰ τὴν δίψαν, ἅπαντες οἱ ἀδελφοὶ ἐπένθουν ἐπ' αὐτοῖς. ὁ δὲ Ἐπιφάνιος ἐκτείνας τὴν χεῖρα, καὶ δραξάμενος τοῦ ἀσκοῦ, ἔνθα ὁ οἶνος ὑπῆρχεν, εἶπεν, πιστεύσατε ἀδελφοί, ὅτι ὁ ποιήσας τὸ ὕδωρ οἶνον, ποιήσει καὶ τὸν οἶνον ὕδωρ· καὶ ἐπὶ τῷ λόγῳ Ἐπιφανίου οἱ πλησθέντες ἀσκοὶ οἴνου, ηὑρέθησαν πλησθέντες ὕδατος. καὶ λαβόντες οἱ ὁδοιπόροι ἔπιον καὶ αὐτοί, καὶ τὰ κτήνη αὐτῶν, καὶ ἔστη ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἐπ' αὐτοῖς. ἐξέστησαν οὖν ἅπαντες ἐπὶ τοῦτο, οἵ τε ὁδοιπόροι καὶ οἱ ἀδελφοί. ἀπ' ἐκείνης οὖν τῆς ἡμέρας οὐκέτι ἠβουλήθη Ἐπιφάνιος οἰκῆσαι τὸν τόπον ἐκεῖνον, διὰ τὸ ἐξάκουστον αὐτὸν γενέσθαι ὑπὸ τῶν ὁδοιπόρων· ἔκλεψεν δὲ ἑαυτὸν ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν, καὶ ἐπορεύθη εἰς ἀγριώτερον τόπον· τῶν δὲ μὴ ἐπισταμένων τὸ ἐν ποίῳ τόπῳ κατοικεῖ, ἅπαντες οἱ ἀδελφοὶ ἐπένθουν περὶ Ἐπιφανίου. ἔμεινεν οὖν ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ τρεῖς ἡμέρας ἄσιτος διατελῶν. ἦν δὲ καὶ αὐτὸς ὁ τόπος ἄνυδρος.

Συνέβη δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν μ΄ Σαρακηνοὺς διέρχεσθαι. ὡς οὖν εἶδον Ἐπιφάνιον ἐν τοιούτῳ τόπῳ, καὶ τοιαύτῃ καταστάσει, γέλοιον ἀναδεξάμενοι ἀμφότεροι τούτου κατεγέλων. εἷς δέ τις ἐξ αὐτῶν ἕνα ὀφθαλμὸν ἔχων· ἦν γὰρ ὁ ἄλλος αὐτοῦ κλεισθεὶς καὶ θηριώδη ἕξιν ἔχων,

A tia & arte pulcherrima. Contigit verò, ut magnus Lucianus è vita humana excederet. Præfuit autem Hilarion choro fratrum: vereqve licebat videre eum locum, non tanqvam in eo homines habitarent, sed tanqvam sancti Angeli ministrarent sanctissimo & misericordi DEO. Erat enim beati Hilarionis cibus, panis & sal, & modicum aqvæ. Comedebat autem post duos dies: sæpe etiam post tres: sæpissimè verò post qvatuor, vel post hebdomadam. Hoc vitæ institutum elegit Epiphanius toto tempore vitæ suæ. Erat
B autem ille locus sine aqva.

X. Cùm autem aliqvando viatores ingressi essent monasterium, vinum afferentes, qvo tempore erat æstus vehementissimus, siti ferè enecabantur, & petierunt aqvam ad bibendum, nec inventa est aqva in illo loco. Aberat enim aqva ad qvinqve milliaria. Ibant verò noctu, & aqvabantur fratres. Cùm autem viatores propter sitim deficerent, fratres propter eos lugebant. Epiphanius autem cùm manum extendisset, & utrem prehendisset, ubi erat vinum: Credite, in-
C qvit, fratres, qvòd qvi aqvam fecit vinum, vinum qvoqve aqvam faciet. Et propter sermonem Epiphanii, utres, qvi vino pleni erant, inventi sunt aqva pleni. Qvam cùm accepissent viatores, biberunt, & etiam jumenta eorum: stetitqve anima eorum in ipsis. Omnes autem obstupuerunt, & viatores, & fratres. Ab illo verò die noluit Epiphanius habitare amplius in illo loco, eo qvòd de ipso audissent viatores. Subripiens autem seipsum à fratribus, profectus est in locum magis agrestem. Qvi cùm nescirent in qvo loco habitaret, omnes fratres lugebant Epiphanium. Permansit autem in
D illo loco jejunus tribus diebus. Et ille qvoqve locus aridus erat, & sine aqva.

XI. Accidit autem, ut per illum locùm transirent qvadraginta Saraceni. Qvi cùm in loco, & in eo statu vidissent Epiphanium, omnes eum ducentes esse ridiculum, irridebant. Unus autem ex ipsis, qvi unum habebat oculum (erat enim alter clausus, cùm ferinis esset mori-

bus, ense stricto è vagina, venit ad Epiphanium: cumqve eum sustulisset, ut percuteret Epiphanium, apertus est ejus, qvi clausus erat, oculus. Ille verò perterritus, ense in terram projecto, constitit immobilis. Alii autem cùm vidissent esse apertum oculum, qvi clausus fuerat, cœperunt stupore affici. Cumqve vidisset Epiphanius eos esse anxios, sermones cum eis contulit. Illi verò cum verbis Epiphanii evasissent sedato & tranqvillo animo mutati, eum dicebant esse Deum: vimqve ei afferentes, trahebant eum secum, dicentes: Tu es Deus noster: seqvere nos, & serva nos ab omni vi eorum, qvi in nos irruent. Epiphanius autem eos seqvens tempore trium mensium, prohibebat eis omnem insolentiam & immoderationem. Cùm vidissent verò se ejus admonitionibus adduci in angustias, omnes uno animo ejus pedibus devoluti petiêrunt, ut in suum locum reverteretur. Qvi cùm eorum auribus maximas ingereret admonitiones, dicens: Nisi ab iis abstinueritis, non eritis in hac vita felices: acceperunt eum, & deduxerunt in locum, in qvo habitabat. Cumqve ei suâ operâ & ministerio domum ædificassent, & eum valere jussissent, omnes abierunt in pace. Ego autem, qvi eram unus ex ipsis, mansi cum Epiphanio, ab eo institutus in verbo veritatis. Cùm autem præteriisset tempus sex mensium, me accepit ille, & ivimus in monasterium magni Hilarionis. Cùm verò vidissent Epiphanium omnes fratres, magno sunt affecti gaudio. Et mansimus qvidem tres dies in monasterio: rogavitqve Epiphanius magnum Hilarionem, ut mihi daret in Christo signaculum: qvandoqvidem acceperat Hilarion gradum presbyteratus. Cùm me autem magnus accepisset Hilarion, & omnem docuisset conseqventiam, baptizavit me in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: & transegimus deinde apud ipsos decem dies: Fratresqve rogabant Epiphanium, ut nos in eo loco habitaremus: Ipse autem noluit, sed voluit habitare, ubi habitabat antea.

A λαβὼν τὴν μάχαιραν αὐτοῦ ἐκ τῆς θήκης ἦλθεν πρὸς Ἐπιφάνιον· καὶ δὴ κυφίσας αὐτὴν κροῦσαι τὸν Ἐπιφάνιον, ἠνεῴχθη αὐτοῦ ὁ κλεισθεὶς ὀφθαλμός. τοῦ δὲ ἐμφόβου γενομένου, καὶ τὴν μάχαιραν ἐπὶ τὴν γῆν ῥίψαντος, ἔστηκεν ἀκίνητος. οἱ δὲ ἄλλοι ἰδόντες τὴν ἀκινησίαν τοῦ ἑαυτῶν ἑταίρου, ἔρχονται καὶ αὐτοὶ πρὸς Ἐπιφάνιον, καὶ πρὸς τὸν αὐτῶν φίλον. καὶ ἰδὸν, καὶ ἰδοὺ ὁ ὀφθαλμὸς αὐτοῦ ὁ κλεισθεὶς ἠνεῳγμένος, καὶ θάμβος ἔπεσεν ἐπ᾽ ἀμφοτέρους. ὁ οὖν Ἐπιφάνιος ἰδὼν αὐτοὺς ἀδημονοῦντας * συνή- Cor. συνεῖρεν.
B ρεν λόγους πρὸς αὐτούς· οἱ δὲ διὰ τῶν λόγων Ἐπιφανίου ἐν καταστάσει ἐλθόντες, μεταβαλλόμενοι ἔλεγον αὐτὸν Θεὸν εἶναι. καὶ βίαν ἐπενέγκαντες τούτῳ, εἷλκον αὐτὸν μεθ᾽ ἑαυτῶν λέγοντες· σὺ εἶ ὁ Θεὸς ἡμῶν· ἀκολούθει ἡμῖν, καὶ διάσωζε ἡμᾶς ἀπὸ πάσης βίας τῶν ἐπεγειρομένων καθ᾽ ἡμῶν. τοῦ δὲ Ἐπιφανίου ἐπὶ τριμηναῖον χρόνον τούτοις ἐπακολουθοῦντος, ἐκώλυεν αὐτοὺς ἀπὸ πάσης ἀταξίας. τῶν δὲ εἰδότων ὅτι στένωσιν ἐπιφέρει αὐτοῖς διὰ τῆς νουθεσίας, ὁμοθυμαδὸν ἅπαντες συναχθέντες προσεκυλινδοῦντο τῶν ποδῶν αὐτοῦ, ὅπως
C ἀποδράσει πάλιν εἰς τὸν ἴδιον τόπον αὐτοῦ. τοῦ δὲ νουθεσίας μεγίστας ἐπιθέντος ἐπὶ ταῖς ἀκοαῖς αὐτῶν· ὅτι ἐὰν μὴ τούτων ἀπέχεσθε, οὐ δύνασθε εὐημερεῖν ἐντῷδε τῷ βίῳ, λαβόντες δὲ αὐτὸν οἱ ἀμφότεροι ἤγαγον ἐπὶ τόπον, ἔνθα τὸ πρὶν κατῴκει· καὶ δὴ διὰ τῆς αὐτῶν ὑπηρεσίας οἰκοδομήσαντες αὐτῷ οἶκον, ἀσπασάμενοί τε αὐτὸν οἱ πάντες ἀνεχώρουν μετ᾽ εἰρήνης. ἐγὼ γοῦν εἷς ἐξ αὐτῶν ὑπάρχων ἔμεινα μετὰ Ἐπιφανίου. καὶ κατηχηθεὶς ὑπ᾽ αὐτοῦ τὸν λόγον τῆς ἀληθείας ἔμεινα μετ᾽ αὐτοῦ. χρόνου δὲ ἐξα-
D μηναίου παρελθόντος, λαβὼν ἐμὲ Ἐπιφάνιος ἐπορεύθημεν ἐν τῷ μοναστηρίῳ πρὸς τὸν μέγαν Ἱλαρίωνα. ἰδόντες δὲ ἅπαντες οἱ ἀδελφοὶ Ἐπιφάνιον, ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην. ἐποιήσαμεν δὲ ἐν τῷ μοναστηρίῳ τρεῖς ἡμέρας, καὶ παρεκάλεσεν τὸν μέγαν Ἱλαρίωνα Ἐπιφάνιος δοῦναί μοι τὴν ἐν Χριστῷ σφραγίδα. ἐπειδὴ Ἱλαρίων καταξιωθεὶς ἦν τοῦ βαθμοῦ τοῦ πρεσβυτερίου. λαβὼν οὖν ὁ μέγας Ἱλαρίων καὶ διδάξας με τὴν πᾶσαν ἀκολουθίαν, ἐβάπτισέν με ἐν ὀνόματι Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, κελεύσας με Ἰωάννης καλεῖσθαι. ἐποιήσαμεν δὲ παρ᾽ αὐτοῖς ἡμέρας δέκα· καὶ παρεκάλουν Ἐπιφάνιον οἱ ἀδελφοὶ ὥστε κατοικεῖν ἅμα ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ. αὐτὸς δὲ οὐκ ἠβουλήθη, ἀλλ᾽ ἐβούλετο πάλιν ὅπου τὸ πρὶν κατοικῆσαι.

Ἐξελθόν-

A Ἐξελθόντων δὲ ἡμῶν ἀπὸ τοῦ μοναστηρίου, ἐπορευόμεθα τὴν ὁδὸν ἡμῶν. ὡς δὲ ἀπὸ σημείων δύο τοῦ μοναστηρίου ἀπήντησεν ἡμῖν νεανίσκος τις, ἔχων ἀρχοντικὸν δαίμονα, κατατεμνόμενος ἐν τῇ ἐρήμῳ ὑπ' αὐτοῦ. τοῦτον ἰδὼν Ἐπιφάνιος γυμνὸν, καὶ ἀτάκτῳ δρόμῳ ἁλισκόμενον ὑπὸ τοῦ ἀκαθάρτου πνεύματος, ἔκραξεν μεγάλῃ φωνῇ. παραγγέλλω σοι ἐν ὀνόματι τοῦ ἐσταυρωμένου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐξελθεῖν ἀπὸ τοῦ πλάσματος τοῦ Θεοῦ. εὐθέως δὲ τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα ἐσπάραξεν τὸν νεανίσκον, καὶ ἔρριψεν αὐτὸν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἐξῆλθεν ἀπ' αὐ- B τοῦ. ὁ δὲ ἀκάθαρτος δαίμων ἔκραξεν μεγάλῃ τῇ φωνῇ· Ἐπιφάνιε διώκεις με ἀπὸ τοῦ τόπου μου. διὰ κβ΄ ἐτῶν. ἐγὼ πορεύσομαι πρὸς τὸν βασιλέα τῶν Περσῶν, καὶ κινήσω αὐτὸν κατὰ σοῦ, καὶ ποιήσω σε μετὰ θλίψεως πολλῆς παραστῆναι κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ. ὁ δὲ νεανίας ἦλθεν σωφρόνως, καὶ ἔπεσεν εἰς τοὺς πόδας Ἐπιφανίου. ὁ δὲ Ἐπιφάνιος ἤγειρεν αὐτὸν λέγων· ἀνάστα τέκνον, καὶ ἄπελθε ἐν τῷ οἴκῳ σου ἐν εἰρήνῃ. καὶ εὐθέως ἀνέστη.

Ὁ οὖν δαίμων ὁ ἀκάθαρτος ἐπορεύθη ἐν C τῇ Περσίδι, καὶ ἐκολλήθη τῇ θυγατρὶ τοῦ βασιλέως, καὶ τῇ τιμωρίᾳ, ᾗ ἤλισκεν τὸν νεανίσκον, ὁμοίως καὶ αὐτὴν ἐτιμώρει· καὶ ἔκραξεν λέγων· ἐὰν μὴ Ἐπιφάνιος ἔλθῃ ἐνταῦθα ὁ ἀποστείλας με πρὸς τὴν σὴν θυγατέρα, οὐκ ἐξέρχομαι ἀπ' αὐτῆς. καὶ πάλιν ἔλεγεν ὁ δαίμων· Ἐπιφάνιε τὸ γένος τῶν Φοινίκων ἐλθὲ ἐνθάδε, ὅπως ἐξέλθω ἀπὸ τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως. ὁ οὖν βασιλεὺς ἀκούσας ἀπὸ τοῦ δαίμονος περὶ τῆς Φοινίκης, ἀπέστειλεν πλῆθος ἀνθρώπων εὐδιαλέκτων πρὸς ἀναζήτησιν Ἐπιφανίου. καὶ δὴ ἀναζητήσαντες ἅπασαν τὴν χώραν τῶν Φοινίκων, D οὐχ εὗρον· ἀλλ' ἀνεχώρουν ἄπρακτοι πρὸς τὸν βασιλέα. τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν καὶ κακῶς ὑπέμειναν ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ὡς κατάσκοποι, καὶ τὴν γῆν ἅπασαν τὴν Φοινίκην ἐπὶ πονηρίᾳ θέλοντες κατανοῆσαι. πορευθέντες δὲ οἱ διαπεμφθέντες ἀπήγγειλαν τῷ βασιλεῖ, ὅτι οὐχ εὗρον τὸν Ἐπιφάνιον. ὁ δὲ δαίμων ἔκραξεν μεγάλῃ τῇ φωνῇ· ἐν τῷ τόπῳ τῷ ἐπικαλουμένῳ Σπανυδρείῳ ἐκεῖ ἐστιν κατοικῶν. πάλιν οὖν ὁ βασιλεὺς προσκαλεσάμενος λ ἄνδρας, εἶπεν πρὸς αὐτούς. ἀποδύσασθε τὸ σχῆμα τὸ Περσικὸν, καὶ λάβετε τὸ σχῆμα τῶν Ῥωμαίων, καὶ πορεύθητε ἐν τῇ Φοινίκῃ καὶ ἀναζητήσατε τὸν τόπον τὸν καλούμενον Σπανύδριον,

Domino in DEO venerando, digno sacerdotio, sancto, patri Sabino Episcopo civitatis Constantiæ Cypri, Polybius peccator in Domino salutem. Magi singularis gratiæ, vel antequam stella eis Dominum significasset, participes facti, vadunt Hierusalem, atque Bethleem, ad adorandum cœlestem regem Christum Dominum nostrum. Nisi enim ii fuissent prius participes divinæ cognitionis, Dei visionem minimè fuissent assecuti. Sed illa quidem de Deo, qui quærebatur à Magis, & significabatur per stellam ipsis Magis in Bethleem. Ego autem nunc quæro de sancto patre, qui DEUM quæsitum à Magis, & inventum in Bethleem, & adoratum, coluit: De Epiphanio magno sacerdote, muro & propugnaculo Cypriorum. Quoniam ergo, sancte pater, propter meorum peccatorum multitudinem, non fui dignus, qui viderem locum illorum honorum, ubi sunt sepultæ preciosæ reliquiæ sancti patris nostri Episcopi Epiphanii, & perpetua hujus rei memoria & dolor gravis meo insidet animo: ea de causa rogo tuam sanctam paternitatem, ut nobis significet per literas quonam die, & quomodo sit sepultus. Misi autem ad te virum providum, & divina gratia dignum habitum: Dico verò venerandum Diaconum Calippum, qui mihi quoque significavit de vestra sanctitate, quod ipse sederis super thronum Ecclesiæ Constantiæ. Nam cùm ego flerem, & quererer de sepultura sancti patris, nec nossem quisnam sedisset super thronum, idque scire per literas cuperem, prædictus dixit Calippus, quod Sabinus præfectus Monasterii successit nostro sanctæ memoriæ patri & Episcopo Epiphanio. Quocirca eum misimus per tantum ac tam difficile iter & mare, ut ea, quæ prius dicta sunt, consequamur per tuam sanctitatem. Purissimum autem clerum meo nomine digneris salutare, & omnes, qui sunt sub vestra sanctitate. Ora pro me, digne sacerdotio, sancte pater.

LXIX. DEO ago gratias, & veſtræ alacritati animi, ſerve DEI, & digne ſacerdotio, ſancte pater Polybi, qvod per te excitor ad pulchram memoriam. Sanctitatis enim veſtræ literis, qvas ſecundum DEUM ſcriptas accepi, ita vivificata eſt anima mea, qvemadmodum ſi terra ob longam ſiccitatem areſacta fuerit, morientes herbæ pluvia cælitus demiſſa revireſcunt. Qvis tuam habens memoriam, ſancte pater, unqvam dolore afficitur? Qvis autem, ſancte pater, non emiſit lachrymas propter tuum diſceſſum? Fuit enim multus planctus & luctus intolerandus propter te, ſancte pater. Non ſolum enim Cypriorum inſulam obibant Cyprii, reqvirentes tuam ſanctitatem, ut ſederes in throno Eccleſiæ, ſed etiam per mare multi navigantes in Phœniciam te qværebant, adeo ut qvatuor menſibus vidua manſerit Eccleſia tui inqviſitione.

LXX. De die autem, & loco, in qvo ſepultus eſt ſanctæ memoriæ pater noſter Epiſcopus Epiphanius, per has meas literas ſignifico patri meo. Decem diebus fuerunt ejus precioſæ reliqviæ in Eccleſia, in melle jacentes in loculo: multiqve qvi ægrotabant, & tangebant reliqvias, à morbo ſtatim ſunt liberati. Longinus autem & Petronius Diaconi, qvi ab hæreſi Valentiniana ſpecie tantum converſi erant, ipſi prohibebant, ne pater ſanctus ſepeliretur, dicentes non licere mortuum in civitate poni in Eccleſia, ne fortè per ipſum qvoqve veniret civitas in periculum. Venit autem fama, & vehemens qvædam in civitate perturbatio, qvòd ſint nonnulli ablaturi reliqvias. Fuitqve magnus ſtrepitus in tota civitate. Eramus verò omnes qvoqve monaſteriorum præfecti in civitate. Decimo autem die cùm accepiſſet ligonem maximè venerandus Sabinus Diaconus, cœperunt fodere locum, in qvo erant reponendæ precioſæ ſancti patris reliqviæ. Cumqve hoc vidiſſet reverendus Draco, ipſe qvoqve conſenſit. Rurſus autem dixerunt Longinus & Petronius: Non licet eum ſepeliri in Eccleſia. Accepto verò ligone, venerandus qvoqve Draco fodiebat una cum Sabino, dicens: Sepeliantur ſancti patris reliqviæ in hoc loco: ego de eo precabor Imperatorem. Venerunt autem artifices, & fecerunt thecam precioſarum reliqviarum ſancti patris noſtri & Epiſcopi Epiphanii diligentiſſimè & accuratiſſimè: maximè qvod dicebatur à multis, fore, ut furto auferretur à Romanis, aut à Conſtantinopolitanis, aut à Phœnicibus. Facta verò theca à dexteris ſanctæ Eccleſiæ, ubi ceciderat ædificator ſupra Fauſtinianum, acceperunt precioſas reliqvias ſancti patris noſtri viri pii, ut eas in theca deponerent. Impii autem & indigni, Longinus, inqvam, & Petronius, apprehenderunt reliqvias, alios qvoqve, qvi malè ſentiebant, commoventes, & non ſinebant eas ſepeliri. Cùm ergo eſſet magna contentio, venerandus Diaconus Sabinus dixit cum magna voce & luctu amariſſimo: Sancte pater Epiphani, ſcio & credo, qvod ſicut cùm in hac vita degeres, DEUM exorabas, ita etiam nunc qvoqve potes, & aliqvid amplius. Percute Longinum & Petronium, qvi defecerunt, qvod propter injuſtum zelum non ſinant te ſepeliri in hoc loco. Hoc cùm dixiſſet Diaconus Sabinus, factum eſt à DEO judicium. Nam Longinus qvidem, qvi in terram ceciderat, manſit mortuus: Petronio autem manus fuêre diſſolutæ, & manſit mutus in eo loco. Et cùm Longinum qvidem compoſuiſſent, ſepelierunt: Petronium autem portantes, domum tulerunt, & poſuerunt ſupra lectum: qvarto verò die vitam finiit. Acceperunt itaqve precioſas reliqvias ſancti & beati patris noſtri & Epiſcopi Epiphanii, & cum omni honore eas in eo loco depoſuere.

LXXI. Mane autem ſtatim venerandus Draco, acceſſitis omnibus clericis cum multis patribus familias civitatis, obmiſit preces Imperatori. Miſſi verò ſunt tres clerici, & tres patres familias. Ex clericis in primis honorandus Sabinus Diaconus, & maximè honorandus Diaconus Paulus conſobrinus Draconis, & honorandus Diaconus Athanaſius. Ex patribus autem familias reverendus Marianus frater Syneſii, & reverendus Joannes ejus conſobrinus, & filius Draconis, qvi ipſe qvoqve vocabatur Draco, & qvem DEI gratia curavit Epiphanius à morbo graviſſimo. Hi autem iverunt in civitatem regiam, & obtulerunt preces Imperatori. Imperator verò Arcadius, cùm preces accepiſſet & legiſſet, valde magno dolore eſt affectus, qvod è vita exceſſiſſet Epiphanius: & dixit eis, qvi preces ſibi obtulerant: Sedete in hac urbe regia qvadraginta dies, ut lugeam meum patrem, & vos mittam in pace. Illi autem ſic fecerunt. Et luxit Arcadius Imperator ſanctæ memoriæ patrem noſtrum & Epiſcopum Epiphanium qvadraginta dies. Poſt luctum autem fecit conſtitutionem, & miſit cum eis virum pium militantem, nomine Maximum. Is habebat ſpiritum immundum. Cùm ii autem perveniſſent Conſtantiam, ſtatim Maximus accepta conſtitutione, ingreſſus eſt in locum, ubi ſunt poſitæ reliqviæ ſancti patris noſtri. Cùmqve pronus cecidiſſet in faciem, &

preces posuisset supra thecam, dixit: DEO digne sancte Epiphani, expelle à me malignum spiritum, & tunc aperiam hanc formatam scripturam cum magna gratiarum actione. Statimqve exiit immundus spiritus à Maximo. Maneqve patefacta fuit scriptura formata in loco publico, & omnes propterea magna sunt affecti lætitiâ. Formatæ autem scripturæ vim insero in mea epistola, qvam ad vestram mitto pietatem: qvæ in versu secundo sic continet. Sic enim dicit Imperator Arcadius de sancto patre: Eum, qvi vixit supra nostras leges, nolumus jacere convenienter nostris legibus. Ecce ergo, ô sancte pater Polybi, universam consequentiam, qvæ fuit tam verbis qvàm factis, exposui vestræ apud Deum honoratæ & sanctæ animæ per literas, qvæ à nobis missæ sunt per venerandum Diaconum Calippum. Habe autem perpetuam mei memoriam in tuis ad DEUM orationibus, sancte pater. Tuum verò sanctum Clerum meo nomine salutare digneris ô digne sacerdotio, sancte pater. Ora pro me, ô vir maximè pie.]

FINIS.



LOCORUM QVI IN HOC II. TOMO EX SACRIS SCRIPTURIS CITANTUR VEL EXPONUNTUR INDEX.

GENESIS.

EXODUS.

NUMERI.

DEUTERONOMIUM.

REGES.

IOB.

PSALMI.

c. [illegible] oves in medio luporū.72
c. [illegible] nisi filius & nemo novit [illegible] ib. Propterea [illegible] hic Dominus, hoc [illegible] inget. Vade post me Satana, qvia non sapis qvæ Dei sunt, sed qvæ sunt hominum. 40. a. ib. qvem me dicunt homines esse [illegible] hominis. 45. [illegible] ib. Venite ad me omnes qvi laboratis & onerati estis & ego [illegible] vos. 68. c
c. 13. Hic est filius meus dilectus in qvo mihi complacui. Ecce ego [illegible] testificor de me testimonium meum verum [illegible] opera [illegible] testimonium præbent, qvæ dedit [illegible] pater. Moyses scripsit de meo, &c. 8 a. [illegible] Ib. [illegible] tenim nullus diem novit, nec horam, neqve Angeli cœli neqve filius nisi pater. 21. c
c. 16. Tu es Christus filius Dei vivi. 7. a. Ibid. cui claves regni commissæ sunt. 16. c
c. 17. Multa corpora sanctorum qvi dormierant resurrexerunt. 103.b
c. 18. Ut in tribus testibus verbū omne consistat. 15.
c. 19. Si vis perfectus esse vende qvæ habes & da pauperibus. 5. b
c. 23. Omnis enim qvi se exaltat humiliabitur, & qvi se humiliat exaltabitur. 28. d
c. 26. Etiamsi omnes abnegent, ego nō abnegabo 14

MARCUS.

c. 3. Qvi autem blasphemaverit in Spiritum sanctum non remittetur ei. 74.a
c. 6. Euntes baptisate omnes gentes. Nolite portare peram neqve virgam, neqve calceamenta. 72.b
c. 12. Qvod autem mortui resurgant dixit Deus. Ego Deus, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob, Deus ergo vivorū est, non mortuorū. 44.c

LUCAS.

c. 1. Benedicta tu inter mulieres & benedictus fructus ventris tui, &c. 70. a
c. 2. Unde cognoscam mihi istud affuturum. Spiritus Domini in te descender, &c. 69. d
c. 4. Jesus verò repletus Spiritu sancto reversus est a Jordane. 74. a
c. 5. Qvis est homo iste qvi luqvitur blasphemias. 32
c. 6. Qvid mihi [illegible] citis Domine, Domine & non facitis qvæ dico. 24. a
c. 11. Nolite cogitare qvid loqvamini, qvoniam spiritus patris [illegible] loqvitur in vobis. 73. d
c. 13. Discedite à me omnes operarii iniqvitatis. Nunqvam en[illegible] novi vos. 26. a. vos ego cognovi ex om[illegible] bus. ibid.
c. 15. Qvæ mulier drachm[illegible] haberet decem, &c. 47.
c. 18. Nemo bonus nisi [illegible] Deus. 23. c
c. 22. Erat in anxietate constitutus sudavit, &c. 56.c
c. 23. Hodie mecum eris in paradiso. 58. b

JOANNES.

c. 1. Unigenitus qvi est in sinu patris ipse narravit 7. c. Ib. Verbum c[illegible] est, &c. 69. b
c. 3. Qvod natum est [illegible] est. 74. a
c. 4. Puer crescebat & confirmabatur spiritu, & progrediebatur ætate & sapientia. 36. d. Ib. Spiritus Deus est. 51. b b. d. Qvi enim adorant [illegible] in spiritu ad[illegible] oportet. 74. d
c. 5. [illegible] testimonium perhibeam de me, testimonium meum [illegible] nihil est. Alius est qvi testimonium perhibet [illegible] me. 5. a. b [illegible] honorat patrem, honorat & filium. 16. a. ib. Pater [illegible] habet in seipso, &c. 21. c
c. 6. Nemo venit ad me nisi pater traxerit ipsum.

45. b. Ib. Collige te, ut [illegible] qvatur. & co[illegible] egerunt [illegible] b
c. 7. Nisi [illegible] b
c. 9. Si esset [illegible] hic homo à Deo, non solveret [illegible] bbathum. 32. b
c. 10. Ut habeant vitam in seipsis. [illegible] b. Ib. propter bonum opus non interficimus te, &c. [illegible] c
c. 14. Ego sum veritas spiritus [illegible] qvi loqvitur in vobis. 9 c. Per me [illegible] ad patrem. 45. b. A. Ib. multæ mansiones apud patrem. 52. c. Ego rogabo patrem & alium [illegible] paracletum dabit vobis, &c. 74. a. Ib. Cur [illegible] venit cor tuum Satanas, &c. ibid. d
c. 15. Spiritus à patre procedit & à filio accepit, Dei profunda perscrutans. 11. c
c. 16. Si ego abiero veniet spiritus ille veritatis 9 6
c. 17. Ut cognoscant [illegible] verum Deum & qvem ipse misit Jesum Ch[illegible]. 7. b
c. 19. Potestatem habeo sumendi animam meam & ipsam ponendi. 39. b
c. 20. Ego vado ad Deum meum & Deum vestrum: patrem meum & patrem vestrum. 3[illegible]. d
c. 21. Pueri numqvid pulmenti habetis. Mittite ad dextrum navigii latus & invenietis. 14. [illegible] b. pasce agnos meos. 15. a

ACTA.

c. 1. Pater in potestate sua tempore posuit. 27. a
c. 2. Juxta qvod impossibile erat teneri illum ab eo, ab inferno. 39. b. Ib. Dominus qvasi pullum genuit me, qvomodo intelligatur hic locus ex variis editionibus. 49. b. c
c. 4. Vendebant bona sua & deponebant ad pedes Apostolorum. 5. b. Ib. Dominus autem dicit. Ingredere urbem & ibi dicetur tibi qvid te oporteat facere. [illegible] 2. a
c. 5. Cur tentavit vos Satanas mentiri Spiritui sancto? Non mentitus es hominibus sed Deo. 14.a
c. 9 Saule, Saule qvid me persequeris. 16. c. Ibid. durum tibi est contra stimulum calcitrare. 20.a
c. 10. Spiritus Domini super me, propter qvod unxit me. 73. c. Ib. hoc est mysterium spiritus & verbi. Attendite vobis & universo gregi in qvo posuit vos Spiritus sanctus Episcopus regere Ecclesiam Dei. 74. c
c. 13. Ministrantibus illis Domino ac jejunantibus dixit Spiritus sanctus, &c. [illegible]1. a
c. 15. Visum est Spiritui sancto nihil aliud imponere vobis oneris præter hæc necessaria. 72.a
c. 16. Peragrarunt verò Phrygiam & Galatiæ [illegible] ctum, &c. 7[illegible] b
27 Eramus in navigio animæ circiter octaginta. 61

AD ROMANOS.

c. 1. Non novit mundus per Dei sapientiam mundum. 48
c. 7. Video legem aliam repugnantem in membris meis, &c. 59. c. Ib. Qv[illegible] ad interiorem hominem pertinet Dei me[illegible] 68 a
c. 8. Cum ego carne [illegible] servat [illegible] d me subcarnis [illegible] & 6[illegible] a d. ib. Qvod [illegible] ejus in nobis est q[illegible] excitavit [illegible] a mortuis, &c. 70 c
c. 10. [illegible] omplen[illegible] Christ[illegible] 68.
c. 11. [illegible] altitudo [illegible] & [illegible] Dei. [illegible] d
c. 15. Dico igitur Christū m[illegible] ca[illegible] tionis pro veritate Dei ut pr[illegible] eret. 71

FINIS.

RERUM ET SENTENTIARUM QVÆ SECUNDO TOMO CONTINENTUR INDEX AMPLISSIMUS.

A.

F.

G.

T.

V.

Z.

DIONYSII PETAVII
ANIMADVERSIONES
IN
EPIPHANIUM
CUM
APPENDICE GEMINA.

DIONYSII PETAVII E SOCIETATE JESU, ANIMADVERSIONES IN EPIPHANII OPUS, qvod PANARIUM inſcribitur.

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ.

Si cum exquiſitâ rerum, quæ in hoc Opere tractantur, varietate, ac copia adæquare commentationes noſtras inſtituiſſem, non brevibus iiſce notis, & animadverſionibus; ſed ingentibus libris committenda res fuerat. Quoniam autem neque me commentariorum moles illa delectat; & eruditorum Lectorum faſtidiis occurrendum potius hoc in genere eſt, quàm aliorum tarditati conſulendum; nulla eſt obtinendæ à me ratio prætermiſſa brevitatis. Ea verò viſa eſt imprimis ejuſmodi, ut diverſas ex veterum exemplarium comparatione, aut ex conjecturâ lectiones ad oram contextus adſcriberem: Tum ut leviora quæque, ac faciliora, vel commodè ab aliis explicata, ne attingerem omninò, aut carptim breviterque perſtringerem. Quamobrem certa potiſſimùm argumenta delegimus, in quibus elaborandis atque illuſtrandis pluſculum operæ diſputationisq; conſumptum eſt: quæ nimirum talia eſſe conſideremus, ut ad eorum minuendam obſcuritatem nonnihil operâ noſtrâ poſſet accedere. Fuerat jamdudum animus, omnium Hæreſeon, quæ in hoc Opere commemorantur, τὰ ἱϛορέμενα primùm, deinde opiniones ac dogmata omnia ſeparato libello perſequi, & cum iis, quæ Epiphanius perſcripſit, quæ ab aliis ſunt Patribus expoſita, conferre: Sed ab eo conſilio revocavi ipſe me, quòd eum mihi laborem jamdudum aliorum induſtria ſublevaſſet. Etenim præter veteres illos, Irenæum, Auguſtinum, Philaſtrium, Damaſcenum, Tertullianum, Clementem Alexandrinum, Hieronymum; ac cæteros, qui aut de Hæreſibus nominatim ſcripſerunt: aut earum in libris ſuis utcumque meminerunt; recentiores aliqvot eodem in argumento ſummâ cum laude verſatos memineram; Imprimis autem Gabrielem Prateolum, atque illuſtriſſimum magnorum Annalium conditorem. Quorum ille Hæreſeon omnium luculentiſſimum catalogum literato ordine contexuit: hic in Annalibus ſuo quamque tempore conſignatam reliquit: uterque uno in conſpectu quæ apud Veteres illos diſperſa erant, ac diſſipata propoſuit. Hac igitur cura & cogitatione ſolutus, hunc unum ad ſcopum commentandi laborem iſtum conferam; ut qui Latinè jam, hoc eſt minùs, ut ſpero, barbarè ſtudio noſtro loquitur Epiphanius, idem Notis iſtis & Animadverſionibus quà caſtigatus, quà illuſtrior factus, dilucidè atque intelligenter id faciat, omni obſcuritate detersâ.



DE INSCRIPTIONE OPERIS, AC XX PRIORUM HÆRESEON PARTITIONE.



CUM adversus LXXX Hæreses, quæ ad suam ætatem exstiterant, susceptum à se hoc opus profiteatur Epiphanius, duo quædam occurrunt in eo negotio consideranda. Alterum, *Hæresis* nomen latissimè in qvibusdam usurpari; nec ad Theologorum normam vocabuli usum istius exigi, a qvibus qvid proprie sit Hæresis, & qvantum reliqvis ab sectis differat, subtilius atqve enucleatius declarari solet. Nam neqve priores illæ sectæ, Barbarismus, Scythismus, Judaismus, qvatenus Christi ortum antecessit, inter Hæreses meritò recensentur; neqve ullæ propriè sectæ Barbarorum, aut Scytharum fuerunt. Atqve, ut diligentius in Hellenismi, Judaismi, ac Samaritismi species inqviratur, pleræqve forsitan è numero sectarum, sive Hæreseon eximendæ erunt: de qva re sparsim, ac suis locis opportunius agetur. In Hellenismo qvidem, cum qvatuor tantummodo sectas Epiphanius numeret; infinitæ adjungi aliæ potuerunt; qvarum plerasqve in calce hujus operis, in fidei Catholicæ Compendio prosecutus est. Alterum hoc in negotio considerandum est; qvamvis omnes illæ sectæ inter Hæreses haud immerito censeantur, neqvaqvam tamen Epiphanio octogenarium illum constare numerum. Etenim in partitione ipsâ contra dividendi præcepta non mediocriter peccatum est: cùm principio qvinqve ante Christum sectarum fastigia proponuntur; Barbarismus, Scythismus, Hellenismus, Judaismus, Samaritismus: ac deinde posteriora tria genera in alias species tribuuntur. Et nihilominus genera cum subjectis sibi partibus eundem in numerum summamqve conferuntur. Qvod est in divisione vitiosissimum. Neqve enim genus πρὸς τὰ εἴδη ἀντιδιαιρεῖται. Ut si animâ vitâqve præditum corpus primùm in animal ac plantam partiare: tùm animal in terrestre, aqvatile, volatile: Plantam in herbam, fruticem, & arborem: ac deinde collectis omnibus, octo corporis animati partes esse constituas: nimirum animal, plantam, terrestre animal, aqvatile, volatile: herbam, fruticem, & arborem. Ita enim inter divisionis partes genera ipsa, qvæ dividuntur, perperam referas. Qvod in illa Hæreseon distributione commisit Epiphanius. Qvippe tres illæ, qvas dixi, Hellenismus, Judaismus, Samaritismus cum suis partibus conjunctæ summam confi-

ciunt. Unde ſubductis rectè omnibus, XVII duntaxar ante Chriſtum, univerſè verò LXXVII Hæreſes, non LXXX numerantur. Præterea XX priorum Hæreſeon alium in Epiſtola ad Acacium & Paulum Presbyteros, & in Anacephalæoſi, qvàm in ipſo decurſu Operis, ordinem inſtituit. Utrumqve nos in ſeqventi Tabula propoſuimus.

		XX priorum Hæreſeon ordo in Anaceph.
	1	Barbariſmus
	2	Scythiſmus
	3	Helleniſmus
	4	Judaiſmus
	5	Samaritiſmus
Helleniſmi	6	Pythagorei
	7	Platonici
	8	Stoici
	9	Epicurei
	10	Gortheni
Samaritiſmi	11	Sebuæi
	12	Eſſeni
	13	Doſithei
Judaiſmi	14	Scribæ
	15	Phariſæi
	16	Sadducæi
	17	Hemerobaptiſtæ
	18	Oſſæi
	19	Nazaræi
	20	Herodiani

		XX priorum Hæreſeon ordo ex Opere Panarii.
	1	Barbariſmus
	2	Scythiſmus
	3	Helleniſmus
	4	Judaiſmus
Helleniſmi	5	Stoici
	6	Platonici
	7	Pythagorei
	8	Epicurei
	9	Samaritæ
	10	Eſſeni
	11	Sebuæi
	12	Gortheni
	13	Doſithei
Judaiſmi	14	Sadducæi
	15	Scribæ
	16	Phariſæi
	17	Hemerobaptiſtæ
	18	Nazaræi
	19	Oſſeni
	20	Herodiani

In poſteriori ſerie Stoici ante cæteras Philoſophorum ſectas collocantur; aliter atqve in priori fecerat, qvæ longè hac in parte tolerabilior eſt. Hinc eſt, qvod Stoicorum ſecta *τρίτη ἀπὸ Ἑλληνισμοῦ* ſit inſcripta. Nam tertium ab Helleniſmo locum habet in ſerie, ut Platonici qvartum, atqve ita deinceps; non ut in inſcriptione Latina eſt; *tertia Helleniſmi ſecta:* pro qvo ſcribe: *tertia ab Helleniſmo ſecta.*

AD TOTIUS OPERIS PRÆLUDIUM.

N. II. *ἄφατα γάρ ἐστι καὶ φατά.*] Expungo posteriores hasce voculas, qvæ sententiam infuscant, *καὶ φατά.* Dixit qvidem Hesiodus initio Ἔργων,

Ον τε διὰ βροτοὶ ἄνδρες ὁμῶς, ἄφατοί φατοί τε.
Ρητοί τ' ἄῤῥητοί τε.

sed alio sensu, qvàm ut huic loco congruat. Nam hoc unum Epiphanius significat, se non omnia complecti hoc in Opere cupere, cum innumerabilia sint, nec oratione comprehendi possint.

Τουτέστι βασιλείας Οὐαλεντινιανοῦ.] Est hic annus Christi CCCLXXIV. qvo suum opus aggressus est Epiphanius; Gratiano III. & Eqvitio Coss. Valentinianus enim & Valens imperium auspicati sunt anno CCCLXIV bisextili; qvi Joviani & Varroniani Consulatu notatur in Fastis. Ideo annus utriusqve XI Christi est CCCLXXIV. Gratiani annos prætermisit, ut opinor, librarius. Qvare substituendum est *καὶ Γρατιανοῦ ὀγδόου.* Gratianus Lupicino & Jovino Coss. ut author est Socrates Lib. IV. Cap. X. Imperator & Augustus à Patre renunciatus est; anno Christi CCCLXVII. Itaqve undecimus Valentiniani & Valentis, est Gratiani octavus. In Manichæorum Hæresi LXVI. Numero XX. annos Gratiani commemorat. Qvem in locum cætera reservamus.

Οὐκ ἀθεεὶ διασκοπήσαντας.] Hic conjecturæ locus est. Nam de vitio constat. Scribe *διασκοπήσας τὰς ψῆφους* & *εἴσω παρελθεῖν.* Vel *διεσκόπησα τὰς ψῆφους* & retinendum *εἰς ὅ.* Cum ad susceptum opus aggrediendum consententia vestrûm omnium suffragia viderem.

N. III. *Παμφιλός τε.*] Rei herbariæ scriptores aliqvot recenset, qvorum plerosqve Dioscorides in Præfatione commemorat, & Plin. Lib. I. In his Pamphilus ille ipse videtur esse, de qvo Suidas; qvi inter cætera Georgicorum tres libros edidit, patriâ Amphipolita, vel Sicyonius, vel Nicopolita. Ex qvo nonnulla passim excerpta leguntur in Constantini Geoponicis. Meminit & alicubi Photius.

Καὶ Ἡρακλείδης ὁ Ταραντῖνος.] Citatur à Galeno in Libris de Composit. Medicam. *κατὰ τόπους, καὶ γένη*: nec non & ab Athenæo Lib. III. Heraclides Tarentinus. Idem & Andreæ Medici meminit

Βᾶσσος ὁ Τύλιος.] Tylus Messeniæ urbs, qvam nonnulli Oetylum vocant, ait Strabo Lib. VIII. Sed corrupta hoc loco vox est, legendumqve ex Dioscoride *Βᾶσσος ὁ Ἰούλιος.*

Καὶ Πετρώνιος Νίγερ.] Dioscorides *Petronius Niger* conjunctim habet. Plinius vero, *Petronium Diodotum* copulat, qvasi ejusdem sint appellationes ambæ.

N. IV. *δι' ἐτῶν δισχιλίων.*] Non igitur vulgatam in nostris Editionibus LXX. Seniorum rationem secutus est, annorum MCCXLII. sed castigatam, ac germanam, qvæ ad priorem annos addit XX. Magna jam tum olim Græcorum exemplarium non cum Hebræis Latinisqve modo; sed secum

etiam discordia fuit. De priori differit Augustinus Lib. de Civit. Dei XV. Cap. XIII. Hieron. Quæst. Hebr. aliique maximè recentiores. De posteriori vide Eusebii excerpta Chronologica; ubi variè annorum summa concipitur. Ac propter immanem absurditatem, quæ ex Mathusalem annis oritur, animus est ad numerorum emendationem adjectus. Nam si LXX Interpretum communem editionem seqvare, qvæ annos Mathusalemo ante genitum Lamechum arrogat CLXVII, Lamecho verò CLXXXVIII, conflent additis Noëmi sexcentis, anni ante Diluvium Iↄ CCCCLV. Vixit autem Mathusalem in totum annos Iↄ CCCCLXIX. Igitur XIV annis post Diluvium superfuit; qvod est ineptum. Qvare Africanus Mathusalem annos ante Lamechum susceptum tribuit CLXXXV, qvi ad Lamechi Noëmiqve totidem, qvot proximè numeravimus, adjuncti summam conficiunt annorum Iↄ CCCCLXXII. Itaqve tribus, qvatuorve annis Diluvium mors illius antecessit. At vero idem Africanus ab Orbe condito ad Diluvium annos colligit cIↄ cIↄ CCLXVII. Qvippe Enos CXCV confert, cùm LXX duntaxat CXC numerent. Subtractis qvinqve illis superfluis, crediderim in reliqvis Epiphanium Aphricani, sive LXX apud Aphricanum Interpretum calculum secutum annos computasse cIↄ cIↄ CCLXII.

Ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς Ἀραράτ.] Chaldæus Cordu, id est Γορδιαῖος. Josephus Lib. I. Cap. IV. *ἀποβατήριον τὸν τόπον τοῦτον Ἀρμένιοι καλοῦσι.* Mox Berosum Chaldæum citat: *Λέγεται δὲ καὶ τοῦ πλοίου ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ πρὸς τῷ ὄρει τῶν Κορδυαίων ἔτι μέρος τι εἶναι.* Item ex Nicolao Damasceno: *Ἔστιν ὑπὲρ τὴν Μινυάδα μέγα ὄρος κατὰ Ἀρμενίαν βάρις λεγόμενον, εἰς ὃ πολλοὺς συμφυγόντας ἐπὶ τοῦ καταλκλυσμοῦ λόγος ἔχει περισωθῆναι*: Franciscus Junius pro *Βάρις*, rescribendum existimat *Λούβαρις*: à qvo non abhorreo. Sed idem solennia delirat; cum Lubar Armenio, & Ægyptiaco sermone dicit idem esse atqve *ἀποβατικὸν*, sive *ἀποβατήριον*: id est locum editissimum, ex qvo descensus patet, à verbo *Labar*, descendere. Unde & *Labarum*, & *Labra* apud Epiphanium in Ariomanitis. Sed de Labra, cæterisqve nugis dicemus ad illum Epiphanii locum. Qvod qvidem ad præsens negotium attinet, *ἀποβατήριον* Josepho nuncupatur locus ille, in qvo Noemus τὴν *ἀπόβασιν*; hoc est exscensionem ex arcâ fecit: Sive qvòd ibidem *τὰ ἀποβατήρια* sacra persolvit. Hæc enim vis est horum vocabulorum, *ἀποβατήρια, διαβατήρια*, & cæterorum. Valde igitur aberrat Junius cùm *ἀποβατήριον* interpretatur arduum, & excelsum, ex qvo descendere oporteat: qvod à Græcæ vocis usu alienum & absonum est.

Οὐ γὰρ ἔτι ἐμφαίνει.] Putidissimi Judæi Noëmum à Chamo exsectum nugantur: ut inter alios R. Selomo, qvi & alia qvædam adiicit nefanda, & *ἄῤῥητα.*

N. V. *ἔνθα πως ἐπελέξαντο.*] Fortasse *τόπον ἐπελέξαντο.*

Ἦν δὲ τοῦτο πάλαι Ἀσσυρίων.] Ager Sennaar, & Babylon ipsa primum, inqvit, ad Assyrios pertinuit. Respexit autem ad id, qvod Genes. X, 11, legitur: *De terra illa* (Sennaar) *egressus est Assur, & ædificavit Ninivem, & plateas civitatis, & Chale.* Verum *Assur* qvidam proprium esse nomen existimant: ut R. Selomo, qvi se ab impiorum consvetudine, ac convictu segregarit: eundemqve Aben Ezra Japheth filium extitisse me-

morat. Eqvidem Affur hoc loco de Affyrio populo, vel Nino ipfo regni Affyrii conditore libentiùs interpretor. Eodem porrò fpectare videtur, qvod eft apud Efaiam Cap. XXIII, 13. *Ecce terra Chaldæorum: Talis populus non fuit: Affur fundavit eam. In captivitatem traduxerunt robuftos ejus fuffoderunt domus ejus: pofuerunt eam in ruinam.* Sed Hebraïca aliam fententiam præferunt: *Ifte populus non erat illic olim. Affur fundavit eam navibus*; vel, ut alii, *deferti incolis*; *qvi erexerunt arces illius, Sed* (Chaldæi) *contriverunt palatia illis*, &c. Qvod ita R. David exponit. Non eft mirum, aut incredibile, qvod de Tyri everfione prædicitur. Ecce tibi Babylon, & Chaldæa ipfa non eofdem femper incolas habuit; fed & ipfa viciffitudinem eft experta. Nam Chaldæorum populus olim ibi fedem non habuit: fed Affyrii principiò tenuerunt, & in ea urbes excitarunt. Tum Chaldæi pulfis Affyriis occuparunt, qvi à Chafad Nachoris filio oriundi, ait Kimchius, ex Cap. XXII. Gen. com. 21. Hæc ex Hebræis, qvanqvam aliter Aben Ezra, & ex Latinis Hieronymus. Nam LXX diverfi prorsùs abeunt. Ex iis colligitur Affyrios olim tenuiffe Babylonem. Ac nonnullis placet Sennacheribi majores Babylonem invafiffe; propterea qvòd Lib. IV. Re. C. XVII, 24. rex Affyriorum Sennacherib de Babylone, & de Cutha, cæterifqve regionibus incolas Samariam transtulerit. Sane Babyloniorum rex Affyrius in Scripturis interdum vocatur, & Babyloniam fub Affyria fuiffe comprehenfam authores funt Geographi.

Επωνομάσθησαν πάντες.] Scytharum nominis origo ab Hebraïca voce [illegible], cum puncto femos, qvod eft *declinare, errare.* Poteft & à [illegible] cum puncto dextro derivari, qvod *difcurrere, & obambulare* fignificat. Utraqve notio Scytharum moribus apprimè congruit: qvos *πλάνητας* errabundos, & *ἁμαξοβίους* fuiffe conftat. Sed ea vocabuli ratio, qvam Epiphanius affert, qvòd fcilicet *ἀπὸ τοῦ κλίματος τοῦ πρὸς Εὐρώπην εἰς Ἀσίαν* declinaverint, non valde mihi probatur. Neqve enim verum puto, Scytharum nomine prifcos illos infignitos, qvi poft Diluvium turrim illam architectati funt. Etymologicon magnum *σκύζεσθαι*, qvod eft irafci, & fupercilium contrahere, *παρὰ τὸν Σκύθας* nominatum fcribit: qvoniam iracundi Scythæ. An potiùs *Σκύθας* Græci *ἀπὸ τοῦ σκύζεσθαι* deduxerunt?

Καὶ ἀπὸ μιᾶς εἰς ἑβδομήκοντα δύο.] De eadem lingvarum, gentiumqve diftributione agit Hær. XXXIX. qvæ eft Sethianorum: ubi & LXXII lingvas totidem, qvot *κεφαλαιῶται* erant, & authores ftirpis, effloruiffe dicit. Vulgatus eft hic matricum lingvarum, populorumqve numerus, de qvo certatim Chronologi difputant. Qvorum qvidem ratio mihi non fatis explorata certaqve videtur: non modò qvòd Græci codices à Latinis, & Hebræis in numero diffident: fed etiam, qvòd pleriqve *κεφαλαιῶται* cum pofteris fuis, ac filiis in numerum cenfentur. Non eft autem credibile diftinctum ab iis populum ac lingvam illos conftituiffe. Certè enim Heber à Phaleg lingva diverfus non fuit; ut etiam Auguftinus exiftimat. Deinde Chananæi omnes populi idioma commune fortiti funt. Itaqve labat illa LXXII lingvarum partitio. Sed nec in eo laborare

admodum necesse est, ut totidem illis nationibus domicilium cuiqve suum, ac regionem assignemus. In qvo multi nominum similitudines nimis ambitiosè consectantur. Est enim verisimile plerosqve finibus iis, qvos occuparant, relictis, ac sedibus, aliò sese contulisse. Nam qvod Moyses narrat; ab iis propagatas esse nationes omnes, non sic accipiendum est, ut eas per sese primum, καὶ ἀμέσως regiones insederint, atqve in earum possessionem pedem ipsi posuerint, sed ut eô saltem illorum posteri commigrarint. Verum hæc discutere longioris & operæ, & alterius instituti fuerit.

Φοῦς τὰ Ἀξιωματικά.] Mendosè pro Ἀξουμιτικά: ut est in Sethionarum Hæresi: Nec minùs emendandum ψοῦς, pro qvo Φοῦθ legendum. Sive ut est Esaiæ Cap. LXXI, 19. פוּל Φοὺλ. De Axumitis alius erit dicendi locus.

Ῥεγμᾶ, καὶ Σαβᾶ, καθᾶ.] Corr. Σαβαθακά; qvi inter filios Chus recensetur. Pro ἐλοὺδ, fortasse Λοὺδ. Qvippe Λουδιεὶμ inter filios Mestraim numerantur.

Τὰ πρὸς τῇ Παράμων χώρᾳ.] An Ἀράβων: an potius Γαραμάντων, Nam hæc vicina sunt nomina. Est qvi Regamam Ptolemæi, qvæ est in Arabia felice ad Regma transferat: de qva Ezech. XXVII. 22. רכלי שבא ורעמה

N. VI. Νεβρὼθ τὸ βασιλεύς.] Qvem pleriqve omnes Chronologi; imo & antiqvi Patres, Belum fuisse censent, Babylonis conditorem. Hujus filium Assur Epiphanius facit: qvem qvidem Ninum fuisse par est, si Nembroth idem cum Belo fuerit: Et eadem utrobiqve colligendi ratio. Nam Belus Babylonem extruxit, & Ninus Ninivem. Atqvi priorem à Nembroth, posteriorem ab Assur civitatem conditam Moyses affirmat. Verùm Assur Gene. X, 11. gentis nomen esse, non viri proprium existimant alii; qvibus libenter subscripserim. Sed hæc Annalium, ac Chronologiarum paginas implent, nec sunt pluribus hoc loco disceptanda.

Τούτου ἡ βασιλεία ἐν Ὀρέχ.] Pro ἈρΦὰλ LXX Ἀρχὰδ Hebræi אכד

Κτίζει δὲ καὶ τὴν Θειράς.] Nescio unde hæc expiscatus sit, qvæ in Geneseos X illo capite non leguntur. Ubi hoc duntaxat habetur: Principium regni Nembroth fuisse Babylonem, καὶ Ὀρέχ, καὶ Ἀρχάδ, καὶ Χαλάννη in terra Sennaar. Unde Assur egressus ᾠκοδόμησε τὴν Νινευὶ, καὶ τὴν Ῥωωβὼθ πόλιν, καὶ τὴν Χαλάχ. Pro Ῥωωβὼθ πόλιν, Hebraicè scriptum est רחבת עיר qvod Hieronymus vertit; *plateas civitatis*, & pro appellativo habuit, qvod Græci proprium fecerant. Intelligit autem urbis Ninives plateas, qvas Ninus extruxerit. De Epiphanio qvid dicam aliud occurrit nihil, nisi voces istas, Θειρὰς, & Θόβελ alienum in locum translatas esse. Nam Thiras, & Thubal inter Japhethi posteros numerantur com. 2. *Thubal, & Mosoch, & Thiras*, Fortassis enim cum Regma, Sabaracha, cæterisqve, qvosdam alios recensuit Epiphanius, & inter illos Thubal, & Thiras Nisi hæc conjectura placeat, pro Θειρας, & Θόβελ, ac Λόβον propria urbium illarum nomina substituenda sunt, qvas Assur ædificavit. Certè in Λόβον vestigium qvoddam apparet vocabuli Ῥωωβὼθ, & in Thiras vocis עיר, qvæ civitatem significat. Unde ita depravari vox ista potuit Ῥωωβωθίρα.

Οὐ πολὺ δ' ἀλλήλων τῷ χρόνῳ διεστήκασι.] Bactrianorum rex ille, qvo cum Ninus conflixit, Oxyartes à Diodoto vocatur; à Justino, Arnobio, ac cæ-

teris Zoroaſtes. Neqve diſſentit Plinius, ut Scaligero videtur. Neqve enim dubitat ille, ſitne Magus idem cum rege Bactriano: ſed utrum unus hic fuerit; an & alius poſtea: qvod Salianus noſter rectè in Annalibus animadvertit. Vaniſſima Magorum natio Zoroaſtrem illum antiqviſſimum putat; utpote qvi Trojanum excidium qvinqve annorum milibus anteceſſerit, ut Plinius, & Plutar. Tract. de Iſide teſtantur. Apud Laertium Xanthus Lydius ſexcentis duntaxat annis ante Xerxis *διάϐασιν* extitiſſe Zoroaſtren aſſeverat. Unde meritò plures ejuſdem nominis fuiſſe ſuſpicatur Scaliger.

Τὸν Σερὺχ ἑρμηνευόμενον ἐρεθισμὸν.] Variæ ſunt apud Epiphanium Hebræorum nominum origines, & interpretationes partim obſcuræ, partim ſubabſurdæ. Multa enim vel eruditiſſimis per imprudentiam excidunt. Neqve propterea Hebraiſmi fuit imperitus Epiphanius, qvem Græcæ, Syræ, Hebrææ, Ægyptiacæ, & ex parte Latinæ lingvæ ſcientem fuiſſe confirmat Hieron. Apol. II. contra Ruff. qvem argutè bilingvem nominat: qvod Græcè Latineqve noſſet. Inter falſas originationes hæc ipſa vocabuli Serug interpretatio à Calviniſta qvodam profertur, cum aliqvot aliis; ut cum cæteros Patres erroris haud expertes fuiſſe colligat; tum vel imprimis Epiphanium in explicandis nominibus aberraſſe. Nos de reliqvis, qvæ in hoc Scriptore notat, ſparſim, ac ſuo loco viderimus Qvod ad præſens vocabulum ſpectat, malè ab Epiphanio putat, *σερὺχ ἐρεθισμὸν* verti: cum ita ſcribendum ſit hoc nomen, *σερὺγ*, & *propaginem*, non irritationem ſignificet. Hæc ille. Verùm purgandi hoc qvidem loco Epiphanii facilis eſt & explicata ratio. Primùm enim *σερὺχ*, non *σερὺγ* ſcribendum illi fuit, cum priore modo LXX conceperint. Et fieri poteſt, ut Hebraicè qvoqve ſaltem aliqvot in exemplaribus שרוח non שרוג lectum ſit: ex qvo Græcè *σερὺχ* ediderunt LXX. Nam ח. per X plerunqve reddi ſolet: ut in נחור & חם, *Nachor*, & *Cham*: Utcunqve vero ſcriptum extiterit, poteſt commoda aliqva interpretatione Epiphanii gloſſema defendi. Imprimis שרג *perplexum eſſe*, atqve *intricatum* ſignificat: Unde שרוג *propago*, non שרוג, ut Calviniſtæ placuit. Qvare perperam & ipſe *σερὺγ*, ſive שרוג *propaginem* vertit; cum ratio poſtulet, ut ſit *intricatus*, & *perplexus*. Et qvoniam qvæ ejuſmodi ſunt, hoc eſt implicata & perplexa, tricis ſuis *ἐρεθίζειν*, provocare, atqve irritare ſolent. inde fortaſſe שרוג *τὸ ἐρεθίζον*, vel *ἐρεθισμὸς* dicitur, ex reconditiore lingva. Non enim omnes omnium vocum poteſtates in ſacris literis expreſſæ ſunt. Sin eſt ut סרוח LXX in Hebræo repererint, qvi *σερὺχ* ſcripſerunt; belliſſimè ad hunc modum qvadrabit. סרח Chaldæis, & Rabbinis eſt perversè agere Sam. II. Cap. XIX de Semei סרח יי *perversè egit, rebellavit* Hinc סרחן *iniqvitas, peccatum, rebellio*: סרחין rebelles. Vide Eliam in Thisbi. Indidemqve *σερὺχ* hoc eſt à rebellione, contumacia & *ἐρεθισμοῦ*. Eadem vox Hebraïcè idem eſt ac ſuperfluum eſſe, redundare. qvod & aliam ejuſdem notionis originem indicat: qvaſi ſit, *ἐκ περισσίας ὑϐρίζειν*, laſciviri, & inſultare ac procaciter irritare. Eſt illa verò Epiphanii interpretatio longè probabilior, qvàm qvæ apud Hieron. Lib. de Nom. Hebr. legitur: ut ſit *corrigia, vel perfectus*. Nam שרוך non שרוג corrigiam ſonat: Unde Seruc, *σερὺκ* non Serug legendum eſſet. Qvanqvam litera caph in fine cum Raphe aſpiratè pronunciatur: Ideo Græcè *σερὺχ*. An ita in Hebræo legerat Hieron. aut

LXX Seniores divinare non libet. Alterum glossema, qvod addit Hieronymus, nempe *perfectus*, non capio, neqve ad rem pertinere puto. Qvis autem nesciat multa Hebræorum vocabula, qvò aliter Græcè perscripta essent, & ab origine detorta, doctissimis interdum Patribus fraudi fuisse, minùs ut rectas illis significationes affingerent? Exemplo sit qvod cum hæc scriberemus fortuito nobis occurrit. Idem Hieron. Epist. ad Ageruch. *Noëmi*, cujus in Libro Ruth historia commemoratur, *consolationem* interpretatur, qvod Hebraice est נעמי à נחם, non נעם.

Καὶ ἤρξατο εἰς ἀνθρώπους.] Hausit hæc ex Eusebii Chronico, qvæ in Græca editione Scaligerianâ leguntur, Pag. 13. Sed ibi Japhethi non Semi filius Seruch dicitur, ut etiam apud Suidam in vocabulo Σερούχ, ubi eadem ferè declarantur. Qvin & illud contra atqve Eusebius scripsit, ab Epiphanio subjungitur: Nondum ætate Seruch lapides, lignéave simulacra, aut aurea argenteave fabricata; sed in picturis, & coloribus omnem, ut Tertullianus loqvitur, Idololatriæ paraturam constituisse. Eusebius verò: Αὐτὸς γὰρ, inqvit, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ τοὺς πάλαι γενομένους ἢ πολεμιστὰς, ἢ ἡγεμόνας, καί τι πράξαντας ἀνδρείας, ἢ ἀρετῆς ἄξιον ἐν τῷ βίῳ τοῦ μνημονεύεσθαι, καὶ ὡς ὄντας αὐτῶν προπάτορας ἀνδριᾶσι στηλῶν ἐτίμησαν. Qvæ fortassis in concordiam redigi ita possunt, ut Epiphanius Idola, ac simulacra duntaxat affabre facta, & cælaturis effigiata per illud tempus extitisse neget; non autem informes truncos, aut lapides, sive columnas: de qvibus Eusebius accipiendus est, cum eas vocat ἀνδριάντας στηλῶν. Ab iis enim rudibus, & impolitis statuis, & columnis Idololatria cœpit. Clem. Alex. Strom. 1. Πρὶν γ' ἐν ἀκριβωθῆναι τὰς τῶν ἀγαλμάτων σχέσεις, κίονας ἱστάντες οἱ παλαιοὶ ἔσεβον τούτους, ὡς ἀφιδρύματα τοῦ Θεοῦ. Qvod ad ejus columnæ, qvæ Israëlitis in solitudine præibat, imitationem expressisse Dæmones ibidem disputat. Sic Athenienses pro foribus columellas, & obeliscos Apollini consecrabant, qvem ἀγυιέα vocabant. Aristoph. Scholia ad Σφῆκας. Ἀγυιεὺς κίων εἰς ὀξὺ λήγων, ὃν ἱστᾶσι πρὸ τῶν θυρῶν. Ἰδίους δέ φασιν αὐτοὺς εἶναι Ἀπόλλωνος, οἱ δὲ Διονύσου, οἱ δὲ ἀμφοῖν. Hi sunt θυραῖοι, & ἀπύλαιοι θεοί. Tertul. Apolog. *Etiam apud Græcos Apollinem Thyræum, & Antelios Dæmones ostiorum præsides legimus.* Hesychius Ἀντήλιοι θεοὶ οἱ πρὸ τῶν θυρῶν ἱδρυμένοι. Est igitur propius vero, informes illas moles initio pro Diis erectas. Tum paulatim artem ac διάρθρωσιν accessisse, authore, ut ferunt, Dædalo. De qvo Themistius Orat. XV. ac demum expressas coloribus imagines, & picturas: licet contra sentiat Epiphanius.

Περιέστη δὲ ὁ ἀγών.] Scrib. ut est in Regio, αἰών. Ab Adamo ad Thare XX γενεαὶ sunt, qvia Cainan in numerum venit. Eæ colligunt, ut hic Epiphanius indicat, annos 3332. Reipsa autem, ex LXX Seniorum editione, annos 3364. Ab Adamo ad Diluvium suprà numerati sunt 2262. Hinc ad Thare ortum anni sunt 1102. Fiunt anni 3364. Qvare annis minus 32 dixit Epiphanius. Vide seqventem numerum.

Ἐξότε Θάῤῥα.] Suidas in Σερούχ. Ἐντεῦθεν εἰσήχθη ἡ πολυθεΐα, καὶ ἡ εἰδωλολατρεία τοῦτο δὲ διέμεινε παρ' αὐτοῖς μέχρι τῶν χρόνων Θάῤῥα τοῦ πατρὸς Ἀβραάμ. ἦν γὰρ ἀγαλματοποιὸς, ἀπὸ διαφόρων ὑλῶν εἰκόνας ἐργαζόμενος, &c.

N. VII. καὶ μετέπειτα ἐθεοποιήσαντο.] Haud absimilem Idolorum, eorumqve cultus originem disce ex Lib. Sapientiæ C. XIV. Lactantio L. I. C. XIV.

Ἔπειτα δὲ ἀκινάκην σέβοντες.] Martem imprimis coluere Scythæ, cujus effigies erat acinaces ferreus, ait Herodotus L. IV. Huic templum ex virgultorum fasciculis extruebant, ubi & captivos mactabant. Sed qvoniam in eum Herodoti locum incidimus, obiter hîc à nobis emendandus atqve illustrandus erit. Cum templum illud describit Pag. 152. ait sarmentorum ab illis fasces comportari, exaggerariqve *ἐπὶ σταδίοις τρεῖς μῆκος, καὶ εὖρος· ὕψος δὲ ἔλασσον; longitudinis ad stadia tria; totidem latitudinis; altitudo vero minor.* Nonne otiosum est admonere minorem tribus stadiis altitudinem fuisse? Qvis tam altè erectum cumulum suspicari posset? Planè igitur mendosus hic locus est, & pedum cubitorumve certus deest modus, qvo minorem fuisse exaggerationem illam scripserat. Ad hæc paulo ante, cum sacrificiorum rationem explicat, ac qvemadmodum hostias immolarent, qvædam leguntur partim ab Interpretibus ignorata; partim corrupta. *Τὸ μὲν ἱρήιον αὐτὸ ἐμπεποδισμένον τοὺς δύο πόδας τοὺς ἐμπροσθίους ἕστηκε· ὁ δὲ θύων ὄπισθεν τοῦ κτήνεος ἑστὼς, σπάσας τὴν ἀρχὴν τοῦ στρόφου καταβάλλει μιν· πίπτοντος δὲ τοῦ ἱρηίου ἐπικαλέει τὸν θεὸν, τῷ ἂν θύῃ· καὶ ἔπειτα βρόχῳ περιὼν ἔβαλε τὸν αὐχένα. Victima ipsa primoribus alligata pedibus sistitur. Cujus à tergo stans sacrificulus, funis extremum trahens pecudem prosternit. Mox ea cadente Deum illum nominatim invocat, cui sacra facit. Inde laqueo collum circundat.* Hæc verba *σπάσας τὴν ἀρχὴν τοῦ στρόφου* Laurentius perperam vertit: *amota imprimis infula.* Ista vero *περιὼν ἔβαλε τὸν αὐχένα* vitiosa sunt. Scribe *περὶ ὦν ἔβαλε* pro *περιέβαλε*; qvod Jonicum est. Sic alibi *κατ' ὦν ἐκάλυψε*: & *κατά με ἐφάρμαξας.* De Acinace vide Alexandrinum Clementem in Protreptico, Lucianum in Toxari.

Ἐξ οὗ τὸ γένος κατάγεται Φρυγῶν.] A Thracibus originem traxere Phryges. Dardanus certè primùm in Samothracia consedit: unde in Phrygiam trajecit. Sed & à Mœsis, vel Mysis Europeis Mysos Asiaticos propagatos asserunt. Disertè idipsum Strabo L. X. *καὶ οὐκ ἀπεικός γε, ὥσπερ αὐτοὶ οἱ Φρύγες Θρακῶν ἄποικοί εἰσι, οὕτω καὶ τὰ ἱερὰ ἐκεῖθεν μετενηνέχθαι.*

Μετηνέχθη δὲ ταῦτα εἰς Ἕλληνας.] Euseb. in Chronico A. CCCCLXIV. *Primus Cecrops bovem immolans Jovem appellavit.*

Καὶ ἦν μὲν κατὰ τοῦτον τὸν καιρόν.] Abraamum anno Nini XLIII natum esse docuit in Chronicis Eusebius, idqve posteris omnibus persvasit. Nam nemo est veterum post Eusebium, qvi non pro certo id habuerit, ac tanqvam *ἀναπόδεικτον ἀρχὴν* Chronologiæ suæ præfixerit. Sed in digerendis Assyriorum, ac Medorum intervallis variat Eusebius. In posteriore Chronicorum Libro, qvi annos expansos complectitur, ab ortu Abraami, qvem vult esse Nini XLIII, ad Sardanapali mortem anni sunt cIↄ cxcvi. Additis Nini XLII, qvi Abraami natalem antecedunt, & Beli LXV, (Alibi LV idem author numerat) confiunt anni cIↄ ccciii qvibus Assyriorum Monarchia tenuit. Seqvuntur Medi: qvibus annos imputat CCLX. Itaqve Cyri ac Persarum initium ponit Numero cIↄ CCCCLVII. Hîc Scaliger nullum insectandi Eusebii finem facit, eiqve pene omnibus paginis insolenter illudit. Accusationis caput est, qvod Assyriorum Reges aliqvot præterierit, & de annis illorum detraxerit. Cum enim ex Africano Regum illorum seriem, annos uniuscujusqve descripserit, apud Africanum verò Reges numerentur XLI, iisdemqve mille qvadringenti octoginta qvatuor

[illegible] [illegible]buantur; Eusebius IV Reges annos CLXII expunxit. Tum aliis rursum annis detractis, eô calculum perduxit, ut mille circiter & [illegible] annis Assyriorum imperium circunscriberet. Qvod eo animo fe[illegible] [illegible] Scaliger; ut ad institutum suum ac πρόληψιν Regum [illegible] [illegible] [illegible]ceret. Qvamobrem immanis hic est Anachronismus Eusebii, ut Scaligero creditur; ex qvo factum est, ut anno Nini XLIII natalem [illegible] posuerit, cum ad Beluchi XXXI rejiciendus fuerit, qvi est a XLIII Nini fere CCLIX. Sed vanissima est hæc Scaligeriana ratio; ex qva [illegible] illud seqvitur: Assyriorum regum initium ante Diluvium [illegible]. Mundum enim creatum existimat anno Per. Jul. 764. à qvo ad Christi Natalem Dionysianum, qvi anno ejusdem Periodi 4713 convenit, anni sunt 3950. Idem porrò Sardanapali necem & Assyriorum finem in annum con[illegible] Period. Jul. 3840, qvi est mundi 3077. Rursus Diluvium accidit, ut ille putat, anno mundi 1657. Qvibus de 3077 detractis, reliqvi sunt 1420. Atqvi regnatum est ab Assyriis annos 1484. Igitur anno ante Diluvium 64 Belus imperium adiit. Nullum hîc Proleptica temporis methodus locum habere potest: ubi historica veritas, ac verorum regum, veriqve imperii tempus exqviritur. Qvid enim peccavit Eusebius, qvi eos annos omisit, ex qvibus absurditatis tantum seqvebatur? An non Ctesiam, Diodorum, alios denique, qvàm Africanum authores habere potuit, ex qvibus numerum illum Regum Assyriorum conficeret? Sane Diodorus, qvem Euseb. Lib. I. Chron. Pag. 29 Edit. Græcæ profert, Sardanapalum à Nino qvintum ac tricesimum numerat; Ità fiunt additis Nino ac Belo, Reges XXXVII, qvot Eusebius percensuit. Qvod si qvatuor illi Reges ab Eusebio prætermissi, nihilo secius intrudendi fuerant, intererat ejus, qvi ludibrium vereretur, de singulorum saltem spatiis aliqvot annos deducere, ut Assyriorum primordia intra Diluvii metas continerentur.

Nos ut obscurissimi vetustissimiqve imperii vestigia perseqvemur, certam epocham deligemus, de qva apud omnes fermè Chronologos constet. Ea est Cyri, ac Persici regni: cujus initium omnes statuunt Olymp. LV. anno primo. Cœpit hæc Olympias, ut alias ostendetur, anno Per. Jul. 4154. Qvare vel hoc ipso anno; vel seqventi, labente scilicet Olymp. anno primo. Persarum imperium iniit. Nos certis de causis annum 4155 Cyri exordio præfinimus. Jam verò Medis, qvi Persas antecesserunt, annos cum Diodoro & Ctesia imputamus CCCXVII. Qvare illorum initium convenit anno Per. Jul. 3838. Mundus, ut opinio fert nostra, conditus est Per. Jul. 730. Autumno Siqvidem ad Dionysianum Christi Natalem annos ab orbe condito putamus fere 3483. Accidit itaqve Diluvium anno Per. Jul. 2386, Mundi 1656. A qvo ad Persarum exordium anni colliguntur 1769, ad Medorum, 1452. Qvocirca si, ut Diodoro & Eusebio placuit, Assyriorum imperium ad annos 1300 propagatum est; merito Beli a nobis initium statuitur anno post Diluvium 153, mundi 1809, Periodi Julianæ 2539. Indidem verò conseqvens est annum primum Beli natalem Abraami præcedere annis 140; si annos Belo qvinqve & sexagenos attribuas. Abraamum denique non anno Nini 43, sed Semiramidis 23 natum esse: cum ejus ortus incidat in annum a Diluvio 292, Period. Jul. 2678, mundi 1948. Hæc de Assyriorum intervallo &

initio proponenda modo; alibi probanda nobis erunt.

Αἰγυπτίων τε ὀκτωκαιδεκάτη.] Longissima de Ægyptiorum Dynastiis, deqve Scaligeri in Eusebium intemperantia disputatio hoc loco institui poterat. Nam & hic qvoqve Proleptici temporis, commentitiarumqve Dynastiarum methodus vestigia omnia veritatis permiscuit. Sed Animadversionum nos brevitas libare ista leviter admonet, neqve vehementius ad eas qvæstiones incumbere. Dynastias Ægyptiorum ex Manethone Africanus unam & triginta commemoravit, qvibus annos assignat 5354. Ab eo diversissimus est Eusebius tam in Dynastiarum ordine, qvàm in annorum summa. Propterea odiosè hominem insectatur Scaliger, & Manethonis Dynastiis omnibus explicatis, earum caput ultra Mundi primordia longissimè promovet. Qvod ad fabularum institutum opportunum, ad historiæ veritatem indagandam frivolum ac ridiculum est. Non enim mediocris ineptiæ est, hisce nugis ac qvisqviliis locum in historia Chronologiaqve tribuere, atqve Eusebium propterea culpare, qvod à fabulosis deliciis abstinens, certam inierit viam, qva hæc ad historiam accommodaret. Qvoniam igitur Ægyptiorum, uti diximus, initia obscurissima sunt, harum Dynastiarum novissima tempora consideremus, qvorum historia certior, ut effusam fabularum lasciviam qvibusdam terminis ac limitibus coërceamus. Cambyses anno, ut author est Herodotus, regni sui qvinto expugnavit Ægyptum, paulo post Amasidis obitum. Ad hoc tempus sex & viginti Dynastiæ ab Africano numerantur: anni 5159. De Cambysis exordio dubitari non potest, cum & ex historia, & ex Astronomicis observationibus apud Ptolemæum liqvidissimè constet. Convenit autem anno Per. Jul. 4185. Ergò annus ejus Imperii septimus cœpit anno 4189, qvem esse definimus Mundi 3459. A Diluvio ad hoc tempus anni decurrerunt 1803, qvo spatio continenda Dynastiarum intervalla: qvibus ab ortu Abraami ad Cambysis qvintum Eusebius imputat annos 1491. Sed Abraamo nascente XVI Dynastiam inchoatam scribit; à qvo discedit Epiphanius, qvi XVIII posuit, Ut eodem tempore, qvo Assyriorum Monarchia cœpit, Ægyptios regnasse dixerimus, cum illorum primordium circa annum à Diluvio 153 inciderit, detractis totidem annis ab intervallo, qvod à Diluvio ad qvintum Cambysis elapsum est, anni supererunt 1650 ab Ægyptiorum initio ad Cambysen usqve, & Persarum in Ægypto dominatum, per Africani Dynastias, si lubet, dispensandi; qvod otiosum, ac nugacissimum est. Ad summam qvi Ægyptiacarum originum historiam, veritatemqve conseqvi studet, postulatitias illas Scaligeri Periodos, & omnem Dynastiarum pompam rejiciat necesse est, ac certis se annorum intervallis adstringat.

Οἱ ἐκ Σικυῶνι δὲ μόνοι.] Ex eodem Eusebio sumpsit. Sed hoc parùm fideliter, qvòd primum Sicyniorum Regem facit Europem, cum sit apud Eusebium secundus. Nam primus est Ægialeus, qvi annis LII regnavit. Huic Europs successit, cujus anno XXII nascitur Abraamus. Antiqvissimum hoc in Europa regnum fuit. Cujus in annis minimè authores consentiunt. Sed parum admodum ferè omnes absunt à millenis; qvot Apollodorus apud Eusebium numerat. Hujus regni si initium explorare volumus, eadem, qva suprà, methodo, considerandus est finis. Postremus Sicyo-

niorum

niorum regum Zeuxippus fuit; cujus post obitum Agamemnon regnum illud invasit: ita ut deinceps reges nulli proprii fuerint, sed Sacerdotes: tametsi post Zeuxippum Pausanias Hippolytum regnasse scribit, qvo imperante Sicyoniis potitus est Agamemnon. Addit & Lacestadem regem; sub qvo à Doriensibus Sicyonii subacti sunt. Constat igitur propemodum sub Trojanum excidium Sicyoniorum desiisse regnum. Tempus ἁλώσεως Trojanæ annus est in Per. Jul. 3530, mundi 2800. post Diluvium 1144. Qvare cùm Agamemnon XV annos regnaverit, ex qvibus X Trojanæ obsidioni decerpendi sunt, qvinqve primis Sicyonem expugnavit. Cœpit autem Agamemnon, ut eodem anno desiisse fingamus, qvo Troja est excisa, Per. Jul. 3516, Mundi 2786, post Diluvium 1130. Qvare si anno regni primo Zeuxippum vicit, ac primi illi regum anni terminati sunt, affirmandum est Sicyoniorum imperium iniisse anno post Diluvium circiter CLXIV, paulò post Assyriorum exordium. Ita falsum erit, qvod Eusebius operis initio præfixit, ortum esse Patriarcham Europis anno XXII, qvi est ab initio regni Sicyonii LXXIV: Nam centum prope ac triginta anni inter utramqve epocham interjecti sunt.

Καὶ ἦν τῇ ἢ κόσμε καταβολῆς.] In superiore numero ab orbis initio ad εἰκοστὴν γενεὰν numerabat annos 3332: cui summæ duos & triginta deesse ad LXX Seniorum ratiocinia monuimus. Vicesima γενεὰ, qvia Cainan comprehenditur, est Thare ortus; Abraami verò, XXI. Ad hanc, anni sunt ex LXX, 3434, nempe additis Thare septuaginta, qvot erat natus, cum Abraamum genuit. Ad Abraami porrò circuncisionem, anni fluxerunt 3532. Atqvi Epiphanius ab Orbe condito ad Abraami XC, qvo Circuncisionis præceptum editum est, & Judaismus occœpit, nonnisi 3432 annos enumerat. Aut igitur πεντακόσια pro τετρακόσια restituendum est: aut certè summam illam non ad Isaaci natalem, vel Circuncisionem Abraam, sed ipsius ortum Abraami perduxit, hoc est ad XXI ab Adamo γενεάν. Hoc si ita est; tùm in viam redierit Epiphanius, & XXX fere illos annos restituerit, qvos à superiore calculo abesse docuimus: nisi qvòd tres omninò anni desiderantur; qvod nullius est momenti.

Σκυθισμὸς γὰρ ἀπὸ ἢ κατακλυσμᾶ.] Ad Seruch, inqvit, & turrim: qvasi Babylonica turris Seruchi tempore sit extructa. Qvod secundum Latinos defendi potest; Græcorum verò rationibus repugnat. Etenim Geneseos X, 25, Hober Phalego filio nomen imposuit ab eventu: *Qvod in diebus ejus divisa sit terra.* Hoc partim Heberis ipsius tempore, paulo ante Phaleg ortum accidisse censent; partim sub Phaleg, & *in diebus ipsius.* Qvi posteriorem sectam tenent, Heberem dicunt afflatu Prophetico præsensisse divisionem illam, qvam post Phalegi ortum qvamlibet longè, impune certè summovent. Tertius à Phalego Seruch est; qvi anno apud Latinos ætatis XXX Nachorem genuit, cum Phaleg XCII ageret. Qvare sub Serucho turris ædificari potuit. Verùm hoc LXX Seniorum ratiocinia non ferunt. Nam ab ortu Phaleg, ad Seruchum anni sunt apud Græcos CCLXII. Vixit autem Phaleg annos non amplius CCXXXIX. Non potest igitur sub Serucho ex-

citata esse turris si qvidem vivo adhuc Phalego, *& in diebus ejus divisa sit terra*. Ideo πλατυκῶς Epiphanius dixit, ἄχρι τῦ πύργυ, κ) τῦ Σερὺχ; qvia secundum turris ædificationem, Seruchi temporibus Idololatria grassata est.

Animadvertenda & hoc loco, & alibi sparsim constituta apud Epiphanium religionis, ac sectarum progressio. Principio enim Barbarismum ab orbis initio ad Diluvium decurrisse putat. Inde ad ortum Seruchi Scythismum. A Serucho deinceps Hellenismus obtinuit. Tum Abraamiæorum ab Abraamo secta. Exinde Judaismus ab anno Patriarchæ XCIX. Qvæ partitio maximè ob Scythismum fautorem me non habet. Neqve enim fando unqvam est auditum; Noëmi posteros ante turrim conditam Scythas appellatos, aut aliis deniqve, qvam Scythiæ incolis, post nationum utiqve divortia, Scytharum vocabulum attributum. Hanc Epiphanio partitionem peperit arguta illa Pauli interpretatio, ad Rom. 1. ubi Barbarorum, Scytharum, Græcorum, Judæorumqve fit mentio. Sed qvam alienus ab Epiphanii mente sit Apostoli locus ille, res ipsa loqvitur.

Ζεμβρὰν, κα) Ἰέζαν.] Hebraicè Jecsan LXX Ιεκτάν. Mox Εμμαδὲμ corruptè apud Epiph. pro Μαδὰν. LXX Μαδιὰλ.

Εξ ὧν αἱ Φυλαί.] De Sarracenorum Φυλαῖς, & Φυλάρχοις freqvens apud Procopium, aliosqve mentio.

Εξ ὧπὸ πέμπ]ου.] De Jobi stirpe & origine non eadem fuit antiqvorum opinio. Sed qvam Epiphanius seqvitur, ea communis, maximeqve probabilis est: Job eundem esse cum Jobab, de qvo Genes. XXXVI, 33. Qvod in Editione LXX ad calcem Libri Job adnotatum est. ὥςε εἶναι αὐτὸν πέμπτον ἀπὸ Αβραὰμ, excluso scilicet Abraamo; ut Epiphanius interpretatur. De qvo vide cum alios, tùm Salianum nostrum, qvi de Jobi historia, ut & de cæteris, luculentè eruditeqve scripsit.

Επὶ τ̃ Μεσοποταμίαν Φαδάν.] Mesopotamia פדן ארם *Padan Aram* appellatur Genes. XXV, & XXVIII. Sed qvæ sit altera Mesopotamia Susoba, nondum comperi, nec ulla ejus nominis occurrit.

N. IX. Εν ἑβδομήκοντα ψυχῶν.] Cor. ψυχαῖς. De numero dissident Hebræi Latiniqve Codices à LXX Senioribus; secundum qvos Act. VII, 14 Stephanus LXXV animas enumerat: Qvanqvam iidem illi LXX Deuter. X, 22, non plures animas qvam septuaginta posuerunt. De hac Qvæstione vide Hieron. in Tradit. & Augustin. Qvæst. CLII. in Genes. & XVI. de Civit. CXLIX.

Εν χρόνοις Μωϋσέως.] Prava interpunctio falsissimam sententiam hoc loco peperit: Nempe qvinta γενεᾷ utrobiqve tam in stirpe Levi, qvam Judæ, Israëlitas ex Ægypto migrasse. Dixit enim paulo ante: Mansisse illos in Ægypto γενεὰς πέντε; Qvas deinde singillatim percenset. Atqvi de sola id Levitica utcunqve verum est; in Judæ stirpe falsum. Hæc enim est utriusqve series.

Jacob	
Levi	Juda
Caath	Phares
Amram	Hesron
Moyses	Ram
	Aminadab
	Naasson

Ægyptum ingressus est Jacob, cum jam Caath nepotem ex Levi filio suscepisset. Qvamobrem prius illud falsum est; πέντε γενέας in Ægypto commoratos Israëlis posteros, cum duæ, aut ad summum tres duntaxat intercesserint. Posterius, qvod ait qvinta γενεᾷ liberatum esse populum, commoda interpretatione sic adjuvandum est, ut qvintum caput per γενέαν intelligat. Nam Moyses à Jacobo qvintus est. Neutrum in stirpe Judæ procedere potest. Siqvidem Naasson à Jabobo septimus est. Ergo ita locum Epiphanii concipiemus: ἐν χρόνοις Μωϋσέως, καὶ Νααασῶν· πέμπτη γενεᾷ κατὰ τὸν Λευὶ ἐξεισιν, &c. *Qvinta generatione duntaxat in serie Levi.* Qvod adiiciendum ideo fuit, qvia ambas inter se familias permiscuerat. Ad eumqve modum corrigenda & Interpretatio nostra.

Hûc illa celebris, & à Chronologis vexata qvæstio pertinet: qvot annos in Ægypto Israëlitæ permanserint: Qvam ne attingam hoc loco: cùm eorum, à qvibus est tractata, diligentia, & copia; tùm instituta notarum brevitas hortatur.

Ἦν δὲ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ.] Veteribus ante Eusebium omnibus persvasissimum erat. Moysis σύγχρονον Inachum fuisse, ut Josepho, Clementi, Tatiano, cæteris deniqve. Qvorum qvidem errorem castigavit Eusebius: & Inachum ante Israëlitarum migrationem annis fermè CCCXLVI extitisse docuit. Qvare vehementer miror, Epiphanium, qvi Eusebium in omnibus, qvæ ad temporum rationem attinent, perpetuò seqvitur, ibi, ubi minimè oportuit, ab ejus authoritate descivisse, ac falsam Veterum opinionem veritati prætulisse. Atqve ut verum Inachi & Argivorum regni initium eruatur, hujus extrema tempora perscrutanda sunt, atqve in termino aliqvo defigendus est gradus, unde ad anteriora progredi liceat. Duæ apud Eusebium Dynastiæ in ejusdem propemodum regni successione ponuntur: Argivorum una Regum, Mycenæorum altera. Argivorum Regum series ab Inacho cœpta ad Acrisium usqve perducta est; Qvanqvam Inachi stirpem, ac familiam Sthenelus claudit: qvo mortuo, in Danaum peregrinum, atqve Ægyptium jus est ab Argivis imperii translatum. Deinceps à Danao ad Acrisium propagata successio est. Qvem cum Perseus nepos per imprudentiam occidisset, Mycenas sese contulit, ubi vel ab ipso, vel ab ejus filio Sthenelo continuatum est Argivorum regnum, & Mycenæum appellatum. Ultimus Regum istorum, cujus qvidem rationem Eusebius habeat, Agamemnon fuit: qvo interempto Mycenæorum regnum in secundo Chronico terminatur anno eodem, qvo excidium Trojanum accidit. Vide Pausaniam Corinthiacis. Jam Argivorum, Mycenæorumqve Regum successio, anniqve qvibus imperarunt, variè ab Eusebio traduntur

in utroqve Chonic. lib. 20. Nam in posteriore ab exordio Inachi ad Trojanam ἅλωσιν, anni numerantur 675. in priori 655. Secundum posterioris Libri ratiocinia, qvem præcipuè seqvimur; cum Trojanum excidium congruat anno Periodi Jul. 3530, Mundi 2800, Inachus anno ante hunc sexcentesimo septuagesimo qvarto, cœpit Periodi Jul. 2856, Mundi 2126: post Diluvium 471, post Abraami ortum 179. Cumqve Israëlitæ anno Per. Jul. 3183, Mundi 2453 ex Ægypto migraverint, Inachi primordium Moysis principatum antecedit annis fere CCCXXV. Tantum veterum Scriptorum, & Epiphanii Chronologia à veris temporum rationibus aberrat.

Οὗ θυγάτηρ Ἰώ.] Hæc ex Eusebii Chronicis interpolata sunt. Eusebius ad annum CLX hæc notat: *Inachi filia Jo, qvam Ægyptii mutato nomine Isidem colunt. A patre Inacho Inachus fluvius apud Argos: A filia Jone Bosporus nuncupatur.* At anno CCCCLXXXXI. *Jo*, inqvit, *Jasi filiæ Jupiter mixtus est: qua in bovem, ut dicitur, versa, Bosporus appellatus est; & secundum nonnullos in Ægyptum profecta Isis nuncupata.* In Græcis, qvæ ex Georgio Monacho Scaliger concinnavit, pro Jasi, scriptum est Ἰνάχου. Itaqve duas ejusdem nominis apparet fuisse. De priore loqvitur Epiphanius. Sed hoc de suo perperam adjecit; eandem Atthidem nominatam. Nam Eusebius anno lxI Cranai secundi Atheniensium regis filiam Atthidem extitisse scribit, à qva Attica cognomen obtinuit, cùm hactenus Acta vocaretur.

Καὶ αὐτὸς ὁ Ἰνάχου, Ἄπιδος.] Multum discrepant Inachus & Apis. Nam hic ab illo tertius est in Argivorum Regum serie. Qvare imprudenti hoc Epiphanio excidit.

Καὶ εἰς αἱρέσεις συσταθέντα.] Qvis hoc præter Epiphanium dixit, Mysteria illa, qvæ ab Orpheo, cæterisqve Athenas importata fuerant, Philosophorum sectas ac dogmata propagasse? Plane hoc inauditum, ac mirum: neqve, ut qvod res est fatear, speciem ullam probabilitatis continet.

Ἕως τῶν Μακεδονικῶν χρόνων.] Susqve deqve miscet, ac perturbat omnia; non minùs temporum qvàm veritatis, & historiæ securus. Nam Macedonica tempora, qvibus imperium istud floruit, à Xerxis ætate nimiùm distant, multo magis à Nabuchodonosore. Et tamen ad illa tempora sectarum principes Philosophos extitisse docet. Hæc sunt inextricabilia.

Πλάτων γὰρ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρόν.] Toto, inqvit, illo spatio Plato, & ante hunc Pythagoras, ac post illum Epicurus emersit. Xerxisne, ac Nabuchodonosori temporibus? Unus ex iis, qvos recensuit Epiphanius, antiqvissimus Pythagoras diu post Nabuchodonosorum, ante Xerxen floruit, nempe Olympiade LX, ut Diogenes testatur, Cyro adhuc superstite.

AD STOICORUM HÆRESIN.

N. I. Μεταγγισμὸς τε ψυχῶν.] Stoici animam putabant esse corpoream: videlicet πνεῦμα ἔνθερμον, ut ait Diogenes, ideoqve interire post mortem: tametsi aliqvandiu post obitum maneret. Μετεμψύχωσιν verò defendisse Stoicos nusqvam à me lectum est. Et hallucinationem hanc esse crediderim, qvemadmodum & qvod seqvitur; Immortalem à Stoïcis animam esse constitutam. Qvod falsum est. Vide sis Diogenem, & Plutarch. de Placitis Phil.

Οἱ μὲν γὰρ αὐτὸν ἔφασαν.] Zeno Stoicæ ſectæ conditor M[illegible]aſeæ, ſive Demeæ F. Citienſis, ex oppido Cypri inſulæ, ut Laërtius, & Suidas narrant: De Cleanthe Tyrio Zenonis patre nihil comperi. Qvanqvam ſcio *ἄνωθεν* fuiſſe Phœnicem: qvod Citienſe oppidum à Phœnicibus colonis freqventatum fuerit. Qvinetiam civem illum vendicaſſe ſibi *τοὺς ἐν Σιδῶνι Κιτιεῖς* author eſt Laërtius. Ergo Citium aliud in Phœnice oppidum. Deniqve Zenonem Pœnulum ob id appellat Cicero L.IV. de fin. *Poſtea tuus ille Pœnulus (ſcis enim Citiæos clientes tuos è Phœnicia profectos.)*

Ἐν Ῥώμῃ δὲ βεβιωκέναι.] A qvo hæc didicerit Epiphanius, beaſſet nos, ſi docere voluiſſet. Crediderim *Ῥώμην* ab eo pro Italia ſumi; & Eleatem Zenonem cum Citienſi confundi. Nam dubitat, duóne fuerint ambo iſti, an unus Stoicorum pater. Fuit autem Zenonum alter Eleates ex Italia. ſed qvod ambos dicit eadem habuiſſe dogmata, ſatis ex Diogene, aliisqve refellitur.

AD HÆRESIN VI PLATONICORUM.

Τῇ μετενσωματώσει.] Socrates apud Platonem in Phædone de hoc dogmate diſputat. Sed & Chryſoſtomus Homilia I. in Ioan. Platonis dogmata de anima redarguens: *νῦν μὲν γὰρ αὐτὴν τῆς τοῦ θεοῦ φησὶν οὐσίας εἶναι. νῦν δὲ οὕτως ἀμέτρως, καὶ ἀσεβῶς ἐπάρας μεθ' ἑτέρας καθυβρίζει πάλιν ὑπερβολῆς, εἰς χοίρους, καὶ ὄνους εἰσάγων, καὶ τὰ ἔτι τούτων ἀτιμότερα ζῶα.*

AD HÆRESIN VII PYTHAGOREORUM,

Πρὸ δὲ τούτου Πυθαγόρας.] Verum eſt Pythagoram Platone ſuperiorem fuiſſe, de Peripateticis abſurdum. Qvos perperam ſanè cum Pythagoreis commiſcet. Qvinqve enim ſectas commemorat, Stoicorum, Platonicorum, Pythagoreorum, ſive Peripateticorum, & Epicureorum. Ad hæc Peripateticos *τὴν μετεμψύχωσιν* propugnaſſe ridiculum eſt: Et hoc Pythagoræ figmentum rejicit Ariſtoteles L. I. de Anima C. III.

Οὗτος δὲ τέλειος ἐν τῇ Μηδίᾳ.] In Media Pythagoram obiiſſe nemini unqvam auditum. Scribendum *ἐν τῇ Ἰταλίᾳ.* Mortuus enim eſt in Magna Græcia. Vide Laërtium.

AD EPICUREORUM HÆRESIN.

Εἶναι δὲ ἐξ ὑπαρχῆς.] Vid. Diodorum Siculum L. I. & Euſeb. *Προπαρασκ.* L. I.

Ἕως τοῦ Σερούχ, καὶ Ἀράμ.] Pro *Ἀρὰμ* cor. *Θαρέ.*

Ἐντεῦθεν τὸ πᾶν γένος τοῦ Ἰσραήλ.) Non tam vetus eſt Iudæorum appellatio pro univerſo Iſraëlitarum genere, ut Davidicis temporibus uſurpare cœperit. Audi Ioſephum L. XI. Ἀρχ. C. V. *Ἐκλήθησαν δὲ τὸ ὄνομα ἐξ ἧς ἡμέρας ἀνέβησαν ἐκ Βαβυλῶνος, ἀπὸ τῆς Ἰούδα φυλῆς, ἧς πρώτης ἐλθούσης εἰς ἐκείνους τοὺς τόπους αὐτοί τε, καὶ ἡ χώρα τῆς προσηγορίας ταύτης μετέλαβον.* Qvare poſt Babylonicam captivitatem Iudæorum vocabulum obtinuit.

Καὶ Φιλιστιαία οὕτω κληθεῖσα τότε.] Qvaſi duæ ac diſcrepantes appellationes iſtæ ſint. Enimverò una eademqve vox eſt. פלשתים Sed *τὸ* פ olim, ut apud Arabes, ita apud Hebræos perpetuò cum Raphe pronuntiatum. Græci *διὰ τοῦ* Π expreſſerunt.

N. V. Καὶ χυδαῖοι ἐγένοντο.] Χυδαῖοι hoc loco idem est atqve *abundantes, copiosi fuerunt.* Epiphanius verò perinde hoc vocabulum accipit, ac si *viles & contemptos* significaret. Nam ea vocis est potestas. Hinc dactylorum genus Divis sacrum per contemptum a Iudæis chydæum vocatum. Plinius Lib. XXIII. Cap. IV. *Nam qvos ex iis bonori Deorum dicamus, chydæos appellavit Iudæa, gens contumelia numinum insignis.*

N. VI. Διὰ τὸ διπλοῦς.] Nam Libri duo Regum priores, qvos Samuelis vocant, volumen unum constituunt: Itemqve Regum duo posteriores unum. Tum liber Ruth cum Iudicum libro volumen unicum facit. Sic & libri Paralipomenon duo, totidemqve Esdræ, singula apud Hebræos volumina faciunt. Ita V expunctis voluminibus, constat XXII. Librorum numerus. Vide Hieron. in Prologo Galeato: Cyrillum Catech. IV. Euseb. Lib. VI. Hist. Cap. XIX.

N. VII. ἤ τις ψυχὴ οὐκ ἀκούσεται.] Solet plerumqve Scripturæ verba non iisdem, qvibus concepta sunt, citare verbis, sed immutatis; ut hoc loco factum est.

Βασιλευόμεναι ὑπὸ τοῦ Ἱεροβοάμ.] Samaria regionis interdum nomen est; interdum oppidi. Priori modo etiam ante conditam Samariam usurpatur III. Reg. Cap. XIII, 32. *Profectò enim veniet sermo, qvem prædixit in sermone Domini contra altare, qvod est in Bethel & contra omnia fana excelsorum, qvæ sunt in urbibus Samariæ.* At Cap. XVI, 24. Amri rex Israëlis *emit montem Samariæ à Somer duobus talentis argenti: & ædificavit eum, & vocavit nomen civitatis, qvam extruxerat, nomine Semer domini montis Samariam.* Apud Epiphanium ergo ratio postulat, ut Samaria regionis potius, qvam oppidi vocabulum sit.. Nondum enim Ieroboamo regnante condita erat Samaria. Et tamen cum Hierosolymis opponatur, pro oppido sumi videtur.

Ιωσίας Ιεχονίαν, τὸν καὶ Σελλούμ.] Multis modis implicata & obscura est postremorum Iudæ Regum successio, qvam impeditiorem facit Matthæi genealogia. Nos utrumqve nodum breviter hoc loco dissolvemus. Iosias Amon filius regni hæredes filios habuit omninò tres, ut ex Lib. IV. Reg. constat. Primus post parentis mortem regnavit Ioachaz mensibus tribus. IV Reg. 23, 30. qvi & Iechonias in apocrypho Esdræ Libro tertio dicitur, Cap. I, 34. Perperam enim Maldonatus noster id ad Ioacim accommodavit. Secundus est Ioakim, qvi & Eliacim vocatus est, Lib. IV. Reg. Cap. XXIII, 34. qvi annos regnavit XI. Tertius fuit Sedecias; ante qvem Ioachin, sive Iechonias Ioacimi filius tribus mensibus imperavit: Cap. XXIV, 17. At I. Paral. Cap. III, 15. Iosiæ filii nominantur qvatuor: Iohanan, Ioakim, Sedecias, & Sellum. Cum hîc multa ab Interpretibus, & Chronologis afferantur, placet Hebræorum sententia, imprimisqve Aben Hesræ in I. Cap. Dan. R. Levi ben Gerson, & R. David ad L. IV Reg. Cap. XXIII, Sellum eundem esse cum Ioachaz, qvi paternum imperium populari factione, non jure successionis obtinuit, qvod & Scriptura Cap. XXIII, 30. declarat his verbis. *Tulitqve populus terræ Joachaz filium Josiæ: & unxerunt eum, & constituerunt eum regem pro patre suo.* Nam si ætatis ordinem spectes, post Iohanam, qvi ante patris obitum præreptus videtur, maximus natu fuit Ioacim, sive Eliacim. Qvod & Iosephus Lib. X. Cap. VII. Orig. docuit. Etenim Ioachaz cum ad regnum evectus est, viginti

[illegible] annorum erat, C. XXIII, 31. Joakim verò, qvi post tres menses regnum capessivit, annorum erat XXV; biennio itaqve major fuit. Unde & Joakim anno Josiæ circiter VI natus est, Joachaz vero IX. Tertius natalium ordine debet esse Sedecias; qvi post XI annos & VI menses a morte Josiæ à Nabuchodonosore regno præpositus est. Actum *vicesimum & primum ætatis annum habebat.* Cap. XXIV, 18. Qvare Joachazo junior est, natusqve anno Josiæ XXI, vel XXII. Atqvi in Lib. I. Paralipom. postremus numeratur Sellum, qvem Joachaz esse diximus. Non desunt conjecturæ, cur postremum in locum conjectus sit Sellum, qvas, ne longiores simus, Chronologi suppeditabunt. Qvanqvam Hebræi qvidam, ut Aben Ezra in Cap. I. Dan. Sellum sive Joachaz postremum Josiæ liberorum esse velint, & qvod Sedecias, cum regnare cœpit, XXI annos natus fuisse dicitur, interpretari student. Scribit enim ille triennio ante Josiæ necem Sedeciam Regem esse consalutatum: unde cum Josias mortuus est annum egit XXIV. Idqve ex eo probat, qvod Hier. XXVII, in principio regni Joakim jussus est Propheta vincula præparare, ac Regum nunciis dare, qvi venerant Jerusalem ad Sedeciam regem Juda: Nimirum qvod finitimi reges Sedeciam, qvem ab hinc triennio regem esse factum didicerant, mortuo Patre adhuc regnare sibi persvaserant, ad eumqve legatos miserant: Ita Aben Ezra. Qvæ mihi interpretatio non magnopere placet. Sed utut ea se res habet; omninò Sellum est Joachaz. Nam Jerem. XXII, 11. *Sellum filius Josiæ pro Josia patre suo regnasse* dicitur: Is autem est Joachaz. Cùm hæc partim certissima, atqve è sacrorum Librorum authoritate deducta, partim probabilia sint; ex iis nonnulla ab Epiphanio commissa castigari necesse est. Primum qvòd Jechoniam ait Josiæ filium eundem esse cum Sellum. Nam Matthæus Jechoniam qvidem à Josia genitum asserit; sed Jechoniæ filium non Jechoniam alterum, sed Salathielem appellat. Atqvi Sellum, sive Joachaz prolem habuit nullam; neqve Jechonias ab altero qvam ab apocrypho Esdræ Libro nominatur. Qvamobrem Epiphanius per Jechoniam Josiæ filium Joacimum, sive Eliacimum intellexit; cujus filius Jechonias, idemqve Joachin appellatus יהויכן: Pater autem יהויקים. Verum Joakim nusqvam Jechonias vocatur: Hæc prima est hallucinatio. Altera, qvod Amasiam eundem Jechoniam, sive Joakimum nominat, qvod unde hauserit, nescio. Tertia, omniumqve gravissima, qvod Jechoniam, hoc est Joacimum genuisse Sedeciam, ac Joacimum existimat. Lib. I. Paral. Cap. III, 15. ex qvatuor Josiæ filiis, Joanan, Joakim, Sedecia, & Sellum, secundus, nempe Joakim genuit Jechoniam, & Sedeciam, Jechonias Salathiel. Duo ergo fuere Sedeciæ, neuter Jechoniæ filius; sed prior Josiæ, qvi & postremus ex Davidis stirpe regnavit, alter Joakimi filius, qvi nunqvam rex fuit: Qvos qvidem ambos Epiphanius permiscuit. Nam qvi ab eo commemoratur Sedecias, ille est ipse, qvi Regum novissimus imperavit. Cujus etiam fratrem Ioakimum appellat. qvæ qvarta est hallucinatio; nisi qvis Sedeciam alio nomine Ioacimum ab Epiphanio nominari censeat, ut *καὶ Ἰωακείμ*, ad *καλούμενον* referatur. Qvod & nihilo secius falsum est: Ioakimi qvippe filius Ioachin fuit, qvi malè hic *Ἰωακείμ* concipitur, cujus patruum Sedeciam Scriptura vocat. Hieron.

in Cap. I. Dan. Joacimum Josiæ F. per kim, Joacimi verò filium scribi per chin observat. Totidem paucis illis verbis à sanctissimo, eruditissimoqve viro Epiphanio peccata sunt; qvorum admonere Lectorem officii est instituti qve nostri; excusare, humanitatis; dissimulare, aut tueri velle, neqve officii, neqve humanitatis est.

N. VIII. Καὶ μηδεὶς περὶ τούτου.] Hic illa gravis agitatur qvæstio; sitne in Matthæi Genealogia alicujus nomen prætermissum. Etenim Matthæus generationibus recensitis omnibus, tria intervalla distingvit, qvibus singulis XIV. generationes assignat. Ut puta ab Abrahamo ad Davidem XIV: totidem à Davide ad transmigrationem Babylonis: ac postremò totidem à transmigratione ad Christum. In duobus intervallis prioribus constat numerus; in tertio XIII. duntaxat capita numerantur. Nam generationum nomine personas ipsas Matthæus intelligit, qvæ aut gignunt, aut gignuntur. Qvare unum aliqvod nomen, sive generatio una desideratur. Cum hunc Matthæi locum Christiani nominis hostes tanqvam inextricabilem obiicerent, qvæstionis difficultas nostrorum excitavit ingenia; & innumeræ rationes excogitatæ sunt: qvarum hæc plerisqve commodissima videtur, ut Librariorum culpa nomen aliqvod exciderit. Qvamobrem Epiphanius Jechoniam bis à Matthæo positum arbitratur; qvam ejusdem vocabuli repetitionem exscriptores vitiosam rati, præposterè correxerunt. Ergo ita Matthæum scripsisse putat: *Josias autem genuit Jechoniam, & fratres ejus in transmigratione Babylonis: Jechonias autem genuit Jechoniam: Jechonias autem genuit Salathiel*, &c. Jam scimus qvis ex Epiphanii mente sit Jechonias iste. Prior enim est Joakim, sive Eliacim, Josiæ F. Posterior alio nomine Sedecias dictus est. Sed qvàm absurdum illud sit, è superioribus constat. Nam si de Sedecia Rege loqvatur, qvod ex Regii stemmatis successione videtur velle, Sedecias non Jechoniæ, neqve Ioakimi, sed Iosiæ filius est. Si alterum Sedeciam intelligat, qvi privatus vixit, est ille qvidem Ioakimi filius, sed non Iechoniæ. Nam Lib. I. Paral. Cap. III, 15. Ioakim Iosiæ filius Iechoniam, & Sedeciam genuit, Iechonias Salathielem. At Epiphanius Iechoniam, & Sedeciam, qvos tam perspicuè Scriptura distingvit, in eundem virum conflavit. Non dubium est, qvin Iechonias ille, qvi Salathielem à Matthæo genuisse dicitur, idem sit cum eo, qvem Paralipomenon Liber commemorat. Sed alius ei pater qvàm Iechonias qværendus est. Maldonatus noster Ioakim pro iterato Iechonia substituit: atqve ita legit *Joacim autem genuit Jechoniam: Jechonias autem genuit Salathiel*. Qvod Scripturæ consentaneum est.

Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ τῆς αἰχμαλωσίας.] Multiplex error, qvo vix ullus ab Epiphanio gravior est commissus. Non enim post Hierosolymorum excidium, sed tanto antè, post X. videlicet Tribuum deportationem, coloni in Samariam submissi, idqve à Salmanassaro, non à Nabuchodonosore. Vide IV. Reg. Cap. XXIV. Neqve verò solus in eo errore fuit Epiphanius. Nam & Procopius in Esaiam à Nabuchodonosore Samariam, & Iudæam expugnatas ait. Atqvi Com. 24. dicitur Assyriorum Rex de Babylone, & de Cutha cæterisqve regionibus transtulisse colonos in Samariam. An cum Salmanassar Babylonem obtinebat, ut qvi tunc in ea regnabat Assy-

riorum vectigalis esset? Hoc qvidem probabile est. Nam post Assyriorum vetus illud ac diuturnum Imperium extinctum, Babyloniorum primordia à Nabonassaro cœperunt, anno Per. Jul. 3967. centum ferè annis à constituta Medorum Monarchia; qvæ iniit anno 3838. Porrò Salmanassar X Tribus captivas abduxit circiter annum Per. Jul. 3993, anno Ezechiæ VI. A qvo ad Nabopolassarum Nabuchodonosori patrem anni sunt XCVI. Initium enim Nabopol. convenit anno Per. Jul. 4089. sub qvo; imò ante ipsum, Babyloniorum Imperium florere, excitariqve cœpit: cum jam Assyriorum secundum illud occidisset. Etenim post Assaraddon nulla fit amplius Regum Assyriorum mentio: sed Merodachi filii Baladan Babyloniorum principis, IV Reg. C. XX, 12. anno Ezechiæ XIV. Ideoqve post Merodach Babylonios Reges crediderim ab Assyriorum dominatu se in libertatem asseruisse. Samaritani.

Τὺς τεχυθαίυς καλυυθύνυς.] Qvatuor hosce populos longè aliter Scriptura concipit: *Adduxit*, inqvit, *Rex Assyriorum viros de Babylone, & de Cutha, & de Hava, & de Emath, & de Sepharvaim*. Græcè ita. Καὶ ἐκ Χυθὰ, καὶ ἀπὸ Αυὰν, καὶ ἀπὸ Αἰμὰθ, καὶ ἀπὸ Σεμφαρυαὶμ. Qvod ad Chuthæos attinet, Josephus L. IX. Αρχαιολ. C. XIV, à Chutha Persidis regione, & cognomine fluvio nominatos affirmat. Vide Eliam Thisbitem, vocabulo כות. Ab iis nihil, opinor, discrepant Κυθαῖοι, licet Epiphanius secernat; nisi qvis Αἰμαθαίυς ejus loco reponendum censeat. Nam pro Αναγωγαναίυς fortasse Αυαναίυς melius erit, pro Havæis; cum LXX Αυὰν scribant. At Scaliger Ανάγνυς Γαναίυς leg. ariolatur; Qvia גנאי sunt ἄναγνοι, *obscæni*. Verum nationum hic nomina, non morum, ac vitiorum propria commemorantur.

Εσδραν τινὰ ἱερέα.] Mirifica rerum, temporumqve perturbatio. Esdram afferit à Nabuchodon. missum, qvi Samariæ inqvilinos Nosis legem doceret, idqve anno XXX Babylonicæ captivitatis accidisse. Mon videtur alterum Esdram ab eo intellexisse, qvi Hecaliæ filius Legis scriba dicitur. Sed alium tamen, si verum illud est, oportet fuisse. Non melioris est notæ, qvod Israeliticam, hoc est X Tribuum captivitatem, cum altera confundit, qvæ sub Nabuchodon. contigit. Qvid enim aliud facere potuit; qvi Nabuchodon: eundem cum Salmanassaro constituerat?

AD HÆRESIN SAMARITANORUM.

Hactenus Sectæ illæ, qvæ vel ante Scripturam extiterunt vel Gentilium fuere propriæ. Seqvuntur eæ, qvæ utcunqve Scripturas usurpantes multiplicibus sese erroribus implicarunt. Qvarum duo capita sunt, Samaritæ, ac Judæi. Samaritanorum καθ' ὑποδιαίρεσιν factiones sunt IV, Judæorum VII. Samaritani sunt Esseni, Gortheni, Sebuæi, Dosithei. Judæorum, Saducæi, Scribæ, Pharisæi, Hemerobaptistæ, Nasaræi, Osseni, Herodiani. Hæc Epiphanius: Qvi, ut aliàs sæpe, sic in harum sectarum partitione, ac descriptione æqvum magis, ac benignum, qvam accuratum, & severum lectorem exigit. Permulta enim istic falsa, minimeqve cohærentia disputat; qvæ nos invitissimi sanè, pro eo ac sanctissimi viri pietatem

eruditionemqve veneramur, ſed neceſſariò tamen eruere, ac ne fraudi uni-qvam ſint caſtigare debuimus. Hegeſippus porrò apud Euſebium L. V. Cap. XXII. Judæorum ſectas percenſens, Samaritanos inter illas retulit. Sunt autem iſtæ: Eſſæi, Galilæi, Hemerobaptiſtæ, Masbothæi, Samaritæ, Sadducæi, Phariſæi.

Samaritani. N. I. Ἑρμηνεύονται δὲ Σαμαρεῖται.] Non unius Epiphanii eſt otioſa illa, ac nimis arguta vocis interpretatio. Penè omnes antiqvi tam Græci, qvam Latini eam amplexi ſunt, ac mirificas ex ea ſententias procuderunt. Sed accuratior omnibus Epiphanius noſter: qvi ita communem illam attulit, ut veriorem, ac germanam non præteriret; qvæ eſt L. III. Reg. C. XVI, 24.

Τὴν νῦν Ἰουδαίαν, ἢ Σαμάρειαν.] Sæpenumerò hoc inculat Cham: in fratris ſuis poſſeſſionem invaſiſſe, ac Judæam occupaſſe; cujus pars, latius diffuſa vocabuli notione, Samaria fuit.

Ἐκ τε τοῦ φυλάττειν τὴν γῆν.] Primus hoc Euſebius in Chronicis ſcripſit; à qvo mutuatus eſt Epiphanius; ſi hæc tamen Euſebii, non Hieronymi ſunt, qvi in iſtiuſmodi origine ſæpius luſit. Huic Epiphanius non bellæ nominis interpretationi, deteriorem adjecit alteram; Samaritas ob id appellatos eſſe; qvod Legem cuſtodirent.

N. II. Ἐν τῷ ὄρει τῷ παρὰ τοῖς Γαριζείν.] De duorum montium iſtorum, Garizin, & Hebal, ſive Gebal, ſitu, idem ſentit Epiphanius, qvod Euſebius, ſi is author eſt Libri de Locis Hebr. qvem Latinè vertit Hieron. Ibi enim ad Hierichuntem collocat, & Samaritanos mendacii arguit; qvi eoſdem prope Sichem, ſive Samariam conſtituebant. At Joſephus Lib. IV. Cap. VIII. Samaritanorum opinioni ſuffragatur: nec non & L. XI. C. VIII. ubi de Templo, qvod Alexandri Magni tempore à Samaritanis in Garizin extructum eſt, hiſtoriam explicat: qvam tu conſule. Sed omnium accuratiſſimè de Garizim & Hebalis ſitu diſſerit eruditiſſimrs Maſius ad Cap. VIII. Joſue: & adverſus Mercatorem Samariæ propinqvos iſtos eſſe colles pluribus argumentis affirmat.

N. IV. Ἀπὸ γὰρ τούτου τοῦ ἄρθρου.] Arguta hæc obſervatio Græci articuli, qvi ad νεκροῦ vocabulum appoſitus eſt, vim habet omninò nullam; ut neqve loca cætera, qvæ illuſtrandi gratiâ congerit.

N. V Παραδόσει τῇ παραχθείσῃ.] Reg. προσαχθείσῃ.

AD ESSENORUM HÆRESIN.

Eſſeni. Qvid in mentem Epiphanio venerit, ut Eſſenos Samaritanis accenſeret, divinare non poſſum. Nam qvod occurrere poteſt, genus qvoddam Eſſenorum fuiſſe à notis illis & ſanctioribus diverſum, probarem eqvidem, ſi apud Philonem, aut Joſephum, qvi de Eſſenorum generibus, inſtitutis, ac moribus accuratiſſimè ſcripſerunt, veſtigium aliqvod novorum iſtorum, ac poſteriorum exiſteret. Nunc cum neqve iſti, nec alius qviſqvam vel leviſſimè ſignificarit, Eſſenos cum Samaritanis commune qvippiam habuiſſe, cumqve inter Judæorum ſectas à Joſepho recenſeantur Eſſeni; apparet primùm neqve Eſſenorum ullam inter Samaritanos fuiſſe ſectam; neqve Epiphanium aliud Eſſenorum genus, cum Samaritanis adſcriberet, intel-

lexisse, qvam celeberrimum, ac laudatissimum illud, qvorum instituta Philo ac Josephus uberrimè perscripserunt. Qvamqvam Ossenos postea inter Judaicas sectas commemorat, qvi iidem cum Essenis videntur.

Μετὰ τούτους Γορθηνοὶ διεφώνησαν.] Qvomodo Gortheni *πρὸς ἀλλήλους* dissentire cœperunt? Nam nulla hîc Gorthenorum divortia, sectas nullas enumerat: & *ἐπεξήγησις* illa qvæ subiicitur: *Φημὶ δὲ μέσον Σεβουαίων, καὶ Εσσηνῶν καὶ Γορθηνῶν*; arguit *τὸ πρὸς ἀλλήλους* non ad solos Gorthenos, sed ad tres *ὅλας* sectas pertinere. Atqvi *διαφωνεῖν πρὸς ἀλλήλους* Græcè non est *πρὸς ἄλλους*. Fortasse igitur *ἄλλους* pro *ἀλλήλους* substituendum: Postulabat *ἡ ἀκολουθία*, ut pro *Γορθηνοὶ* scriberetur *οἱ λοιποὶ*, vel sectæ tres recenserentur.

Ο νόμος ἐκέλευεν.] Mirum est qvod hoc loco narrat: Samaritanorum inter se dissidium ab odio, & jurgiis manasse, qvod ea natio cum Judæis exercet. Nam si cum prætereuntibus Judæis rixabantur, qvæ causa fuit, cur à se invicem dissentirent? Non id explicat Epiphanius: & aliud agit omninò: Etenim *συμπληγάδες* istæ non sunt *τῶν Σαμαρειτῶν πρὸς ἀλλήλους*, sed *πρὸς τοὺς Ιουδαίους*.

Αλλὰ καὶ ὅτε ᾠκοδόμει Εσδρας.] Duo hîc in Epiphanio reprehendit Scaliger: Alterum qvod ab Esdra instaurara Hierosolyma dixerir; cum Neemias non Esdras id egerit: Alterum qvod Samaritanos operam suam ad eam refectionem detulisse scribat; qvod contra Scripturam esse credit. Sed in altero *κακοήθειαν*; in altero stuporem suum arguit. Etenim præterqvam qvòd Esdras cum Neemia vixit, & Urbi instaurandæ præfuit; ut ex Neemiæ Cap. VIII, 2. & XII, 26, probat Serrarius; illud *ᾠκοδόμει Ιερουσαλὴμ* comiter accipiendum est; ut ad Urbis partem aliqvam, cujusmodi Templum erat', pertineat. Illud verò dementissimæ cæcitatis est negare, Samaritanos operis participes se esse velle præ se tulisse, cum id disertè Lib. I. Esdræ Cap. IV, 1. & 2. Scriptura testetur. Sed ea Serrarius in Minerali jam occupavit.

Επετράπησαν ὑπ' αὐτοῦ.] Deest negativa particula, qvod vel mediocriter peritus animadvertere potuit. Ideo frustrà hac in parte calumnia struitur Epiphanio in Elencho Scaligeriano, qvasi contra Scripturam dixerit Samaritanos in communionem operis admissos. Nam & infra cum de Sebuæis agit, scribit Esdræ illos odio festa sua præposterè ordinasse.

AD SEBUÆORUM HÆRESIN.

Jebussæos perperam Damasceni Codices habent. Hos ab Hebraica voce Sebua
שבוע, qvæ hebdomadem significat appellatos שבועאי, qvasi *ἑβδομαδίτας* verisimile est, qvod P. 218. in Isag. Canon. scribit Scaliger. Sed in ejus vocis reddenda ratione sibi non constat. Nam in eo loco iccirco *ἑβδομαδίτας* nominatos putat; qvia omnem *δευτέραν τῶν ἑπτὰ τῆς πεντηκοστῆς ἑβδομάδων* eadem religione, qva ipsum *πεντηκοστῆς* diem colunt. Etenim *τῇ δευτέρᾳ τῶν Αζύμων* Omer, sive manipulum offerebant; à qva die Sabbato omnia, qvæ ad Pentecosten usqve seqvebantur, nomen obtinebant, puta *δευτερόπρωτον*, *δευτεροδεύτερον*, & cætera, ut alibi disputatur. Samaritani verò *δευτέρας* appellabant omnes deinceps dies, qvæ in eandem feriam incurrunt, in qva erat

δευτέρας: ita ut inter oblationem Omer, & ſolenne Pentecoſtes, incurrant ſeptem δευτέραι. Vide cætera: in qvibus δευτέρας appellari celebrariqve duntaxat illas à Samaritanis ſignificat, qvæ ad Pentecoſten, ſive עצרת ſuccedunt. Unde σεβουαίους & ἑβδοματίτας dici Samaritanos à Judæis aſſerit, qvod omnem δευτέραν τῆς ἑπτὰ τῆς πεντηκοστῆς ἑβδομάδων eadem religione, qva ipſum πεντηκοστῆς diem colunt. At idem in Elencho Trihæreſii Cap. I. Sebuæos ait ſepties in anno Pentecoſten inſtauraſſe: indeqve factum, ut in Autumnum, in Hiemen & in ver incideret: Propterea, qvod hoc loco ſcribit Epiphanius Pentecoſten illos in Autumno celebraſſe, non ſolum id Autumno, ſed in qvatuor anni articulis egiſſe. Qvod eſt ænigmatis ſimile. Qvomodo enim Pentecoſten in qvatuor anni temporibus inſtaurabant, ſi in ſpatio illo tantum, qvod ab Omer ad Pentecoſten intercedit, τὰς δευτέρας ſeptem feſtas ac ſolennes ducerent? Druſius à Sebaïa, qvi cum R. Doſthai ad novos Samariæ inqvilinos erudiendos ex Aſſyria miſſus eſt, derivat. Probabile eſt à שבוע id eſt hebdomade dictos eſſe, qvod ut Samaritani cæteri τὰς δευτέρας ſepties illo duntaxat intervallo celebrarent, qvod ad Pentecoſten intercedit.

Διὰ μῆνιν, καὶ ὀργὴν μετέθηκαν.] Supra dixerat πρὸς ἀλλήλους iras ac rixas ſuſcepiſſe; nunc cum Judæis ſimultates illas interceſſiſſe non obſcurè colligitur. Siqvidem odio illorum præpoſterè ſolennium iſtorum tempus uſurpare cœperunt.

Τάττουσι δὲ οὗτοι τὸν νέον μῆνα.] Utrum primus menſis apud Samaritanos, & Sebuæos Tiſri fuerit non ſatis explicat. Ait enim μετὰ τὸ νέον ἔτος, poſt annum novum ab illis ſtatui; cujus anni novi caput eſt κατὰ τὸν Θεσρὶ ἐν τῷ μετοπώρῳ. Porrò Tiſri cum Auguſto comparat. Hæc igitur ſalebroſa ac perplexa ſunt. Si in Autumno novus annus iniit, non utiqve in Tiſri, qvi Auguſto reſpondet. Cur ergo tam diligenter hunc ipſum menſem variis circunſcribit nominibus, ſi non anni primordium eſt? Cur deinde ita loqvitur? ἀπεντεῦθεν οὗτοι τὴν ἀρχὴν τοῦ ἔτους ἡγοῦντα, καὶ εὐθὺς τὰ Ἄζυμα ἐπιτελοῦσι. Nimirum in eo menſe, de qvo locutus eſt, hoc eſt Tiſri. Seqvitur enim, ἐν δὲ τῷ μετοπώρῳ τὴν πεντηκοστὴν ποιοῦσι, qvinqvageſimo poſt die. Qvare ante μετόπωρον, & in Tiſri Azyma celebrantur; adeoqve caput anni Tiſri. Et μετὰ idem erit atqve *incboato, ineunte*.

Ὃς Αὔγουστος παρὰ Ῥωμαίοις.] Imò verò September. Sed neſcio utrum iſti Juliani ac Solaris anni primum menſem in Auguſto defixerint.

Γορπιαῖος δὲ παρὰ Μακεδόσι.] In Alogorum Hæreſi N. XXIV. longe aliam Græcorum menſium ordinationem ſeqvitur. Nam Græcorum, ſive Syrorum Audynæus Januario, Dius Novembri reſpondet. At hoc loco qvoniam Apellæus cum Auguſto confertur, Januarius erit Artemiſius, & Dyſtrus November. In Macedonicis menſibus magis ſibi conſentaneus eſt. Nam illic Apellæus Octobris die XXIV cœpit. Unde conſeqvens eſt Gorpiæum Auguſti partem occupare. Eſt autem Macedonicorum ac Syromacedonicorum, qvos Græcorum nomine appellat, menſium varia admodum, nec ſatis explicata diſpoſitio: de qva agemus ad Alogorum Hæreſin pluribus. Interim valde ſuſpicor pro Apellæo hoc in loco ſubſtituendum eſſe Loum; niſi in eo qvoqve hallucinatus ſit Epiphanius.

Καὶ

Καὶ εὐθὺς τὰ Ἄζυμα ἐπιτελῶσι.] Potuit hæc certis ex authoribus comperire, vel coràm observare ipse. Qvare non temerè de Epiphanii fide dubitandum est; qvod in Elencho facit Scaliger.

ΟΥ μὴν δὲ ἐπείσθησαν τοῖς Σεβυαίοις.] Hæc vel aliena ab hoc loco, vel parùm sincera videntur. Qvæ ita fortè restituenda sunt: ΟΥ μὴν δὲ ἐπείσθησαν τοῖς Σεβυαίοις Γορθηνοὶ, καὶ οἱ ἄλλοι, hoc est Dosithei. Cornarius ita legerat, ΟΥ μὴν ἐπεισ. τοῖς Σεβ. οἱ ἄλλοι; expuncta voce Γορθηνοί.

AD HÆRESIM XII. GORTHENORUM.

Γορθηνοὶ δὲ, καὶ οἱ ἄλλοι Εσσηνοί.] Mirè implicatus, & involutus hic locus est. Nam qvos repetitis hisce vocibus ἄλλοι, ἄλλων, & ἐκείνοις, intelligat; extricari vix potest. Nonnihil asseqveremur, si de Essenis istis constaret, qvos inter Samaritanos unus Epiphanius annumerat. Atqvi veri, & γνήσιοι Esseni, qvos Philo, ac Judæus exhibent, nihil cum istis moribus, atqve ea festorum perturbatione commercii habuerunt. Divinandum igitur nobis est, & in tenebris attrectanda veritas, qvod minimè desperamus. Serrarium hìc agitat Scaliger Elenchi Cap. XX, & miram ei hallucinationem objicit; qvod ex iis Epiphanii verbis, καὶ οἱ ἄλλοι Εσσηνοὶ, duplex ab illo genus Essenorum agnosci in Trihæresio scripserat. Ipse autem nullos alios Essenos videre se dicit, præter eos, qvos decima Hæresi posuit. *Nam recta*, inqvit, *erat locutio;* Γορθηνοὶ, καὶ οἱ ἄλλοι: *sed qvia inter Essenos, & eos, de qvibus loqvitur, Gorthenos medii interjecti sunt Sebuæi, ne de Sebuæis videretur loqvi, adjecit* ἐξ ἐπιμέτρου *Essenos.* Idem Scaliger ἐγγὺς τῶν ἄλλων de Sebuæis exponit. Qvæ interpretatio non inepta modò, sed Epiphanio ipsi contraria est. Nam ex ea seqvitur Epiphanium velle Gorthenos & Essenos Sebuæorum vicinos eadem cum ipsis facere, τὰ ἴσα ἐκείνοις πράττειν. Ad qvos enim τὸ ἐκείνοις, nisi ad Sebuæos pertinebit? Hoc autem absurdissimum est; cum & antea dixerit, & subinde moneat, Gorthenos saltem à Sebuæis magnopere dissensisse. Cum igitur manifestè hic in mendo locus hæreat, videamus qvemadmodum recenseri possit. In Anacephalæosi, qvæ summam Hæreseon complectitur, Samaritanorum tres priores sectæ ita breviter explicantur. Γορθηνοὶ οἱ ἄλλοις καιροῖς τὰς ἑορτὰς ἄγοντες παρὰ τοὺς Σεβυαίους. Σεβυαῖοι διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν τῶν ἑορτῶν πρὸς τοὺς Γορθηνοὺς διαφερόμενοι· Εσσηνοὶ μηδ᾽ ὁποτέραις ἐναντιούμενοι, τοῖς δὲ περιτυγχάνουσιν ἑορτάζοντες ἀδιαφόρως. *Gortheni, qvi diversis à Sebuæis temporibus festa celebrant: Sebuæi, qvi ob illa ipsa festa à Gorthenis dissident. Esseni neutris adversantes, in qvoscumqve inciderint, sine ullo discrimine festa cum ipsis obeunt.* In Breviario Tomi hujus, qvod Operis initio præfixum est, in Gorthenis, pro eo qvod est παρὰ τοὺς Σεβυαίους, perperam legitur παρὰ τοὺς Ἑβραίους. Nam & Damascenus Libro de Hæresibus, qvi nihil aliud est qvam Epiphanii Anacephalæosis, paucis ademptis aut immutatis, ita ut supra proposuimus, exscripsit: licet vitiosè, ut monuimus,

Jebussæi pro *Sebuæis* legantur. Qvamobrem qvod Essenorum institutum fuerit ex eo loco constat; nempe ut se in utramqve partem versantes ad amborum mores consvetudinemqve fingerent. Ideo Gorthenos solos, ac Dositheos cum Sebuæis simultares exercere dixit. Qvibus animadversis ita locus iste conformandus mihi videtur. Οὐ μὴν ἐπείσθησαν τοῖς Σεβυαίοις Γορθηνοὶ, καὶ οἱ ἄλλοι. Ἐσσηνοὶ δὲ ἐγγὺς τῶν ἄλλων γινόμενοι τὰ ἴσα ἐκείνοις πράττουσιν. Ubi τῶν ἄλλων idem est atqve *ἑκατέρων alterutrorum.* Cæterum Gorthenorum vocabulum variè solet exprimi. Nam aut Γορθηνοὶ dicuntur, aut Γορθαιηνοί. In Anacephalæosi Γοροθηνοὶ, mendosè ut arbitror; ut & apud Eusebium Γορθηνωνοί, ab authore, qvi Γορθαῖος appellatur. Qvare Γορθαιηνοὶ rectius videtur Scaligero.

Καὶ νησείας τῆς παρ' αὐτοῖς.) Expiationum festum, sive Kippurim intelligit, qvod X Tisri celebrabant.

Οἱ δὲ ἄλλοι οὐκ οὕτω ποιοῦσιν) Ἄλλοι debent esse Σεβυαῖοι, sed vox Ἐσσηνοῖς inducenda: aut ἀλλ' Ἐσσηνοῖς scribendum. qvia nonnunqvam Esseni cum illis Pascha celebrant. Verùm ecce de Essenis supra Hær. X. scripsit: *ἐνέμειναν γὰρ οἱ Ἐσσηνοὶ τῇ πρώτῃ ἀγωγῇ μηδὲν ὑπερβαλλόμενοι. In priore instituto permanserunt, nulla in re transgredientes.* Hic autem, & in Anacephalæosi plerumqve cum Sebuæis festa præposterè celebrant. *Qvo teneam vultum mutantem Protea nodo?* An duo sunt Essenorum genera, ut Serrario placuit, reclamante Scaligero? Ut alii cum Sebuæis: alii cum Gorthenis & Dositheis habitarint; & eorum qvibus cum degerent ritus in obeundis duntaxat solennibus imitarentur. Qvod qvidem studio pacis ac concordiæ Essenos præstitisse horum disciplina persvadet, qvæ nihil otio, ac qviete antiqvius habuit.

AD HÆRESIN XIII. DOSITHEORUM

Δοσίθεοι δὲ τούτοις διαφέρονται.) Supra Dositheos a cummunibus Samaritanorum odiis ac contentionibus excipere visus est; *πλὴν τῶν Δοσιθέων μόνον.* Verum contrarius ex hoc loco sensus superioribus illis attribuendus est: Nimirum *ἐν βραχεῖ καὶ ἔν τινι ποσῶς*: paucis ac levissimis in rebus Samaritanorum factiones à se invicem dissentire, præter Dositheos, non qvi nihil à cæteris discreparent; sed qvi non leviter, ut illi, sed gravissimè dissiderent. Dosithei porrò tam ante Christum, qvàm post eum complures extiterunt: & nonnullorum apud Hebræos mentio. Nam דוסתאי Dosthai est Dositheus, qvod frostra negatum à Scaligero. At in Cap. III. Pirke Aboth qvoddam Dosthai Jonai F. dictum memoratur, qvod à R. Meir didicerat. Sed is ab hoc nostro diversus est. Qvemadmodum & alter ille, cujus aliqvoties Origenes meminit, cumqve Samaritanum appellat Lib. IV. περὶ Ἀρχῶν Cap. II, nec non & aliis in locis, præcipuè contra Celsum Lib. II. Verùm antiqvior est Epiphanianus iste, a qvo Sadducæos propagatos esse mox indicat, qvi qvidem Christi ortum anteceßit. De Dositheo, & Dositheanis lege qvæ eruditè Serrarius noster in Minervali disputat Lib. IV. Cap. X, XI, & XII.

Ἐγκρατεύονται ἀπὸ γάμων μετὰ τὸ βιῶσαι.) Poteſt illud, *μετὰ τὸ βιῶσαι* duobus modis accipi : utrobiqve *ἐλλειπτικῶς*. Alter ut *ἐν τῷ γάμῳ* ſubaudiatur: Alter, ut ad *γυναῖκα* pertineat. Prior interpretatio ſimplicior eſt, eamqve Cornarius ſecutus eſt. In altera *τὸ βιῶσαι* idem eſt *ac mortuum eſſe*, ut apud Latinos *vixit*, *βεβίωκε* apud Plutarch. in Cicerone. Nos utramqve cum agnoviſſemus, poſterior in contextum recepta.

Καὶ τῆς πλάνης τὰ βοσκήματα.) Fortaſſe *τὰ χρήματα*.

AD JUDAISMI HÆRESES.

Ἰουδαϊσμὸς λοιπὸν μερισθείς.) De Judaicis factionibus deinceps agit; qvas ante Chriſti adventum ſeptenas recenſet. Qvod *πλατυκῶς* & pingvi Minerva dictum eſt. Nam tres conſtat apud Judæos fuiſſe ſectas: cæteras, qvæ à Philaſtrio, Iſidoro, & hoc noſtro numerantur, partim Judæorum non eſſe proprias, partim ne Hæreſes qvidem videri, partim deniqve à tribus illis matricibus, non eſſe diſtinctas; qvæ ſunt Phariſæorum, Sadducæorum, Eſſenorum. De qvibus qvoniam ſumma cum eruditione, ac diligentia Serrarius noſter tribus Libris diſſeruit, & qvæ de iis obſervari à me poſſent occupavit omnia, cupidum earum rerum Lectorem ad illius lucubrationem dimittendum potius arbitror, qvam otioſa repetitione detinendum. Conferat etiam ſi lubet cum Serrarii Trihæreſio, ac Minervali, qvæ Druſius, & alii qvidam de eodem argumento ſcripſerunt. Nos enim hîc ea tantum adnotabimus, qvæ ad illuſtrandum Epiphanium neceſſaria videbuntur.

DE SADDUCÆIS HÆRESIS XIV.

Πρῶτοι Σαδδουκαῖοι ἀπόσπασμα ὄντες.) Qvantum ex his, qvæ Epiphanius in his ſectis prodidit, colligi poteſt, duo fuere Doſithei. Alter, idemqve tempore poſterior, Samaritanus, cujus meminit Origenes: Alter longè antiqvior; à qvo propagatos eſſe Saducæos non Epiphanius ſolùm, ſed etiam Hieronymus teſtatur, Dialogo contra Lucifer. *Taceo*, inqvit, *de Judaiſmi Hæreticis, qui ante adventum Chriſti legem traditam disſiparunt: quod Doſitheus Samaritanorum princeps, Prophetas repudiavit: quod Sadducæi ex illius radice naſcentes etiam reſurrectionem carnis negaverunt.* Ex Doſithei ergò radice nati ſunt Sadducæi; qvod eſt idem atqve *ἀπόσπασμα* fuiſſe *τ͂ Δοσιθέων*. Ut mirari Scaliger deſinat ab Epiphanio id eſſe ſcriptum. Itaqve Doſitheus à Judæis ad Samaritanos deficiens, peculiarem illîc ſectam condidit. Qvam poſteà Sadokus interpolavit, cum & ipſe ad Samaritanos a Judæis tranſiiſſet.

Ἐπονομάζουσι δὲ ἑαυτοὺς.) Saducæi paſſim, apud Græcos maximè, geminato *δ* ſcribuntur: qvaſi eſſet צדוק Apud LXX. antiqviſſimus ille Sacerdos, *Σαδὼκ*. De qvo copioſè Serrarius, ac Druſius. Sadoci porrò extitere duo: qvorum unus duntaxat ab Epiphanio memoratus, qvi Davidis & Salomonis ætate vixit; alter Antigni diſcipulus, cujus ſocius & condiſcipulus fuit Baithos; ut author eſt Elias in Thisbi. Ab hoc poſteriore Saducæi cum origine nomen acceperunt. Etenim ambo illi

à Præceptore desciscentes legem ore tenus traditam abnegarunt; neqve alteri, qvam qvod Legis scripto esset expressum, adhibendam fidem putarunt. ex qvo קראים Karram, qvasi *Textuales* dicti. Hæc Elias. Addit Abraham Zachuth Sadoc & Baiethos ad Samaritanos, & Garizitanum templum receptum habuisse. Sed fieri potest, ut Saducæi ipsi à priore illo ac vetustissimo Pontifice oriundos sese profiteri mallent, qvàm à posteriore transfuga, vel etiam ut ad *justitiæ* vocabulum, & nominis interpretationem alluderent, idqve crebris usurparent sermonibus; qvod unum ideò, prætermissa altera ac veriore Saducæorum origine, commemoravit Epiphanius.

Πνεῦμα δὲ ἅγιον ὐκ ἴσασι.) Actuum Cap. XXIII, 8, *Sadducæi enim dicunt non esse resurrectionem, neqve Angelum, neqve spiritum*, ὔτε Αγγελον, ὔτε πνεῦμα. Spiritum sanctum hoc loco non unus Epiphanius intellexit; sed & Philastrius. Qvare temerè, & imprudenter in Elencho Scaliger: *Asinitas*, inqvit, *mera est, & impietas hæc fateri. Proinde execranda illa sententia Serrarii, qvi non minùs impiè, qvam ridiculè eam tuetur.* Nam qvod ait πνεῦμα illic sine articulo positum universè sumi; cum ut Spiritum sanctum significaret, τὸ πνεῦμα scribendum fuerit, qvod diu ante Scaligerum Salmero noster observaverat; nihil ad rem pertinet. Etenim sæpè πνεῦμα sine articulo pro Spiritu sancto in Scripturis usurpatur; ut Joan. III, 5. *Nisi qvis renatus fuerit ex aqva, & Spiritu*, ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος: & aliis in locis, qvorum nonnulla profert in Minervali Serrarius. Qvare non improbanda hæc Epiphanii interpretatio videtur: tametsi de solo Spiritu sancto præcisè locutum putaret Evangelistam. Qvod necesse non est. Hanc enim Sadducæorum mentem fuisse suspicor, ut Spiritum omnem, hoc est πνευματικὴν ὐσίαν, funditus tollerent; ideoqve corporeum esse Deum assererent, ut Lyranus existimat. Ex qvo conseqvitur, etiam Spiritum sanctum illos abnegasse. Unde meritò ab Epiphanio, aliisqve dictum est, Sadducæos Spiritum sanctum ignorasse: ut eam ex toto genere τῶν πνευμάτων speciem deligerent, qva negata majus illi sibi impietatis crimen accesserent.

Τὰ πάντα δὲ ἴσα Σαμαρείταις φυλάτ]ουσι.) Etiamne sacros omnes libros, præter Pentateuchum repudiarunt? Affirmant veteres omnes præsertim Origenes, Tertullianus, Hieronymus, Beda: Elias qvoqve Thisbites, aliiqve, qvos Serrarius testes citat. Negat autem Scaliger, & contrarium asseverare Josephum existimat. Sed tantum abest, ut contra Josephus sentiat, ut is communem illam Lib. XIII Orig. C. XVIII sententiam videatur adstruere. Docet enim Pharisæos multa populo tradidisse: ἅπερ ὐκ ἀναγέγραπ]αι ἐν τοῖς Μωϋσέως νόμοις· καὶ διὰ τῦτο ταῦτα τὸ Σαδδυκαίων γένος ἐκβάλλει, λέγων ἐκεῖνα δεῖν ἡγεῖσθαι νόμιμα τὰ γεγραμμένα, τὰ δ' ἐκ παραδόσεως τῶν πατέρων μὴ τηρεῖν. Sadducæi igitur authore Josepho sola hæc asciscenda, observandaq; dicebant. qvæ essent scripta, ἐν τοῖς Μωϋσέως νόμοις. Qvod & L. XVIII, C. II his verbis expressit: φυλακῆς δὲ ὐδαμῶν τινῶν μεταποίησις αὐτοῖς, ἢ τῶν νόμων. Sanè aut hæc Josephi verba Sadducæos indicant nullos alios qvam Mosis Libros admisisse; aut saltem non illud, qvòd à Scaligero tam pertinaciter pugnatur, efficiunt, ut sacros omnes Scripturæ libros amplexi sint, τὰς ἀγράφους δευτερώσεις rejecerint. Agit enim illo loco præcipuè Josephus περὶ πρακτικῶν νομίμων, de ritibus ac consvetudinibus, sive legibus, qvibus agendum aliqvid

præſcribitur; qvæ in ſolo ferè Moſis Pentateucho continentur. Unde cum Sadducæi exciperent, ea duntaxat, qvæ ſcripta erant, obſervari debere, ſolos Moyſis Libros, qvibus τὰ νόμιμα comprehenduntur, intelligebant, non hiſtoricos, aut Propheticos libros; qvibus novæ nullæ, aut perpaucæ ceremoniæ præcipiuntur. Cætera apud Serrarium vide.

AD HÆRESIN XV, QVÆ EST SCRIBARUM.

Scribarum ordo neqve Judaiſmi Hæreſis fuit, neqve πρὸς Φαρισαίους ἀνδιαστελλόμενον. Nam & Scribæ pleriqve Phariſæi, non tamen omnes; qvemadmodum inter Theologos nonnulli Monachi; & arctioris vitæ profeſſores. Theophylactus in Lucam Cap. XI. *Sanè alii erant Legiſperiti, & alii Phariſæi. Nam Phariſæi videbantur ut Monachi, & qvi ab aliis ſe ſegregabant. Legiſperiti verò Scribæ erant, & Doctores, qvi ſolvebant qvæſtiones Legis.* Toſtatus in Cap. XXIII. Mat. Qvæſt. XII. *Sciendum qvod licet ponantur hic Scribæ, & Phariſæi tanqvam diſtincti, non diſtinguntur inter ſe ſicut Phariſæus, & Sadducæus, ſive ſicut oppoſita: qvia nullus Phariſæus eſt Sadducæus: neqve è contrario, qvia erant ſecta diſparata, & qvaſi oppoſita: ſed diſtinguntur ſicut Grammaticus, & Dialecticus: qvia licet aliud ſit Grammaticum eſſe, aliud Dialecticum: tamen idem poteſt eſſe Grammaticus, & Dialecticus. Sic enim aliud eſt eſſe Scribam, qvàm Phariſæum: qvia Scribam eſſe, eſt eſſe ſapientem in lege: Phariſæum eſſe, erat habere modum certum vivendi, & ſectam. Et tamen accidit eundem eſſe Phariſæum, & Scribam, id eſt doctum in Lege.* Maldonatus vir doctiſſimus ad Cap. II. Mat. *Scribas propriè Notarios publicos fuiſſe docet, qvorum duplex erat officium, Alterum publica inſtrumenta conficiendi: alterum ſacras Scripturas interpretandi, & à corruptela vindicandi.* Unde iidem νομικοὶ, & νομοδιδάσκαλοι, & γραμματεῖς appellantur. Epiphanius verò in ſeqventi Hæreſi Νομικοὺς à Scribis diſcernere videtur; Ait enim Phariſæos eadem cum Scribis ſenſiſſe. Γραμματεῦσι δὲ, φημὶ, τοῖς ἑρμηνευομένοις νομοδιδασκάλοις· συνῆσαν γὰρ αὐτοῖς καὶ οἱ Νομικοί. Hanc non modò Epiphanii opinionem eſſe; verumetiam Lucæ teſtimonio comprobari Druſius arbitratur Lib. II. de tribus Sectis Cap. XIII. Nam cum Chriſtus com. 45. dixiſſet Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς, καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ· ὅτι ἐστὲ ὡς τὰ μνημεῖα τὰ ἄδηλα, &c. *Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ; qvia eſtis ut monumenta, qvæ non apparent*, ſtatim qvidem τῶν νομικῶν *reſpondens ait illi: Hæc dicens etiam contumeliam nobis facis.* Tum Jeſus καὶ ὑμῖν τοῖς Νομικοῖς οὐαί. *Et vobis Legiſperitis væ:* qvaſi diceret Legiſperitus: Non ſolum Scribas, & Phariſæos, ſed etiam nos νομικοὺς id eſt Legiſperitos notas. Ergo diverſi aliqvantum νομικοὶ à Scribis. Scaliger vero in Elencho. Cap. XI. in eodem Epiphanii loco Serrario arroganter inſultans νομικοὺς ait *propriè formulas juris, & actiones civiles docuiſſe, ac forenſia magis tractaſſe.* Et poſtea eundem Serrarium inſeqvitur, qvod Scribas legis cum Scribis populi, & actuariis publicis confuderit. Duo enim Scribarum genera conſtituit; γραμματεῖς τοῦ νόμου, καὶ γραμματεῖς τοῦ λαοῦ: & hos poſteriores actores vel actuarios publicos fuiſſe putat. Nos attentè conſideratis omnibus non dubitamus, qvin νομικοὶ iidem ſint cum Scribis, & νομοδιδασκάλοις apud Evangeliſtas. Nam de Epiphanii loco poſteà viderimus: adeoqve fœdisſimè Scaliger hallucinetur, cum νομικοὺς actuarios publicos eſſe docet:

qvo nihil ineptius excidere potuit. Nam ut Lucæ illo ipſo loco, de qvo paulo pòſt, utar: cum Cap. XI, 46, ad *νομικοὺς* oratione converſa, ita eos Chriſtus exagitat: *καὶ ὑμῖν τοῖς νομικοῖς οὐαί: qvia oneratis homines oneribus, qvæ portare non poſſunt, & ipſi uno digito veſtro non tangitis ſarcinas;* num tandem actuarios publicos. & civilium actionum formularios intellexit, ac non potius Legis Interpretes, ac Doctores? Cum præſertim Matth. XXIII, idem Scribis & Phariſæis, qvod apud Lucam *τοῖς νομικοῖς*, objectum ſit: nempe *qvod alligarent onera gravia, & importabilia, &c. digito autem ſuo nollent ea movere.* Qvare *νομικοὶ* ad Scribas, vel Phariſæos, vel utroſqve pertinent. Sanè qvi Matth. Cap. XXII. 35 *νομικὸς*, à noſtro Interprete *Legis doctor* dicitur, idem Marci XII, 28, *εἷς τῶν Γραμματέων* nominatur. Atqve adeò Tertull. Lib. IV. con. Marc. C. XXVII *νομικοὺς*, qvorum in illo XI Cap Lucas meminit, Legis Doctores interpretatur. Alibi verò paſſim vulgatus Interpres *νομικὸν* vertit *legiſperitum.* Unde perſæpè *νομικοὶ* cum Phariſæis copulantur, ut Luc. XIV. 3. *Et reſpondens Jeſus dixit ad Legiſperitos, & Phariſæos:* Græcè *τοὺς νομικοὺς*: & Cap. VII, 30. *Οἱ δὲ Φαρισαῖοι, καὶ οἱ νομικοί.* Qvi Cap. V. 17, *Φαρισαῖοι, καὶ νομοδιδάσκαλοι* vocantur. Qvare *νομικοὶ* a *νομοδιδασκάλοις* non diſcrepant; iidemqve Legis Interpretes ſunt, ut & Bezæ placuit; & falliſſimum eſt *τοὺς νομικοὺς* propriè circa actiones civiles ac formulas occupari. Par eſt Scaligeri delirium, cum Scribas populi ſic à Scribis legis ſecernit, ut illi actuarii vel actores publici fuerint. Qvippe Matth. II, 4, Herodes, cum Magorum adventum & Chriſti nativitatem inaudiſſet, ut qvo in loco Chriſtus naſceretur inqvireret, *Principes Sacerdotum, & Scribas populi* convocat, & eorum reſponſum expetit. Qvinam igitur alii eſſe poſſunt, qvam Legis interpretes, & & Doctores? Certè non illi pragmatici, aut formularii, ſive actuarii fuerunt: qvos nemo de re tanta, ac tam recondita conſuleret, ad qvam ſcilicet intelligendam diſceptandamqve non mediocris ſacrarum literarum uſus, ac ſcientia reqvitatur. Qvod ad Lucæ teſtimonium illud attinet, Cap. XI, ſingulare eſt in eo qviddam; de qvo nullus, qvantum ſcire poſſum, Interpres admonuit. Etenim Græcè ita legitur: *Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς, καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταί*, comm. 44. qvod & Latina Bibliorum Regiorum interpretatio retinet. At in Latinis aliis codicibus, & apud Ambroſium, & Hieronymum ita legitur: *Væ vobis, qvia eſtis ut monumenta, qvæ non apparent*, &c. Neqve vocabula iſta reperiuntur, *Scribæ, & Phariſæi hypocritæ.* Et apparet in qvibusdam olim Græcorum codicibus illa defuiſſe: Qvæ ſi expungantur; peribit argumentum illud; qvo fretus Druſius *νομικοὺς* à Scribis diſtinxerat. Et qvamvis ita ut In Græcis extat, *Scribæ, & Phariſæi* legamus, non inde tamen diſcrimen illud evincitur. Ita enim interpretari licet: Cùm hactenus in ſolos Phariſæos invectus eſſet, poſtremò comm. 44, ad Phariſæos etiam Scribas adjeciſſe. Qvod cum indigne tuliſſet qvidam, qvi Scriba tantummodo, non Phariſæus eſſet; de eâ re conqveſtum, qvòd non modo Phariſæos, verum & ordinem ſuum inceſſeret. Hæc eſſe poteſt ſimpliciſſima hujus loci, aptiſſimaqve ſententia. Nam omninò *νομικοὺς* pro Scribis, & viciſſim, Evangeliſtæ omnes uſurpant. Scribarum porro minus, & officium præclarè deſcripſit Epiph. cum ait:

δευτερώτας τινὰς τοῦ νόμου fuiſſe, ὡς γραμματικὴν τινα ἐπιστήμην ὑφηγουμένους. Qvos qvidem ex Levitica Tribu extitiſſe perperam adnotat Beza Nam è qvalibet eſſe poterant, ut & Phariſæi.

Πυγμῇ μὲν τὰς χεῖρας νιπτόμενοι.] Πυγμῇ non aliter accepit Epiphanius, ac vulgatus Interpres, pro eo qvod eſt *crebro, freqventer:* pro qvo Beza novitatis intempeſtivo ſtudio *pugno* reddidit, ſanè imperitè. Sed de Judaico qvodam abluendi genere, qvo ad ſummos uſqve digitos manus lavabant, vide Serrarium noſtrum Lib. II. Cap. III.

Καὶ φυλακτήρια παρ' αὐτοῖς.] Deuteron. VI com. 8. cum mandatorum ſuorum jugem & aſſiduam meditationem præciperet DEUS: *Et ligabis*, inqvit, *ea qvaſi ſignum in manu tua, eruntqve & movebuntur inter oculos tuos*, Hebraicè והיו לטטפת בין עיניך. Chaldæus לתפלין. De Totaphoth tam ab Hebræis, qvam à noſtris variè diſputatur. LXX pro ea voce, ἀσάλευτα reddunt: καὶ ἔσονται ἀσάλευτα πρὸ ὀφθαλμῶν σου: Et ſint *immobilia*. At Scaliger ineptè credidit ἀσάλευτα idem eſſe, atqve *amuleta: qvam vocem*, inqvit, *Grammatici nondum in ſua Lexica retulerunt. Itaqve idem eſt ἀσάλευτον, καὶ φυλακτήριον.* Sed unde hoc tandem habet? Nam ἀσάλευτα non ſubſtantivè, neqve ad rem certam ſignificandam: ſed adjectivè, & ἀορίστως uſurparunt. *Erunt*, inqvit, *immota ante oculos tuos.* Qvare friget hæc novæ vocis obſervatio. Locus eſt Matth. XXIII, 5, in qvo ad Totaphoth, & frontalia CHRISTUS reſpectum habuiſſe videtur. Nam Phariſæos perſtringens: *Dilatant*, inqvit, *phylacteria ſua, & magnificant fimbrias.* Qvem ad locum Hieronym. Phariſæorum ſuperſtitionem notat, qvi qvod ſimpliciter à DEO mandatum erat, ut in Lege meditanda obſervandaqve aſſiduè verſarentur; utiqve illa ante oculos perpetuò qvaſi monimentum qvoddam extaret, ita interpretati ſunt, qvaſi deſcriptam in membranis legem, & frontibus alligatam geſtari præciperet. Qvocirca hæc opinio Hieronymi fuit, nullum Judæos mandatum habuiſſe de Phylacteriis, ac frontalibus membranis; ſed craſsè illos & imperitè Divinum monitum accepiſſe, Qvam ob cauſſam acerrimè à Scaligero reprehenſus eſt; qvi ex ipſis legis verbis pugnat in Elencho, Cap. VIII, ea ipſa phylacteria præſcripta fuiſſe. Non inficior idem & pleriſqve PP. videri, & imprimis Juſtino, in Dialogo cum Tryphone, de geſtandis alligandiſqve frontalibus; mandatum Judæis editum. Sed ex legis hoc verbis apertè colligi poſſe, qvod putat Scaliger, hoc verò pernego. Et multo mihi probabilior Hieronymi ſententia videtur: cum antiqviſſima Judæorum conſvetudo non majus hac in parte præjudicium afferat, qvam ſexcenti alii ritus, ac δευτερώσεις nugaciſſimæ, qvos jam tum Chriſti Domini tempore ex Legis verbis non minus ſtolidè, qvam pertinaciter eliciebant. De fimbriis aliter ſentiendum. Etenim Num. XV, 38. conceptis verbis jubentur *fimbrias per palliorum angulos habere*, iisdemqve *vittas hyacinthinas* adjungere. Fimbrias Hebraice Moſes ציצית LXX κράσπεδα. Vittas autem ille פתיל, iſti κλῶσμα vocant. De qvibus non ſolum Hebræi, ſed & noſtrates Critici copioſè diſſerunt.

Τελέσι πλατέα σήματα πορφύρας.] Mira vocabuli hujus τῶν φυλακτηρίων in-

terpretatio; clavos esse purpureos latos; qvi colobiis & epomidibus insuerentur, ad eundem modum, qvo Romani Senatores sui ordinis insigne gestabant. Hoc verò, inqvam, admirandum potius, qvàm aut sine alio idoneo authore nimis amplectendum, aut acriùs reprehendendum; qvod in Elencho Scaliger instituit. Atqvi utrum Dalmaticas istas, & Colobionas clavatos Pharisæi olim gesserint, eaqve Phylacteria pleriqve nominaverint, necne, aliunde constare non potest, & ex reconditis Judæorum libris ac ritibus multa Epiphanius potuit addiscere, qvæ hoc sæculo, & hodiernis Judæis ignota sunt. Est igitur; clavos etiam istiusmodi *φυλακτήρια* nuncupaverint, vulgò tamen *φυλακτήρια* illa, qvorum Matthæus meminit, cum Hieronymo pittaciola, & membranacea frontalia eruditi homines interpretantur.

Ῥοΐσκους· γὰρ τίνας ἐπὶ τὰ τέσσαρα.) Ridicule Scaliger ut Epiphanium erroris arguat: *Si mala punica*, inqvit, *non igitur κράσπεδα.* Qvasi non etiam *ῥοΐσκοι τοῖς κρασπέδοις* alligari potuerint; ut & spinas adhibuisse, qvo cruorem elicerent, testatur Hieronymus. Nec obstat, qvod *ῥοΐσκους* summus Sacerdos *ἐν ἀρχιερατικῇ στολῇ* gestaverit. Nam diversos ab illis cum numero, tum materia, aliisqve id genus Pharisæi, cum in casto essent, usurpare poterant. Sic paludamentum cum Romanorum Impp. proprium fuerit, etiam militibus attribuitur. Atqve ut à Judæis non recedam, qvis nescit inter summi Sacerdotis vestes ephod, sive *τὴν ἐπωμίδα*, ac superhumerale fuisse? Et tamen non modo Sacerdotes ac Levitæ cæteri; sed etiam laici Ephod induebant, uti David Lib. II Reg. Cap. VI, 14. Sed hoc videlicet lineum erat: alterum illud Pontificum proprium qvatuor ex coloribus constabat, hyacintho, bysso, cocco, purpura; sed & auro contextum erat. Vide Hieron. Epist. ad Fabiolam. Nimis igitur insulsè adversus Epiphanium nostrum argumentatur Scaliger.

Δευτέρα δὲ εἰς τὸν διδάσκαλον αὐτῶν.) Eadem *δευτερώσεων* genera percenset Hæresi XXXIII, N. IX. Qvo ex loco *Ῥαββὶ Ἀκιβᾶν* pro *Βαρακιβᾶν* legendum hîc admonemur. Hic est ille nisi fallor R. Akiba, de qvo in Judæorum Kalendario V die Tisri hæc adscripta sunt: *R. Akiba filius Joseph conjicitur in vincula, ubi moritur.*

AD HÆRESIN XVII PHARISÆORUM.

N. I. *Συνῆσαν γὰρ αὐτοῖς καὶ οἱ Νομικοί.*) De Scaligeri hallucinatione suprà vidimus, qvi *νομικοὺς actuarios* esse, ac *formularios* credidit. Proximus huic error est; qvod præsentem Epiphanii locum sic interpretatus est, ut *τὸ αὐτοῖς* ad Pharisæos referret, qvibus cum versabantur *οἱ νομικοί*. *Epiphanius*, inqvit; *apertè τοὺς νομικοὺς distingvit ἀπὸ τῶν νομοδιδασκάλων, τῶν καὶ γραμματέων. Eosdem enim facit γραμματέας, & νομοδιδασκάλους; à qvibus distingvit τοὺς νομικοὺς, qvos accenset Pharisæis. Ideò rectè ait: συνῆσαν γὰρ αὐτοῖς καὶ οἱ νομικοί. Eodem*, inqvit, *loco censebantur Pharisæi, & νομικοὶ, qvi qvamvis unum corpus καὶ τάγμα efficiebant, tamen erat discrimen qvoddam inter Pharisæos, καὶ τοὺς νομικούς; qvod severius institutum esset Pharisæorum, qvàm τῶν νομικῶν.* Hinc Serrarium imperitiæ arguit,

qvod ita vertit. *Cum ipsis enim iidem erant, & Nomici, seu Legisperiti.* Sed Epiphanii sensum pessimè interpretatus est Scaliger. Etenim τὸ αὐτοῖς non alios, qvam scribas, sive νομοδιδασκάλους significat, οἷς συνῆσαν καὶ οἱ Νομικοί. Qvia sæpiùs Evangelistæ Scribas, & νομικοὺς qvasi distinctos nominant, tametsi ex eodem essent ordine, idqve vel κατ' ἐπεξήγησιν, vel qvia Scribarum complures erant gradus, & officia, cùm & civilibus fortè contractibus ac stipulationibus præessent iidem, & Legem interpretarentur: idcircò συνῆσαν. inqvit, τοῖς Γραμματεῦσιν οἱ νομικοὶ, hoc est *conjuncti erant*, unum τάγμα, & corpus efficiebant. A qvo non admodum abhorret Serrarius. Nam μεταληπτικῶς Epiphanius indicat, eosdem cum Scribis esse τῶν Νομικῶν, licet συνεῖναί τινι propriè non sit, idem esse cum aliqvo. Postremo perperam αὐτοῖς ad Pharisæos referri, docent qvæ proximè subjiciuntur. Ἀλλὰ καὶ παρὰ τούτους, tam νομικοὺς scilicet, qvam Γραμματέας.

Ἀηδῆ τε ῥύσιν σώματος ἀπεργαζομένην.) Scribendum pronunciat Scaliger ἀήθη ἔκκρισιν σπέρματος ἀπεργαζομένων. Audax nimis emendatio: minimeqve necessaria. Nam ἀπεργαζομένην passivè, ut alibi sæpè, hoc loco sumpsit. Est enim Græcæ proprietatis parum alioqvi diligens Epiphanius, ut & Photius observat. Qvod si commutationis nonnihil opus videatur, ego ita concipiam, ἀηδῆ ῥύσιν σώματος ἀπεργαζομένων. Intelligit autem קרי sive ἐξονειρωγμόν. Super hac ἐκκρίσει extat Athanasii Epistola ad Ammum Monachum: qvi qvantumvis præter voluntatem accideret, utrum culpa careret addubitaverat.

Ἐνήστευον δὲ δίς.) Secundam & qvintam feriam Theophylactus æqve atqve Epiphanius adnotat, & Hebræorum Libri fidem faciunt. Ut ea de re vir doctus frustra dubitaverit.

Ἀπεδεκάτουν δὲ τὴν δεκάτωσιν.) Proprium hoc fuit Levitarum, qvi decimarum, qvas populus præstabat, decimas Sacerdotibus eximebant; Numerorum XVIII. Atqvi non omnes Pharisæi erant Levitæ, qvod tamen Epiphanium sensisse, ex hoc loco suspicari aliqvis posset. Qvæ enim alioqvi decumarum sunt decumæ, cum præter Leviticum ordinem decumas nullus acceperit? Primum omnium ab Israëlitis primitiæ de spicis, uvis, & oleis afferebantur: Tum de frugibus elaboratis Theruma, & decimæ. Theruma in lege definita non erat. Sed à Magistris præscriptus modus est, ut ne minus sexagesima penderetur. Qvare qvi liberales erant, qvadragesimam, parci sexagesimam, medii inter utrosqve, ad hos aut illos accedebant. De qva re extat Josephi Scaligeri Opusculum inter Posthuma. De iis itaqve Therumis fortean accipiendus Epiphanius, cum τριακοντάδας, & πεντηκοντάδας persolutas à Pharisæis esse scribit. Qvod si verùm est, egregia illorum liberalitas extitit, utpote qvi præfinitum à Magistris terminum τῶν τεσσαρακοστῶν superaverint. Tria porrò decumarum apud Hebræos genera præter Therumas, & primitias fuere. Prima illa fuit, qvam Leviticæ tribui qvotannis pensitabant. N. XVIII. 20, & deinceps. Altera, qvam singulis annis penes se qvisqve retinebat, ut ibi, ubi Sanctuarium erat, illa vesceretur, adhibitis ad convivium Levitis, Deut. XIV. Tertia demùm, qvam tertio qvoqve anno in Levitas, & pupillos, viduasqve distribuebant: eod. Deut. cap.

Καὶ γυναικικῶν ἱματίων.] Magnopere mirandum, si modo verum est, muliebribus palliolis usos esse Pharisæos. Qvod seqvitur, ἐν πλατείαις ταῖς κρηπῖσι, latas eosdem crepidas habuisse significat, nec aliter Cornarius. Qvidam tamen ita corrigendum putant, ἐν πλατείαις, ἐν ταῖς κρηπῖσι, καὶ γλωττίσι, &c. Ac plateas intelligunt, in qvibus ostentabant se Pharisæi. Ego nihil innovandum censeo.

Φάρες γὰρ κτ̃ τὴν ἑβραΐδα.) Reg. codex Φέρες qvasi sit, Φέρις, & legendum sit ἀφωρισμένος. Qvanqvam ἀφορισμὸς res est ipsa, qvam vocabulum significat: non ut τὸ Φάρες vel Φέρες præcisè sit verbale substantivum ἐνέργειαν sonans. Est enim potius *separatus*, qvam *separatio*.

N. I. Οἷον ἥλιος Ημα καὶ σέμες.) De his Hebræorum appellationibus agit eruditissimus Serrarius noster L.I. de tribus Sectis, C.II & in Minervali, Lib. IV. C.III. Ea sic Hebraicè concipienda sunt. חמה, vel שמש: ירח vel הלבנה. Duorum seqventium nomina, qvod eorum origo sit incerta, non satis ἐξεβραΐζεσθαι qveunt; Χωχὲβ Οχμωλ, & Χωχὲβ Οχμόθ. Qvorum prius Οχμωλ forte à קטל, qvod est succidere, alterum à חמד qvod est concupiscere, qvia Mercurius lucrionibus, & negotiatoribus qvæstus avidissimis præsidet. Nam qvod Scaliger Ocmol ad Camulum, qvi in veteri Inscriptione extat, pertinere defendit, non probat. Seqvitur כוכב נגה. Veneris stella σεράα, vel λεβνὴ. Prior vox, a ירח, ut Serrario visum est, deducta; qvasi ירח: posteriorem à ירח malim, qvam à לחם. Nam & Assyrii Αφροδίτην Μύλιττα; Arabes Αλίττα nuncuparunt. Authot Herodotus Clio. מולדתא ἡ γενέτειρα. Deniqve כוכב שבת Sabbati stella rectè Saturnus dicitur.

Ἀλλὰ καὶ τὰ ματαίως νομιζόμενα.) Vellem clariùs hæc ipsa στοιχεῖα declarasset. Nam valdè est obscurum, qvomodo XII hæc Signorum vocabula εἰς ἀριθμὴν στοιχείων νομιζόμενα dicantur. An hoc voluit, hæc à Gentilibus velut elementa, & στοιχειώδη, vel συνέχοντα τὸ ἀνθρωπίνου βίου esse constituta? An id potiùs, qvod interpretatione nostra expresimus? Nam Signa Zodiaci dividuntur vel κτ̃ διάμετρον, vel κτ̃ τρίγωνον, vel κτ̃ τετράγωνον; de qvibus Geminis P.21. Ex iis partitionibus, secunda, qvæ est κατὰ τρίγωνον, qvadrifariam Signiferum orbem dividit: Primum segmentum Boreale dicitur: Secundum Australe: Tertium Zephyricum: Qvartum Subsolanum. Qvæ qvidem ad nativitates, συμπάθειας τῶν γενέσεων à Genethliacis accommodantur & ait Geminus: qvod in certis sideribus mutua qvædam consensio & conspiratio inesse credatur. Eadem illa segmenta suis qvæqve elementis assignarunt. Qvæ omnia in hoc Diagrammate intueri licet.

Βόρειον τμῆμα.		Νότιον.		Ζεφυρικόν.		Ἀφηλιωτικόν	
Ignis		Terra		Aer		Aqva	
Aries	♈	Taurus	♉	Gemini	♊	Cancer	♋
Leo	♌	Virgo	♍	Libra	♎	Scorpius	♏
Sagittarius	♐	Capricornus	♑	Aqvarius	♒	Pisces	♓

Ad hunc itaqve sensum duodecim signa pro elementorum numero partita scribit Epiphanius. Jam hæc verba ἃ ζώδια καλοῦσι. Cornarius ita vertit:

qvæ animalia vocant: Ex qvo manaſſe puto, ut viri qvidam eruditi ſcripſerint Epiphanium referre, Phariſæos aſtra cœli animata conſtituiſſe, hac ipſa Hæreſi XVI; qvod in Eccleſiaſt. Annal. ad A. C. LX legitur. Sed id ſecus ſe habet. Nam ne litera hoc qvidem ulla ſignificavit Epiphanius. Sed hoc unum docuit, Phariſæos cœleſtibus ſignis, ac ſideribus certa indidiſſe nomina, qvæ ferè à Gentilibus uſurpabantur, maximè duodenis illis ſignis, qvæ vulgò ζῴδια vocantur. Qvare nos ambiguitatis cavendæ gratia *Zodia*, qvam *animalia* vertere maluimus. Nam ex hoc fonte non ſatis cautæ interpretationis falſa de Epiph. teſtimonio ſententia profluxit. Qvanqvam non illud ignoramus, à nonnullis Hebræorum Doctoribus cœleſtes orbes anima intelligentiaqve præditos exiſtimari; Qvam Rabbi Moſis opinionem David Kimchi in Pſalm. XIX his verbis explicat: והרב מורה צדק החכם רבי משה פירוש מספרים על השמים כי דעתו ודע הפילוסופים כי הגלגלים חיים משכילים עובדים לאל ומשבחים אותו שבח גדול *Rabbi Moſes,* inqvit, *vocem illam,* enarrant, *ſic exponit, ut ad cœleſtes orbes referat: Qvoniam hæc illius ac Philoſophorum opinio eſt: cœleſtes orbes vivere, & intelligere, ac Deum colere, ſummisqve laudibus afficere.* Hinc *cœlicolas* Judæos ab Imperatoribus Cod. de Judæis & Cælicolis appellari cenſet Baronius loco citato, qvod aſtra, cœlumqve colerent. At Scaliger nominis rationem affert aliam. De qva ad ultimam Hæreſin opportunius differemus. Cæterum hûc referri poteſt, qvod apud Orig. Lib. I. Celſus Judæis objiciebat: *λέγων αὐτοὺς σέβειν Ἀγγέλους, καὶ γοητείᾳ προσκεῖσθαι.*

N. III. *Ταῦτα δέ μοι ἐκ τῆς εἰς στερέωσιν.*) Phariſæi etſi Fatum agnoſcerent, non humana tamen omnia ex eo pendere ſtatuebant: neqve liberam hominis voluntatem, atqve arbitrarii poteſtatem è medio tollebant: uti pluribus explicat Joſephus Lib. XVII Orig. Cap. II, & Lib. II *ἁλώσ.* Cap. XII. Qvare nihil erat, cur Epiphanius ſeqventem adverſus aſſertores fati diſputationem contra Phariſæos potiſſimum dirigeret; qvatenus ea res ad humanas actiones, earumqve libera conſilia pertinet, qvæ Phariſæos neqvaqvam ſuſtuliſſe, Phariſæus aſſerit Joſephus.

AD HÆRESIN XVII, QVÆ EST HEMEROBAPTISTARUM.

Commune Judæis omnibus, & imprimis Phariſæis fuiſſe Marcus Evangeliſta teſtatur Cap. VII, 3 & 4, ut & manus freqventer abluerent, & à foro redeuntes baptizarentur. Qvare non videtur peculiaris hæc ſecta Judæorum extitiſſe; niſi ita dicamus: nonnullos, qvi ſe ſanctitate præſtare cæteris vellent, non modò qvoties à foro redirent, verum etiam tametſi pedem domo non extuliſſent, de die ſæpiùs lavare conſveviſſe. Cujusmodi Banus ille fuit, cui ſe Ioſephus in diſciplinam tradidit, ut in vita ſua ſcriptum reliqvit. Hunc enim refert, *ψυχρῷ ὕδατι τὴν ἡμέραν, καὶ τὴν νύκτα πολλάκις λουόμενον πρὸς ἁγνείαν.* Sic Eſſeni apud eundem Ioſephum Lib. II, Cap. VII corpus ante cibum abluebant frigida. Qvid igitur Hemerobaptiſtæ illi, qvos Epiphanius refert, meruerint, ut diſtinctam ab aliis Sectam efficerent, non ſatis diſcernimus.

OY *μὴν ἐξισυμένη τοῖς Σαδδουκαίοις.*) Qvi prima ſpecie verborum iſtorum ſenſus occurrit, is eſt, qvem non modò nos ipſi, ſed etiam Cornarius expreſſit. Hermerobaptiſtas non ſolùm in neganda mortuorum reſurrectione, verùm in reliqva omni dogmatum falſitate concordare cum Sadducæis. *οὐ μὴν ἐξισυμένη μόνον*, inqvit, *τοῖς Σαδδουκαίοις ἐν τῇ τῶν νεκρῶν ἀναστάσει, ἀλλὰ τῇ ἀπιστίᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις.* Sed hæc ſententia ab iis, qvæ paulo ante leguntur, tùm in Breviatio Sectarum hujus libri, & in univerſarum Anacephalæoſi repériuntur ab Epiphanio, vehementer diſſidet. Nam ubiqve conſtanter aſſeritur, Hemerobaptiſtas à Judæis reliqvis nulla in parte diſcrepare; ſive, ut hoc loco ſcripſit, à Scribis, & Phariſæis. Qvod ſi communem cum Sadducæis negarionem reſurrectionis habuerint, aliaqve dogmata, qvibus iſti à Phariſæis, & Scribis tantopere abhorrebant, ut ad Samaritanos accederent, qvemadmodum in illorum declaranda Hæreſi teſtatus eſt; profectò multùm cùm à reliqvis Judæorum factionibus, tùm à Phariſæis, ac Scribis Hemerobaptiſtæ ſeparati ſunt. Qvæ me ratio commovet, ut aliter Epiphanii verba interpretanda judicem, adeoqve contrario ſenſu: ac prior ille eſt, qvam in Latina verſione poſui. OY *μὴν ἐξισυμένη*, inqvit, *τοῖς Σαδδουκαίοις*: *Non tamen cum Sudducæis congruens*, hoc uno capite, qvòd mortuorum reſurrectionem non, ut illis viſum eſt, abneget, qvanqvam reliqva in perfidia, & adverſus Chriſtum præcipuè contumaciâ, Sadducæorum, ac cæteratum Judaiſmi Hæreſeon gemina ſit.

AD HÆRESIM XVIII, QVÆ EST NAZARÆORUM.

Nazareni qvinam veteri in lege fuerint, nemini eſt ignotum. Sed ii ferè ad tempus, non perpetuò ſibi delectum ciborum indicere conſveverant. Tametſi perpetui qvidam erant Nazaræi: cujuſmodi Sampſon extitit. Deinde non uſqve eo impietatis proceſſerant, ut Pentateuchum Moſis, ac legem repudiarent: qvod Nazarenos iſtos factitaſſe ſcribit Epiphanius. Qvi non modo inter Judæorum ſectas Nazarenos recenſet, ſed etiam Chriſtjanis adſcribit. Vide Hæreſin XXIX. Qvamvis hoc intereſt, qvòd Judaicos iſtos *Νασαραίους*, Chriſtianos *Ναζωραίους* appellet. Sanè Chriſtianos Judæi נצרים nominant, ut Elias in Thisbi docet, à Nazaretho Galilææ oppido; Chriſtus ipſe Nazarenus appellatus eſt, & Nazaræus, tam נזירי, qvàm נצרי, ut Hieronymus indicat in Cap. III. Matth. Nazaræi veteres נזירים proprie vocati, qvaſi *ſancti, & ſeparati.* Sed cum Epiphanius duo illa genera diſcernat: ſuſpicor priores & Judaicos נזירים *Nazaræos*, poſteriores, qvi in Chriſtum crediderant, נצרים *Nazaræos*, nominari. Vide Hieron. in Cap. XI. Eſaiæ. Philaſtrius Nazaræorum hæreſin inter Judaicas ſectas numerat: ſed legem & Prophetas amplecti ſcribit, neqve qvicqvam iis aliud attribuit, qvàm qvod Nazaræi veteres obſervare ſolebant. Qvo nomine inter Hæreſes cooptari non debuerunt. At *Νασαραῖοι*, qvos hîc deſcribit Epiphanius, legem Moſis abnegabant: qvod eſt idem ac Judaiſmum *ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως* evertere. Unde ne ad poſteriores qvidem Nazarenos; qvi Chriſto nomen dederunt, qviqve privatam in Chriſtianiſmo ſectam inſtituerunt, poſſunt

referri.

referri. Siqvidem Nazaræi illi, qvibus cum usum & consvetudinem habuit Hieronymus, qvibusqve XXIX. Hæresim assignat Epiphanius, vetus omne Testamentum admisere, ut ambo illi Patres affirmant: qvod Judaica ista secta funditus rejecisse videtur, qvandoqvidem Pentateuchum Mosis Judaismi medullam funditus proscripsit. Sed ejusmodi Judaici nominis Hæresin haud scio an alius præter Epiphanium commemoraverit.

Καὶ ὅπου ἡ δρῦς Μαμβρῆ.] Celeberrimus apud posteros locus ille fuit, ad usqve Constantini magni tempora, qvibus tam a Judæis, & Christianis, qvàm à Gentilibus freqventes religionis ergò conventus, ac mercatus illîc habiti, qvos Constantinus Edicto sustulit. Sozomenus L. IIC. III.

AD HÆRESIM XIX, QVÆ EST OSSENORUM.

Qvos Ossenos hîc appellat Epiphanius, Ὀσσαίους Hæresi XXX, & LIII. nominat, ut Scaliger observat: qvemadmodum Ἐσσαῖοι, & Ὀσσηνοὶ pro iisdem accipiuntur. Ex qvo nimirum colligit τὸν nonnisi κατὰ παραγωγὴν in Græco esse, neqve radicale videri, uti nec in Essenorum vocabulo. Addit Ὀσσηνοὺς eosdem esse cum Ἐσσηνοῖς: utrosqve enim esse: חסאי qvia sæpenumero holem pro scheva, & vicissim scheva pro holem usurpatur. Hanc conjecturam duobus potissimum argumentis adstruit: Alterum, qvod multa in eorum instituto veterum Essenorum vestigia comparent: utputa ἡ τῶν Ἀγγέλων θρησκεία, cibus ex sale, & pane, potus ex aqva: Tum qvod Osseni Solem adorarunt, unde & Sampsæi dicti. Nam Sampsæi, qvorum est Hæresis LIII, iidem cum Ossenis videntur. At Essenorum proprium hoc fuit, Oriente Sole preces fundere. Alterum est, qvod Elxai impostor ille, qvi ad Ossenos transiit, Essenus fuerit. Nihil enim aliud est Ἐλξαῒ qvam ὁ Ἐσσαῖος אל חסאי ut id sectæ, non hominis proprium extiterit. Sed ea Scaligeri conjectura eatenus à nobis probatur, ut nihil supra conjecturam ac probabilem opinionem habeat. Et qvidem cum tria apud Judæos ante Christum sectarum capita fuerint; Pharisæorum, Sadducæorum, & Essenorum, cæteræ omnes, qvæ ab Epiphanio, vel aliis memorantur, Hæreses ad illarum qvampiam meritò revocantur, à qva initio profluxerunt. Qvanqvam paulatim novis ad institutum ritibus, ac dogmatibus adiiciendis, aut contra veteribus reiiciendis, multum à priore forma deflexerint. Qvamobrem ab Essenis Ossenos istos manasse credibile est; tametsi plurima illis contraria dogmata Osseni postmodum adstruxerint: qvod ex Epiph. constare potest.

Ὡρμῶνται δ' οὗτοι.] Unde & Sampsæi profecti. Qvi meri sunt Osseni, nisi qvod ad communem superstitionem utcumqve Christiani nominis professionem adjunxerant. Horum igitur domicilium in Peræa fuit, ut Hæresi LIII. scriptum est, πέραν τῆς ἁλυκῆς, ἤτοι νεκρᾶς καλουμένης θαλάσσης, ἐν τῇ Μωαβίτιδι χώρᾳ περὶ τὸν χείμαρρον Ἀρνῶν καὶ ἐπέκεινα, ἐν τῇ Ἰτουρέᾳ καὶ Ναβατίδι. Ex qvibus fortassis emendanda vox τῆς Ἀρηϊλίτιδος, qvæ hoc loco legitur, qvæ nusqvam reperitur: proqve ea substituendum Ἀρωηρίτιδος ab Aroer, qvæ & Ar vocatur, Moabitarum urbe freqventissima, qvæ Græcis est ἀρεόπολις, ad torrentem Arnom, ut ad C. XII. Josue Masius observat. Possumus & Ἀρνωνίτιδος à torrentis nomine suspicari scriptum.

Τοῦτο δὲ τὸ γένος τῶν Ὀσσηνῶν.] Qvasi à verbo חסן profectum sit, qvod in Aramæa lingva *fortem esse*, vel *roborare* significat, alii ab Hebræo עז deducunt. Scaliger non dubitat, qvin Ὀσσηνὸς ut Ἐσσηνὸς κατὰ παραγωγὴν conceptum sit ἀπὸ τοῦ

חסאי, ut idem ſit Οσσαῖος, & Οσσηνός. Nam ejuſmodi Patronymicæ inflexiones in ηνὸς Arabum, & Aſianorum propriæ ſunt, ut idem ex Stephano in Αβασηνὸς docet, cum Europæi aliter forment.

Συνήφθη δὲ τούτοις μετέπειτα.] De Elxai meminit, ut dictum eſt, in Sampſæorum Hæreſi. Qvod ſectæ nomen eſſe, non hominis, proprium ariolatur Scaliger. Etenim Arabicus articulus אל cum appellatione ſectæ, hoc eſt חסאי Εσσαῖος nomen illud peperit אל־חסאי Ελξαῖος, ὁ Εσσαῖος. Qva etiam ratione ejusdem frater Ιεξαῖος pro Εξαῖος ab Epiphanio nuncupatur, ſicut Ιεσσαῖος pro Εσσαῖος. Sed hæc mera Scaligeri divinatio eſt.

Αλας καὶ ὕδωρ, καὶ γῆν, καὶ ἄρτον.] Friget Scaligeri conjectura, qvi in Elencho Trihæreſii Cap. XXVII, ſuperſtitioſum Oſſenorum jusjurandum per ſolem, panem & aqvam, ad Eſſenorum victum refert, qvi pane, ſale, & aqva conſtabat. Porrò & hæc, & qvæ deinceps ſeqvuntur, documento eſſe poſſunt, Oſſenorum Sectam ab Eſſenis valde diverſam fuiſſe.

N. II. *Διὰ τὸ Ἰηλ καλεῖσθαι.*] Hebraicè ita concipienda ſunt חיל כסי, vel חיל כסא *virtus abſcondita.*

N. III. *Εἴκοσι τεσσάρων μὲν χοινίων.*] Hac ratione Schœnus miliaribus conſtat IV, ſtadiis: ut in miliaria ſingula XVI imputentur, LXIV. Herodotus Euterpe. *Ὅσοι μὲν γὰρ γεωπεῖναί εἰσιν ἀνθρώπων, ὀργυιῇσι μεμετρήκασι τὴν χώρην· ὅσοι δὲ ἧσσον γεωπεῖναι, σταδίοισι· οἱ δὲ πολλὴν ἔχουσι, παρασάγγῃσι· οἱ δὲ ἄφθονον λίαν, σχοίνοισι· δύναται δὲ ὁ μὲν παρασάγγης τριήκοντα στάδια· ὁ δὲ σχοῖνος ἕκαστος μέτρον ἐὸν Αἰγύπτιον ἑξήκοντα στάδια.*

Αβαρ Ανιδ, μωιδ.] Non eſt facilè ex Hebraicis hiſce verbis eam ſententiam elicere, qvam ſubjecit Epiphanius. Nos ita tentavimus: יעבר עני דמאביתי נבילא דאסנן עני דאסנן נבילא מאביתי עני דעבר בשליחות שלם

Hoc eſt: *παρελθέτω ταπείνωσις ἐκ πατέρων μου, τῆς δολιότητος, τῆς καταπατησάσης αὐτὸν, καὶ πόνου καταπατήσαντος αὐτὸν, τῆς δολιότητος ἐκ πατέρων μου, τῆς ταπεινώσεως τῆς παρελθούσης, ἐν ἀποστολῇ τελειώσεως.* Ubi nonnulla neceſſario commutavimus; qvod aliter extricari ſententia non poterat. Sed imprimis τὸ νωχιλὲ, qvod *καλάκεισιν* nullo modo ſignificat. Niſi qvid aptius ac melius Hebraicæ lingvæ peritiores repererint, qvod non deſperamus. At Scaliger loco citato nullam in iſta verborum conceptione precandi formulam ineſſe putat; ſed tres *γνώμας*, ac magiſtrorum ſententias. Prima eſt בעבר עני מיבא נבילא hoc eſt *ταπεινοφροσύνης παρελθούσης ὑπεισάγεται δολιότης. Qvi humilitatem abdicavit ſæpè fit fraudulentus.* Secunda ראשים עני ראשים נבילא *καταπατοῦντες πενίαν καταπατοῦσι δολιότητα. Qvi conculcant paupertatem conculcant fraudem.* Tertia deniqve; מיבא עני עבר שלם *ὑπεισελθούσης ταπεινότητος ᾤχετο ἀσπασμός, Qvi ex divite pauper factus eſt, non ſalvatur utante.* Qvocirca ab Hebræo illo, qvem Epiphanius conſuluerat, fucum eſſe factum exiſtimat. De qva re amplius videndum. Apparet autem in priore ſententia, qvam Epiphanius exponit, ante שלם deeſſe vocabulum, qvod τὴν Αποστολὴν ſignificet. pro qvo שליחות ſubſtituimus.

AD HÆRESIM XX HERODIANORUM.

Herodianos, qvorum in Evangelio mentio eſt, alii ab Herode magno, alii ab eius filio Herode Antipa nominatos exiſtimant. Priorem ſententiam tuetur Epiphanius; qvi & Herodianorum ſectam, ac dog-

ma copiosè perseqvitur. Cum autem de Herode, deqve Herodianis accuratissimè, eruditissimeqve Serrarius noster prculiari in opere disputaverit, neqve qvicqvam, qvod eò pertineret, intactum, indictumqve reliqverit, supervacuum existimamus verbum amplius ullum super ea re facere; cum ad manum sit liber ille, in qvo de Herodis genere, conditione, deqve Herodianis, ac cæteris, qvæ hoc loco attigit Epiphanius, diligenter explicavit, ac Scaligeri *ἀναπόδεικτα* de Herode somnia validissime refutavit.

Ἐπειδή περ ὁ Ἡρώδης υἱός) De Herodis parente, avoqve à Josepho dissentiunt Africanus, Eusebius, Epiphanius, aliiqve Patres omnes. Etenim ille Antipatrum Idumæum Herodis patrem prædivitem ac potentem fuisse scribit, avum autem Antipam Idumææ ab Alexandro Rege præpositum. At Patres avum Herodis, & parentem obscurissimos, ac pauperrimos extitisse memorant, ut cum Antipater, à qvo Herodes genitus est, captus ab Idumæis esset, redimi à patre suo propter inopiam minimè potuerit. De hac qvæstione consule qvæ Serrarius citato loco tradidit.

Ὕστερον δὲ ἐφιλιώθη Δημητρίῳ.) Demetrius iste cognomento Εὔκαιρος à Iudæis Alexandro regi suo infensis ad auxilium vocatus cum eo pugnavit, & prælio superavit. Sed cum Alexander in montes sese recepisset, ad eumqve plurimi confluxissent, territus Demetrius relicta Iudæa contra Philippum fratrem bellum aggressus est. In qvo à Parthis captus morbo apud eosdem extinctus est. Qvamobrem nihil cum eo Herodis parens Antipater commune habuit, nedum ut ab illo Iudææ præfecturam obtinuerit. At Herodis avus Antipas, qvo parente natus est Antipater, Alexandro regi percharus, ab eoqve Idumææ præpositus est, authore Iosepho Lib. XIV, Cap. II. Suspicamur itaqve multipliciter hallucinatum Epiphanium: primùm qvod Demetrium pro Alexandro posuerit. Tum qvod Herodis parentem pro avo; Iudæam pro Idumæa imprudens usurpaverit. Qvamvis qvod ad Præfecturam attinet, alibi sæpè Antipatrum Herodis parentem Judææ Procuratorem ab Augusto factum asseverat. De qvo ad Hæresim LI dicturi sumus.

Περιτέμνεται τε καὶ αὐτός.) Negat hoc Scaliger in Eusebianis Animadversionibus qvòd Idumæus esset Antipater. At Idumæi omnes ante plures annos inter Judæos adscripti. Sed hæc eruditè à Serrario nostro refelluntur.

Pag, 47. *Εὐδημία Χριστοῦ.*) Qvæ hìc ab Epiphanio de Salvatoris ortu, cunabulis, ac postremò Passione dicuntur, nec non & de Augusti, atqve Herodis annis, opportunius ad Hæresim LI explicantur. Ubi de anno Dominici Natalis, ac Passionis, ac reliqvis, qvæ eodem spectant, agendum erit pluribus.

AD HÆRESIM XXI, QVÆ EST SIMONIANORUM.

N. I. *Σίμωνος γὰρ γίνεται.*) Vide Justinum Apolog. II, Irenæum Lib. I. Cap. XX. Philastr. Augustinum, Theodoretum. Clement. Alexandr. 2. Strom. Eusebium Lib. II, Hist. Cap. XI, Niceph. Ruff. & alios. Sed mirum est, qvod in calce VII Strom. Clemens asserit Simonem Marcione posteriorem fuisse. Ubi Catholicam Ecclesiam Hæresibus universis ætate superiorem esse docens. *Κάτω δὲ περὶ τοὺς Ἀδριανοῦ τοῦ Βασιλέως χρόνους οἱ τὰς Αἱρέσεις*

1

ἐπινοήσαντες γεγόνασι, καὶ μέχρι γε τοῦ Ἀντωνίνου τοῦ πρεσβυτέρου διέτειναν ἡλικίας. Tum Basiliden, & Valentinum enumerat. Moxqve subjicit. Μαρκίων γὰρ κατὰ τὴν αὐτὴν αὐτοῖς ἡλικίαν γενόμενος ὡς πρεσβύτης νεωτέροις συνεγένετο. Μεθ' ὃν Σίμων ἐπ' ὀλίγον κηρύσσοντος τοῦ Πέτρου ὑπήκουσεν. Ergo Simon Marcione posterior est? Manifestus itaqve error est. Ut & illud qvod scribit: Hæreticos omnes sub Adriani extitisse tempora. Constat enim Simonem vivente adhuc Petro sub Nerone mortuum esse. Sed qvid est qvod idem Clem. Strom. II de Simonianis loqvens iis verbis significat? Οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Σίμωνα τῷ ἑστῶτι, ὃν σέβουσιν, ἐξομοιοῦσθαι τρόπον βούλονται. An stantes orabant? aut qvippiam aliud ad eum modum agebant?

Ἀπὸ Γιτθῶν.) Steph. γίττα πόλις Παλαιστίνης. Πολύβιος ἑκκαιδεκάτῳ τὸ Ἐθνικὸν Γιτταῖος. Ita & Justinus Apol. 2. Theodor. Γιτθῶν.

Λογισάμενος δῶσειν.) Evpungenda vox δῶσειν, atqve ita deinceps scribendum. λογισάμενος πολλὴν δὴ ἀντὶ ὀλίγου. Nisi retenta voce δῶσειν sensus ille qvem expressimus magis arrideat.

N. I. Ἀπὸ τοῦ ἐν τῇ μαγείᾳ.) Hinc Simoniani omnes Magi. Irenæus: *Et qvæcunqve sunt alia parerga, apud eos studiosè exercentur.* Corrigendum *perierga:* ut Act. XIX, 19. *Qvi erant curiosa sectati.*

Ἑλένην τοὔνομα.) Selenem vocant alii, ut Iren. L. I. Cap. XX: Cyrillus, Aug. & alii. Vide Tertul. L. de An. C. 34.

Ἡ καὶ Προύνικος.) Dicam de ea voce ad Nicolaitarum Hæresim.

Βαρβηρὼ ἤτοι Βαρβηλώ.) Syriaca vox esset videtur Barbelo בר בעלא filius Bahalis, id est Jovis. Ut enim Verbum æterni Patris filius: sic impurus iste ἔννοιαν suam, hoc est Helenam videri voluit velut fœtum qvendam esse suum; ut Justinus narrat, τὴν ὑπ' αὐτοῦ ἔννοιαν πρώτην γενομένην.

Εἰς συλλαγωγίαν.) Ita ex Reg. Cod. emendavimus pro eo qvod erat ψυχαγωγίαν.

N. III. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ γεγραμμένον.) Tert. *Hanc igitur esse ovem perditam, ad qvam descenderit pater summus, Simon scilicet,* &c.

N. IV. Ὀνόματα δέ τινα ὁ αὐτός.) Tert de Præscr. C. 33. *Simonianæ autem magiæ disciplina Angelis serviens, utiqve & ipsa inter Idololatrias deputabatur, & à Petro Apostolo, in ipso Simone damnabatur.* Hæc est Angelorum λατρεία, qvam Magis usitatam esse docet Clem. Alex. 3. Strom. Ἀμέλει διὰ φροντίδος ἐστὶ καὶ τοῖς Μάγοις οἴνου τε ὁμοῦ, καὶ ἐμψύχων, καὶ ἀφροδισίων ἀπέχεσθαι, λατρεύουσιν Ἀγγέλοις καὶ Δαίμοσιν. Hinc Conc. Laod. Can. XXXV. Ὅτι οὐ δεῖ χριστιανοὺς ἐγκαταλείπειν τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀπιέναι, καὶ Ἀγγέλους ὀνομάζειν, καὶ συνάξεις ποιεῖν, &c. Qvæ Angelorum ὀνομασία ad Magorum præstigias, superstitiososqve cultus referri debet. Ut & illud Pauli ad Coloss. C. 2. μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ καὶ θρησκείᾳ τῶν Ἀγγέλων, Ex qvo illud apparet, qvàm inepte ab Hæreticis ad stolidissimi erroris patrocinium uterqve ille locus afferatur. Mirum est verò qvod in Ecclesiasticis Annalibus legitur, de illa Angelorum θρησκείᾳ nullam ab Epiphanio mentionem esse factam. Qvid enim clarius, qvàm qvòd Epiphanius hoc loco narrat: Simonem Angelorum nescio qvas appellationes esse commentum: nec aliter obtineri posse salutem asseverasse, qvam si qvis summo Parenti per easdem illas Potestates ac Dominationes sacrificium offerret? An non hæc est θρησκεία τῶν Ἀγγέλων?

Atenim Angelos, qvos mundi conditores fecit, detestatus est Simon, suisqve vetuit προσέχειν τούτοις, ut ait Theodor. & Irenæus: Qvi igitur convenit, ut θρησκείαν illis adhibuerit? Sed nimirum utrunqve verum est. Angelos mundi conditores contemnendos esse docuit eatenus, ut supra illos attollendos se esse crederent, & ad summum illum Patrem emersuros. Ac nihilominus tamen, qvandiu in hac vitâ degerent, execrandis illis mysteriis ac ritibus placandos; ne evolantes è corporibus animas pro suo jure retinerent. Qvod Gnostici postmodum arripuerunt. Qvorum illud erat, τὰ σαρκικὰ τοῖς σαρκικοῖς ἀποδοτέον.

N. V. Η τίνι τῷ λόγῳ τὸ ἐπίθετον.] Qvid tandem sibi vult Epiphanius? Negat enim Simonem ullam sibi appellationem indidisse. At qvis is trium sibi personarum nomina vendicabat, & δύναμιν inter cetera θεοῦ sese nominabat: hoc est, ut ego interpretor Dei filium. Vide Iren.

Εν μέσῃ τῇ τῶν Ρωμαίων πόλει.] Hanc Historiam veteres omnes Patres post Justinum referunt; Eusebius, Cyrillus, & alii. Sed de statuâ Simoni cum hac inscriptione positâ, SIMONI DEO SANCTO, vir qvidam eruditus addubitat: qvi Justinum Græcum hominem errore deceptum putat, cùm vulgarem illam ac passim extantem ἐπιγραφὴν legisset SEMONI DEO SANCTO, Simonem pro Semone accepisse. Qvæ mihi conjectura sanè probabilis est visa.

AD HÆRESIM XXII. *QVÆ EST MENANDRI.*

De Menandro Tertul. de Præscr. C. XLVI. *Post hunc Menander discipulus illius, similiter magus, eadem dicens, quæ Simon ipse: quicquid se Simon dixerat, hoc se Menander esse dicebat, negans habere quemquam posse salutem; nisi in nomine suo baptizatus fuisset.* Vide Euse. Lib. 3. Hist. Cap. 20. Justinum Apol. 2. August. Philast. &c.

N. I. Ος ἀπὸ Σαμαρειτῶν ὁρμώμενος.] Justinus: ἀπὸ κώμης Καππαρεταίας. Theodoretus; ἀπὸ χαβραὶ κώμης οὕτω καλουμένης.

Εαυτὸν δὲ ἔλεγε δύναμιν.] Atqvi Iren. Lib. I. Cap. XXI scribit Menandrum dixisse primam virtutem incognitam omnib. esse: se verò ad hominum salutem ab Angelis esse missum. Qvare non μεγάλην illam se esse Δύναμιν asseruisse videtur; ut ipsius magister, & erroris architectus; sed minorem qvandam. Qvod & disertè Theodor. asserit. Εαυτὸν δὲ, inqvit, οὐ τὴν πρώτην ὠνόμασε δύναμιν. ἄγνωστον γὰρ ἔφησε ταύτην ἀλλ' ὑπ' ἐκείνης ἀπεστάλθαι βρενθυόμενος. Qvod si ita est, qvî verum esse potest, qvod subiicit Epiphanius; majorem se Menandrum antecessore suo ac præceptore jactasse? Nisi fortè mendacii hac in parte Simonem arguens, eumqve in ordinem redigens, sibi ipsi inferiores illius Δυνάμεως nomen ac dignitatem arrogavit. Qvem ad sensum revocanda sunt Tertulliani verba; ut qvia δύναμιν se esse dicebat, etsi non eandem, qvam Simon, præ se ferret, idem de se professus fuisse dicatur.

Εἰς τὸ ἑαυτῶν Μυστήριον.] Privatum qvoddam Baptismi genus Menander habuit; qvo qvi initiati essent immortales fore hac in vita persvaserat. Justinus Apol. II, Irenæus, Eusebius.

N. II. Στραφεῖσα αὐτὴ, καὶ ἀπὸ τῆς κέρκου.] Sic apud Spartianum in Antonino Pio: *Visus est in Arabia jubatus anguis major solitis, qui se à cauda medium comedit.*

AD HÆRESIN XXIII SATURNILIANORUM.

Authorem Hæresis istius *Saturninum* Irenæus appellat; ut & Philastrius, atqve Augustinus. Iustinus verò Dialogo cum Tryphone, & Theodoretus *Saturnilum.*

N. I. Παρακυψάσης φωνῆς.] Iren. *lucida imagine apparente:* qvasi esset φωτεινῆς εἰκόνος.

Ὑπὸ ϑῆξιν ἀναπῆναι.] Utitur hac loqvendi ratione aliqvoties Epiphanius. Sed corruptè nonnunqvam ϑίξιν pro ϑῆξιν habent exemplaria. Est autem ϑῆξις Hesic. ῥοπὴ, στιγμὴ, τάχος.

Ποιήσωμεν ἄνϑρωπον.] Minus igitur accuratè Theodoretus usurpatam ab illis in hac sententia vocem ἡμετέραν scribit.

Τὸ δὲ κάτωϑεν καὶ αὐτό.] Forte καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Σωτῆρα φάσκει, &c.

N. II. Φάσκει γὰρ οὗτος.] Neqve hic mihi locus integer videtur. Suppleri fortasse potest ex Theodoreto. Οὗτος τῷ Μενάνδρῳ παραπλησίως ἕνα ἔφησεν εἶναι πατέρα πᾶσιν ἄγνωστον. τοῦτον δὲ τοὺς Ἀγγέλους δημιουργῆσαι, καὶ τὰς ἄλλας δυνάμεις. Qvod autem apud Epiphan. subjicitur ἀπὸ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως, indicat deesse nomen aliqvod, puta τοῦ ἄνω πατρὸς, ad qvod pronomen αὐτοῦ pertineat.

N. III. Τούτους δ' οὐ μὴ ϑέμις ἐστίν.] Deest μέλλοντας.

N. IV. Περὶ δὲ τῶν κατὰ τὰς Θεοῦ.] For. τῆς Θεοῦ.

Τοῖς περὶ τὸν Ναϑαναήλ.] De altero illo Cleophæ socio alii aliter existimant. Pleriqve Lucam esse suspicati sunt. Ambrosius Ammaonem hunc vocat. *Videtur enim* (ait ad Lucæ C. XXIV) *se istis* XII *demonstrasse; sicut se Ammaoni & Cleophæ seorsum jam vespere demonstraverat.* Sed deesse apud Ambrosium aliqvid suspicor. Nam videtur *Ammaoni* loci vocabulum esse, levi depravatione, pro Emmaunti. Porrò alterius discipuli nomen substituendum.

N. V. ὡς ἀσπὶς παρ' ἐχίδνης.] In Collectaneis Prover. στρωματ. P. Schotti,

Ὡς ἀσπὶς παρ' ἐχίδνης τὸν ἰὸν δανείζεται.

Tertul. Lib. III. con. Marcio. Cap. VIII. *Desinat nunc Hæreticus à Judæo; Aspis, qvod ajunt, à vipera, mutuari venenum.*

AD HÆRESIM XXIV, QVÆ EST BASILIDIANORUM.

Basilides ad Antonini Pii tempora vixit, ut ait Clem. Alex. VII Stro. qvi qvidem Glauciam Petri Interpretem magistrum suum jactabat. De hoc sparsim idem Alexandrinus, Irenæus verò fusius Lib. I. Cap. XXIII, Eusebius Lib. IV. Hist. Cap. VI. Theodor. ac cæteri.

N. I. Μυϑοποιΐας ὑπερβαλλόμενος.] Forte τινὰς & ὑπερβαλλό.

N. II. Κατὰ διαίρεσιν κλήρων.] Non dubito qvin ad locum illum respexerint horum somniorum artifices, qvi est Deut. XXXII, 8. ex LXX Interpretum editione. ἔστησεν ὅρια ἐϑνῶν κατὰ ἀριϑμὸν Ἀγγέλων Θεοῦ.

Τὸ ὑπ' αὐτῶν ἐπέστησαν.] Forte ὑπ' αὐτῶν.

VI Δεῖ τοίνυν ὀρχεῖσθαι.] Scribe ἐρχεῖσθαι.

VII Τῦ Ἀβρασάξ.] Vide Baron. ad A. CXX.

Ἴσα τοῖς μαθήμασι διαιρῶν.] Hanc lectionem è Vaticano substituimus vulgatæ illi qvæ perspicuè corrupta videtur, & est hujusmodi, ἴσας τοῖς ποιητικοῖς διαιρέσεσι. Cornarius ποιητικοῖς legit. Sensus porro is esse potest. Basilidem CCCLXV illos cœlos ex Mathematicis rationibus, qvæ totidem dies annuo orbi præfiniunt, constituisse. Qvare ex iisdem illis Mathematicorum decretis paulo post hominem refutat. Qvippe cum præter CCCLX dies, VI insuper horæ tribuantur.

ΕΥρίσκεται γὰρ ὁ ἐνιαυτός.] Horæ apud Epiphanium Æqvinoctiales duas continent. Vide Hæres. LI.

ΕΙ γὰρ τῷ ἀνθρώπῳ ἐστί.] At R. Elias Thisbi in רמ״ח אברים יש באדם אבר CCXLVIII membra in homine sunt. At Epiphanius ait esse CCCLXIV. Nisi forte pro εἰ legendum sit ἐ. Ut sensus sit: non esse 365. membra. Tum enim & τξέ pro τξδ' substituendum erit.

N. VIII. Ὄψεσθε τὴν ζωήν.] Hic locus è Deut. XXVIII 66, de Christo à nonnullis PP. accipi solet: ut ab Aug. Lib. XVI. con. Faust. C. XXIII. Tertulliano L. con. Jud. C. XI.

AD HÆRESIM XXV QVÆ EST NICOLAITARUM.

De sectæ vel authore vel ἐπωνύμῳ Veteres à se invicem dissentiunt. Magistrum erroris fuisse præter Epiphanium censent Irenæus Lib. I. Cap. XXVII, Ignatius, Philastrius, & alii. At Clem. Lib. III. Strom. Nicolaum cum ab aliis animi ornamentis; tùm à temperantiâ commendat: ejusqve virgines filias fuisse narrat: sed ex qvadam sententia, qvam is coram Apostolis dixerat; δεῖν παραχρήσασθαι τῇ σαρκὶ, flagitiosi dogmatis occasionem esse natam. Sic enim ille Lib. II. Strom. Τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ φάσκοντες ἑαυτοὺς Νικολάου ἕπεσθαι ἀπομνημόνευμά τι τἀνδρὸς φέροντες ἐκ παρατροπῆς τὸ δεῖν παραχρῆσθαι τῇ σαρκί. Ἀλλ' ὁ μὲν γενναῖος κολούειν δεῖν ἐδήλου τάς τε ἡδονάς, τάς τε ἐπιθυμίας· καὶ τῇ ἀσκήσει ταύτῃ καταμαραίνειν τὰς τῆς σαρκὸς ὁρμάς τε καὶ ἐπιθέσεις. οἱ δὲ εἰς ἡδονὴν τράγων δίκην ἐκχυθέντες, οἷον ἐφυβρίζοντες τῷ σώματι καθηδυπαθοῦσιν.

N. II. ΟΙ μὲν τὸ Ἰαλδαβαώθ.] A ילד & אבות deductum videtur, qvasi *matricem patrum, ac propagatricem vim* dixeris.

N. IV. Προύνικον γὰρ ἐὰν εἴπωσι.] Προύνικος Hesychio bajulum ac mercenarium significat. ΟΙ μισθοῦ κομίζοντες τὰ ὤνια ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς, ὅς τινες παιδαρίωνας καλοῦσι, δρομεῖς, ταχεῖς, ὀξεῖς εὐκίνητοι, γοργοὶ, μισθωτοί. Idem ferè apud Suidam. Vulgò à πρὸ & ἐνείκω deducunt, aut à πρὸ & νεῖκος. Nam & ὑβριστὴν interpretantur; itaqve Phavorinus. Qvi & addit πόσθιον τὸ αἰδοῖον. Qvod depravatum videtur. Sed nemo notionis ejus, qvam Epiphanius ei voci tribuit, mentionem facit, ut idem sit qvod πορνεύεσθαι, vel φθείρειν. Ac suspicari licet in ea significatione dici, qvasi πορνικεύειν & πορνικόν. Vir qvidam doctus apud Diogenem in Xenocrate vocem illam ausus est rescribere, pro eo qvod vulgo legitur προυνικούς. Verba Diogenis hæc sunt: καί ποτε μέλλοι εἰς ἄστυ ἀπιέναι, φασὶ τοὺς θορυβώδεις πάντας καὶ προυνικοὺς ὑποστέλλειν αὐτοῦ τῇ παρόδῳ.

Verum ſine veterum authoritate codicum nefas eſt aliqvid immutare. Apud Heſychium verò, ut rectè obſervat idem, in vocabulo Σκιταλοι, ἀπὸ τῶν ἀφροδισίων, καὶ τῆς προυνικίας νυκτερινῆς. Ubi προυνικία pro re venerea uſurpata videtur.

Καυλαυκαὺχ γὰρ ἐν τῇ Ησαΐᾳ.] Locus ille Iſaiæ XXVIII, com. 10. & 13. legitur: ſed Hebraïca à LXX ſenioribus diſcrepant. צו לצו צו לצו קו לקו קו לקו זעיר שם זעיר שם: Præceptum ad præceptum, ſpes ad ſpem, &c. Vel; *Manda remanda, expecta, reexpecta*; qvod de ſacrilega mimeſi, ac dicacitate Judæorum interpretatur Hieronymus. At LXX. θλίψις ἐπὶ θλίψιν, ἐλπὶς ἐπ' ἐλπίδι. ἔτι μικρὸν, ἔτι μικρόν. Videntur צר pro צו legiſſe. Nec ideo accuſandus eſt Epiphanius; ut à neſcio qvo factum eſt, qvaſi Hebraïcè neſcierit. Hebraïca ut erant exſcripſit ille; Tum ad ſingula vocabula Græcam interpretationem adjunxit, cujuſmodi in Eccleſia paſſim exaudiri ſolebat: & ἑρμηνεύεται), dixit, hoc eſt ita à LXX redditur. Qvòd autem idem ille cenſet, Nicolaitas impuriſſimi Dei ſui nomen Καυλαυκαὺχ è Pſal. XXIX. ſumpſiſſe: ubi ita ſcriptum eſt קול הכח Vox robuſta; ac perperam Epiphanium ex Iſaia tranſtuliſſe, mihi non probat. Nam illis ipſis Iſaiæ verbis abuſos Hæreticos teſtis eſt Hieron. cujus hæc verba ſunt. *Hiſq; verbis abuti ſolet immundiſſima Hæreſis apud ſimplices quoſqve atqve deceptos, ut terrorem faciat novitate ſermonum; quod ſcilicet qui hæc verba cognoverit, & in coitu eorum meminèrit, abſqve ulla dubitatione tranſeat ad regna cælorum.* Nicetas Lib. I. Theſauri Nicolaitas ſcribit Prunicum mulierem, & Caulaucam veneratos eſſe.

AD HÆRESIM XXVI, QVÆ EST GNOSTICORUM.

Gnoſticorum appellatio, qvam impuriſſimi Hæreticorum uſurparunt, eximium qvendam, atqve exqviſitum animi ſtatum, ac ſanctitatis ſignificat, ut ex Alexandrino Clemente, aliiſqve colligere licet. Nam apud illum I. Pædag. Cap. VI. opponuntur οἱ Γνωστικοὶ τοῖς ψυχικοῖς, & πνευματικοὶ vocantur. Οὐκ ἄρα οἱ μὲν Γνωστικοί, οἱ δὲ ψυχικοὶ ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ. ἀλλ' οἱ πάντες ἀποθέμενοι τὰς σαρκικὰς ἐπιθυμίας, ἴσοι, καὶ πνευματικοὶ παρὰ τῷ Κυρίῳ. Sed in aliis στρωματέων Libris, & imprimis VII, de Gnoſticis, & γνωστικῇ δυνάμει pluribus diſputat: cujus τρία eſſe dicit ἀποτελέσματα: Nimirùm τὸ γινώσκειν τὰ πράγματα. δεύτερον, τὸ ἐπιτελεῖν ὅ,τι ἂν ὁ λόγος ὑπαγορεύῃ. καὶ τρίτον τὸ παραδιδόναι δύνασθαι θεοπρεπῶς τὰ παρὰ τῇ ἀληθείᾳ ἐπικεκρυμμένα. Qvare Gnoſtici ſunt homines perfecta ac ſingulari qvadam virtute, ac Divinarum rerum ſcientia præditi: nec ea qvidem vulgari; ſed abſtruſa ac reconditâ. Unde qvi à Nicolao, Baſilide, cæteriſqve propagati arcanas qvaſdam nugas, & execranda neſcio qvæ figmenta, velut Myſteria, traderent, Γνωστικοὺς ſe ab exqviſita illa rerum altiſſimarum notitia dici voluerunt. Auguſtinus: *Gnoſtici propter excellentiam ſcientiæ ſic ſe appellatos eſſe, vel appellari debuiſſe gloriantur.* Apud Socratem Lib. IV. Cap. XVIII, alias κβ′, corrigendus Interpres, qvi qvod Evagrius de inſigni qvodam Monacho ſcripſerat ad Mariam lacum habitante, προσοικεῖ δὲ αὐτῇ Μοναχὸς τῆς παρεμβολῆς τῶν Γνω-

ϛικῶν ὁ δοκιμώτατ☉: ita vectit: *In ea Monachus ex ſecta, Gnoſticorum vir ſpectatisſimus habitavit.* Fallitur. Neqve enim ex tam impura ſecta laudabilis ac probus exiſtere Monachus potuit: neqve de virtutibus tam exqviſitè diſputare. Qvare Γνωϛικὸς eodem ſenſu, qvo Clemens uſus eſt, & Evagrius ipſe, qvi Librum eo nomine inſcripſerat, accipiendus eſt; nempe ὁ καταξιωθεὶς τῆς γνώσεως: eximia divinarum rerum ſcientia præditus. Redeo ad Hæreſin Gnoſticorum, qvæ non una, ſimplexqve fuit: ſed univerſi fere, qvos fabulones Auguſtinus vocat: *qviqve*, ut idem ait, *fabulas vanas, eisqve longas, & perplexas contexuerunt*; Gnoſticorum appellatione cenſentur. Epiphanius infra Hær. XXXI ſub initium, decem Gnoſticorum genera facit, à totidem illorum propagata ducibus, qvos partim eodem illo loco, partim Hæreſi XXVII, N.I percenſet Sunt autem hi, Simon Menander, Saturnilus, Baſilides, Nicolaus, Carpocrates, Valentinus, Colorbaſus, Ptolemæus, & Secundus. Clemens Alexan. Lib. III. Strom: addit & Prodicum. Verùm certa qvædam, ac peculiaris ſecta fuit, qvæ ſibi Gnoſticorum nomen præ cæteris vendicarit; de qvibus hoc in capite agit Epiphanius; & alii, qvi de Hæreſibus ſcripſerunt: imprimisqve Tertullianus; qvi Scorpiacum contra Gnoſticos edidit; qvam qvidem Hæreſin Hieronymus contra Vigilantium ſcribens Cajanam vocat.

N. I. Ἐπειδὴ τὸ νυρά.] נורא Aramæa lingva ignem ſignificat. Qvòd autem Judæis poſt captivitatem familiaris ac popularis lingva Syriaca foret: ideò nota non βαθεῖα lingva, qvæ & למודים dicitur, ſed communi ac vulgari idem eſſe qvod ignem aſſerit. βαθεῖαν autem lingvam alludens ad Ezechielis locum dixit, qvi eſt Cap. III, 15. *Non enim ad populum profundi ſermonis, & ignotæ lingvæ tu mittêris.* Hebraica lingva אש ignem ſignificat, Aramæa אשתא. Qva voce ignem à Noëmo vocatum Beroſus prodidit. Atqve inde fortasſis Græci Ἑϛίας originem deduxerunt.

Οὗτοι τὰ τοῦ Φιλιϛίων☉.] Hieron. Apol. 2. con. Ruf. *Et qvaſi mimum Philiſtionis, vel Lentuli, ac Marulli ſtropham Eleganti ſermone confictam, &c.*

Καββᾶ γὰρ ἑρμηνεύεται.] Tam Hebraicè qvàm Syriacè tabernaculum, & fornicem ſignificat: nec non & proſtibulum, ac lupanar. Numer. qvoqve XXV, com. 8, LXX. μήτραν reddiderunt. Unde & πορνείας ſtupriqve notio. Φονοκτονίαν verò, ſive parricidium nuſqvam legere memini. Suſpicor Epiphanium נקב tanqvam à נקב derivatum accepiſſe, qvod eſt perforare.

Ἀγώγιμόν τι ποίημα.] Cornarius *illiciens Poëma.* Ἀγώγιμον eſt qvod advehitur, aut importatur. Nos *adſcititium* ex communi poteſtate interpretari maluimus. Qvanqvam N.XVII Pag. 100, ἀγώγιμον μῦθον in priori illa Corna. notione uſurpatur.

N. III. Παρὰ δέ τισι Φυσ Βορβοριανοί.] Theodoretus Barbeliotas, ſive Borborianos certos Hæreticos ſeparatim memorat, qvos & Naaſinos, & Stratioticos, & Phebionitas appellat, qvæ ſunt Gnoſticorum vocabula. Qvod ad vocem attinet κοδδά; notant קדרא eſſe ſcutellam, vel craterem teſtaceum.

N. VII. Τουτέϛι τῷ χρόνῳ.) Locum ex Vaticano Codice ſuæ integritati reſtituimus. Qvod ad Evangelici illius loci ſenſum attinet, eodem modo qvo Chry-

ſoſt. & Theophylactus exponunt, qvo Epiphanius.

N.IX. Καὶ ἅπερ ἡμεῖς ἐσθίομεν.) Idem Manichæi jactitare ſolebant, ut ex Aug. LL. adverſus Fauſtum apparet.

N.XI. Οὐκ ἤνεγκε λόγον βλασφημίας.) Aliter hæc in Canonica Judæ leguntur; V. 9. Ὁ δὲ Μιχαὴλ ὁ Ἀρχάγγελος ὅτε τῷ Διαβόλῳ διακρινόμενος διελέγετο περὶ τοῦ Μωυσέως σώματος, οὐκ ἐτόλμησε κρίσιν ἐπενεγκεῖν βλασφημίας. *Non auſus eſt judicium inferre, & accuſare blaſphemia.* At Epiphanius aliam fortaſſe lectionem ſecutus; *non tulit*, inqvit, *blaſphemiam.*

Ὡς καὶ ὁ μακάριος Παῦλος.) Clemens Alex. Lib. III. Strom. eundem Apoſtoli locum citans ad ejusmodi genus Hæreticorum pertinere putat. Καὶ μή τι πρὸς τούτους ὁ Ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολῇ ἀποτεινόμενος γράφει· καὶ μὴ καθὼς βλασφημούμεθα, καὶ καθώς φασί τινες ἡμᾶς λέγειν, ὅτι ποιήσωμεν τὰ κακὰ, ἵνα ἔλθῃ τὰ ἀγαθά.

N.XIII. Καὶ οἱ μὲν ἐνυπνιαζόμενοι.) Vox hæc, ἐνυπνιαζόμενοι, in Vulgata Interpretatione deeſt, qvam ad turpe libidinis profluvium refert Oecum. aliiqve nonnulli. Alii ad errorum, nugarumqve ſomnia. Clemens Alex. 3. Strom. adverſus Carpocratem diſputans. Ἐπὶ τούτων οἶμαι, καὶ τῶν ὁμοίων Αἱρέσεων προφητικῶς Ἰούδαν ἐν τῇ Ἐπιστολῇ εἰρηκέναι. Ὁμοίως μέν τοι καὶ οὗτοι ἐνυπνιαζόμενοι· οὐ γὰρ ὕπαρ τῇ ἀληθείᾳ ἐπιβάλλουσιν. Seqvitur Iſaiæ locus C.LVI com. 10, ubi qvod in Hebræo eſt חזים שכבים, Viſa contuentes, jacentes; LXX vertunt ἐνυπνιαζόμενοι κοίτην, *ſomniantes cubile.* Qvæ tamen in Canonica Judæ non reperiuntur, contra qvam aſſerere videtur Epiphanius.

N.XV. Μήμου ἅπτου.) Chryſoſt. in Joan. eum ſenſum affert: Qvòd Maria cùm Chriſto eâdem qva antea familiaritate ſeſe gereret, nec de eo majus qviddam & auguſtius poſt reſurrectionem ſentiret; ab illo iiſce verbis admonitam fuiſſe.

N.XVI. Παρεισφέρουσι γὰρ οἱ Ποιηταί.) Putidiſſimæ fabulæ author Heſiodus in Theog. Ubi primam Jovis uxorem Metin ab eo devoratam cecinit; indidemqve propagatam Palladem. Apollodorus verò Lib. I. Biblioth. Metin ait Oceani filiam Jovi auxiliatam eſſe; eandemqve Saturno potionem qvandam propinaſſe, qva is exhauſta, filios, qvos devorarat, omnes evomuit. Athenagoras in Legat. pro Chriſtianis Orphei verſus citat; qvibus de Phanete mentio eſt, qvem indicat deinde à Jove ſimiliter abſorptum. ἢ καταποθῆναι ὑπὸ τοῦ Διὸς, ὅπως ὁ Ζεὺς ἀχώρητος γένοιτο. Qvod Geſnerus interpres ad Metin tranſtulit. Verùm de Phanete loqvi videtur Athenagoras non de Meti.

N. XIX. Οὕτω γὰρ, φασὶ, τὴν ἀπειρώδινον;) Fabulam narrat & Plin. L. X. Cap. LXII. Cui fidem derogant Philoſtratus, Maximus Tyrius, aliiqve complures.

AD HÆSESIM XXVII, QVÆ EST CARPOCRATIS.

N. II. Ὅτε ἦν ἐν τῇ περιφορᾷ.) *Comitatum* reddidimus, ut pro συμπεριφορᾷ uſurpetur. Cum qvis facilem ſe alteri, & obſeqventem præbet. Sanè Theod. διαγωγῆς vocabulo uſus eſt. Niſi qvis ad περιφορὰν illam Deorum, & circumactionem Platonicam reſpexiſſe Carpocratem exiſtimet, de qva in Phædro.

N. III. Ἐπιχειροῦσι γὰρ) Euſeb. Lib. IV C. VII ſcribit Carpocratem palam, ac ſine tergiverſatione maleficas artes præ ſe tuliſſe. Οἱ καὶ τοῦ Σίμωνος οὐχ ὡς ἐκεῖνος κρύβδην, ἀλλ' ἤδη καὶ εἰς φανερὸν τὰς μαγείας παραδιδόναι ἠξίουν, ὡς ἐπὶ μεγάλοις δὴ μονονουχὶ σεμνυνόμενοι τοῖς κατὰ περιεργίαν πρὸς αὐτῶν ἐπιτελουμένοις φίλτροις, ὀνειροπομποῖς τε, καὶ παρέδροις τισὶ δαίμοσι, καὶ ἄλλαις ὁμοιοτρόποις ἀγωγαῖς. Eadem habet Irenæus.

Εἰσὶ δὲ ἐκ τοῦ Σατανᾶ.) Perditisſimi Hæreticorum Gnoſtici; Gnoſticorum Carpocratiani fuerunt: ut qvi turpiſſima qvæqve flagitia committentes adeò non erubeſcerent, ut etiam glorianda ac præ ſe habenda putarent. Ideò de Carpocratianis nominatim & Irenæus, & Clem. 3 Strom. & Euſebius, & Epiphanius aliiqve ſcribunt: ſummam ad Chriſtiani nominis infamiam ac dedecus eos à Diabolo eſſe productos, ut Gentiles cum Chriſtianos homines tam impuros ac nefarios viderent, à Chriſtiana profeſſione penitùs abhorrerent. Idem & Tert. in Apol. & Juſtinus ſcripſerunt.

N. V. Καὶ τοῦτό ἐστί φασι.) Vide Tert. L. de Anno C. XXXV. Sed & Irenæum, loco citato: Ex qvo nonnulla Theodoretus tranſtulit; in qvibus leve qvoddam ineſt mendum, qvod obiter à nobis corrigendum eſt. Scribit igitur Irenæus. *καὶ εἰ μὲν πράσσεται παρ' αὐτοῖς τὰ ἄθεα, καὶ ἔκθεσμα, καὶ ἀπειρημένα, ἐγὼ οὐκ ἂν πιστεύσαιμι.* Irenæi vetus Interpres hæc poſteriora ita uti apud Theodor. extant, legiſſe videtur. Nam vertit *ego neqvaqvam credo.* Scribendum verò οὐκ ἂν πιστώσαιμι; *affirmare non auſim.*

N. VI. Ἐν Ῥώμῃ γὰρ γεγόνασι.) Romanorum Pontificum, qvi à Petro proximi fuerunt, peroblcura ſeries eſt, varieqve Scriptorum opinione jactata. De qva cum tam inſignis Epiphanii locus iſte ſit, pauca ad eum ipſum illuſtrandum explicanda videntur. Ac præcipua qvidem de Lini, ac Cleti Pontificatu controverſia naſcitur. Qvos pleriqve non Petri ſucceſſores, nec ordinarios Pontifices; ſed Chorepiſcopos extitiſſe putant, ab eoqve vice ſua, qvo præſertim tempore abeſſet, Urbi præfectos. Alii legitimos & ordinarios faciunt. Utriusqve ſententiæ mentionem facit Epiphanius, & utra verior ſit, incertum relinqvit. Priorem ex Pſeudodamaſo amplectitur Onufrius in Chronico: qvi à Petro adhuc ſuperſtite Chorepiſcopos duos conſtitutos ait, Linum, atqve Cletum, anno Pontificatus ſui XIV. Paulò verò ante qvàm moreretur, eundem Petrum ſucceſſorem ordinaſſe Clementem anno Chriſti LXVIII. Linus porrò eodem anno, qvo Petrus, paucis menſibus interjectis, nempe IX Kal. Oct. paſſus eſt. Clemens primus poſt Petrum Romanus Pontifex annos ſedit IX, menſes IV, dies XXVI. Qvi cum Veſpaſiano VII, & Tito V Coſſ. anno Chriſti LXXVII mortuus eſſet, ſucceſſorem habuit Cletum: qvi Clementis hactenus non collega, ſed adminiſter fuerat. Atqve is Pontificatum ſex annis tenuit menſibus V, diebus tribus, cum Epiſcopus, ac Pontificum miniſter annis antea XX, menſibus V, diebus XII extitiſſet. Ut in totum annis XXVI, Menſibus X, diebus XV Epiſcopatum geſſerit. Moritur autem anno Chriſti LXXXIV Domitiano IX A Virginio Coſſ. Hunc Anacletus excepit. Hæc Onufrius. A qvibus veteres pleriqve præſtantisſimi ſcriptores, ac recentiores diſſentiunt; qvatenus Linum & Cletum, ſive

Anacletum, post Petrum legitimos, & ordinarios Pontifices numerant, ut Irenæus Lib. III. Cap. III. Eusebius in Chron. & in Historia. Tertul. Epiphanius, & alii innumeri. Qvibus libenter accedimus. Sed illorum pleriqve Cletum eundem cum Anacleto faciunt. Qvæ omnia rectè in Annalibus ac diligenter exposita sunt. Sed vitiosa est ibidem annorum ratio, & biennii ἀναχρονισμὸς ubiqve commissus, de qvo ad Hær. LI. disputamus. Qvocirca castigatam Pontificum Rom. seriem, & ad veros annos redactam hoc loco subiiciam; eorum duntaxat, qvos Epiphanius recenset.

Primus igitur Romæ Pontificatum tenuit Petrus; Qvi anno Neronis XIII. passus est, Capitone & Rufo Coss. qvi est Julianus CXII, æræ Dionysianæ LXVII, non LXIX, ut est in Annalibus, aut, ut Onufrio placet, LXVIII. Hic enim uno duntaxat anno: illi biennio verum tempus antevertunt. Cujus causam ad Hæresin LI. aperiemus.

Eodem anno Linus successit. Cui annos imputant XI, menses II, dies XXIII. Idemqve mortuus est anno Dionysiano LXXVIII, Sept. XXIII, non, ut illi censent, LXXX.

Tertius Linum Cletus excepit, seditqve annos XII, menses VII, dies II. Obiit anno Dionysiano XCI. Aprilis XXVI. Trajano, & Glabrione Coss.

Qvartus est Clemens, cui anni tribuuntur IX, menses VI, dies VI. Moritur anno Dionys. centesimo, IX. Kal. Dec.

Qvintus Romæ præfuit Anacletus, annis IX, mensibus III, diebus X. Obiit anno CX.

Sextus Euaristus; qvi & ipse annos sedit IX. menses III. Mortuus est anno CXIX, Octobr. XXVI.

VII est Alexander; qvi X annos Ecclesiæ præfuit, aut etiam aliqvot eo amplius menses. Vixit ad annum usqve CXXX. Qvo eodem anno

VIII Romanorum Pontificum creatus est Xistus: Is annis decem expletis mortuus est anno Christi circiter CXL.

IX Telesphorus annos sedit XI, menses IX, dies III. Martyrium fecit anno CLII:

X Hyginus, annis IV. Qvi obiit anno CLVI.

XI Pius. Cui annos imputant Annales, IX, menses VI. Obiit anno CLXV.

XII Anicetus; annis VIII, minus mensibus II, Iac diebus VII. Moritur anno CLXXIII.

Hactenus Romanorum Pontificum series ex Annalibus deprompta, sed ad veros annos redacta. Qvorum qvidem singillatim tempora perscrutari plus molestiæ, qvam utilitatis habet.

In Epiphanii Catalogo post Telesphorum perperam Evarestus repetitur.

Ὁ μὲν γὰρ Παῦλος καὶ ἐπὶ τὴν Ἱσπανίαν.] Qvod facturum se Romanis denunciaverat, Rom. XV, 28.

Ἐπισκοπεύσαντας πρὸς δεκαδύο ἔτη.] Singuli nimirum. Nam ex Eusebii Chronico hæc mutuatus est Epiphanius. Ubi Lino XI, Cleto XII anni tribuuntur.

Τὴν

Τὴν ἐπὶ τῷ δωδεκάτῳ ἔτει.) Paſſi ſunt Apoſtoli L. Fontejo Capitone, & Julio Rufo Coſſ. qvibus anno Neronis XIII finito, cœpit XIV ex ante diem III Eid. Octobr. Hic eſt annus Julianus CXII, æræ Dionyſianæ LXVII. Qvamobrem non anno XII Neronis, ut ſcripſit Epiphanius; ſed XIII labente mortui ſunt Apoſtoli. Qvem dum Euſebius, & Hieronymus XIV appellant, fruſtra in Annalibus reprehenduntur. Etenim pleriqve Chriſtianorum Scriptorum ſolent annorum initia à verno Paſchaliqve menſe, qvod Eccleſiaſtici anni caput eſt, arceſſere: id qvod a viris eruditis obſervatum eſt. Cum igitur annus Neronis XIV cœperit Octobris XI anni Juliani CXII, Euſebius ac reliqvi ejus initium à menſe verno *κατὰ πρόληψιν* uſurparunt. Qvare nihil ab illis commiſſum; uti nec ab Joſepho, qvi, qvod Judæorum Hiſtorici conſveverant, Imperatorum ac Principum annos, à Niſan ſæpius inchoaſſe creditur; tametſi aliqvot ab illo menſibus iniiſſent. Qvò illa Talmudiſtarum regula pertinet: qvi in Tractatu ראש השנה, Cap. I, fol. III. docent; Iſraëlitarum qvidem Regum annos ab antecedente Niſan ordiri; exterorum verò Principum, à Tiſri. Qvod & R. Iſſachar ben Mordechai in Computo tradidit. Qvamobrem ſi qvis exempli cauſſa ultimo die menſis Adar regnum capeſſat, ſeqventi Niſan ſecundus imperii illius annus numerabitur. כי אמרינן יום אחד חשיב שנה בסוף שנה *Dies unus in fine anni pro anno reputatur.* Qvod ſi qvis primo die Niſan cœperit, non ante vertentem annum primus ejus annus cenſebitur.

Ἐν χρόνοις Ἀνικήτου, ὡς ἔφημεν.) Ex Irenæo tam hæc, qvam ſeqventia mutuatus eſt. Vide Cap. XXIV, Lib. I.

N. VII. *ΟΥ γὰρ δύναται, ἃ ἐκεῖνος.*) Deeſſe nonnihil hujus loci integritati ſuſpicor. Aut hæc, aut his ſimilia ſcripſit Epiphanius. *ΟΥ γὰρ δύναται ποιεῖν, ἃ ἐκεῖνος ἀποθεῖ εἶναι αὐτῷ. Οὐ δύναται δὲ τὸ πᾶν εἶναι κακὸν, οὐδὲ ὑπὸ κακῶν γεγονέναι.* Duo erant Carpocratianorum dogmata: Alterum; mundum, creatasqve res omnes non à bono illo ſupremoqve Deo; ſed ab inferioribus Angelis fuiſſe conditas. Alterum, in malorum genere cenſeri mundum, qvæqve mundo continentur univerſa. Utrunqve dogma Epiphanius impugnat. Primum qvidem; qvòd ex eo conſeqvens eſt; imbecilliorem Angelis eſſe Deum. Alterum verò, qvod cum pars aliqva totius Univerſitatis ſalutem obtineat, non poſſit à bonorum genere penitùs excludi.

AD HÆRESIM XXVIII, QVÆ EST CERINTHIANORUM.

N. II. *Οὗτος δέ ἐστιν ἀγαπητοί.*) Idipſum Philaſtrius ſcribit.

N. VI. *Καὶ τούτου ἕνεκα ἡ παράδοσις.*) Tertul. Lib. de Reſur. & V. con. Mar. ad eum modum Apoſtoli locum illum explicat, de qvo Interpretes conſule.

N. VII. *Ἐπεὶ οὐκ ἂν μετὰ σταυρόν.*) Idem argumentum urget adverſus Helvidium Hieronymus. *O furor cæcus, & in proprium exitium mens veſana! Dicis ad crucem Domini matrem ejus fuiſſe præſentem. Dicis Joanni diſcipulo ob viduitatem, & ſolitudinem commendatam, qvaſi juxta te non haberet qvatuor filios, & innumeras filias, qvarum conſortio frueretur.* Vid. Auguſt. Lib. I. de Nupt. & Concup. Cap. XI.

Υἱοῖς οὖσι τοῦ Ἰωσήφ.) Vide Hær. LXXVIII.

AD HÆRESIM XXIX, QVÆ EST NAZARÆORUM.

De Nazaræis, vel Nazarenis vide qvæ ad Judaicas Hæreses Tomo priore diximus. Nam istos à prioribus diversos fuisse, non admodum persvadet Epiphanius. Erant enim Nazaræi, *qui cum Dei filium confiterentur esse Christum, omnia tamen veteris Legis observabant*, ait Augustinus. Qvi & Matthæi Hebraicum Evangelium habere sese jactitabant, uti postea dicetur. De iis Hieronymus Epist. ad August. *Usqve hodie per totas Orientis synagogas inter Judæos Hæresis est, qva dicitur Minæorum, & à Pharisæis nunc usqve damnatur, qvos vulgò Nazaræos nuncupant, qvi credunt in Christum filium Dei, &c. Sed dum volunt & Judæi esse, & Christiani, nec Judæi sunt, nec Christiani.* Ergo Nazarei Christiano se nomine venditabant. Fuisse verò qvi in mero Judaismo præcipuam qvandam eodem nomine sectam constituerent, ab uno Epiphanio didicimus. De iisdem agit Augustinus Lib. I. con. Cresconium Cap. XXXI. *Et nunc sunt qvidam hæretici, qui se Nazarenos vocant, à nonnullis autem Symmachiani appellantur, & circuncisionem habent Judæorum, & Baptismum Christianorum.*

N. III. Ἐκεῖσε γὰρ τῇ Διαδοχήν.] Tritam ac vulgarem de Oraculi Jacobæi interpretatione sententiam seqvitur Epiphanius. Qvæ est ejusmodi: Nunqvam è Tribu Juda Principes defuturos; donec Christus adveniret: hoc est sub ipsum Messiæ adventum desituros Principes, qvi hactenus è Tribu Juda extiterant: Qvod in Alexandro contigisse putat; qvi postremus è Regia illa Judæ familia fuit. Cui Herodes successit, homo neqve Judæ tribulis, nec omninò Judæus, sed Idumæus, & alienigena: ante qvem qvi de Tribu Juda citimi Principes fuerant, iidem & ad Leviticam pertinebant; veluti Macchabæi, ac deinceps alii. Hæc qvidem Epiphanius veteres secutus. Sed in hac opinione multa sunt à Viris doctis olim animadversa, partim falsa, partim dubia, & incerta. Falsum est ad Christum usqve Dominum imperasse natos è Tribu Judæ Principes; cum tot annis antea, imò sæculis, stirps illa regia defecerit. Qvod verò in Macchabæis continuatam hujus seriem affirmant; eosdemqve materno saltem genere ex illa Judæ Tribu oriundos fuisse; neqve verum est; neqve ad rem pertinet. Id qvod eruditè Perrerius noster ad illum Genes. locum demonstrat. Multo igitur verior, & Jacobi verbis aptior est ista sententia: ut cum dixit: *Non auferetur sceptrum de Juda, neqve dux de femore ejus, donec veniat qvi mittendus est:* hoc unum velit: *Non auferetur*, vel, ut Hebraïcè legitur; Non recedet *sceptrum*, sive imperium ac potestas *de Juda:* hoc est à Tribu Juda, regioneqve illa, qvam in promissa terra occuparit, cuiqve nomen dederit. Ut per Judam tam populus ipsa ab Iuda oriundus, aut nominatus; qvam regio illi attributa significetur. Nam tametsi ante Christum translato in captivitatem, oppressoqve Iudæ populo, Imperii series illa interrupta videatur, non tamen penitus recessit, aut extinctum est, ante Iudaicum excidium: secundum qvod tempus Templo, urbe, imperio, ac πολιτείᾳ exuti, alienis legibus ac dominationi subiacent.

Prævideтat Spiritus ſanctus divortium illud regni ac populi; cum ſub Roboamo alii Iſraëlitæ: alii, Judæ populus ac regnum nominari cœpérunt. Noverat ab Aſſyriis profligandum alterum illud; adeò ut imperium ab eo prorſus auferretur ac recederet, nec unqvam in integrum reſtitueretur. Qvare ad hujus diſcrimen. de altera illa regni populiqve portione, qvæ ab Juda magna ex parte nata, & ab eo cognominata eſt, & in ejus ditione agroqve collocata, pronunciavit? Non ante receſſuram ab eâ poteſtatem atqve imperium, ac Reipubl. formam, qvam CHRISTUS adveniſſet. Hæc ipſa utriusqve Regni comparatio non mediocriter ad illuſtrandum Oraculum illud pertinere videtur. Ex qvo conſeqvens eſt, in Alexandro minimè fatalem illam Imperii dignitatem ac poteſtatem defiiſſe: ſed poſt CHRISTI Nativitatem & Herodis obitum extingvi cœpiſſe, In ipſo autem Urbis excidio funditus deletam. Cætera apud Perrerium noſtrum legito.

Διέπεσε γὰρ ἡ τάξις.) Qvæ hic ab Epiphanio narrantur, neqve ſecum cohærent; nec cum Hiſtoriæ fide conſentiunt. Legitimorum Principum, qvi de Tribu Judæ prodierant, ſeriem intercidiſſe putat, qvo tempore imò *ἐξότε*, hoc eſt poſteaqvam CHRISTUS Bethleemi natus eſt: idqve ſub Alexandro contigiſſe; qvi poſtremus ex illuſtri ac regia illa familia fuit, Herodis & Augusti temporibus. Qvæ omnia perturbata ſunt, & *ἀσύγκλωσα*. Placet itaqve liqvidam illorum temporum rationem ex Joſepho aliisqve colligere.

Simon Jonathæ ac Judæ Macchabæi frater Ptolemæi generi inſidiis moritur Anno Græcorum 177, I. Mach. Cap. XVI. 14. qvi & Sabbaticus erat, qvanqvam Joſephus anno priore id accidiſſe ſignificet: dum poſt Simonis obitum annum Sabbaticum, & qvidem haud mediocri intervallo, cœpiſſe ſcribit Lib. XIII Cap. XV. Ergo anno Periodi Julianæ 4579, menſe XI, hoc eſt Sebath, exeunte ſcilicet hieme, necatus eſt. Eodem anno ſucceſſit Joannes Hyrcanus ejus filius. Qvi qvidem cum annos XXXI imperaſſet, moritur relictis V liberis. Succedit, Ariſtobulus natu maximus, qvi primus Regium ſibi diadema ſumpſit, & anno uno regnavit. Qvo mortuo, Salome conjux, qvam Græci Alexandram vocant, Ariſtobuli fratres, qvos ille in vinculis habuerat, ſolvit, & Jannæum Alexandrum, qvi & ætate, & moderatione præſtabat cæteris, Regem conſtituit. Regnavit hic annos XXVII, moriturqve ætatis anno XL, relictis cum uxore Alexandra liberis duobus Hyrcano, & Ariſtobulo. At Alexandra annos IX regnum adminiſtravit, Poſt cujus obitum ambo fratres ita inter ſe convenerunt; ut Hyrcanus Pontificatum teneret. Ariſtobulus regnum. Hyrcanus ſummum Sacerdotium iniit Coſſ. Hortenſio, & Metello: qvi eſt annus Urbis DCXXCV. In qvem anni illi ex Ioſepho ſingillatim enumerati incidunt, ſi unum duntaxat ex iis inchoatum accipias. Eſt hic annus Per. Iulianæ 4645, ante vulgarem CHRISTI natalem 68. Auguſti annus primus, ſi à Iulii Cæſaris nece inchoetur, accidit Anno V. DCCX, Periodi Iulianæ 4670. Herodis verò primus, qvo ſcilicet regnum à Romanis conſecutus eſt, incurrit in Conſulatum Domitii Calvini, & Aſinii Pollionis, qvi eſt ab V. C. 714,

Period. Julian. 4674. sive, ut alii Agrippa & Caninio Coss. qvo anno pacificè regnare cœpit, estqve V.C. 717. Perid. Julian. 4677, ante vulgarem Christi natalem 37. Qvamobrem Alexandri illius obitus tot annis Christi ortum, imo & Augusti, atqve Herodis imperium antecessit, contra qvàm Epiphanius scripsit. Nam immanis *ἀναχρονισμὸς* resarciri utcunqve poterit; si luxata hæc & alieno loco posita dixeris, *ἐξότε αὐτὸς*, &c. Ut ita omninò legendum sit. *Διέπεσε γὰρ ἡ τάξις ἐξότε αὐτὸς γεννᾶται ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας ἐπὶ τοῖς χρόνοις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως, καὶ Αὐγούστου τοῦ Ῥωμαίων αὐτοκράτορος· καὶ ἔστη ἐπὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ ἀπὸ γένους ἱερατικοῦ, καὶ βασιλικοῦ. ἀφ' οὗ Ἀλεξάνδρου διέπεσεν οὗτος ὁ κλῆρος, ἀπὸ χρόνων αὐτοῦ τε, καὶ Σααλίνας, τῆς καὶ Ἀλεξάνδρας καλουμένης. ὃς καὶ διάδημα*, &c. Hac qvidem ratione labem illam priorem evitabimus; neqve Alexandri exitum cum Christi ortu copulabimus. Verùm huic conjecturæ nostræ non admodum confidimus. Qvippe in Hæresi L. I. eadem pene historiæ *σύγχυσις* ab Epiphanio repetita. Qvæ ut postremo castiganda videatur, illud tamen unum supererit contra veritatem historiæ dictum: In Alexandro Sacerdotalem illam regiamqve defiisse stirpem. Nam ex Josepho constat post Alexandrum, Hyrcanum, & Aristobulum ex eadem progenie aliqvandiu Pontificatum atqve imperium obtinuisse. Postremo Josephus in calce Lib. XIV scribit Antigono Alexandri fratre Aristobuli filio securi ab Antonio percusso, Assamonæorum stirpem defiisse, qvod contigit Agrippa & Canidio Coss. A. V. 717, longo post Alexandrum illum priorem, & Alexandram tempore.

Ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας.) Ita in qvibusdam Matthæi exemplaribus, pro Ἰούδα, ut animadvertit Hieronymus: qvod etsi vitiosum in Comm. ad Cap. II. Matthæi putet esse. tamen non aliter ipsemet in Eusebii Chronico scripsit: neqve verò improbanda est ista lectio, ut ad Eusebium Pontacus observat.

Αὐτοῦ τε καὶ Σααλίνας.) Josephus Lib. XIII. Alexandri uxorem, Hyrcani & Aristobuli matrem Alexandram appellat qvam & mortuo conjuge IX annis præfuisse scribit. Qvo eodem Alexandræ nomine Aristobuli Hyrcani majoris F. uxorem vocat. *Τελευτήσαντος δὲ Ἀριστοβούλου*, inqvit, *Σαλώμη ἡ γυνὴ αὐτῆς, λεγομένη δὲ ὑπὸ Ἑλλήνων Ἀλεξάνδρα λύσασα τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ*, &c. Nusqvam Saalinæ nomen apud Josephum legere memini. Qvanqvam non aliter illam Christiani Scriptores, qvam Salinam nominant. Eusebius in Chronic, Hieronym. in Cap. IX Dan. aliiqve, de qvibus Scaliger Animadvers. ad Euseb. Num. MDCCCCXLI. Unus Marianus Scotus anno mundi 4120 Alexandram Salomam rectè nuncupat. Eadem porrò, nisi fallor, Alexandra, sive Salome utriusqve fratris uxor, Aristobuli, & Alexandri, fuit: qvi post Aristobuli mortem, Jannæum Alexandrum vinculis ideò solutum ad regnum evexit: qvod cum eo nuptias copulasset.

N. IV. Ἦν γὰρ ὁ Ἰάκωβος οὗτος.) Frustra sibi persvasit Epiphanius Iacobum minorem Iosephi B. Mariæ conjugis filium fuisse, ideoqve Domini fratrem nominari: De qva redictum est alio in loco.

Ἔτι δὲ καὶ ἱερατεύσαντα αὐτόν.) Illud verò non modo falsum; sed & contra hypothesin est. Si Iosephi filius est Iacobus, Iosephus autem de stirpe

David non Levitica ac Sacerdotali fuit; qvi tandem Sacerdos esse Jacobus potuit? Dies maternum illi genus ab Sacerdotali Tribu propagatum. Sed ut illud demus, qvis nescit, qvod jampridem ab eruditis hominibus proditum est maternum genus nullo numero fuisse: nedum ut propter illud jus ullum ad sacerdotium habere qvisqvam potuerit? Sed de tota hac Jacobi historia dicetur ad Hær. LXXVIII; ubi de Jacobo uberiorem narrationem instituit.

Δι' ἣν αἰτίαν Ἰεσσαῖοι ἐκαλοῦντο.] Christianos olim Jessæos appellatos fuisse censet Epiphanius à Jesse Davidis progenitore: aut ab Jesu, qvod Hebraicè θεραπευτὴν sonat, aut Σωτῆρα. In qvo à nonnullis vehementius agitari solet: sed Hæreticis fermè, qvorum sive non immeritò reprehendant, intolerabilis superbia; sive perperam accusent, vanissima ac ridicula impudentia est. Ex hoc igitur grege qvidam: *Profectò*, inqvit, *cum illum Epiphanii locum lego, satis mirari neqveo hominis inscientiam, & in linguæ interpretatione, & in veritate historiæ. Adeò multis adversus utrunqve modis peccat in illo uno de Nazaræis capite.* Sed de Historia mox videro. De Nominis τοῦ Ἰησοῦ interpretatione hoc vulgò criminari solent: qvod Ἰησοῦ nomen Græcæ originis esse crediderit, ἀπὸ τοῦ ἰάσασθαι, sive ἰήσασθαι Ionicè concepto, qvod est θεραπεύειν: cum ab Hebraica voce petenda nominis illius notio sit, qvæ Salvatorem significat. Verùm hæc συνωνύμως, & qvidem haud absurdè usurpavit Epiphanius. Etenim ישע, à qvo יהושע, vel ישוע, idem est ac σώζειν, qvod in corporis animiqve morbis idem est ac θεραπεύειν & ἰάσασθαι. Qvamobrem non secundum ἀκριβολογίαν, & κυριολεξίαν Hebraica vox θεραπεύειν sonat. sed μεταληπτικῶς, ut & Jesum, qvi propriè *salvator* est, *medicum* ac *curatorem* non incommodè interpretari liceat. *Ipse enim salvum faciet populum à peccatis eorum*, ait Angelus, Luc. 2. Qvod qvemadmodum præstiterit, declarat Petrus Act. X. *Qvi pertransiit benefaciendo, & liberando omnes oppressos à Diabolo.* Adde jam Græcum ex propinqvo vocabulum, qvod ab Hebræo & pronunciatione & verò potestate non admudum abhorrebat: Unde nominis ista notatio prodiit. Eadem porrò leguntur apud Cyrillum Catech. VI: Ἰησοῦς, inqvit, τοίνυν ἐστὶ κατὰ μὲν Ἑβραίους σωτὴρ, κατὰ δὲ τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν τὸ ἰώμενος· ἐπειδὴ ἰατρός ἐστι ψυχῶν, καὶ σωμάτων, καὶ θεραπευτὴς πνευμάτων. Qvæ omnia comiter accipienda sunt. non ut ab ἰάσασθαι deductum τοῦ Ἰησοῦ vocabulum dixerint Patres, sed ut notione ac significatione Græcum nomen cum Hebræo convenire demonstrent.

N.V. *Εὕροις δ' ἂν ὦ Φιλολόγε.*] Hinc illæ lacrymæ. Scripsit Philo Judæus de Essæis, vel Essenis libros aliqvot, Qvorum unus inscribitur, περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον. Alius περὶ βίου θεωρητικοῦ, ἢ ἱκετῶν ἀρετῶν. In iis duo Essenorum genera constituit. Unum τῶν πρακτικῶν, qvi in oppidis socialem vitam instituunt, nuptiarum expertes. Alterum τῶν Θεωρητικῶν, qvi contemplationi totos sese tradiderant, ac procul ab urbano strepitu in agris; ac præsertim ad Mareotidem, in σεμνείοις & μοναστηρίοις degerent. Postremos istos Eusebius Christianos fuisse credidit L. Hist. II C. XI, eademqve Hieronymi, cæterorumqve Patrum opinio fuit: qvam Epiphanius secutus est. Sed hoc unum

addit ex conjectura, Jessæos illos ab Jessæ Davidis patre nominatos. Qvod postremum minus verisimile puto. Neqve enim, opinor, usqvam legitur, Jessæorum nomen Christianis attributum: & Essæos illos, non Jessæos à Philone appellatos esse constat. Sanè si Jessæi unqvam Christiani vocati sunt, multum id ad receptam illam, ac veterem opinionem asseverandam faciet: qvæ Essæorum nomine Christianos à Philone comprehensos statuit. Ac profectò fieri istud potuit; ut cùm ante Christianæ religionis ortum Esseni his moribus, eoqve vitæ instituto, qvod in priore Libro Philo prædicat, in Ægypto floterent, atqve inter Iudæos & essent, & haberentur sanctissimi; posteaqvam auctore Marco Christianorum genus extitit, qvorum vitæ ratio primis illis temporibus cum Essenorum disciplina magnoperè congruebat; ab Alexandrinis Gentilibus Esseni sint vocati. Qvos enim & Iudæos, tunc qvidem, omnes viderent, & Essenorum communem illam vitæ rationem, atqve ab omni luxu, & ambitione remotam complectentes cernerent cùm & alioqvi ex Essenorum Iudaica factione pleriqve se ad Christianos aggregassent; qvodnam iis aliud nomen qvàm Essæorum affingerent? Nam & diu postea Christiani omnes à Græcis ac Romanis Iudæi nominati, & pro Iudæis habiti sunt: Ut non absurdum sit Philonianos illos Essæos Θεωρητικὸς, Christianos fuisse. Qvæ autem adversus ea magno cum strepitu, ac stomacho disputantur, cùm aut levia sint, aut facilè dissolvi possint, nihil erit, qvod nos vetustissimæ illius opinionis, ac tantorum Patrum authoritatis & consensionis pœniteat. Vide qvæ de his eruditissimè Serrarius noster L. III. Trihæresii adversus Scaligerum ac Iunium disserit.

Τῦτο γὰρ τοῖς τὸ παλαιόν.) Si de primogenitis omnibus intelligat; falsum erit. Neqve enim Primogeniti omnes Nazaræi fuerunt, sed ἀορίςως & de qvibusdam accipe, ut de Sampsone, & si qvi alii ejusdemmodi fue-
N. VI. rint:

Ἄλλοι δὲ Νασαραίυς.] De his egimus ad Hæresin Nazaræorum, qvæ est
N. VII. in Lib. I. ordine XIX.

Καὶ γραφεῖα τὰ παρὰ Ιυδαίοις.] Qvæ Ἁγιόγραφα dicuntur. Atqve hîc triplicem sacrorum Librorum partitionem complectitur, qvæ est תורה, hoc est *Lex*; נביאים *Prophetæ*; & כתובים ἁγιόγραφα, sive γραφεῖα. De qvo
N. IX. vide Hieron. Prologo Galeato. Eliam in Thisbi, verbo כתב.

Ἀλλὰ ἀνιςάμενοι ἔσωθεν] Non dubito qvin scribendum sit ἕωθεν. Qvod autem Judaicas illlas imprecationes in Nazaræós Hæreticos conferri scribit Epiphanius, Hieronymus ad Christianos transfert. Ita enim ille ad Esa. LII. *Et sub nomine, ut sæpe dixi, Nazarenorum ter in die in Christianos congerunt maledicta.*

Ἔχυσι δὲ τὸ κτ Ματθαῖον.] Qvod & Hieronymus Græcè reddidit, & citat ipse sæpius. Neqve verò purum putum Matthæi Evangelium fuit, ut existimasse videtur Epiphanius; sed ab illis depravatum, qvod & Evangelium τῶ Ἑβραίυς appellat Eusebius Lib. III. Histor. Cap. XIX. Hieron. in Cap. XII. Matth. Cap. 13. *In Evangelio, qvo utuntur Nazareni Ebionitæ, qvod nuper in Græcum de Hebræo sermone transtulimus, & qvod vocatur à plerisqve Matthæi authenticum, homo iste, qvi aridam habet manum, cæmentarius scribitur;*

Idem in Script. Eccleſ. de Matthæo agens, hujus Hebraicum ipſum in Cæſarienſi bibliotheca aſſervatum ætate ſua narrat, cujus ſibi à Nazaræis exſcribendi facultas fuerit. Sed Nazaræorum Evangelium neqvaqvam Matthæi germanum fuit. Poſtremo num Hebraica veteri puraqve lingva, an Syriaca, ſive Hieroſolymitana, vulgariqve Matthæus Evangelium ſcripſerit, nonniſi ex conjecturis pronunciari poteſt. Nihil enim certi exploratiqve ab Authoribus diſcas.

AD HÆRESIM XXX, QVÆ EST, EBIONITARUM.

N. II. Γέγονε δὲ ἡ ἀρχὴ τούτου.] At Chron. Alexand. P. 597, refert anno Trajani VIII, Candido & Qvadrato Coſſ. Ebionitarum emerſiſſe ſectam.

N. III. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον.] Duplex Ebionitarum factio fuit, Nam alii merum ac ſimplicem hominem aſſerebant eſſe Jeſum, atqve à Joſepho Mariaqve genitum. Alii è ſancto Spiritu à Virgine ſuſceptum ita fatebantur, uti Deum ac Verbum eſſe, aut extitiſſe anteà negarent. Euſebius L. III, C. XXI. Origenes contra Celſum Tom. 2. Ἐβίων τε γὰρ ὁ πτωχὸς παρὰ Ἰουδαίοις καλεῖται), καὶ Ἐβιωναῖοι χρηματίζουσιν οἱ ἀπὸ Ἰουδαίων τὸν Ἰησοῦν ὡς Χριστὸν παραδεξάμενοι. Qvorum genera illa duo Tom. 3 commemorat: Οὗτοι δέ εἰσιν οἱ διττοὶ Ἐβιωναῖοι, ἤτοι ἐκ Παρθένου ὁμολογοῦντες ὁμοίως ἡμῖν τὸν Ἰησοῦν, ἢ οὐχ οὕτω γεγεννῆσθαι, ἀλλ' ὡς τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους. Verùm Ebionæorum nomen latius extendiſſe videri poteſt. Origenes; ut Ebionæos illos appellet; qvi cum alioqvi de Chriſti Divinitate rectè ſentirent, cum Chriſtiana religione Judaicas cerimonias amplectendas crederent. Qvod qvidem Tomo 2 ſub initium ſignificare videtur. Theodoretus de Ebionæis. Τὸν δὲ Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν ἐξ Ἰωσὴφ, καὶ τῆς Μαρίας ἔφησε γεγεννῆσθαι ἄνθρωπον μὲν ὄντα, ἀρετῇ δὲ καὶ καθαρότητι τῶν ἄλλων διαφέροντα κατὰ δὲ τὸν Μωσαϊκὸν πολιτεύοντα νόμον. Lego πολιτεύονται, neqve ad Chriſtum referri puto.

N. IV. Εἰσὶ δὲ οὗτοι μετὰ τὸν Πατριάρχην] Tam Patriarcharum, qvam Apoſtolorum dignitates, ac vocabula apud Judæos nonniſi poſt Urbis excidium uſurpata videntur. De Patriarchis in Theod. Cod. Lib. XVI Tit. VIII freqvens eſt mentio. Et qvidem Apoſtoli Patriarchæ velut aſſeſſores ex communi & uſitata vocis notione dicti ſunt, qvod ad exigendas à Synagogis pecunias ab illo mitterentur: ut ex Cod. Theod. patet L. XIV de Judæis. qvi locus qvod ad Epiphanium illuſtrandum imprimis confert, hic adſcribendus eſt: *Superſtitionis, inqvit, indigna eſt, ut Archiſynagogi, ſive Presbyteri Judaeorum, vel quos ipſi Apoſtolos vocant, qui ad exigendum aurum, atque argentum à Patriarcha certo tempore diriguntur, à ſingulis Synagogis exactam ſummam atque ſuſceptam ad eundem reportent. Qua de re omne quicquid conſiderata temporis ratione confidimus eſſe collectum, fideliter ad noſtrum dirigatur ærarium. De cætero autem nihil prædicto decernimus eſſe mittendum.* De iisdem Patriarchis qvod Epiphanius indicat, non delectu, ſed generis ſucceſſione dignitatem adeptos, ac plerumqve luxu ac deliciis corruptos, Hieronymi authoritate confirmari poteſt, qvi in Comm. in Cap. III Eſa. ad hæc verba: *Et effæminati dominabuntur eis*, ita ſcribit. *Conſideremus Patriarchas Judaeorum, & juvenes, ſi-*

ve pueros, effœminatosqve ac delitiis affluentes, & impletam Prophetiam esse cernemus.

Τοῦτον εἶναι υἱὸς ἐκείνου τοῦ πρώτου.] Qvi Christianus fuit, ut ex Actis Inventionis S. Stephani constat. Nec rectè Judaicæ religionis tenacissimus, ac Christiani nominis osor acerrimus à qvibusdam fuisse proditur, qvòd ab eo Saulus utrunqve, hoc est Judaicam legem, & Christianorum odium didicerit: qvæ conjectura levis est. Qvid enim necesse est, à præceptore postremum hoc hausisse Saulum, ac non potius suapte sponte, & aliorum hortatu exemploqve suscepisse?

N.V. Ἐπίσκοπος Βεργέλλας.] Corn. Fregellæ perperam reddidit.

Γάζα δὲ ἑρμηνεύεται.] Qvæ vulgò Persica vox dicitur, eadem & ab Hebræis usurpata· Ezech. XXVII בגנזים sunt ארזות·

Τὸ κατὰ Ματθαῖον Ἑβραϊκὸν φυτόν.] Nisi vitii aliqvid ei loco subsit, *φυτὸν* appellari puto Christi Domini genealogiam, qvæ arboris instar conformari vulgo solet.

N.VII. Παραγίνονται γοῦν εἰς Γάδαρα.) Meminit Gadarenarum Thermarum Eunapius in Jamblicho. *Μετὰ δὲ χρόνον τινὰ δόξαν αὐτοῖς ἐπὶ τὰ Γάδαρα, θερμὰ δέ ἐστι λουτρὰ τῆς Συρίας, τῶν γε μετὰ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐν Βαΐαις δεύτερα· ἐκείνοις δὲ οὐκ ἔστιν ἕτερα παραβάλλεσθαι· πορεύονται δὲ κατὰ τὴν ὥραν εἰς τὰ Γάδαρα τοῦ ἔτους*, &c. Ubi & fontes duos in eo loco fuisse meminit, qvorum alteri Ἔρως, alteri Ἀντέρως nomen fuit, ex qvibus puerulos duos cujusmodi videlicet Amores finguntur, Jamblichus Magus excivit. Ut intelligas qvantopere ille locus amatoriis illecebris, ac libidinibus opportunus fuerit.

Ἔνθα γὰρ τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ.) Eodem Dæmonis artificio factum est, qvod narrat Hieron. Ep. XIII. *Ab Hadriani temporibus usqve ad imperium Constantini, per annos circiter* CLXXX, *in loco Resurrectionis simulacrum Jovis. in Crucis rupe statua ex marmore Veneris à Gentibus posita colebatur; existimantibus persecutionis authoribus, qvod tollerent nobis fidem Resurrectionis, & Crucis, si loca sancta per Idola polluissent.* Nam & Gadarenus ager Christi Domini præsentia ac miraculis celebratus est, Luc. VIII: qvæ sunt illa *τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ θαύματα.* Qvanqvam & ad medicam aqvarum vim, morborumqve remedia possit referri.

Ἀνδρόγυνα γὰρ ἐκεῖ τε.) Mira vocis usurpatio, qva promiscuas utriusqve sexus balneas fuisse significat. Est enim *ἀνδρόγυνον λούεσθαι* idem ac *promiscuè*. Sic in Const. Apost. L. I. C. IX *Ἀνδρόγυνον γυνὴ πιστὴ μὴ λουέσθω.* qvod impurissimi perditissimiqve genus exempli Romæ etiam aliqvando fuit. Adrianus autem, authore Spartiano, *lavacra pro sexibus separavit:* : qvod idem ab Alexandro posteà revocatum. Lampridius: *Balnea mista Romæ exhiberi probibuit; qvod qvidem jam antè probibitum Heliogabalus fieri permiserat.* Qvanto prudentius moderatiusq; Romani illi veteres? A qvibus hoc manavit institutum, *ut filii cum parentibus puberes, vel generi non lavarentur, ne paternæ reverentiæ authoritas minueretur*; ait Ambro. I Off. C. XVIII. & Cic. I Off. At verò non Christiani modò qvilibet, sed etiam, qvod mirandum, ac detestandum magis est, Clerici ipsi cum mulieribus plerumqve lavare consveverant. Qvæ flagitiosa licentia cum in Christianis omnibus; tum in posterioribus istis Canonum severitate coerceri opus habuit. In Laod. Can. XXX. *Ὅτι οὐ δεῖ ἱερα-*

τικὸς ἢ Κληρικὸς, ἢ Ἀσκητὰς ἐν βαλανείῳ μετὰ γυναικῶν ἀπολούεσθαι, μηδὲ πάντα Χριστιανὸν ἢ λαϊκόν. Idem & in Trullano vetitum est Can. LXXVII. Qvod seqvitur, κατὰ συγκυρίαν imposuit Cornario, qvi Sycyriam locum esse credidit; Nam συκυρίαν anteà legebatur, non tamen Συκυρίαν majusculo Σ, ut qvidam asserit.

Δινῶν ἐν τῷ ἀέρι.) Corn. *deambulans in aere.* Sed ὁ ἀὴρ balnei pars est, ut ex Galeno ad Glauc. pridem observatum ab eruditis hominibus; etsi non satis liqvet qvæ pars illa sit. Nos interim *solium* reddidimus.

Ἡ δὲ ἑαυτὴν ἐσφραγίσατο.) Hîc Illustrissimum Annalium Conditorem insectatur Casaubonus; qvod salutaris illius signi virtute Christianam mulierem è tanto castitatis periculo liberatam ab Epiphanio dici putet. Qvod Epiphanium voluisse negat; Sed nec ullam in signo Crucis ad efficienda miracula propriam inesse virtutem: Neqve vero aliter qvam ut piam ceremoniam adhibitam in Ecclesiâ veteri, qvæ orationi adjuncta animos fidelium ad Christi crucem eveheret. Tum ita subjicit. *Qvis negare audebit aliud hoc esse, qvàm qvod scribit Baronius dicere Epiphanium signi crucis virtute, illam mulierculam fuisse periculo ereptam?* Hæc ille. Sed qvàm iniqva sit, ut in plerisqve aliis, Casauboni illa castigatio, qvamqve oscitanter hanc Epiphanii historiam legerit, ex eo satis apparet, qvod Num. VIII scripsit Epiphanius: ὡς οὖν κατίσχυσαν οἱ γόητες. διὰ γὰρ τῆς σφραγῖδος τοῦ Χριστοῦ καὶ πίστεως ἐβοηθήθη ἡ γυνή. τοῦτο τρίτον τῷ Ιωσήπῳ κατηχήσεως ἔργον ἐγίνετο, ὅτι οὐκ ἴσχυσεν, ἔνθα ὄνομα Χριστοῦ, καὶ σφραγὶς σταυροῦ, φαρμακείας δύναμις. Qvid aliud Epiphanius narrat, qvam crucis præcipuè signum, & invocationem nominis Christi mulieri præsidium attulisse? Infinita sunt antiqvorum PP. testimonia, qvibus illud, qvod Casaubonus negat, efficitur? veterem Ecclesiam vim qvandam salutari Crucis signo tribuisse. Cætera ut omittam, unus omnium instar erit Nazanzeni locus ex Orat. III con. Julianum. Ubi perfidum illum Transfugam narrat, summo suo in metu ac discrimine ad crucis confugisse signum, eoqve Dæmones fugasse. ἐπὶ τὸν σταυρὸν καταφεύγει, καὶ τὸ παλαιὸν φάρμακον, καὶ τούτῳ σημειοῦται κατὰ τῶν φόβων, καὶ βοηθὸν ποιεῖται τὸν διωκόμενον, καὶ τὰ ἑξῆς φρικωδέστερα· ἴσχυσεν ἡ σφραγίς· ἡττῶνται οἱ Δαίμονες· λύονται οἱ φόβοι. Nec absimile eo, qvod de sancta Justina proditum est, qvæ cum à Juvene qvodam ab libidinem Cypriani Magi artibus pelliceretur, immissum sibi Dæmonem eodem Crucis signo repulit: qvod ex Eudociæ Augustæ Orat. de S. Cypriano refert Photius N. CCCCLXXXIV. τούς τε βιαιοτάτους, καὶ χαλεπωτάτους τῶν δαιμόνων πέμψας ἐπὶ τὴν παρθένον, καὶ ἠσχυμμένους, καὶ νενικημένους τοῦ σταυροῦ τῷ τύπῳ ἐξ αὐτῶν ἐκείνων ἀναμαθών. Igitur τοῦ σταυροῦ τῷ τύπῳ perinde ut altera illa, Justina Dæmonem fugavit. Neqve Crucis duntaxat expressa figura, sed etiam, B. Mariæ Virginis invocatione, ut Nazanzenus Orat. XVIII scriptum reliqvit: Καὶ τὴν παρθένον Μαρίαν ἱκετεύουσα βοηθῆσαι παρθένῳ κινδυνευούσῃ: *Et Virginem Mariam ROGANS, ut periclitanti virgini opem ferret.* Qvæ tanti Patris authoritas hodiernæ sectæ imperitiam, impietatemqve condemnat.

N. IX. Ὑποληφθεὶς δὲ τελευτᾷν.) Antea legebatur ὑπολειφθείς. Vertit enim Corn. *relictusq; velut moriturus.* Nos ex Regio Codice ὑποληφθείς restituimus. Qvod & narrationis series postulat. Neqve enim moribundum Judæorum, cognati deseruerant; qvos Mysticum illud insusurrasse dicit. Hîc Epipha-

nium otiosus qvidam nugator nimiæ credulitatis accusat, qvòd falsa Iudæi unius aut alterius narratione inductus existimaverit, morituris omnibus mysterium illud in aurem immurmurari; Scribit enim *τὸ παρ' ἀυτῶν ἀεὶ μυστηριωδῶς μυνόμενον.* Verùm ut hæc mera fabula sit, nullam omninò sanctissimus Pater culpam hac in re sustinet; qvi qvod a fide dignis hominibus acceperat, simpliciter, uti narratum sibi erat, nullo suo interposito judicio retulit. Qvid est autem cur de Christo plerosqve id sibi Iudæorum persvasisse non putemus? Neqve enim mentitum fuisse Iosephum Com[...]em vel Calvinianus iste nisi impudenter finxerit.

N. XI. *Οὕτως ἐπιτελεῖν προσβαλλόμενος.*] Variis modis explicari verba ista possunt: Sive eo sensu, qvem reddidimus: sive qvem Cornarius expressit: *Sic enim se facere prætendebat.*

Καὶ Ἀζανίτης τῶν παρ' ἀυτοῖς.] Iudæi חזן vocant Synagogæ ministrum, vel æditaum. Vide Eliam in Thisbi.

Κόμητα γὰρ ἀυτὸν κατέστησε.] Comitum dignitas nudus sine magistratu ac functione plerumqve titulus fuit; ut ex Theodosiano Codice constat. Hanc Constantinus plerisqve, ut refert Eusebius, concessit. Eadem per honorarios codicillos à Principe conferebatur. Qva de re ad Themistii Orat. IV. pluribus disputavimus. Ubi ejusmodi codicilli *δέλτοι σφυρήλατοι* appellantur a Themistio. In qvo ridicula est Anonymi Conjectoris, qvi de Suburbicariis nuper scripsit, oscitantia cum pari impudentia conjuncta. Scripserat Themistius Oratione illa IV. Pag. Edit. nostræ 117, se, cùm posset omnibus illis ex Imperatoris liberalitate commodis, ac voluptatibus, deliitisqve perfrui, *ὁπόσα ταῖς δέλτοις ἀκολουθεῖ ταῖς σφυρηλάτοις*; hoc est, *qvæ tabulas illas conseqvuntur malleo ductiles*, communibus illis fructibus fuisse contentum, qvos cives cæteri publicis tesseris atqve Imperatoris largitione conseqverentur. Hoc in loco *δέλτους σφυρηλάτους* Conjector nihil aliud qvam tesseras esse contendit. Verum qvid esse potest absurdius, qvàm ex tesseris illis frumentariis credere *μακρὸν* illum *κατάλογον τῆς τρυφῆς, καὶ τῆς ἐυπαθείας* redundare posse? Præsertim cùm, uti dixi, tesserarum illa commoda, qvæ cùm cæteris communia caperet illis opponat, qvæ *ταῖς δέλτοις ἀκολουθεῖ ταῖς σφυρηλάτοις.* Age verò; cum Orat. VI P. 166, negat *ἐπ' ἐκείνῃ τῇ δέλτῳ*, qvâ *πολιαρχίαν*, hoc est Urbis Præfecturam obtinuerat, gloriari sese; sed de aliâ potius, *ἣν οὐκ ἐποίησαν ἐλεφαντουργοὶ οὐδὲ χρυσοχόοι*, hoc est Imperatoris filio, qvem parens fidei suæ commiserat, estne ut frumentariam tesseram Conjector hic somniet? Ut ad Iosephum redeam, confer cum hoc loco qvæ Eusebius II & III de vita Constantini refert qvanto hic constituendarum ubiqve Ecclesiarum studio flagraverit, utqve easdem publicis sumptibus exædificari voluerit.

N. XII. *Κακούβιον ὕδατος.*] Forte *Κουκούμιον.* Habes hic aqvæ benedictione consecratæ usum insignem atqve fructum. Cui, cùm hæc scriberem, affine qviddam ac geminum occurrit apud Photium, N. XCVI, ex Georgio Alexandrino in Actis S. Chrysostomi. Ubi inter cætera Eucliæ cujusdam filium refert à B. Chrysostomo aqvæ, cui signum Crucis impresserat, aspersione desperatissimo ab morbo liberatum.

N. XIV. *Οὐ ἡ γεῦσις ἦν τοῦ Μάννα.*] Qvi tam absurda interpretatione fucum huic

loco faciebant Hæretici, ad ea respiciebant, quæ Exo. XVI & Num. XI de Manna leguntur: cujus gustus fuisse dicitur, ὡς ἐγκρὶς ἐν ἐλαίῳ. Sed nec minus ridicule nostri temporis Hæretici quidam vocem ἀκρίδας depravare conati sunt.

N. XV. Χρῶνται δὲ καὶ ἄλλαις τισί.] De Libro, qui Περίοδοι Πέτρου inscriptus erat, meminit Athan. in Syn. & inter Apocrypha cum aliis recenset. Veluti sunt Περίοδοι Πέτρου, Περίοδοι Ἰωάννου, Περίοδοι Θωμᾶ, Εὐαγγέλιον κατὰ Θωμᾶ, Διδαχὴ Ἀποστόλων, Κλημέντια, &c.

N. XVIII. Ἀπό τε Ναβατέας.] Corrupta vox est Ναβατέας. Neqve enim iis in locis Nabatea ulla, nisi fallor. Nabathæa qvidem, sive Nabatæa Arabiæ felicis regio est, aut ei certe proxima, hoc est Petrææ pars. Qvare non dubito qvin Batanea hoc loco legendum sit. Qvæ est Syriæ regio Palmyrenæ vicina, & Paneadi: Ptolem. Steph. Βαταναία, συνοικία Συρίας ἢ καὶ Βατανέα ἐνικῶς. Adde & in Og regno fuisse. Hinc pro eo, qvod Hebræi, Græciqve Og regem Basan appellant, Chaldæus בתנן habet, qvod ad Bataneæ vocabulum accedit, ut ad XII Jos. Masius observat, In eodem Basanitico tractu fuit & Edrai אדרעי Græce Ἀδραῒ. Qvam Adram Ptolem. putat idem Masius. Qvæ in Cœlesyria à Ptolom. numeratur.

N. XVIII. Τοὺς δὲ Προφήτας λέγουσι συνέσεως.] Intelligentiæ Prophetas non veritatis appellatos ideo crediderim, qvòd tametsi rerum altissimarum intelligentia essent, sapientiaqve præditi, non tamen mendacio omni caruerint.

N. XIX. Ἦλθεν Ἰωάννης ἐν ὁδῷ.] Hæc verba ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης, vel ab Epiphanio inserta, vel Librariorum vitio intrusa sunt.

N. XX. Παρθένος δὲ οὐ καλεῖται.] Vide omnino qvæ eruditè ad illum Esaiæ locum disserit Hieron. de voce עלמה, in qva calumniari Judæi solent. Sed & Basilius ad VII Esa. eodem argumento adversus Judæos utitur, qvo Epiphanius Ebionitas redarguit. Qvòd, nisi parituram Virginem Propheta significasset, frustrà tanqvam signum illud ipsum Regi denunciasset.

Ὡς καὶ αὐτὸς Ἡσαΐας.) Hunc Esaiæ locum, qvem de Christi Domini generatione, ac sacrosanctæ Virginis partu intelligit Epiphanius, Patres omnes ad spiritalem Ecclesiæ partum referunt; qvæ sine ullo dolore, pene momento infinitos Christo filios peperit, paritqve qvotidie. Ita D. Hieron. Theodoretus, Cyrillus, Euseb. Lib. I. Eccles. Hist. Cap. IV, aliiqve complures.

Ὡς καὶ Ἱερεμίας περὶ αὐτοῦ.) Neqve hic locus ad Christum propriè pertinet: tametsi pleriqve PP. ad eum sensum traxerint; qvos reprehendit Hieronymus. Cujus qvidem interpretationis causam attulit LXXII lectio: qvi ab Hebræo & Vulgata discrepant. Nam Hebraica vox אנש inscrutabile, sive desperabile significat. At ille אנוש hoc est *homo* legerunt.

N. XXI. Καὶ τῷ βουλομένῳ τὰς χεῖρας.) Leg. τῷ μὴ βουλομένῳ.

N. XXIV. Πάλιν δὲ ὁ αὐτός.) Hanc Joannis historiam, qvam à Polycarpo acceperat, refert Iren. Lib. III. Cap. III, & Euseb. Lib. III. Hist. Cap. XX. Sed Cerinthum, non Ebionem Hæreticum illum fuisse, consentiunt omnes. Qvare μνημονικὸν est σφάλμα Epiphanii nostri.

Ὁ δὲ Ὀλεάριος.) Ergo Olearius appellatus est vestimentorum custos, ἱματιοφύλαξ. An idem & oleum præbebat, & vestimenta servabat? An ἀπολι-

nius, eqvidem nescio. Eusebius verò ab anno Achaz IX, in qvem vaticinium illud coniicit Noster, ad Natalem Christi annos colligit IↃccXLVIII. Nam nonus Achaz adscribitur anno cIↃccL. XVIII. Natalis Christi cIↃ cIↃ XV. Intervallum anni IↃccXLVIII.

Ἵνα δείξῃ τὴν Μαρίαν.] Hebræi qvidam; utpura Aben Ezra, & David Kim. in hunc locum, Prophetissam illam Esaiæ uxorem interpretantur, qvæ qvod Prophetam virum habuerit, Prophetissa nuncupetur. Hieron. partim per Prophetissam Spiritum sanctum, partim B. Virginem intelligit, qvod & Basilius, aliiqve seqvuntur.

Τῷ γὰρ ἐνάτῳ ἔτ.] Multa hoc loco adversus & rationem temporum, & Scripturam commissa sunt, sive Librariorum vitio, sive Authore ipso aliud agente. Isaiæ vaticinium illud anno IX Achaz editum fuisse putat. Eundem porrò annos regnasse XIV, ac tùm Ezechiam, cùm Isaias vaticinatus est, annos XI habuisse. Qvod si verum est; bimulum fuisse oportet Ezechiam, cum pater ipsius regnum cœpit. Atqvi ut is XIV duntaxat annos regnaverit, non plus XVI annis habuit Ezechias, qvem tamen XX annos natum, cum regnare cœpit, fuisse paulo post scribit. Revera autem XXV habuit: IV Reg. XVIII, & II Par. XXIX. Qvare postremum illud manifestè cum Scriptura pugnat. Ut & illud qvod asserit Achaz annos regnasse XIV, cui XVI Scriptura tribuit IV Reg. Cap. XVI. 2. Neqve verò minùs cætera falsa sunt. Hoc enim oraculum, qvod Isaiæ VII legitur: *Ecce Virgo concipiet, &c.* sub illud tempus pronunciatum est, qvo Rasin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Israël adversus Achaz exercitum duxerunt. Jam verò Achaz anno Phacee XVII regnare cœpit. IV Reg. XVI. 2. Igitur mortuus est Phacee anno Achaz IV; qvi Joatham XX Cap. XV dicitur, hoc est ab exordio regni Joathan: qvi annis XVI regnavit, eod. cap. comm. 33. Paulo verò post vaticinium illud, Teglathphalasar Assyriorum rex, cujus opem Achaz imploraverat, vastatâ Syria Rasin interfecit. Cap. XVI. Diu itaqve ante IX Achaz illud ab Isaia prædictum est: atqve, uti credibile est, sub illius exordium, aut saltem uno alterove pòst anno.

Ἦν δὲ Σάββατον δευτερόπρωτον.] Vetus illa qvæstio est, qvid sit Σάββατον δευτερόπρωτον; de qva sanctorum PP. variæ sunt, ac discrepantes sententiæ: Sed imprimis Isidori Pelusiotæ Epist. CX Lib. III, Chrysostomi Homil. XXXIX in Mat. & Epiphanii cùm hoc loco, tùm Hæresi LI; Num. XXXI. Qvorum qvidem opiniones utcumqve cum rei veritate consentaneæ sunt, ab recentioribus qvibusdam parum fideliter expressæ sunt. Nam ut ab Isidoro exordiar, in Annalibus Ecclesiast. anno Christi XXXII Num. II, Isidori hæc refertur, approbaturqve sententia: Σάββατον δευτερόπρωτον *illam fuisse diem, qvæ post primam Azymorum mox seqvitur; sicqve dictum Sabbatum secundo-primum, seu Sabbatum ex Sabbato; adbuc insuper, qvòd eadem dies incidisset in Sabbatum bebdomadarium, duorum festorum conjunctione dictum esse Sabbatum Sabbatorum.* Subijcit deinde: eandem esse & Epiphanii sententiam: imò & Suidæ, *dum*

ait fuisse eam diem secundam Paschatis, qvam tamen nominat primam Azymorum. Sed in iis verbis duo sunt ex Isidoro contra Isidori mentem, & orationem allata. Alterum; Sabbatum secundo-primum diem illam appellari, qvæ post primam Azymorum mox seqvitur. Isidorus enim perspicuè primam ipsam Azymorum diem Sabbatum ait esse *δευτερόπρωτον*; qvod Sabbatum ideo vocatur, qvia Judæi festa omnia Sabbati nomine complecti solent. *Δευτερόπρωτον* verò propterea dicitur, qvòd secunda sit à Paschate, & Azymorum prima. Isidori verba sunt. *Δευτερόπρωτον εἴρηται, ἐπειδὴ δεύτερον μὲν ἦν τοῦ Πάσχα, πρῶτον δὲ τῶν Ἀζύμων, ἑσπέρας γὰρ θύοντες τὸ Πάσχα, τῇ ἑξῆς τὴν τῶν Ἀζύμων ἐπανηγύριζον ἑορτὴν, ἣν καὶ δευτερόπρωτον ἐκάλουν διὰ τὸ, ὡς ἔφην, δευτέραν μὲν εἶναι τοῦ Πάσχα, πρώτην δὲ τῶν Ἀζύμων.* Manifestè primam ipsam Azymorum diem *δευτερόπρωτον* nominat, eam videlicet, sub cujus priorem vesperam immolatum est Pascha: non ab illa secundam, ac proximam. Isidori verba suo more Suidas exscripsit. Alterum, qvod ab Isidori sententia abhorrere dixi, illud est: Qvod in eandem diem Sabbatum legitimum, & hebdomadarium incidisset, ob id Sabbatum Sabbatorum appellatum fuisse. Sed ejusmodi nihil ab Isidoro dicitur. Hoc unum, ut rationem redderet, cur Sabbatum prima illa dies Azymorum nuncupetur; subjunxit: Sabbatum à Judæis festum omnem diem vocari: indeqve loqvendi genus illud manasse, *Σάββατα Σαββάτων*: qvoniam accidebat interdum, ut alicujus festi principium, aut finis in hebdomadarium Sabbatum incideret: qvemadmodum apud Christianos Natalis Christi, hoc est Epiphania, in Dominicum incurrit. *Οὕτω καὶ παρ' αὐτοῖς ἡ καὶ ἡ πανήγυρις τῷ Σαββάτῳ συνέπιπτε, σάββατα σαββάτων ἐκαλεῖτο.* Corrigendum *εἰ καὶ ἡ πάν.* Qvare non eo anno, qvem Lucas commemorat, concursum illum incidisse scribit Isidorus; sed aliâs potuisse, cum Sabbata Sabbatorum vocarentur. Isidori locus necessariò adscribendus est. *Εἰ δὲ Σαββάτῳ εἴρηται, μὴ θαυμάσῃς. Σάββατον γὰρ πᾶσαν ἑορτὴν καλοῦσι. καὶ διὰ τοῦτ' εἴρηται, Σάββατα Σαββάτων, ἐπειδὴ ἔσθ' ὅτε, ἢ ἡ ἀρχὴ τῆς πανηγύρεως, ἢ τὸ τέλος συνέπιπτε τῷ τῆς ἑβδομάδος Σαββάτῳ.* Nec minus hallucinatus est Scal. qvi L. III Isag. Can. Isidorum refert Sabbatum *δευτερόπρωτον* opinari tertiam esse Azymorum diem. Nam disertè primam Azymorum definit Isidorus: secundam vero offerendo novarum frugum manipulo constituit, qvam tertiam à Paschate vocat, uti primam Azymorum, qvam & *δευτερόπρωτον* nominat, secundam. Si qvidem Paschatis primam diem totum ipsam Parasceven appellat, cujus ad vesperam agnus immolabatur. Proxima est Chrysostomi sententia. Hic Homil. XXXIX in Mat. *τί δέ ἐστι*, inqvit, *δευτερόπρωτον; ὅταν διπλῆ ἡ ἀργία ᾖ καὶ τοῦ Σαββάτου τοῦ Κυρίου, καὶ ἑτέρας ἑορτῆς διαδεχομένης. Σάββατον γὰρ ἑκάστην ἀργίαν καλοῦσι.* Maldonatus ad Matth. XII Chrysostomum existimasse scribit; Sabbatum secundo primum esse, qvod proximè seqveretur festum aliqvod; qvod in feriam VI incidisset. Verum è contrario Sabbatum illud esse censet Chrysostomus, qvod festum aliud antecedit, id qvod Græca illa demonstrant, *καὶ ἑτέρας ἑορτῆς διαδεχομένης.* Qvanqvam

Theoph. ad Luc. Cap. VI Chryſoſtomi ſententiam eodem, qvo Maldonatus, modo intellexiſſe videtur, ſi, uti ſolet, Chryſoſtomum ſecutus eſt. Tertius eſt Epiphanius noſter; qvem eodem loco Maldonatus aſſerit Sabbatum δευτερόπρωτον ſtatuiſſe VIII diem Azymorum. Sed hoc qvidem loco longè aliud docet Epiphanius. Etenim Sabbatum illud, qvod ab Azymorum prima die proximum eſt, δευτερόπρωτον Sabbatum dici putat. At Hæreſi LI, Num. XXXI, aliter ſtatuit, tametſi perobſcurè loqvitur. Ibi enim cum duplex Sabbati genus eſſe dixiſſet, alterum hebdomadarium, & antiqvum, qvod πρῶτον vocat: alterum legitimum; ſive feſtivum, qvod δεύτερον putat, cujuſmodi Azymorum dies fuit, paulo pòſt addit δεύτερον illud in ſeptem revolutum appellari πρῶτον. Ubi neſcias utrum Azymorum VII diem Sabbatum δευτερόπρωτον eſſe definiat, an feſtum ipſum Pentecoſtes, qvod & Maldonatus cæteris omnibus præfert: de qvo ſuo loco dicemus. Jam vero nullus propriè Azymorum dies VIII fuit; cum celebris ipſa intra ſeptenos dies ſteterit, ut ex Levit. XXIII, & Exo. XII conſtat. Niſi forte, uti Paſchatis octo dies interdum numerari ſolent, eo qvod Paraſceve ipſa, cujus, ſub veſperam agnus immolatur, primus Paſchatis dies habetur, qvod ex Iſidoro ſupra monuimus; ſic etiam Azymorum prima dies eadem illa Paraſceue cenſeatur. Qva ratione Joſep. Lib. II Orig. Cap. V Azymorum feſtum diebus VIII celebrari dixit. Illud Maldonati ſatis mirari non poſſum, qvod de eadem qvæſtione ex ſua opinione illo in loco diſſerit. Refellit enim Epiphanii, aliorumqve ſententiam, *qvi Sabbatum ſecundoprimum diem aliqvem Azymorum interpretantur. Nec enim die XV, aut XX Martii ſpicæ maturæ eſſe potuerunt. Qvod enim qvidam adnotaverunt, in Palæſtina eo tempore propter vehementem calorem ſegetes ſolitas matureſcere, fictum eſſe arbitror. Nam feſtum primitivorum celebratur qvinqvageſimo die poſt Paſcha; celebratur autem ſimul atqve prima ſalx in meſſem mittebatur. Non ergo poterant in feſto Azymorum, id eſt qvinqvaginta antè diebus, ſegetes eſſe maturæ.* Hæc ille. Negat itaqve ipſis Azymorum diebus maturas fuiſſe ſegetes, cum qvinqvageſimo primum poſtea die falcem immiſerint. Qvæ qvidem non falsò tantum dicta, ſed & Scripturæ manifeſtè contraria ſunt. Qvis neſcit ſecunda Azymorum die novarum frugum manipulum oblatum fuiſſe? qvemadmodum Levit. XXIII. II præcipitur, ממחרת השבת; hoc eſt ſeqventi poſt Sabbatum (ſive feſtum, id eſt Azymorum primam,) die, τῇ ἐπαύριον τῆς πρώτης, ut rectè LXX reddiderunt. Ab hoc vero die, hoc eſt à II Azymorum VII, hebdomadas numerabant: qvibus evolutis, qvinqvageſimo demùm die non ſpicas, aut manipulos; ſed primitivos panes offerebant: eumqve עצרת, hoc eſt clauſulam appellabant, ſive poſtremam celebritatis diem. In qvo Joſephus errat; qvi Lib. III. Ἀρχ. Cap. X ita ſcribit: τῇ Πεντηκοστῇ, ἣν Ἑβραῖοι Ἀσαρθὰ καλοῦσι, σημαίνει δὲ τοῦτο πεντηκοστήν. Aſſartha, hoc eſt עצרתא πεντηκοστὴν interpretatur, haud rectè De ſegetum maturitate, qvod obiicitur, refellit Iſidorus his verbis. Ev

ἐκείνῳ γὰρ τῷ καιρῷ μόνῳ καρηβαροῦσιν οἱ ἀστάχυες, καὶ κέκλινται ὑπὸ τοῦ καρποῦ, καὶ τῆς πρὸς ἄμητον ὥρας, οἱονεὶ τὴν δρεπάνην ἐφ' ἑαυτοὺς καλοῦντες. Qvanqvam non desunt, qvi de hordei messe duntaxat illud accipiant. Utcunqve sit, τῇ δευτέρᾳ τῶν Αζύμων עמר hoc est manipulus oblatus est. In qvo corrigendus est Isidorus, qvi τῇ τρίτῃ τῶν Αζύμων, hoc est tertia, manipulum oblatum fuisse narrat. Scripsit enim, aut scribere certè debuit, τῇ τρίτῃ τοῦ Πάσχα, hoc est tertio à Paschate die, qvod XIV die celebrabatur. Hæ sunt præcipuæ Veterum PP de Sabbato δευτεροπρώτῳ sententiæ. Ex qvibus verisimillima est Epiphanii prior illa, qvam hoc loco tradit; Sabbatum illud, qvod post primam Azymorum incidit, δευτερόπρωτον, dici. Vera autem procul dubio illa est, qvæ in VI de Emend. Temp. & in Isag. Can. explicatur; δευτερόπρωτον Σάββατον primùm esse Sabbatum, qvod ἀπὸ τῆς δευτέρας τῶν Αζύμων. Nam secunda die Azymorum novarum frugum manipulum offerebant. A qvo die deinceps VII hebdomadas computare jussi sunt. Qvarum Sabbata ἀπὸ τῆς δευτέρας τῶν Αζύμων, id est ab Omer cognominata sunt. Veluti primum Sabbatum, qvod proximè τὴν δευτέραν τῶν ἀζύμων seqvitur, vocatur δευτερόπρωτον. Secundum δευτεροδεύτερον: Tertium δευτερότριτον, atqve ita deinceps. Qvod uberius explicatum habes in Isag. Canon. Pag. 281. Hac enim interpretatione melior afferri nulla potest.

Τὸ γὰρ διὰ τὰς ὑποπιπτούσας τῆς κατὰ σελήνην.] Judæorum festa Sabbata & ab iis, & ab Ethnicis appellata, nemini dubium est. De iis luculentus est apud Clem. Alex. locus Strom. VI, ex Petri concione qvadam. Μηδὲ κατὰ τοὺς Ιουδαίους σέβεσθε. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι μόνοι οἰόμενοι τὸν Θεὸν γινώσκειν οὐκ ἐπίστανται, λατρεύοντες Αγγέλοις, καὶ Αρχαγγέλοις, μηνὶ, καὶ σελήνῃ· καὶ ἐὰν μὴ σελήνη φανῇ, Σάββατον οὐκ ἄγουσι τὸ λεγόμενον πρῶτον· οὔτε νεομηνίαν ἄγουσιν, οὔτε ἄζυμα, οὔτε ἑορτὴν, οὔτε μεγάλην ἡμέραν. Qværit Casaubonus Exercit. XIV. N. IV qvid sit Sabbatum primum: idqve obscurum videri sibi fatetur. In qvo Scaligeri interpretationem tacite refellit, qvi Lib. III. Isag. Cano. Pag. 223. sublatis his vocibus, τὸ λεγόμενον πρῶτον, Sabbatum hoc loco pro νεομηνίᾳ, ἕνῃ καὶ νέᾳ, adeoqve festis omnibus usurpari scripserat. Qvod est absurdum. Nam Sabbatum illud τὸ λεγόμενον πρῶτον, aliud esse debet ab ordinariis Sabbatis, ac Neomeniis. Eqvidem Sabbatum illud primum esse suspicor, Neomeniam Tisri, qvæ majori, qvàm cæteræ omnes Neomeniæ, cultu ac religione celebrabatur. Erant qvidem Neomeniæ mensium omnes solennes ac festæ; sed eatenus, ut in iis præcipua qvædam sacra, ac ceremonias obirent; non ut ab opere feriati essent. Sola Tisri Neomenia, qvod & festum Tubarum, clangorisqve vocatum est, תרועה, ab servili opere nominatim excipitur Levit. XXIII, 24. *Mense septimo, prima die mensis, erit vobis Sabbatum, memoriale clangentibus tubis, & vocabitur sanctum. Omne opus servile non facietis in eo, & offeretis holocaustum Domino.* Qvare eadem fuit illius diei ratio, qvæ primæ, ac secundæ Azymorum Pentecostes, Scenopegiæ, qvibus qvidem nullum opus servile fieri licebat, tametsi qvæ ad victum necessaria forent præparare fas fuit. Qvod de

Azymorum festo disertè cautum est Exo. XII 16. *Dies prima erit sancta, atque solennis, & dies septima eadem festivitate venerabilis. Nihil operis facietis in eis, exceptis iis, quæ ad vescendum pertinent.* Sabbatis verò ne ea quidem parare fas erat, quæ ad victum pertinerent, ut ex Cap. XXI Exodi com. 29, & XXXV, 3 colligitur. Vide Tract. שביתת יום טוב, in I. Par. Jad Rambam. Mirum est igitur quod Tertull. Lib. con. Judæos, cap. IV, præceptum de observando Sabbato, quod Exo. XX, & Deuter. V. sciscitur, ita concipit: *Memento diem Sabbatorum sanctificare eum. Omne opus servile non facietis in eo, præterquàm quod ad animam pertinet.* Sed primum illud de primæ diei azymorum observatione cum altero de Sabbato imprudens permiscuit.

Ἔτι δὲ τὴν μίαν νηστείαν.] Jejunia in Hebræorum Calendario notantur XXVI. Sed neque festa, neque ab opere vacua, ac Sabbata fuerunt, præter X Tisri, quo die festum כפורים sive expiationis cum jejunio celebratum est; Levit. XVI 31. Atque hæc est μεγάλη νηστεία, quam inter Sabbata refert Epiphanius. Tum enim operis nihil faciebant: com. 29. De minore Jejunio nondum certam rationem expedire potui. In Kalendario Hebræorum, quod Sigonius, ac Torniellus ediderunt; die Adar XIV Jejunium Esther cum Mardochæi festo, quod erat *Phurim*, hoc est *Sortium* minus, incidit. Quod proinde Jejunium minus existimari possit. Verum summovendum hoc jejunium in XIII Adar, ut à Munstero, & Genebrardo factum est: quod & Scripturæ authoritate constat. Nam Esther Cap. IX 22, XIV, & XV mensis Adar inter Judæorum festa sanciuntur: uti sint *dies illi epularum, ac lætitiæ.* Non igitur XIV die jejunabant. Quare de minore illo Jejunio, quod una & festum, sive Sabbatum sit, amplius quærendum videtur.

Ἤτοι ἐν δευτέρᾳ Σαββάτων.] Tres duntaxat hebdomadis ferias commemoravit, 2, 3, & 4. Sed una etiam cæteras συνεκδοχικῶς complexus est. Neque enim est ulla ratio, cur à cæteris eæ solennitates arceantur. Nam certorum dierum superstitio illa, quam Judæi observant, & in Jad Ramban
N. XXX. exposuit, nihil ad hunc locum facit. De qua alias differemus.

Ὁπότε καὶ οἱ εἰδωλολάτραι.] Hieron. ad Cap. Hier. X. *Multarum*, inquit, *ex quadam parte gentium, & maximè, quæ Judææ Palæstinæque confines sunt, usque hodie populi circunciduntur, & præcipuè Ægyptii, & Idumæi, Ammonitæ, & Moabitæ, & omnis regio Sarracenorum.* De Ægyptiis id testatur Herodotus. Meminit & Orige. I con. Cel.

Τρυγόνας δέ φημι, καὶ δρακαίνας.] Plin. Lib. IX, Cap. XLVIII. *Æquè pestiferum animal araneus; spina in dorso aculeo noxius. Sed nullum usquam execrabilius, quam radius super caudam eminens trygonis, quam nostri pastinacam appellant, quincunciali magnitudine.* Ælianus L. II. de Anim. C. L. venenatos pisces commemorat, gobium, draconem, hirundinem, quorum tamen virus minime lethale sit. At pastinacæ præsentissimum esse docet. De murænis Plin. Lib. XXXII, Cap. IV. *murænæ morsus ipsarum capitis cinere sanantur.*

AD HÆRESIM XXXI, QVÆ EST VALENTINIANORUM.

De Valentinianorum nugis præter Irenæum, aliosqve Veteres, ex recentioribus diligentissimè disputavit Pammelius ad Tertul.

N. II. Ἔφασαν γὰρ αὐτόν τινες.] Phreboniten Nomum aut Præfecturum neqve apud Ptolemæum, neqve apud diligentem earum rerum Ortelium reperio; sed, qvi vocabulo proximus, Pharbætiten, haud procul mari.

Ἀμψιῦ, Αὐρααν.] Barbara hæc sunt Æonum nomina: haud scio an ex Ægyptiorum lingva profecta; an temerè, atqve ad terrorem conficta. Duplex horum series est. In priore paria, ac συζυγίας copulasse videtur: In posteriore sine ulla copula singillatim percensuisse. Cumqve nonnulla sit utrobiqve certorum nominum differentia, posteriorem ideo veriorem arbitror. qvod XXX duntaxat vocabula, qvot videlicet Æones sunt, contineat; altera XXXIII.

Βυθὸς Σιγή.] Legendum omnino Βυθὸς, καὶ Σιγὴ, ut in cæteris paribus. Ac cum tota illa series apud Irenæum & Tertullianum legatur, qvid apud singulos diversum sit suo loco docebitur.

N. III. Οὕτω γάρ φασι καὶ οἱ περὶ τὸν Ἡσίοδον.] Cum vocabula ipsa, tum ordo illorum ac series plurimum ab Hesiodio illo Catalogo discrepant. Sed in nugis μικρολογεῖν putidum est.

N. IV. Τὰ δ' παρὰ φρονίμοις.] Obscura & intricata Valentini hæc est oratio. Priora qvidem illa Inscriptionis formulam præferunt. Cæterum hoc ipsum fragmentum neqve à Valentino scriptum, neqve purum ac putum illius dogma complectitur; sed ab ejus discipulis interpolatum, ut ex Tertul. colligitur.

Οὔτε γὰρ ἀρχῆς ὁ Αὐτοπάτωρ.] Legendum arbitror: ὅτε γὰρ ἐξ ἀρχῆς.

Μετὰ τοῦτο δὲ ἡ Σιγή.] Qvantum in tenebricosis implicatisqve fabulis dispici potest, hoc ipsum significare videtur. Sigen è Bytho Patrem genuisse

6. Veritatis. Tum verò cum eodem illo qvem genuerat copulatam, Veritatem edidisse. Qvod aliter apud Iren. & Tertul. legitur. Nam ex Bytho & Sige ambos illos Æonas, Patrem, sive Nun, & Veritatem susceptos asserunt.

Ἡ ἄφθαρτος αἰωνία.] Leg. αἰὼν pro αἰωνία. Nam & fœminas Æones Valentinus nominabat. Tertul. contra Valent. Cap. IX. *Novissima natu Æon: viderit solœcismus, Sophia enim nomen est.*

Μητρικὴν προενεγκαμένη προὐνικίαν.] Forte προὐνικίαν pro libidinis illecebris sumpsit, ut μητρικὴ ἀπὸ τῆς μήτρας deductum sit. Origenes in Celsum, Tom. VI. προὐνικήν δέ τινα σοφίαν οἱ ἀπὸ Οὐαλεντίνου ὀνομάζουσι, κατὰ τὴν πεπλανημένην ἑαυτῶν σοφίαν· ἧς σύμβολον εἶναι βούλονται καὶ δώδεκα ἔτεσιν αἱμοῤῥοοῦσαν. Sed unam qvandam ac singularem προὔνικον à Valentinianis appellatam non puto, cum προυνίκους Æones omnes nuncupaverit, hoc qvidem in Libro.

N. VI. Ἡ τις λυώθη τοῖς φωσί.] Qvid si Αἰῶσι pro Φωσὶ legendum sit? Sed qvæ seqvuntur perplexa sunt admodum, & obscura.

N. IX. Ἐκ τῶν τοῦ ἁγίου.] Plurimum vel hoc uno nomine de omni posteritate me-

ritus est Epiphanius, qvod ejus studio factum est, ut Irenæi fragmenta qvædam ex tanto illius Operum naufragio superessent. Nos ea cum Latina veteri interpretatione, qvod olim Billius fecerat, diligenter contulimus, & nostras Billiiqve conjecturas ad marginem adscripsimus, neqve qvicqvam nisi ex veterum manu exaratorum fide in contextu ipso mutavimus.

N. X. *Οὐκ ἐπιζητήσεις ὃ παρ' ἡμῶν.*] Qvod perperam antea *Δέλφοις* pro *Κελτοῖς* legebatur, ex Reg. Cod. authoritate sustulimus.

N. XI. *Καὶ καθέσθαι ὡς ἐν μήτρᾳ.*] Expung. *καὶ*.

Εἶναι γὰρ αὐτῶν ἕκαστον.] Utrum Æonum qvemlibet Hermaphroditum esse voluerit Valentinus, an paria ipsa potius intelligat ex mari fœminaqve constantia, dubitari haud immeritò sanè potest. Par qvidem ipsum *ἀῤῥενόθηλυ* hoc loco nominari, docent ea qvæ subiiciuntur. Cum enim dixisset, *εἶναι γὰρ αὐτῶν ἕκαστον ἀῤῥενόθηλυν οὕτως*: qvomodo id fiat ostendit in seqventibus; qvod & Pater cum Ennœa, & mare cæteris cum suis comparibus conjuncti sint. Itaqve *ἀῤῥενόθηλυν* iccircò nominat, qvia conjuges sunt. Atqvi Valentiniani ipsi *ἀῤῥενόθηλυν Βυθὸν* Æonum principem, & originem in Libro suo vocant N. V. Et cum Tetradem posteriorem, Decadem, ac Dodecadem numerant, *ἀῤῥενόθηλυν* utramqve appellant, non qvod singuli Æones Hermaphroditi essent, sed qvòd paria *ἐν τῇ ὁμάδι* marium fœminarumqve continerentur. Qvocirca nihil ad hunc Irenæi locum, ut opinor, pertinet qvod è Tertul. affertur, L. con. Valent. Cap. XXXIV. *Alii contra magis & masculum, & fœminam dicunt, ne apud solos Lunenses Hermaphroditum existimet Annalium commentator Fenestella.* Hæc enim non ex Valentini, sed ejus discipulorum sententia à Tertulliano commemorantur.

Τὸν μὲν λόγον, καὶ τὴν Ζωήν.] Confer hæc cum Valentinianorum narratione N. V. Animadvertes, aliter hæc ab Irenæo, Tertul. cæterisqve, qvam à Valentinianis exposita. Piget enim nugas istas, ineptissimaqve deliria scrupulosius perseqvi.

Θελητὸς καὶ Σοφία.] Theletum, non Teletum scribendum esse Græca ipsa, cum veteri Irenæi Interprete persvadent. Nec audiendus Pammelius, qvi Teletus mavult, qvasi perfectum dicas, qvod nulla Grammaticæ ratio patitur. Telestus enim non Teletus dicendum fuerat.

N. XII. *Οἵαν φύσιν εἶχε θήλειαν τεκεῖν.*] Assensus sum R. P Frontoni Ducæo, qvi in Notis ad hunc Irenæi locum hanc, qvam expressimus, sententiam probat. Sed nec pœnitenda vulgata altera lectio.

N. XIII. *Τὸ πρῶτον καταληπτὸν ὑπάρχειν.*) Ita in Edit. Basile. in Regio. Sed *ἀκατάληπτον* ex Irenæi Interprete &. Tertul. legendum.

N. XIV. *Ἐξάγωνος σύμπηξις.*] Vetus Iren. Interpres *καὶ Αἰώνων* legisse videtur. Forte *ἔξω τῶν Αἰώνων σύμπηξις*. Nam de Æonibus paulo ante dictum est.

Διῴκιξε τὴν μήτραν τῆς ἐνθυμήσεως.) Enthymesis, nisi fallor, inter Æonas minimè recensetur; sed fœtus qvispiam est Æonis, hoc est Sophiæ. Qvare post *Ἐνθυμήσεως*, sublata distinctione, & particulâ *καὶ*, ante *ἐξορισθείσης*, ita locus ille interpretandus est; *Cogitationis affecti Æonis, quæ à Pleromate proscripta fuerat, matricem operuit.* Non enim Sophia ipsa extra Pleroma penitus amandata, sed ejus *ἐνθύμησις*, & *πάθος*.

N. XV. Ἄρας τὸν σταυρόν.] Leg. ἀκολούθει μοι. *Seqvere me*, ut est apud Iren. sed nos Græca ipsa immutare noluimus.

N. XVI. Ὅθεν τὸ Ἰαὼ ὄνομα.] Qvem Liberum patrem, & Solem ethnici scriptores appellarunt. Macrob. Lib. I. Cap. XVI.

N. XIX. Τὸν Δημιουργὸν δὲ εἰς τὸν ὑπερουράνιον.] Corr. ἐπουράνιον.

N. XXX. Ἐπειδὴ τῇ σκηνῇ ταύτῃ.] Ἀπολύτρωσιν hic *redemptionem* esse credit Billius, de qva Irenæus Cap. XVIII. Nos autem aliud esse hoc qvidem loco suspicabamur: nempe exordium fabulæ. Non enim de ἀπολυτρώσει illa Hæreticorum aliorum verba facit Irenæus.

N. XXXIII. Οὕτως ἐξηροφόρησεν.] Corrupta vox, in qva divinationem experiri non vacat.

N. XXXIV. Ὅτι ἄλυσίν τινα οἱ σκορπίοι.] Ælianus Lib. VI. Hist. An. C. XXIII.

AD HÆRESIM, QVÆ EST SECUNDIAN. ORDINE XXXII.

N. I. Ἀπὸ τῶν οὕτω προειρημένων.] Cor. προειρημένων.

N. II. Φάσκει δὲ μετὰ τὸ ὑστέρημα.] Leg. omninò. Φάσκει δὲ τὸ ὑστέρημα μετὰ τοὺς τριακ. Αἰῶνας. Hanc enim Secundi fuisse sententiam docuit N. I.

N. III. Οὗτος γὰρ ὁ Ἐπιφάνης.] Ex Clemen. Alex. III. Strom. hæc descripta sunt; tametsi ab authore ipso diversa qvædam tradiderit. Clementis verba necessario hîc adtexenda sunt. Ἐπιφάνης οὗτος, οὗ καὶ τὰ συγγράμματα κομίζεται, υἱὸς ἦν Καρποκράτους, καὶ μητρὸς Ἀλεξανδρείας τοὔνομα τὰ μὲν πρὸς πατρὸς Ἀλεξανδρεὺς ἀπὸ δὲ μητρὸς Κεφαλληνεύς· ἔζησε δὲ τὰ πάντα ἔτη ἑπτακαίδεκα, καὶ Θεὸς ἐν Σάμῃ τῆς Κεφαλληνίας τετίμηται ἔνθα αὐτῷ ἱερὸν ῥυτῶν λίθων, βωμοὶ, τεμένη, μουσεῖον ᾠκοδόμηταί τε, καὶ καθιέρωται· καὶ συνιόντες εἰς τὸ ἱερὸν οἱ Κεφαλλῆνες κατὰ νουμηνίαν γενέθλιον ἀποθεώσιν θύουσιν Ἐπιφάνει, σπένδουσί τε, εὐωχοῦνταί, καὶ ὕμνοι λέγονται· ἐπαιδεύθη μὲν παρὰ τῷ πατρὶ τήν τε ἐγκύκλιον παιδείαν, καὶ τὰ Πλάτωνος, &c. Hæc ille. At Epiphanius à patre Cephallenium fuisse, non Alexandrinum docet.

Ἐν Σάμῳ γὰρ ὡς Θεός.) Qvæ & Same dicitur.

Dulychiumq; , Sameq; . & Neritos ardua saxis.

N. IV. Ἰσίδωρον δὲ φάσκουσιν.) De Isidoro meminit idem Clemens Alexand. Lib. VI Strom.

N. V. Ἀναγκαίως δὲ ταύτας.) Apud Clem. Alex. hæc cum præcedentibus copulata ita leguntur; φυσικὸν δὲ τὸ τῶν ἀφροδισίων, οὐκ ἀναγκαῖον δέ. Tum subiicit. ταύτας παρεθέμην τὰς φωνὰς εἰς ἔλεγχον τῶν μὴ βιούντων ὀρθῶς Βασιλειδιανῶν, &c. Neqve tamen mutare qvicqvam in Epiphanio nostro volui. Fieri qvippe potest, ut aliqvid de suo sciens ac volens inseruerit.

Φασὶ δὲ καὶ οὗτοι.) Tertul. L. con. Valent. C. XXXVII. *Accipe alia ingenia cicuria Enniana, insignoris apud eos magistri; qvi ex Pontificali sua auctoritate in hunc modum censuit, &c.*

N. VI. Κλήμης τε, ὅν φασί τινες Ἀλεξανδρέα.) Qvi Clementem patriâ Atheniensem esse diceret præter Epiphanium ex Veteribus vidi neminem. Qvanqvam ne is qvidem affirmat; sed contrarias duntaxat opiniones affert. Mirum igitur est, qvo fretus authore Vir eruditus Clementem Athenis

oriundum, sed qvòd Alexandriæ perdiu docuerit, Alexandrinum fuisse tam asseveranter scripserit. Qvi ob eam causam addit a majoribus (ut author est Epiphanius) tum Alexandrinum, tum etiam Atheniensem esse nominatum. Atqvi nusqvam id, qvod ille putat, Epiphanius tum Alexandrinum, tum etiam Atheniensem à majoribus nominatum esse Clementem asserit, qvod Athenis ortus, Alexandriæ docuisset. Sed de patria duntaxat variè qvosdam sensisse narrat.

N. VI. Ἰοὺ, ἰοὺ, καὶ Φεῦ, Φεῦ.] Ad hæc Irenæi verba respexit Tertul. *In Scholis Carthaginiensibus fuit qvidam rigidissimus Rhetor Latinus, Phosphorus nomine. Cum virum fortem peroraret: Venio, inqvit, ad vos optimi cives, de prælio cum victoria mea, cum felicitate vestra, ampliatus, gloriosus, fortunatus, maximus, triumphalis. Et Scholastici statim familiæ Phosphori* ΦΕΥ *acclamant. Audisti fortunatam, & Hedonem, & Acinetum, & Teletum: acclama familiæ Ptolemæi* ΦΕΥ. Qvanqvam Φεῦ apud Iren. σχετλιαστικὸν, apud Tertul. θαυμαστικὸν est

N. VII. Ἐκ δὲ τῆς ἀρχῆς.] Leg. ἐκ δὲ τῆς ἀνενοήτυ δευτέρω, &c. adeo ut voces illæ τῆς ἀρχῆς, parenthesi inclusæ adscititiæ videantur. Cujus contrarium ab Operis est factum tam in contextu ipso, qvam in paginæ limite. Si qvidem Irenæus ἐκ δὲ τῆς ἀνενοήτου legit.

Τῷ ὑποδείγματι τοῦ Εὐαγγελίυ.] Coniiciebam ὑποδήματι substituendum esse. Qvod si cui recepta jam lectio magis arriserit; ὑπόδειγμα hoc loco pro mandato & præcepto accipiendum est.

AD HÆRESIM XXXIII, QVÆ EST PTOLEMÆI.

N. I. Οὗτος τοίνυν ὁ Πτολεμαῖος.] Hæc ex Irenæo ad verbum descripta sunt Lib. I. Cap. VI.

N. III. Καὶ τοῦ σφετέρου πληρώματος.) Utcunqve sensus iis ex verbis erui possit, qvod nonnisi violenter fieri potest. Longe mihi aptius videtur καὶ τοῦ ὑφ' ἑτέρου πληρώματος. Nec dubito qvin hoc Epiphanius scripserit.

Ὁ Ἀπόστολος προσματοσερήσας.) Apostoli nomine Joannem intelligere videtur, ut ad λέγει paulo antè positum referatur, hoc sensu: *Præterea mundum ab ipso fabricatum; omniaq́ per ipsum facta, & sine ipso nihil esse factum testatur Apostolus; ac mendacissimorum hominum*, &c.

N. IV. Ὅτι Μωυσῆς πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν.] Qvonam pacto Moses id Judæis permiserit, & qvatenus Christianis divortium facere liceat, pluribus Catholici Interpretes ad Matth. XIX disputare solent: qvorum Commentarios consulere qvisqve potest.

Δῶρον τῷ Θεῷ.] Hic est difficillimus ille ex Matthæi, ac Marci Evangelio locus qvem pro diversa interpunctione variè interpretes acceperunt. Nam aut verbum ὠφεληθῇς cum antecedentibus copulatur, hoc modo. Δῶρον ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς. Apud Marcum vero: Κορβᾶν (ὅ ἐστι δῶρον) ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς. Aut inter ἐμοῦ, & ὠφεληθῇς, distinctionis nota ponitur. Posteriorem hanc lectionem vulgò Græci codices habent, eamqve Latinus Interpres seqvitur. Nam ita vertit; *Munus qvodcunqve est ex me, tibi proderit:* perinde ac si ita scriptum esset, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ᾖ, ὠφεληθῇς. Existimabant

enim, ac præ ſe ferebant ex Phariſæorum diſciplinâ filii; ſe cum Deo aliqvid pro ſe ac parentibus ſuis offerrent, abunde officio ſuo ſatisfeciſſe; neqve qvicqvam dependere amplius debere. Sed priorem lectionem, qvæ ὠφεληθῇς ſuperioribus annectir, Epiphanius, Chryſoſtomus, aliiqve Græci; nec non & Syrus Paraphraſtes exprimunr. Epiphanius qvidem imprimis, cum verbum ὠφεληθῇς inſerit: δῶρον τῷ Θεῷ, ὃ ἐὰν ὠφεληθῇς ἐξ ἐμοῦ. ita Chryſoſt. Lib. I in Matth. Homil. declarat. ἐπαίδευσαν τοὺς νέους εὐσεβείας σχήματι καταφρονεῖν τῶν πατέρων. πῶς, καὶ τίνι τρόπω; εἴ τις γονέων εἶπε τῷ παιδὶ δός μοι τὸ πρόβατον τοῦτο ὃ ἔχεις, ἢ τὸν μόσχον, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον, ἔλεγον, δῶρόν ἐστι τοῦτο τῷ Θεῷ, ὃ θέλεις ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῆναι, καὶ οὐ δύνασαι λαβεῖν. Verum ſolennis illa votorum formula, qvam ex Magiſtrorum Commentariis ad VI Joſue Cap. Maſius proferr, mihi certiſſima videtur Nam cum aliqvis apud alterum ex hac formula votum edidiſſet, קרבן כל מה דאתהנא מני *Anathema, & res devota eſto, qvicqvid illud ſit, qvo ego tibi proſum*, nefas arbitrabantur illum beneficii genere ullo proſeqvi, ne parentem qvidem ipſum; ne qvod Deo ſcilicet devotum eſt, id humanis commodis ſerviat. Hæc Maſius. Sane qvidem Paraphraſtes Syrus iiſdem verbis locum illum reddidit, qvæ apud Rabbinos leguntur. Ar Scaliger in virulento illo Trihæreſii Elencho ellipticam loqvendi rationem ita ſupplet: Δῶρον, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς πάσης με πρὸς σὲ τιμῆς ἐλευθεροῖ. Sed hoc ex opinione ſua confictum, non ex aurhore ullo depromptum, divinationi ac conjecturæ potius eſt, qvam certæ ac liqvidæ veritati tribuendum. Poſtremò in hoc eodem Evangelii loco ellipſis alia manifeſta eſt: Nimirùm; Qvicunqve hoc dixerir patri ſuo, nulla adverſus illum obligatione conſtringetur: vel nulla re ei commodabit: qvod Num. IX Epiphanius inſinuat.

N. V. Τῷ χείρονι, καὶ τὴν ἀδικίαν.] For. τῇ ἀδικίᾳ.

Ἔν τε τοῖς ἄλλοις καταριθμεῖται.] Hæc minus expedita ac liqvida mihi videnrur: tametſi utcunqve ſentenriam expreſſimus.

Ὡς ὡρισμένης τοῦ ἡμέρας.] Leg. εἰς τοῦτο. Cæterum videant hujus temporis Hæretici, qvemnam ſibi pervicaciſſimi, ac vaniſſimi erroris magiſtrum ac patronum aſciverint: dum jejunia ſtatis temporibus indicta, ac certorum dierum religionem damnant.

N. VII. Δι' ὀλίγων εἰρημένα οὐκ ἠτόνησα.] For. ἐφθόνησα.

N. VIII. Καὶ Στησίχορον.) Steſichorus fabuloſas Deorum proſapias deſcripſerat, ut alibi indicat Epiphanius.

N. IX. Εἰσὶ δὲ αὗται τέσσαρες.) Qvatuor apud Hebræos Δευτερώσεων, ſive Traditionum genera percenſet. I eſt qvod Moſi inſcribitur: II Rabbi Akiba: III. R. Adda, ſive Juda: IV Aſſamonæorum. Fingunr autem Moyſen XL illis diebus, qvibus in monte conſtitit, prærer Legem, Legis interpretationem accepiſſe, eamqve LXX ſenioribus; hos Prophetis; hos Synagogæ tradidiſſe. Hanc Legis corruptelam potius, qvam interpretationem appellant תורה שבעל פה *legem qvæ ore tradita ſit*, tantiqve faciunt, ut ipſi Dei verbo præferendam cenſeant.

N. XI. Νομοθετήσας γὰρ ὁ νόμος.) Auguſt. contra Adam. Cap. VIII.

N. XII. Ὡς ἀπὸ θαλάττης ἀνελθών.) Καρχαρίας Heſych. eſt θαλάττιος κύων. Canem vero marinum viperas evocare ſibilis, aut cum iis conſveſcere nunqvam

legi. Sane muraenas à serpentibus ad coitum evocari sibilio scribit Plin. Lib. XXXII. Cap. II. *Ob id sibilo à piscatoribus, tanqvam serpentibus, evocari, & capi.* Καρχαρίαν aliud esse qvàm canem hoc qvidem loco necesse est.

AD HÆRESIM XXXIV, QVÆ EST MARCOSIORUM.

N. I. Τὰ γὰρ Ἀναξιλάου παίγνια.] Qvænam ista ludicra sint, sparsim indicat Plinius: ut Lib. XXXV Cap. XV. *Lusit & Anaxilaus eo* (de sulphure loqvitur) *candens in calice novo, prunaq; subjecta circumferens exardescentis repercussu pallorem dirum, velut defunctorum, offundente conviviis.* Scripsit iste, nisi fallor, de arcanis qvibusdam naturæ ac miris operibus, ut ex eodem Plinio licet colligere, Lib. XIX. Cap. I. Lib. XXVIII Cap. XI. & Lib. XXXIII Cap. X. Qvin & sæpius Libro primo in Authorum Indiculo citatur.

N. II. Ποτήρια οἴνῳ κεκραμένα.] Veterem Irenæi Interpretem secutus εὐχαριστεῖν gratias agere, non consecrare Latinè reddidi. Qvanqvam ille ipse Interpres parum commodè: *Pro calice enim vino mixto fingens se gratias agere.* Nostro autem sensu post κεκραμένα apponenda distinctio est. Neqve verò Billij ratio minùs placet; qvi εὐχαριστεῖν consecrandi significationem habere hoc loco putat. Nam & ea notione apud Justinum in Apol. sumitur insigni illo in loco, qvi Hæresis hodiernæ jugulum petit. Εὐχαριστήσαντος δὲ τοῦ προεστῶτος καὶ ἐπευφημήσαντος παντὸς τοῦ λαοῦ, οἱ καλούμενοι παρ' ἡμῖν Διάκονοι διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου, καὶ οἴνου, καὶ ὕδατος, καὶ τοῖς παροῦσιν ἀποφέρουσι. καὶ ἡ τροφὴ αὕτη καλεῖται παρ' ἡμῖν Εὐχαριστία. Et paulo post: Οὐ γὰρ ὡς κοινὸν ἄρτον, οὐδὲ κοινὸν πόμα ταῦτα λαμβάνομεν, ἀλλ' ὃν τρόπον διὰ λόγου Θεοῦ σαρκοποιηθεὶς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν καὶ σάρκα, καὶ αἷμα ὑπὲρ σωτηρίας ἡμῶν ἔσχεν, οὕτω καὶ τὴν δι' εὐχῆς λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ εὐχαριστηθεῖσαν τροφὴν, ἐξ ἧς αἷμα, καὶ σάρκες κατὰ μεταβολὴν τρέφονται ἡμῶν, ἐκείνου τοῦ σαρκοποιηθέντος Ἰησοῦ καὶ σάρκα, καὶ αἷμα ἐδιδάχθημεν εἶναι. Sic paulo post εὐχαριστεῖν τὸ ποτήριον *benedicere poculo*, qvod idem est consecrare. Nam idem est apud Evangelii Scriptores εὐλογεῖν, qvod εὐχαριστεῖν. De qvo eruditè Maldon. noster ad XXVI Mat.

N. III. Ἅπαντα τὸν χρόνον ἐξομολογουμένη.] Vetus Interpres: *Omne tempus in exhomologesi consummavit.* Est autem exhomologesis hoc qvidem loco non ipsa tantum peccati confessio, qvæ est pœnitentiæ pars, sed pœnitentia ipsa; qvatenùs & Confessionem, & luctuosas pœnitentium sordes, & cætera mœroris ac ταπεινώσεως indicia complectitur: de qvibus dicetur ad Novatian. Hæresin.

Ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς κλίμασι τῆς Ροδανουσίας.] Rhodani tractum Rhodanusiam vocat. Ut & in Vet. Inscript. *Rhodanici* Rhodani accolæ nominantur. Qvanqvam Stephanus Ροδανουσίαν Urbem esse dicat ἐν Μασσαλίᾳ. Hùc vero Hieron. locus pertinet ad LXIV Esa. caput, qvem & Fronto Ducæus noster ad hunc locum observat: ubi Gnosticos ait, *per Marcum Ægyptium Galliarum primùm circa Rhodanum, deinde Hispaniarum nobiles fœminas decepisse, miscentes fabulis voluptatem & imperitiæ suæ nomen scientiæ venditantes.*

Ἡσυχῇ δέ πως ἑαυτὰς ἀπηλπικυῖαι.] Plana & integra lectio, neqve qvicqvam addendum; tametsi qvidam verbum χωρίζουσι desiderari putet.

N. IV. Οὕτως Μάρκος μήτραν.] De Colorbaso Tertul. meminit L. de Præscript. C. L. Quæ seqvuntur Marci somnia, qvod non minus perplexa, & intricata, qvam stolida, inaniaqve sint, in iis excutiendis tempus operamqve consumere supervacaneum duxi.

N. VI. Παρ' αὐτῇ καὶ σιωπήν.] Lego cum Billio ex Vet. Interprete παραγυτικα σιωπῆσαι.

Ἐπειδὴ τοῦ ὑστερήσαντος.) Interpres Iren. *Ex minori autem computatione qvi erat apud Patrem descendit emissus illùc unde fuerat separatus, &c.* Ex qvibus rectè conjiciebat Billius leg. ἐκ δὲ τοῦ ὑστερήσαντος. Cum, inqvit, ratio non satis constaret; hoc est cum par in tribus non inesset literarum numerus; propterea qvòd Λόγος & Ἐκκλησία VIII literis constarent; Ἄνθρωπος Ἐκκλησία VII, Pater & Veritas IX; tum demum uti paria facerent, de novem Patris, & Veritatis literis una ad Hominis & Ecclesiæ septem illas accessit.

Ἐκεῖνον τὸν μετὰ τὰς ἓξ ἡμέρας.) Christum Dominum, qvi post VI dies in eum montem, ubi transfiguratus est, cum tribus Discipulis qvartus ascendit, ibiqve adjunctis Elia, ac Moyse sextus est factus. Matt. XVII.

N. VII. Τὸν κρατηθέντα, καὶ καταβάντα ἐν τῇ ἑβδομάδι.) Videtur ad VII diem alludere, qvo Christus in sepulchro jacuit, & apud inferos mansit.

Ἐν τῇ ἐκλῃ τῆς ἡμερῶν, ἥ τις ἐστὶ παρασκευή.) *Cœnam puram* vertit Interpres Iren. Id qvod eruditi viri pridem observarunt.

Εἰς σημεῖον αἰνέσεως.) Legeram ἀνέσεως pro αἰνέσεως, sed *laudationis* pro *relaxationis* malo cum Vet. Interprete.

N. VIII. Ἡ δὲ Σιγὴ πέντε.) Falsum est, nisi σειγὴ legas.

Ὀκτὼ καὶ δέκα γραμμάτων.) Scripserat Iren. ιη. pro Ἰησοῦς. Librarii numerum esse rati locum depravarunt. Scribe igitur Ἰησοῦς; qvod nomen senas habet literas. Sic & ea qvæ seqvuntur, ex Irenæi Interprete, pro eo atqve ad marginem adscripsimus emendanda sunt.

Τὸ δὲ Χριστὸς ὀκτώ.) Proinde Χρειστὸς leg. Nam & Chrestum qvidam Christum appellarunt.

N. IX. η, καὶ π, καὶ ω, ὅ ἐστι δεκαοκτώ.) Leg. ὅ ἐστιν Ἰησοῦς. Nam numerus ipse DCCCLXXXVIII literis illis tribus expressus est η, π, ω. Qvi & in nominis Ἰησοῦς literis continetur.

Διὸ καὶ τὸ Ἀλφάβητον.] Ita ex Vet. restituimus. Cæterum qvod Alphabeti literis ita distribuit, uti VIII sint Monades; Decades VIII, & Hecatontades VIII, sic accipe.

Monades	Decades	Hecatontades.
Α	Ι	Ρ
Β	Κ	Σ
Γ	Λ	Τ
Δ	Μ	Υ
Ε	Ν	Φ
Ζ	Ξ	Χ
Η	Ο	Ψ
Θ	Π	Ω

Qvæ R. P. Fronto Ducæus olim observabat: ut & illud de Jesu nomine è Pseudosibyllinis.

Ὀκτὼ

Ὀκτὼ γὰρ μονάδας, τόσας δεκάδας ἐπὶ τοῖσι,
Ἠδ' ἑκατοντάδας ὀκτὼ, ἀπιστοκόροις ἀνθρώποις
Οὔνομα δηλώσει.

Η τις τῶν δέκα συμπλακεῖσα.] Perperam hîc legi τὸν Ἰησοῦν ἀπεκύησε, Billius adnotat: & pro LXXXVIII, qvod Vetus Interpres habebat, legit XVIII, qvia X & VIII non LXXXVIII, sed XVIII procreant. Sed castigatiora Irenæi exemplaria, & à Fevardentio restituta DCCCLXXXVIII habent: Qvi numerus ab VIII gignitur bis per decadas ducto, ac tertiò repetito; hunc in modum: VIII per X multiplicatus LXXX producit. Duc X in LXXX, fiunt DCCC; Adde postremo ipsum VIII, collectis omnibus, nascitur DCCCLXXXVIII, qvi numerus in literis nominis ΙΗΣΟΥΣ comprehenditur. Qvare idem est ἀπεκύησε τὸν Ἰησοῦν, atqve ἀπεκύησε τὸν Η, Π, Ω. neqve mutandum in Græco qvicqvam arbitrarer, nisi Vetus Interpres aliter legisset.

Καὶ υἱὸς Χειςὸς, τουτέστιν ἡ δωδέκας.] Qvod Υἱὸς qvaternis literis constet, expedita ratio est. Χειςὸς autem, nisi Χρειςὸς scribas, VII omninò continet. Sane Christum pleriqve è Gentilibus appellavere Chrestum.

N. XI. Νεωςὶ πρὸς τὸ ἀπαρχῆς.] Vet. Interpres legisse videtur, ὡς τὸ ἀπ. sed ne sic qvidem satis explicata sententia est, qvam utcunqve perpolivimus.

Α συχορηγέις.] Jambicos istos ex Vet. fide restituimus. Sed hi duo; ἃ σὺ χορηγεῖς, &c. & δι' Ἀγγελικῆς, &c. mendosi sunt. Fortasse ita concipi possunt.

Α σοι χορηγεῖ σὸς πατὴρ Σαταννικός. Scaliger Σατὰν ἀεὶ
Δι' Ἀγγελικῆς δυνάμεως Ἀζαζὴλ ποιεῖν.

De Azazele meminit è Cabala Reuchlinus Lib. 3. Atqvi illos ipsos Jambicos esse versûs diu ante Scaligerum Irenæi Editores agnoverant: qvos ille Pyriphlegetontas, & Cercopas appellat, editionem vero ipsam Coloniensem. *convitiorum, & sycophantiarum cloacam*, ad Eusebii A. MMCLVI. Sed meræ sunt hominis sycophantiæ, qvas in authores Colon. illius editionis conjicit, & mendacia crassissima. Qvod enim cerebrum habuit, cum in eadem Editione, ἔμμετρος pro ἐμμέτρως scriptum esse dixit, & ἔμμετρον κήρυκα præconem? Sane falso in illos ista jactavit. Nam & ἐμμέτρως illic editum est; & Billius rectè ita vertit: *Veritatis præco versibus ita in te exclamavit.* Cum autem corrupti pleriqve versûs essent, non malè idem ille eruditissimus Billius *pedum rationem non haberi* dixit. Porrò virulenta illa Scaligeri reprehensio non in Colonienses editores, sed in Cornarium, & Galasium Scaligeri symmistas cadit: qvorum uterqve κῆρυξ ἔμμετρος legit.

N. XII. Τὸ γὰρ στοιχεῖον τὸ η.] Insignis, hoc est ἐπίσημος numerus, est VI, sive ς. Sic apud Hieron. Commen. ad Ps. LXXVII qvem locum Fronto Ducæus ad Iren. attulit. *Scriptum est*, inqvit, *in Matthæo, & Johanne, qvod Dominus noster hora sexta crucifixus sit. Rursum scriptum est in Marco, qvia hora tertia crucifixus sit. Hoc videtur esse diversum, sed non est diversum. Error scriptorum fuit: Et in Marco hora sexta fuit. Sed multi episemum Græcum ς putaverunt esse γ, sicut & ibi error fuit scriptorum, ut pro Asaph, Esaiam scriberent.* Jam si literas omnes ordine percenseas, eæ ad η usqve XXX conficiunt, excluso videlicet ς, qvæ est senarii nota. η porrò in literarum serie octavum locum

obtinet, si ϛ adjeceris: dempto eo septimum. Sed ut ad Episemum redeam; proprie ἐπίσημον insigne est, sive nota senarii numeri, hoc est figura ipsa ϛ; de qvo vide qvæ Scaliger observat in Euseb. P. 105. At Irenæus ἐπίσημον numerum appellat ipsum; qvod *episemon* vetus Interpres reddidit. Nos *insignem* nominare possumus. Nam *insigne* notam ac figuram significat: Unde insignis numerus, qvi insigni, hoc est episemo, sive nota exprimi solet.

Τȣτέςι τὸ ὑςέρημα.] Hæc ex Beda Lib. de loqvela per gestum intelliges. Ubi Veteres docet ad XCIX usqve sinistræ manus digitis numerasse: centum verò reliqvosqve deinceps centenarios dextra computasse.

N. XIV. Καὶ ἐπεὶ ἀντεπεζεύχθη.] Qvo sincerior hic locus existat, scribo πρὸς τὴν τῶν ὅλων.

Τὰς δὲ ἡμέρας δέκα δύο ὡρῶν.] Hora apud Epiphanium duas Æqvinoctiales continet, ut & alio loco evidentius indicat. Jam qvod horæ XXX μοίρας tribuit; sic intelligi potest. Sol diebus singulis hoc est XII horis, vel XXIV, circulum describit, qvi in XII partes tricenarias divisus, gradibus constat CCCLX. Qvamobrem singulis horis Æqvinoctialibus XV gradus: duabus horis, sive XII dici parte XXX gradus conficit.

Εἰς δώδεκα κλίματα.] Nam totidem ventorum regiones. Vide Gell. Lib. II cap. XXII.

N. XVII. Ἐν τοῖς τριάκοντα κλητοῖς.] Tricenos ad convivium adhibitos Hebr. ac Vulg. codices habent. Græci LXX.

Καὶ διὰ Δαβὶδ, ὅτε ἐπὶ τριάκοντα ἡμέρας.] Ubi scriptum illud extet mihi non occurrit. Sed in nugis ac somniis frustra constantiam ac rationem exigas.

N. XVIII. Καὶ οἱ λευκοὶ λευκανθῶσι.] In Græco est Καὶ ἐκλευκανθῶσι.

Πολλάκις ἐπεθύμησα.] Nusqvam hæc sententia in sacris literis reperitur.

N. XX. Βασεμα Χαμοοσή.] Paulo aliter hæc verborum formula apud Irenæi Interpretem concepta legitur L. I, C. XVIII. *Basyma eacabasa canaa, irraumista dyarbada cacotaba fobor camelanthi.* Apud Nicetam vero *Camosi, bae, anoora mystada rbuda custaba, phogor calathi.* Qvæ sic interpretatur. *O qui es super omnem virtutem Patris, te invocamus, qui lumen, & Spiritus bonus & vita nominaris: qvoniam in corpore regnasti.* Hebraica porrò illa esse verba Irenæus narrat; sive ejusmodi reverâ sint; sive pro Hebraicis à circumforaneis istis apud imperitos jactata. Sane qvidem tametsi depravata ea sint, Hebraismus tamen in plerisqve haud obscurè pellucet. Ut mirum sit Irenæi Scholiasten pium & eruditum hominem tam confidenter id asseverare, ea vocabula *nec à Græca, nec ab Hebræa, Chaldaica, Syra, ut Arabica lingva petita esse.* Proindeqve *Magica & barbara magis portenta esse qvam nomina.* At enim Epiphanium, & Irenæum nuperrimè Sectarius qvidam redarguit, qvod hæc ipsa verba perperam acceperint; cum ita scribenda sint: Basem haccados, Ab, Ben, Arruach. בשם הקדוש אב בן הרוח. Hoc est: In nomine sancto, Patris, & Filii, & Spiritus sancti. A qvo qvidem sensu longè illi Patres abhorrent. Verum ut carminis hujus initio solennis illa formula, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, præscripta sit: cætera tamen

ad eam ſententiam, qvam Irenæus expreſſit, revocari poterunt, ſi leviter emendentur. Ac fortaſſis hunc aut ſimilem ad modum conformari poſſunt. בשמא &c. על עצנא אבא ענא אירא סבטאא ורוחא טבא חיא כי בגופא מלכת Qvæ qvidem Hebraicè, & Aramæa inflexione eundem plane ſenſum reddunt, qvem Irenæi Græca præferunt. Sunt ea verò partim è Græco, partim è Veteris interpretis Latino concinnata. Qvod utcunqve tentare, multo prudentius ac modeſtius eſt, qvam temerè veteres Patres inſcitiæ, atqve erroris arguere. Qvis neſcit Hebraica vocabula Græcè olim ſcripta, qvæ ex Origenis Hexaplis, Octapliſqve apud Chryſoſtomum alióſqve Patres leguntur, tam ab Hebræis abſona eſſe, ut illa, niſi hæc haberemus, nulla aſſeqvi divinatio potuerit. Cauſſa hujus varietatis eſt Hebraicarum vocum diverſa, nec ad aliarum lingvarum uſum ſatis modulata prolatio. Qvo minùs admirari convenit in paucis illis Marcoſianæ formulæ vocibus pene omne illarum originis veſtigium extinctum.

Μεσσία ὐφαρέγ.) Nova iterum vocum prodigia. In qvibus conflictari neqve otium, neqve operæ pretium eſt. Apud Iren. Interpretem non eodem atqve hìc modo leguntur. Ex qvo ſupplenda apud Epiphanium vocula eſt in Græca verborum interpretatione. Scribe igitur ΟΥ *διαιρῶ τὸ πνεῦμα Χριστοῦ.*

Μυρίζουσι δὲ καὶ αὐτοὶ τῷ βαλσάμῳ.) Ex Eccleſiæ Catholicæ ritu, qvem ſimii iſti retinebant. Nam poſt baptiſmum inungi ſolebant Neophyti.

AD HÆRESIM XXXVI, HERACLEONITARUM.

N. II. *Λυτρούμενος δῆθεν.*) *Λύτρωσις* illa Baptiſmus erat *εἰς λύτρωσιν ἁμαρτιῶν.*

N. IV. *Ενεπάγην εἰς ὕλην.*) Vitioſo codice uſus eſt Epiph. Nam *ὕλην* haud dubie corruptum pro *ἰλύν.*

N. VI. *Σὴψ γὰρ οὗτος ἂν λέγοιτο.*) Seps alius ſerpens, alius lacerta. Poſterior Chalcis, vel Chalcidica; qvod qvibuſdam lineis æris ſpeciem gerentibus diſtingvatur. De hoc genere loqvitur Epiphanius: Unde *Χαλκέα* vox aut ab erudito qvodam ad oram Codicis adnotata, aut ſuo loco mota. Seriem qvidem ipſam orationis interrumpit. Jam qvod Epiphanius aſſerit, morſum haud adeò exitialem eſſe, ſed ſputo conficere, cum iis pugnare videtur, qvæ Ariſtot. ſcribit: Morſu ſuo vel interimere ſepas, vel acerrimum dolorem infligere. De ſputo nihil apud alium legi.

AD HÆRESIM XXXVII, OPHITARUM.

N. IV. *Ην ἑρπετὸν ὁ ἄνθρωπος.*) Qvæ de hominum origine commenti ſunt & hi & Gnoſticorum pleriqve, ex veterum Philoſophorum opinionibus manarunt, de qvibus Diodorus, Euſebius l. de Præp.

Καὶ πανουργίαν γινώσκων.) Cor. *καλὰ πον.*

N. VIII. Ετερον πάλιν ἔχει Φρονιμότητ@.] Ambr. Serm. in Fer. II. post Dom. I. Quadr. *Serpens cum venerit ad bibendum aquam, priusqvam bibat, extra fontem evomit venenum suum, & postea bibit. Ita & nos qvando ad altare Dei communicaturi accedimus, deponamus venenum pessimum,* &c.

AD HAERESIM XXXVIII, CAIANORUM.

N. VII. Καθὼς ἦν περὶ αὐτοῦ γεγραμμένον.] Tametsi hæc ex Matt. XXVII. capite sumpserit, ubi Hieremias nominatim laudatur; cautè tamen ἐν τοῖς Προφήταις dixit: qvòd hic locus apud Hieremiam non extat. Suspicatur Euseb. L. X. τῆς Ἀποδειξ. hæc, qvæ Evangelista commemorat, apud Jeremiam olim lecta, sed à Judæis detracta fuisse; aut pro Zachariæ nomine, Jeremiam Librariorum irrepsisse culpa. In qvod postremum magis inclinat Hieron. ad Matt. XXVII. etsi in Hieremiæ apocrypho qvodam hæc à Matthæo citata se legisse referat. Qvare videndum an in codice suo, ἐν τοῖς Προφήταις, habuerit Epiphanius, non Hieremiæ vocabulum. Sed nonnulla aliter protulit, qvàm apud Matthæum aut Zachariam reperiuntur. Velut εἰ δίκαιόν ἐστιν ὑμῖν: pro qvo LXX. εἰ καλόν ἐστιν ἐνώπιον ὑμῶν.

Καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ Προφήτῃ.] Frustrà alium hic Prophetam esse dicit; cum sit idem ille, qvi proximè citatus est, Zacharias. Qvod ad posteriora verba spectat. Nam priora illa καὶ ἔδωκαν τὸ ἀργύριον τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου ex Mat. desumpta apud Zachariam non extant. Postremò pro ἀπὸ τῶν υἱῶν, LXX. ὑπὲρ Hebr. מעליהם. Vulg. *à filiis.*

N. VIII. Τοῦ Βυπρήστου κανθάρου.] Ælianus L. VI. C. XXXV. Plin. L. XXX. C. IV. *Buprestis animal est rarum in Italia, simillimum scarabæo longipedi: Fallit inter herbas bovem maximè; unde & nomen invenit: devoratumqve tactu felle ita inflammat, ut rumpat.*

AD HAERESIM XXXIX, SETHIANORUM.

N. VII. Πλαζομένων δὲ τῶν ἀνθρώπων.] Hæc qvidem Epiphanii sententia est, qvam & Augustinus Lib. XXII. con. Faust. Cap. XXXV; & Hieron. con. Helvid. tuentur: Abraami tempore nefas fuisse sorores ex altero parente ducere. Sed reclamant pleriqve, qvi Saram Abraami sororem fuisse non dubitant, qvod & Abraamus ipse Gen. XI. disertè profitetur. Imò verò & Davidis tempore fortasse licuit. Alioqvi Thamar, Amnon fratri suo non diceret: ut se conjugem à parente postularet, 2. Reg. 13. Qvanqvam scio hæc aliter accipi.

N. VIII. Ἔστι δὲ ἰδεῖν καὶ θαυμάσαι.] Hæc de Dæmonibus sententia à Justino primum manavit: eámqve postea Irenæus amplexus est Lib. V. Cap. XXVI. Vide Euseb. Histor. Lib. IV. Cap. XVII. Qvæ tamen vulgò non probatur.

N. IX. Τὰ δὲ νῦν συντόμως.] Deesse qvippiam ad hujus loci integritatem suspicor.

AD HAERESIM XL, ARCHONTICORUM.

N. I. Ἐπέκεινα τ̃ Χεβρών.] Chebron Eleutheropolis vulgo esse creditur.
N. II. Εἰδέναι δὲ καθ' ἕκαστον.] For. εἶναι.
N. III. Ὡς τῶν κανθάρων γρύπος.] Non displicet Cornarii lectio, qvi Philularium legit. Nam Βύλαρον illud non expedio.
N. V. Τῶ τε Ἰάβε.] Pro Jehova.

AD HAERESIM XLI, CERDONIANORUM.

N. I. Συμβέβηκε γὰρ τούτους.] Irenæus L. II C. XII. eundem Apologum Valentinianis accommodat.

Τῶ ἕνα τὸν κλῆρον.] Certissima est emendatio nostra. ἔνατον pro ἕνα τόν. Nonus enim Pontificum Romanorum ordine fuit Hyginus: si Cletum numeres. At Irenæus Hyginum octavum Romæ Episcopum nominat L. III. Cap. IV. sed hæc alibi discussa.

N. II. Τήνδε διὰ Μωϋσέως.] Leg. διαθήκην τὴν διὰ &c.

Ὡσεὶ μέμυκος, καὶ πεμφρηδόνος.] Qvod insecti genus sit μέμυξ viderint eruditi. Suspicor leg. βέμβυκος: qvod vocabulum cum pemphredone conjungit Nicander Alexiph. V. 183. μέλισσαι

Πεμφρηδὼν, σφῆκές τε, καὶ ἐκ βέμβικες ὄρειαι.

Vide Scholiasten. Qvi βέμβικα σφηκῶδές qviddam esse dicit, μέλαν κατὰ τὴν χροιὰν, κέντρῳ χρώμενον. ὡς οἱ σφῆκες. Sed & τὴν τενθρήνην, sive τενθρηδόνα à nonnullis βέμβικα vocari. Hæc Stephanus in Thes.

AD HAERESIM XLII, MARCIONISTARUM.

N. I. Οὗτος τὸ γένος.] Ponticus genere fuit Marcion: qvem ideo Ποντικὸν λύκον vocat Eusebius L. V. Hist. C. XIII. hoc est *Ponticum lupum*. Malè enim Interpres *Ponticum lycum*. Scripsit autem adversus nefandum hunc Hæreticum V. Libros Tertul. Vide qvæ de ejus tempore ad Hær. XLVI, N. I. disputamus.

Ὡς οὐκ ἀπείληφε τὴν προεδρίαν τε.] Προεδρίαν ad Communionem Clericorum refero, qvæ Laïcæ opponitur, qvæ ut ait Balsamo ad Can. LXX. Basilii, dabatur Laicis ἐκτὸς τοῦ βήματος; Illa vero ἐντός. Credibile est enim Marcionem Clericum fuisse.

Νηστείαν δὲ καὶ τὸ Σάββατον.] Leg. κατὰ τὸ Σαβ. Nam Sabbato jejunari contra Orientalis Ecclesiæ morem jubebat Marcio.

N. VI. ΟΥ καταπλείομεν ψυχάς.] Qvod Ethnici certis ritibus faciebant. Hinc III. Æneid. *Animámqve sepulcro*
Condimus.

AD SCHOLION EX EVANGELIO.

Ἐλεῖα κἄν τε ἀποκόψῃς] Aliud egit Epiphanius, cum vocem δῶρον mala

fide à Marcione ſublatam credidit. Neqve enim apud Lucam, aut Marcum reperitur. Arqve, ut opinor, loci alterius ſimilitudine deceptus, qvi eſt Mat. 5. 23. *Si offers munus tuum ad altare*, &c. *δώρου*, ſive *muneris* vocem alteri qvoqve illi rribuit.

Σχολ. ή.] Poſtrema verba. *εἶχε γὰρ ὡς πρὸς Ιωάννην.* Supra in locorum Indiculo cum Scholio IX. copulantur. Scripſerat, niſi fallor, Marcio, *ὅς οὐ σκανδαλισθήσεται ἐν αὐτῷ.*

Σχολ. ιβ'. *Ὅθεν λέγει, ὁ δὲ μικρότατος.*] Qvod minorem ſe Chriſtus appellat in Regno cœlorum, ad ætatem refert cum Epiphanio Chryſ. *μικρότερος κατὰ τὴν ἡλικίαν καὶ κατὰ τὴν τῶν πολλῶν δόξαν*, &c. Nec non & Beda, aliiq; complures.

Μέλιτος, καὶ Κριθηΐδος.] Ut ſe habenr hæc duo nomina, locorum, oppidorúmve propria eſſe videntur. Sed deſunt imprimis aliqva: tùm *Μέλητος* legendum: ut Homeri parens uterqve commemoretur; Meles, & Critheis. Meles fluvius eſt, qvi Smyrnam alluit, Homeri patriam. Strabo L. XIV. Stephanus *Μελήτου κόλπου* meminit, *ὅς Σμυρναῖος ἐκαλεῖτο, ἀπὸ Μελίτου ποταμοῦ.* Qvare *Μέλητος* etiam pro *Μέλης*. Herod. in Homeri vita Critheidem ait Homerum ex furtivo concubitu ad Meletem fluvium peperiſſe, ac propterea Meleſigenem appellaſſe. Philoſtr. II. Iconum in Melete, Critheidem Meletis amore captam introducit, ab eóqve Homerum genitum. Ubi Crirheis non fontis ullius, ut Ortelius exiſtimat, ſed ipſiusmet Homeri matris nomen eſt. Vide Suidam.

Ἄλλοι δὲ Κύπριον περιποδιάδος.]Haud ſcio an proprium ſit oppidi nomen, an eum agrum ſignificet, qvi eſt *περὶ ποδὸς* montis alicujus.

Ελεγ. ις', *τί δὲ τὸ ἐγερθῆναι;*] Cor. *ἐγερθὲν.*

Σχολ. κς'. *περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐνδημίας.*] Non parva hîc hallucinatio eſt: Aſſamonæi Filii, hoc eſt Macchabæi poſt Antiochum Epiphanem prodierunt. Qvi cœpit anno Græcorum CXXXVII. 1. Mac. 1. hoc eſt Per. Jul. 4538, annis anre vulgarem Chriſti Natalem CLXXV. Niſi forte Antiochum *τὸν μέγαν* intelligar: qvi cœpit Per. Jul. 4490. Sed Aſſamonæorum traditio à Macchabæis initium habuit. Qvare infra Epiphanis initium cœperit neceſſe eſt.

Σπολ. λέ. *οὐ γὰρ ἡμεριναὶ γίνονται.*) Apud Xenoph. tamen *ἡμεροσκόπος* eſt.

Σχολ. λή. *ἀπὸ τῶν ἀρχαίων τὰ ἀντίγραφα*) Corr. *τῶν ἀρχείων*, ex Archivis. Ignatius Epiſt. VI. ad Philad. *ἤκουσα γάρ τινων λεγόντων, ὅτι ἐὰν μὴ ἐν τοῖς ἀρχείοις εὕρω τοῦ ΕΥαγγελίου, οὐ πιστεύω.*

Σχολ. νς'. *περὶ τῆς βάτου.*) Apud Lucam leg. *ἐπὶ τῆς βάτου.*

Ελεγ. ξά. *οὐκ ἀθοσίωτος ἢ ἐν τῷ νόμῳ.*) Anteqvam Epiphanii locum hunc attingam, pauca de vi ac poteſtate vocabuli *τῆς καθοσιώσεως* dicenda ſunt. Eſt igitur *καθοσιῶσαι* idem ac *conſecrare, dicare*, Hinc *καθοσίωσις* *devotio*, & *καθωσιωμένος* *devotus, conſecraneus*. Qvare qvi ſe Principi devovent, ac religione aliqva conſecranr, *καθωσιωμένοι* dicebantur; ut milites. Capitolinus in Maximino: *Commilitones ſacrati; imo verò conſecranei.* Ejusmodi fuere Gallorum veterum *devoti, qvos illi Soldurios appellabant*; ait Cæſar Lib. 1. Comment. hoc eſt *καθωσιωμένοι*; qvod aptius mihi videtur, qvàm qvod Græcus Interpres reddidit, *συνωμόται*: Tametſi idem fere eſt; qvia jusjurandum adigi ſolebant. Egregium *τῆς καθοσιώσεως* exemplum refert Dio

Lib. LIII. ad annum Urbis 725. Ubi Sextum qvendam Pacuvium, ſive Apudium Trib. Plebis narrat ſemetipſum Auguſto in Senatu devoviſſe, idémqve ut alii Senatores facerent authorem fuiſſe: *ἐν γὰρ τῷ συνεδρίῳ ἑαυτόν τε οἱ τὸν τῶν Ἰβήρων τρόπον καθωσίωσε, καὶ τοῖς ἄλλοις συνεβούλευε τοῦτο ποιῆσαι.* Sed Auguſto reclamante; Trib. Pl. proſiliens ad populum obvios qvoſqve, ac cæteros deinde cives coëgit *καθιερῶσαι σφᾶς τῷ Αὐγούστῳ. Ἀφ' οὗ ἔτι καὶ νῦν προτρεπόμενοι τὸν κρατοῦντα, λέγειν εἰώθαμεν, ὅτι σοι καθωσιώμεθα.* Hinc *καθωσιωμένων* appellatio *ἐπιθετικῶς* ex formula pleriſqve Imperialibus officiis ac miniſtris attributa; maximè, uti dictum eſt, militaribus. Auguſtinus L. II. contra Epiſt. Parmen. *Neqve ullo modo per devotum militem, qvod à privatis uſurpatum eſt, ſignum regale violabitur.* Protectores item Domeſtici in Cod. Theod. de Domeſticis, & Protect. devotiſſimi nominantur. In concilio Epheſino Parte II. Act. I. Candidianus vocatur *Κόμης τῶν καθωσιωμένων Δομεστίκων*: ut & in Chalced. Act. I. & alibi ſæpe. Qvin etiam in eodem Concilio Chalced. Act. III. *ἡ Σχολὴ τῶν καθωσιωμένων Μαγιστριανῶν.* Item Veronicianus ibidem *ὁ καθωσιωμένος Σηκρετάριος τοῦ θείου Κονσιστωρίου.* At vero è contrario *καθωσιωμένος* in Concilio Sardic. Can. XVII. idem eſt ac *condemnatus, exauthoratus* ut Zonaras & Balſamo interpretantur. Qvemadmodum *ſacer* apud Latinos mediæ ſignificationis eſt. Qvem ad Sardicenſem Canonem fortaſſe Suidas reſpexit, dum *καθοσίωσιν* ait eſſe *δικαίωσιν κατάκρισιν, παρά τε κατὰ τοῦ ὁσίου γίνεσθαι, ἤτοι τοῦ Βασιλέως.* Sed in eo valde eſt hallucinatus. Nam & exempla duo profert, qvæ non intelligit. Qvorum alterum ex Socrate depromptum eſt, Lib. V. C. *ιδ'.* *Ἐπὶ Θεοδοσίου βασιλέως Ῥωμαίων Σύμμαχος ἀπὸ Ὑπάτων εἰς τὸν Τύραννον Μάξιμον βασιλικὸν λόγον διεξῆλθε, καὶ δεδιὼς τὸ τῆς καθοσιώσεως τοῖς τῶν Ἐκκλησιῶν σηκοῖς προσκαταφεύγει.* Alterum neſcio cujus Scriptoris de Christo: *τοῖς γὰρ γινομένοις* (cor. *νόμοις*) *αὐτὸν παρεδώκαμεν καὶ εἰς καθοσίωσιν οὐχ ἡμάρτομεν.* Verùm utrobiq; *Καθοσίωσις* majeſtatis crimen ſignificat. Gloſſ. Vetus: *Καθοσίωσις, Devotio, dicatio, majeſtas.* Sic in Chalced. Conc. Act. III. in Libello Theodori Alexandrini adverſus Dioſcorum: *τὰ γὰρ εἰς αὐτὴν τὴν καθοσίωσιν παρ' αὐτοῦ κατασκευασθέντα, τὰ πεπραγμένα ἐπὶ διαφόρων ἐχόντων διδάξει τὴν ὑμετέραν ὁσιότητα.* Idem & in Libello Iſchyrionis Diaconi: *ὅτι γὰρ καὶ εἰς αὐτὴν τὴν καθοσίωσιν ἁμαρτῆσαι τὰ μέγιστα οὐ παρῃτήσατο.* Interpres, *devotionem.* Melius omninò *majeſtatem.* Theodoretus in Comment. in Danielem Cap. VI, ad hæc verba com. 4. *Qværebant occaſionem, &c. τουτέστι πάντα ἐπραγματεύοντο εἰς τοὺς τῆς βασιλείας νόμους πλημμελοῦντα αὐτὸν ἰδεῖν ἐφιέμενοι, αὐτοὶ δὲ τὴν νῦν καλουμένην καθοσίωσιν πλέξαι αὐτῷ βουλόμενοι ἀλλὰ διήμαρτον τοῦ σκοποῦ.* Ita in Græcis nondu editis, qvæ ſunt penes R. P. Frontonem Ducæum. Nam Latinus Interpres hæc omiſit. Ergo *καθοσίωσις* eſt *majeſtas* vel *crimen majeſtatis*: ex eo ſcilicet; qvod milites, aliiq; ſacramento ſe Principi obſtringant, ac devoveant. In qvo alius Suidæ error occurrit; qvi apud Herodianū *καθοσιούμενος* interpretatur *πληροφορῶν.* Herodiani verba ſunt. *Ὁ δὲ ἀγανακτήσας ἐπὶ τῇ τῆς ἀρχῆς παραλύσει, τῷ τε Μαξιμίνῳ καθοσιούμενος, ἀθροίσας στρατὸν ἦγεν ἐπὶ τὴν Καρχηδόνα.* Qvo in loco *καθοσιούμενος* eſt *devotus, obſtrictus.* Prærerea *καθοσίωσις*, ut opinor in legibus idem eſt ac ſanctio: hoc eſt pœnæ conſtitutio. Juſtinianus Lib. II. Inſtit. Cap. I. *Ideò autem muros ſanctos dicimus, qvia pœna capitis conſtituta ſit in eos, qvi aliqvid in*

muros deliqverint. Ideo & legum eas partes, *qvibus pœnas constituimus adversus eos, qvi contra leges fecerint, sanctiones vocamus.* Ex iis Epiphanius noster illustrari potest: apud qvem pro οὐκ ἀθοσιώτου suspicamur legendum ἀκαθοσιώτου. Erit autem ἀκαθοσίωτος νόμος, cujus integra sanctio manet, qvæqve pœna etiamnum sancitur. Nisi forte aptius sit οὐκ ἀκαθοσιώτου, qvod eundem sensum habet. Tametsi ἀκαθοσίωτος aliter usurpatur ab eodem Epiphanio in Catharorum Hær. LIX N. III. ubi distringi gladium à Magistratibus ait κατὰ γοήτων, καὶ βλασφήμων, καὶ ἀκαθοσιώτων: Nam ἀκαθοσιώτους appellat majestatis reos, & Imperatoris obseqvio minimè devotos. Ut in actis Conciliabuli Ephesini, in Relatione ad Theodosium Imp. de Cyrillo Alexandrino: πρῶτον, μὲν εἰς τὸ γαληνὸν, καὶ εὐσεβὲς ἡμῶν παρηνόμησε θέσπισμα διὰ πάντων τὸ ἀκαθοσίωτον αὐτοῦ δεικνύς. Tanti fuit raram illam vocabuli hujus notionem extricare, ut in eo pluribus immorandum fuerit. Nam καθοσίωσιν illo sensu nullus, qvod sciam, Lexicon & vocabulariorum concinnator exposuit.

Καὶ εἶπε τοῦτο ἐστι τάδε, καὶ τάδε.] Eadem cautione Sacramenti Eucharistici formam dissimulat, qvâ & hujus, & cæterorum vulgare pleriqve Patrum veriti sunt. Innocentius Epist. I. ad Decent. de Confirmatione disputans: *Verba verò dicere non possum, ne magis prodere videar, qvàm ad consultationem respondere.*

Τουτέστι μετὰ τὸ δειπνῆσαι.] Nam δείπνου γενομένου, hoc est peractâ cœnâ, ut ait Joan. C. XIII, novæ legis mysterium institutum est, non in ipsa cœnâ. Ex qvo illud apparet, frustrà hoc ex capite cœnæ appellatione Sacramentum illud Dominici corporis, & sangvinis censeti. Nam Matthæus, & Marcus ἐσθιόντων αὐτῶν dixerunt præsenti usi pro præterito: nisi, ut olim Scaliger arbitratus est, ἐσθιόντων Aoristus sit secundus.

Σχ. ξβ. ἵνα δείξῃ Πάσχα.] Subobscurus hic locus est. Sed, ut mihi videtur, Pascha illud legitimum προτυπούμενον fuisse dicit, hoc est εἰς τύπον, ac figuram alterius adhibitum; cui successit τὸ βέβαιον αὐτοῦ πάθους, hoc est perenne ac perpetuum, qvod passionis suæ figuram, & Sacramentum continet: sive malis, qvod eandem ipsam Passionem affirmaret, ejusqve fructum, usum, ac recordationem ratam faceret, & ad sempiternam memoriam propagaret.

Ελεγ. θ. ἐπιταγὴν ἑτέρας πίστεως.] Cor. ἐπιταγῇ.

EX EPISTOLA AD CORINTHIOS.

Ελεγ. έ. καὶ ιγ΄. τυθέντος δὲ ἐν ἀληθ.] Deesse nonnihil ad integritatem hujus loci videtur.

Ελεγ. ή. καὶ ιή. εἰς δὲ τὸ μὴ ἅπαξ.] Vitium hujus loci nemo non videt. Qvod ego ex trajectione vocum irrepsisse suspicor. Vide igitur num ita conformari debeat. εἰς δὲ τὸ μὴ ἅπαξ χαλεπῶς φέρειν, διὰ τὴν συνήθειαν, τοῦτο ποιεῖν ἕως καιροῦ εἰς ὄνομα αὐτοῦ ἠθέλησε, τοῦ ἀποστρέψαι ἀπὸ τῆς πολυθέου φαντασίας, καὶ τὰ καθ' ἔτος αὐτοῖς γινόμενα εἰς ἑαυτὸν μεταλλάξαι.

Καὶ τοίγε πολλῶν θυσιῶν τότε προσενεχθεισῶν,] Toto illo spatio, qvo in deserto Israëlitæ versati sunt, sacra qvidem obtulisse Deo putat Epiphanius; sed qvod ea per sese minimè ipsi placerent, qvodqve ut ab Idololatria eos averteret potius, qvam qvod illis afficeretur, offerri sibi passus esset, ideo negare

ſibi hæc oblata fuiſſe per Prophetam exiſtimat. At Hieron. comm. ad Amoz, ſcribit Iſraëlitas toto illo, qvo in deſerto fuerunt, tempore, non Deo, ſed Idolis immolaſſe. *Et qvod poſtea*, inqvit, *qvædam Domino eos legimus obtuliſſe, non voluntate, ſed pœnarum fecerunt metu, & eorum interfectione, qvi propter Idola corruerunt. Dominus autem non ea qvæ offeruntur, ſed voluntatem reſpicit offerentium.* Cyrillus verò ad V. Cap. Amos ita ſtatuit; Deum in illud duntaxat tempus celebranda præſcripſiſſe ſacrificia, qvo promiſſam terram occuparent, ſed illos nec poſtulante, nec curante Deo, in deſerto nihilominus obtuliſſe.

Εως μαλαλλάση.] For. μελαλλάξῃ.

Ελεγ. ιγ' καὶ κά. ἵνα τὸν Επιμενίδην δείξῃ.] Mithræ Sacerdotem hunc fuiſſe ſcribit Epiphanius, qvod apud Cretenſes Idolum fuerit. Qvod apud alium non memini legere, neqve verum arbitror. De Proverbii illius Origene Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσαι, vide Photium N. CXC. Pag. 249.

P. 374. A. προσέθετο ἢ ἐν τῷ ἰδίῳ] De Epiſtola ad Laodicenſes accuratè diſputat Baron A. LX.

AD HÆRESIM XLIV, QVÆ EST Appelleianorum.

De Apelle meminit inter alios Pacianus Epiſt. I. Cujus & corrigendus locus, in qvo Marcionitas Apollinariacos, Cataphrygas, & Novatianos recenſet. Leg. Appelleianos pro Apollinaricos.

N. I Ινα πανταχόθεν ἑαυτῷ.) Leg. ἑαυτήν.

AD HÆRESIM XLV, SEVERIANORUM.

N. II. Αλλὰ καὶ οἱ Απόστολοι.) Locus extat in C. I, L. I. Conſtit.

AD HÆRESIM XLVI TATIANORUM.

N. I. Τῶ ἀπὸ Σαμαρειτῶν εἰς Χριστὸν πεπιστευκότα.) Scaliger ad Euſebii Chron. A. MMCLVII. *Errat*, inqvit, *Epiphanius, qvi à Samaritis ad Chriſtianos Juſtinum tranſiiſſe ſcribit. Certe enim Samarites non erat, ſed Samarienſis: qvanqvam & Samarites domo, non religione dici poteſt.* Cauſſam affert; qvòd Samaritanorum religionem minimè ſit ſecutus, ſed Græcorum ſuperſtitioni inhæſerit. Ideò non verè de eo dici potuit, ἀπὸ Σαμαρειτῶν εἰς Χριστὸν πεπιστευκέναι, ſed ἀφ' Ελλήνων. Sed ſi Σαμαρείτης domo, non religione, dici potuit Juſtinus, cur non ἀπὸ Σαμαρειτῶν credidiſſe dici potuerit, non video, hoc eſt è Samaritanorum populo ac civitate.

Επὶ Ρωσικοῦ ἡγεμόνος, καὶ Αδριανοῦ.) Manifeſta eſt hallucinatio & qvidem duplex. Nam neqve Adriano imperante mortuus eſt Juſtinus, ſed M. Aurelio & L. Vero, ut Euſebius aſſerit L. IV. Eccleſ. Hiſt. C. XV. & tricenario major fuerit oportet: ut ex temporis ratione, qvo Apologias pro Chriſtianis edidit, conſtare poteſt. Qvanqvam difficile eſt ſtatuere, qvandonam illæ, aut qvo demùm ordine ſcriptæ ſint. Euſebius Libro Hiſt. IV. duas om-

nino ſcripſiſſe Juſtinum refert: Qvarum priorem Antonino Pio obtulit, ut Cap. VIII & X teſtatur. Ubi etiam Juſtini verba qvædam ex ea, qvæ ſecunda numeratur, Apologiâ citat: in qvibus de Antinoo, Marcione, ac Judaico bello mentionem fecit: &, qvod caput eſt, hujus etiam initium ſubjicit capite XI. At vero Cap. XV. ſive ιϛ′ alteram Apologiam ſub M. Aurelio, & L. Vero ſcriptam affirmat: καὶ τούσδε καὶ ὁ μικρῷ πρόσθεν ἡμῖν δηλωθεὶς Ἰουστῖνος δεύτερον ὑπὲρ τῶν καθ' ἡμᾶς δογμάτων βιβλίον ἀναδοὺς τοῖς δεδηλωμένοις ἄρχουσι, θείῳ κατακοσμεῖται μαρτυρίῳ. Sub Aurelio igitur & Vero, qvos cap. XIII, ſive ιδ′, Antonino Pio ſucceſſiſſe ſignificaverat, ſecundam Apologiam obtulit, & paſſus eſt Juſtinus. Euſebio aſſentitur Hieron. in Script. Eccleſ. & Photius. Hodie Juſtini duæ extant Apologiæ. Harum prior ad Senatum inſcribitur. Poſterior eundem præfert titulum, qvem primæ Apologiæ Euſebius attribuit: nempe Αὐτοκράτορι Τίτῳ Αἰλίῳ Ἀδριανῷ Ἀντωνίνῳ Εὐσεβεῖ, Σεβαστῷ Καίσαρι, καὶ Οὐηρισσίμῳ υἱῷ Φιλοσόφῳ, καὶ Λουκίῳ Φιλοσόφῳ Καίσαρος φύσει υἱῷ, καὶ Εὐσεβοῦς εἰσποιητῷ. Neutra harum ſoli Antonino eſt inſcripta. Porro qvæ poſteriore loco cenſetur, ea prima ex duabus oblatis à Juſtino videri non immeritò poteſt. Primùm qvia priorem, ex Euſebii, Hieronymi, & Photii authoritate Antonino Pio: poſteriorem poſt ejus mortem. Aurelio ac Vero Impp. exhibuit. Deinde qvoniam Euſebius Cap. XV verba qvædam ex poſteriore Apologia commemorat, qvibus mortem ſibi à Creſcente Cynico impendere dixit; qvæ qvidem in ea leguntur, qvæ hodie primo loco ponitur. Præterea qvæ ſecundâ vulgo nominatur, ineunte Antonini imperio ſcripta videtur, ac ſubinde poſt Adriani mortem. Qvippe Antinoi velut recens conſecrati in illa meminit, τοῦ νῦν γεγενημένου. Item Judaici belli, qvod perinde νῦν γεγενημένον appellat; cujus belli ac defectionis author fuit Barchochebas. Ad hæc inſcriptio ipſa, qvam paulo antè protulimus, idipſum ſvadere poteſt. Nam Aurelium, qvem Veriſſimum appellat, nondum Cæſarem vocat. Cum tamen Lucii Veri patrem, qvi ab Adriano primùm adoptatus fuerat, eo nomine inſigniat. Atqvi poſt Adriani mortem Aurelius Cæſaris nomen obtinuit. Qvocirca ſtatim poſt Adriani necem paulo anteqvam Cæſar appellaretur Aurelius, priorem Apologiam (qvæ perperam ſecundo loco ponitur) habuiſſe videtur. Apparet inſuper *Veriſſimi* nomen etiam poſt virilem togam penes Marcum Aurelium reſediſſe: tametſi Capitolinus anteqvam virilem togam ſumeret, Veriſſimum; eâ uſurpata, Annium Verum deinceps nominatum eſſe ſcripſerit. *Virilem autem togam ſumpſit qvintodecimo ætatis anno*, ut idem teſtatur. Qvod ſuperſtite adhuc Adriano factum. Siqvidem mortuus eſt Adrianus Camerino, & Nigro Coſſ. VI Eid. Jul anno urbis ıɔcccxci. Marcus verò natus eſt Vero, & Augure Coſſ. anno ıɔcccLxxiv. Igitur annum agebat XVIII cum Adrianus exceſſit. Qvæ de Apologiæ utriusqve tempore, atqve ordine diximus, dubia non erant, niſi qvædam ex Euſebio, & aliis intervenirent, qvæ negotii aliqvantum facerent. Ac primum Euſebius Cap. XVI, ſive ιζ′ Chriſtianæ mulieris hiſtoriam qvandam ex priore Juſtini Apologia recenſet, qvæ in prima hodierna continetur. Deinde idem ipſe Juſtinus Apol. II. ante annos CL, ab eo anno, qvo Defenſionem iſtam ſcribebat, Chriſtum eſſe natum memorat. Cum ergo

CXXXVIII Chrſti anno Antonius Pius inierit, Coſſ. Camerino, ac Nigro, conſeqvens eſt anno Antonini XIII, hanc qvæ ſecunda numeratur, qvæqve à nobis prior conſtituitur, Apologiam eſſe ſcriptam. Præterea Marcionis Hæretici duobus in locis meminit. Hunc autem ſub Antonino Pio, poſt annos ab obitu Chriſti CXVI ferè emerſiſſe Tertullianus confirmat Lib. I con. Mar. C. XIX. Non potuit igitur primo Antonini Imperat. anno Defenſio illa ab Juſtino eſſe ſcripta. Sed ut ex iis tricis utcunqve ſe veritas explicet: mihi admodum probabile videtur: niſi plures duabus pro Chriſtianis Apologias Juſtinus ediderit, omninò primam eſſe qvæ vulgo ſecunda numeratur; adeoqve ſub initium Antonini Imperat. ſcriptam fuiſſe; qvod ex iis argumentis conjicimus, qvæ ſunt antea propoſita: Atqvi CL annos à Chriſti ortu ad illud tempus elapſi numerantur. Ita qvidem Juſtinus: ſed cum paulo fortaſſe plus CXL annis fluxiſſent, rotundo, ut aſſolet, numero ante annos CL dixit. De Euſebio expedita res erit, ſi aut ipſius, aut Librarii culpa τῇ δευτέρᾳ pro τῇ προτέρᾳ irrepſiſſe dicamus. Nam perſpicuè τὴν δευτέραν illam eſſe ſignificat, qvam nos primam facimus; primam autem, qvæ nobis eſt ſecunda. Poſtremum, atqve omnium difficillimum eſt, qvod de Marcione nobis objicitur. Qvem, ut conſentanea loqvamur, affirmandum eſt non Antonino demum imperante; ſed ſub Adriano cœpiſſe. Atqve haud ſcio an duo illius diſtingvenda ſint tempora, ut in plerisqve Hæreſibus accidit: ita ut ſub Adriano primum eruperit, poſtea verò ſub Antonino longè lateqve propagatis erroribus celebre ſibi nomen pepererit. Ac Tertullianus profecto etſi ſub Antonino Marcionem errorem exhalaſſe ſcribat, negat tamen ſcire ſe qvoto ejus anno cœperit. *Qvoto qvidem anno*, inqvit, *Antonini majoris de Ponto ſuo exhalaverit aura canicularis, non curavi inveſtigare.* Epiphanius in Marcionitarum Hæreſi, ſcribit Marcionem cum à patre ſuo pulſus pacem ac veniam eblandiri nullis precibus poſſet, Romam ſe poſt Hygini obitum contuliſſe. Cumqve nihilo magis qvod cupiebat illîc obtineret, tum demum publicata Hæreſi ſua Eccleſiam oppugnaſſe. Hygini obitus confertur in annum Antonini XVIII; ante qvod tempus Marcionem Hæreſim ſuam diſſeminaſſe neceſſe eſt, cùm Juſtinus, qvi Antonino, & qvidem imperii ejus initio, Apologiam obtulit, Marcionis meminerit. Qvare duplex, uti conjiciebamus, Marcioniſtarum ortus eſſe debet. Nam primum in Ponto Aſia duntaxat nefarium dogma prædicavit, idqve Adriano imperante. Poſtea ſub Antonino majores trahens ſpiritus vehementius in eosdem illos errores cœpit incumbere. Hygino verò demum mortuo primitùs dogma Cerdonis interpolaſſe Marcionem nullo modo cenſeo. Hæc de Juſtini ac Marcionis temporibus habui qvæ dicerem. Dicent alii fortaſſe meliora: Nam noſtris illis non adeo confidimus, ut non afferri certiora poſſe ſperemus.

Ὡς περὶ τὸ δωδέκατον ἔτος.] Conſentaneus error eſt ei, qvem paulo antea refutavimus, ſub Adriano paſſum eſſe Juſtinum. Qvod cum falſum ſit, perinde falſum eſt ſub Antonino Pio, videlicet poſt Juſtini obitum, ſcholam erroris aperuiſſe Tatianum, qvod ſub Marco Aurelio facere potuit.

N, IV *Ἕνεκεν δὲ σφαλμάτων ἐν ᾅδῃ.*] Notanda Epiphanii ſententia: Veteres Patres ante Chriſtum, qvi ſalva fide peccaverant, propterea apud inferos detentos eſſe, donec à Chriſto liberarentur.

N. V. *Διὸ καὶ θαυμάσαι ἐςὶ τὸν εἰδότα.*] Tritam de Golgothæ ſive, Calvariæ appellatione ſententiam ſeqvitur, ut ab Adami ſepulto cadavere, ac cranio deducta ſit, At Cyrillus Catech. XIII. Prophetice ſic à Chriſto nominatum exiſtimat hunc locum, qvòd, ut ait Apoſtolus, caput viri ſit Chriſtus, Chriſti autem DEUS

AD LIBRUM II.

AD HÆRESIM XLVII, QVÆ EST Encratitarum.

N. I. *Ἐν τῇ Φρυγίᾳ τῇ κεκαυμένῃ.*] Ea eſt apud Strabonem L. XIII. Lydorum, Myſorumqve regio ad Mæandrum. At Stephanus *Καλακεκαυμένην χώραν* ait eſſe τῆς Ἐφεσίας ex XIII. Strabonis Libro. Cæteri Phrygiam eſſe cenſent. Invenio & Laodiceam cognomento *κατακεκαυμένην* in Lycaonia, ſive Galatia, haud procul ab Iſauria.

N. II. *Δι' ἑψέματος πυρȣ̃.*] Mirum eſt qvid ſibi voluerit Epiphanius, aut qvid in animo habuerit, cum hæc ſcriberet, *ἑψέματος πυρȣ̃* idem eſſe, ac *ferventis* aut *recoctæ ſorbitionis*. Nam qvod *πυρȣ̃* frumentaceam primo loco interpretatur, eſt illa qvidem tolerabilior, ſed contra Hebræorum, Græcorumqve codicum fidem uſurpata lectio. Etenim LXX cum Hebræo conſentientes *πυῤῥȣ̃*, hoc eſt *ruffa*, ſcripſerunt, non *πυρȣ̃*. Qvænam vero Grammatica ratio *πυρȣ̃* pro *πυρωθέντος* dici patiatur, qvaſi genitivus ſit à nomine *πυρόεις πυρȣ̃ς*? qvod minimè procedit.

AD HÆRESIM XLVIII, QVÆ EST PHRYGUM, ſive Montani.

Κατὰ Φρυγαςῶν.] Phryges ſive Phrygaſtæ propriè dicti, qvod è Phrygia primùm prodierint. Iidem tamen nonnunqvam Cataphryges & Cataphrygæ, qvaſi Evangelium eſſet, vel dogma *κατὰ Φρύγας*.

N. I. *Οὕτοι γὰρ γεγόνασι περὶ τὸ ἐννεακαιδέκατον.*] Conſentanea ſunt qvæ de hujus Hæreſis exitu ac tempore diſſerit, cum iis, qvæ ſupra docuit, nimirum Juſtinum Adriani tempore mortuum eſſe: ſecundum qvem paulo poſt Tatianus prodierit, à qvo Encratitæ originem acceperint ſub Antonino Pio: qvo eodem imperante, atqve anno illius XIX Montanus extiterit. Sed cum ex iis, qvæ paulo ante diſputata ſunt, conſtet Juſtinum nonniſi ſub Marco Aurelio paſſum eſſe, Tatianum vero aliqvanto etiam poſtea Hæreſim ſuam condidiſſe, manifeſta hîc eſt temporum perturbatio. Qvod ad Cataphrygas ſpectat, Euſebius in Chron. anno M. Aurelii XI ſcribit Cataphrygum Hæreſim, authore Montano, & Priſcilla, ac Maximillia exordium habuiſſe. Tùm anno ſeqvente Encratitas Tatiano duce prodiiſſe. Qvæ ſi vera ſunt, Tatiani, & Encratitarum Hæreſi priorem oportet eſſe Cataphrygum Hæreſim,

Hæresim; contra institutum ab Epiphanio ordinem, ac sub Aurelio duntaxat Imperatore extitisse.

Ετι γάρ εἰσιν ἔκτοτε.] Vitium in numeris est. Annus Antonini XIX congruit anno Christi CLVI: Annus vero Valentiniani XII convenit Christi CCCLXXV. Discrimen est annorum CCXX. Itaqve pro διακόσια ὀγδοήκοντα, scribendum fuit διακόσια εἴκοσι.

N. III. Γινώσκων γὰρ τὴν δὲ ἀπειλήν.] De hoc divinitus edito Prophetæ mandato consule qvæ à Sacrorum Librorum Interpretibus uberrimè disputantur.

N. VII Ὡς ὁ Μωυσῆς φησίν.] Qvod tanqvam à Mose dictum Paulus ad Hebr. C. XII. commemorat; neqve tamen in vetere Instrumento legitur. Pleraqve enim, ut observat Hyeronymus, in hac Epistola qvasi de vetere Testamento proferuntur, qvæ in illo minimè reperiuntur.

N. IX. Η δὲ ἁγία Εκκλησία.] Totum hoc caput insignem habet usum ad Catholicum dogma ab Hæreticorum invidia ac calumnia vindicandum: qvi ut modum nullum, ac moderationem retinent, cum ab Ecclesia commendari qvidem nuptias, sed virginitatem continentiamqve præferri vident, exclamant illico, & in conventiculis suis apud imperitos perfidiosè ac stolidè vociferantur, damnari à Catholicis nuptias, ac ciborum usu penitus interdici.

N. XIV. Ινα δὲ μηδὲν καταλείψωμεν.] Theodoretus Ascodrutas, vel Ascodrupitas, sive Tascodrupitas appellat: qvi illorum dogmata pluribus exeqvitur. Philastrius vero Ascodrogitas à Passalorynchitis secernit.

Τασκὸς παρ' αὐτοῖς πάσσαλος.] Drungus vox est à recentioribus Græcis perinde, ac Latinis usurpata, qvam à Græca ῥύγχος detortam innuit Epiphanius. Veget. L. III, C. XVI, & XIX *globos* appellat, qvemadmodum & cuneos *caput porcinum.*

AD HÆRESIM L, QVÆ EST Tessarescadecatitarum.

Qvartadecimanorum sive Τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν Hæresis ea propriè dicitur, qvæ Judaico more Pascha Luna XIV celebrandum asserit, qvamcumqve demum in feriam incidat: qvæ fuit Asiaticorum opinio, qvi Joannis authoritate freti pertinaciter ritum illum, consvetudinemqve tenuerunt. De qvo Eusebius L. V Hist. Addit Augustinus L. de Hæres. eosdem illos XIV Luna Martii mensis Pascha fixisse. Ubi Martium non Julianum, sed Lunarem intelligi necesse est, cum pleriqve Paschales menses etiam Judaici in Aprilem inciderent. Nisi forte in ea qvidam opinione fuerint, ut Martio mense perpetuò celebrandum putarent. Scribit enim Philastrius Qvartadecimanos Pascha mense Martio celebrandum asserere. Atqve hæc τῶν τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν vera est, & germana notio. Sed & alia fuit eodem vocabulo comprehensa depravatorum istorum factio, qvæ mira qvadam abusione Qvartadecimanorum nomen meruit. Nonnulli qvippe celebrando Paschati certum in Anno Juliano diem statuerunt: velut VIII Kal. aut XV, aut X, de qvibus paulo post agendum erit: qvos omnes Epiphanius ad Qvartadecimanos aggregavit. Tertia τῆς τοῦ Πάσχα διαφορῆς ratio, atqve Hæresis, ut à

H

prioribus diversa, sic qvartadecimanorum appellationem justiùs, qvàm posterior hæc, obtinebit; qvæ cùm universam olim Ecclesiam, tum præcipuè Occidentalem exercuit. Hanc qvi secuti sunt, Pascha illi qvidem Dominico die celebrabant; sed si XIV Luna in eum diem incideret, non ex præscripto Nicænæ Synodi in XXI diem differebant, sed in termino ipso festum obibant. Qvod in Gallia qvondam, Hispania, ac præsertim Britannia plerosqve tenuisse testantur Bedæ, Sigeberti, ac cæterorum scripta. Vide imprimis Bedam L. II Eccl. Hist. C. III: & L. V, C. XVI. Tum qvæ, ad Nicephorum ante paucos annos adnotavimus. Postremus de celebritate Paschatis error Latinorum fuit, qvi cum in cæteris Nicænum Canonem, & Catholicam regulam observarent, judaico tamen ritu citimum terminum antevertentes primi mensis neomeniam V Martii constituebant, ac duos annos communes habebant, qvos reliqvi Embolismicos: nimirum Cyclo VIII, ac XIX. Adversus qvos, eorumqve signiferum Victorinum disputat Beda non uno in loco. Atqve etsi Luna XIV nonnunqvam isti Pascha Dominico die celebrarent, nunqvam tamen ante Æqvinoctium: qvod Judæi factitabant, ut alibi dicetur. Fuerunt & alii Qvartadecimanorum errores. Nam inter alia cum Novatians lapsos repudiarunt, ut refert Theodoretus: qvod de solis Asiaticis asserit Socrates L. V. C. XXI: ubi de ritu celebrandi Paschatis, deqve Asiaticorum ac Romanorum dissidio pluribus disserit.

N. I *Ὅτι ἐπικατάρατος ὃς οὐ ποιήσει.*] Haud scio an locus iste sic expressus uspiam legatur.

Ἕτεροι δὲ ἐξ αὐτῶν.] Qvantum ex iis verbis colligitur, non solum fixo ac constanti die; hoc est VIII Kal. Mart. Pascha peragebant: verum etiam eo ipso die jejunabant, contra veterem Ecclesiæ ritum, qvæ in ipso festo jejunium dissolvebat, ut ex Epistola Dionysii Alexandrini constat. Sed obscura sunt qvæ deinceps Epiphanius disserit: neqve Tessarescædecatitarum opinionem satis asseqvi possumus. Cum enim scribit: *καὶ ὃν ἐκεῖνοι τῇ ἡμέρᾳ βούλονται ἄγειν τὸ Πάσχα, ὁποίᾳ δ' ἂν ἐμπέσῃ ἡ τεσσαρεσκαιδεκάτη τῆς σελήνης*, hoc affirmare videtur: Hæreticos illos certo ac fixo die, nimirum VIII Kal. Apr. solenne Paschatis adstrinxisse, securos lunæ XIV. Cui tamen qvæ seqvuntur nonnihil repugnant. Subjicit enim Cappadoces eandem diem VIII Kal. Apr. celebrare; qvod à priorum instituto nihil discrepat: & tamen posterius hoc tanqvam diversum ac dispar attulit. Qvamobrem videndum ecqvid priores illi, qvi ex Actis Pilati certum se diem explorasse dicerent, XIV Lunam observaverint, adeo qvidem ut hæc de VIII Kal. interposita mentio nihil in XIV Lunæ ratione mutatum significet, sed supervacaneam *ἀκριβολογίαν* contineat. Fieri etiam potest, ut XIV Lunam eam ad Paschatis celebritatem delegerint, qvæ VIII Kal. Apr. vicinior esset: at Cappadoces illam ipsam in Juliano anno defixam diem VIII Kal. Apr. Sed de Tessarescædecatitarum ex Actis Pilati opinione illa disserens Scaliger II de Emendat. Temp. *Perperam* inqvit, *scribit Epiphanius, τεσσαρεσκαιδεκατίτας gloriari solitos se compertum habere ex Actis Pilati, Christum passum fuisse VIII Kal. Apr.* Qvibus ista postremò subjicit. *Ejusmodi plura extant apud illum eruditum Patrem, & alios veteres, præsertim Eusebium; qvæ sanè cum delectu sunt legenda.* Qvid est istá Epiphanii reprehensione vel iniqvius, vel ineptius? Itane qvotqvot Hæreticorum

falsa dogmata, opinionesqve commemorantur, eorum omnium veritas ab illo præstanda fuerit, qvi nihil nisi retulerit? Sed cujusmodi illa sit de Passione Domini in VIII Kal, conveniente Tessarescædecatitarum ratio, postea disputabitur. Qvæ vero adversus illam affert Scaliger levia sunt, imò nulla. *Neomenia*, inqvit, *Nisan incidit in XII Martii, qvoties 25. Martii est 14 Nisan. Atqvi ævo illo hoc non potuit contingere, nisi Cyclo 13, Idqve in anno Hagareno, in annis 19, 38, 57, Periodi. Atqvi tunc Judæorum neomeniæ uno die tardiores erant propter proemptosin, Non igitur potuit accidere.* In qvo illud sumit, Judæos Calippicam anni formam, hoc est Syromacedonum, sive Alexandream tunc temporis usurpasse, qvæ cum CCC fere annis Hagarenam Periodum antecedat, προηγησιν Hipparcheam habet unius diei. Unde tardior est Neomenia Judaica, qvam Hagarena, Nam hujus Periodus sub initium Julianæ formæ contexta est, cum Novilunium in Martii 12 incideret, qvod in Calippica, Judaicaqve Periodo in 13 conveniebat. Qva ratione Cyclo 13 Martii 25 Luna fuit 13, Hagarenis vero 14. Verum Judæos Calippica anni descriptione usos esse, qvo Scaligeriana omnis illa doctrina nititur, si qvis negaverit, progredi ultrà non poterit. Ac nos ad seqventem Hæresim Cyclum alium Judaicum explicabimus, in qvo biduo nonnunqvam, & eo amplius anticipatæ sint Neomeniæ: ut nihil hac qvidem ratione Scaligeri argumenta promoveant. Sed ea res suo loco tractabitur. Neqve verò minor Calviniani alterius est vanitas, qvi Epiph. credulitatis insimulat ex eo, qvod variis in locis Pilati Acta laudet, neqve tamen in falsi suspitionem adducat. Qvod ne refutationem qvidem meretur.

Καὶ ἐν αὐτοῖς δὲ στάσις.] Hæc verba τῶν μὲν λεγόντων, &c. aliena ab hoc loco videri possunt. Nam priorum illorum sententiam continent, qvi XIV Luna celebrandum Pascha sciverant. Qvanqvam sæpè otiosa ejusmodi repetitio apud hunc Scriptorem animadvertitur. Sed qvid ea tandem sibi volunt? Statuisse illos Pascha XIV Luna, qvæ in VIII Kal. Apr. incurrat? Est illud qvidem nimis absurdum, qvasi ad eum diem Lunæ XIV dies possit adhærescere. Qvid si πρὸ τῶν ὀκτὼ Kal. legas non τῶν πρὸ ὀκτώ? Nam αἱ πρὸ ὀκτὼ Kal. idem sunt atqve αἱ ὀκτὼ Kal. Qvæ loqvendi formula à Latinis manavit: qvibus Ante Diem VIII Kal. idem est atqve VIII Kal. At si πρὸ τῶν ὀκτὼ legas, hunc habet sensum; Lunam illos 14 constituisse, qva ante VIII Kal. incideret. Nisi forte XIV Lunam τῶν πρὸ ὀκτὼ καλ. vocet eam, qvæ huic termino propinqvior est, qvod verum puto. Si qvidem & hæc loqvendi formula, qvam pro recepta, excusaqve substitui posse diximus πρὸ τῶν ὀκτὼ pro eodem interdum solet usurpari, atqve altera τῶν πρὸ ὀκτώ:

N. II. Ἐὰν πρὸς ἑσπέραν.] Vide Animad. nostras ad Hær. LXX. N. XI.

N. III. Πανταχόθεν δὲ ἡ ἁγία.] Qvæ ad hunc locum adnotanda erant, ea ad Hær. LXX qvæ est Audian. differemus, ubi plura ad hoc institutum Epiph. disputat.

Τὸ ἐμφύσημα τοῦ βέων.] Vox ista βέων nusqvam à me lecta. Atqve haud scio an βύφων Latino vocabulo scripserit Epiph.

AD HÆRESIM LI, QVÆ EST ALOGORUM.

N. III. Ἵνα δείξῃ τὸ εἶδος τῆς ἁγίας.] Eandem arcæ similitudinem declarát Aug. LXII. con Faust. C. XIV.

N. I. Ἡ τοῦ λίθου τοῦ Γαγάτου.] Eadem ferè serpentum *ἀλεξητήρια* cecinit Nicander. De Gagate porrò.

Ἄλλοτε δ᾽ ἀζαλέην καίων ἐγγαγίδα πέτρην,
Ἣν οὐδὲ κρατεροῖο πυρὸς περιαίνυται ὁρμή.

Ubi Schol. *τὴν γαγγῖτιν λίθον. ἐν Γάγγαις γὰρ τῆς Λυκίας εὑρίσκεται· τὰς δὲ Γάγγας πόλιν οὖσαν τῆς Λυκίας, καὶ Γαγγίδα φασίν.* Plin. L. 36. C. 19. Gagates lapis nomen habet loci & amnis Gangis Lyciæ. Diosc. L. V. C. XCIX.

N. II. *Ἵνα δείξῃ τὸ εἶδος τῆς ἁγίας.*] Vide August. L. XII con. Faust. C. XIV.

N. III. *Καὶ εἰ μὲν ἐδέχοντο τὸ Εὐαγγέλιον.*] Nam de Apocalypsi nonnihil à qvibusdam dubitatum, de qvo accuratè in Ann. Baron. A. C. 97.

N. IV. *Οἱ δὲ ἄλλοι Εὐαγγελισταί.*] Vide Aug. L. II de Cons. Evang. C. XVI.

N. V. *Ἔδει γὰρ τὸν ἀπὸ πολλῶν.*] Malim *τῷ ἐπιστρέψαντι*, & *ἀναστάντι*. Vicissim verò *τὸν ἐλθόντα*, &c. Ut dandi casus Apostolo, accusandi Christo tribuatur: qvod nos interpretando seqvimur.

Ἀπ᾽ αὐτοῦ τοῦ ἔργου κηρύξαι.] Aut *κηρύξῃ* leg. aut *τοῦ κηρύξαι*.

Καὶ Κλεόβιον, ἤτουν Κλεόβουλον.] Ignatius ad Trallianos; *Φεύγετε καὶ τὰ τοῦ πονηροῦ ἔγγονα, Θεόδοτον, καὶ Κλεόβουλον τὰ γεννῶντα καρπὸν θανατηφόρον.* Ubi non Nicolaitarum propagines istos fuisse docet: ut est in Annal. sed *τοῦ πονηροῦ ἔγγονα*, hoc est Dæmonis fœtus. Imposuit Annalium scriptori Latinus Interpres: qvi ita reddit: *fugite perversi illius nepotes.*

Δημᾶν, καὶ Ἑρμογένην.] Theodoretus ad 2. Tim. C. 4. eundem illum Demam esse putat, qvi Ep. ad Philem. & Coloss. 4. laudatur; qviqve sæculum diligens, relicto Paulo discessit. Sed mutato consilio ad Paulum revertisse qvidam existimant. Chrysost. verò post honorificam illam de eo mentionem à Paulo sejunctum esse putat: ut illa ad Philem. ante 2. ad Timot. scripta sit. Fieri potest, uti duo ejusdem nominis Demæ fuerint. Apud Ignat. Ep. ad Magnesios nominatur Damas Magnesiorum Episcopus.

Εὐθὺς δὲ μετὰ τὸν Ματθαῖον.] Ex prava Cornarii interpretatione aut falsa aut dubia ex his verbis historia colligitur: jussum à Petro Marcum historiam scripsisse. Sic enim Cornarius: Post Matthæum secutus est Marcus, jussus à S. Petro Romæ Evangelium edere. Neutrum horum dicit Epiph. aut Petri jussu, aut Romæ scripsisse Marcum. Sed hoc tantum, comitem illum Romæ fuisse Petri, & *ἐπιτρέπεται τὸ Εὐαγγέλιον ἐκθέσθαι*. A qvonam? A Spiritu Sancto. Inscio enim Petro ad scribendum aggressus est, Romanis id ab ipso postulantibus, ut author est Hieron. Lib. de Script. Eccles. & Euseb. L. II. C. XIV. Qvod cum audisset Petrus, qvod factum erat approbavit. Romæ porrò scripsisse verisimile est: de qvo in Ann. plura Baron. A. XLV N. 29.

Οὗτος δὲ εἷς ἐτύγχανεν.] Dissentit Papias apud Euseb. & Christum à Marco negat auditum. Hier. in Præf. ad Evang. Marci, eundem ait Leviticum genere, & sacerdotem fuisse. Sed falsò hic liber Hieron. tribuitur. Qvod autem asserunt nonnulli, Marcum non vidisse Dominum, vederit nécne nihil affirmo: videre qvidem potuisse temporum ipsa ratio persvadet. Neqve verò damnanda est Epiphanii sententia, dum illum è LXXII discipulorum numero fuisse narrat, etsi contrarium alii Patres sentiant.

N. VII. *Ὡς εἶναι τὸν πάντα χρόνον.*] Tempus ipsum, qvo Joannes conceptus ac natus est, & Incarnatus, atqve in lucem editus Christus Lucas complectitur; qvod tempus mensium est ferè XV.

N. VIII *Καὶ Φιλοσαββάτιος.*] De Hoc nihil hactenus legi.

N. IX. *Ενθεν τίνι ὖ Φανεῖται.*] Tametsi nihil ex Evangelio de magnorum adventus tempore liqvidò possit exprimi, probabilior tamen est communis, ac recepta sententia, qvam illa ex Epiphanii ac Eusebii Chronicis hausta, biennio post Christum in lucem editum Magos advenisse Qvod ex illis Matthæi verbis colligi putabant, qvibus Herodem narrat *à bimatu & infra pueros occidisse, secundum tempus qvod exqvisierat à Magis.* Sed hunc nodum jampridem dissolverunt eruditi sacrarum literarum Inrerpretes.

Καὶ ἀνάγκην ἔχον οἱ διεσκορπισμένοι.] Qvantum verba ipsa præ se ferunt,, indicare videtur, Judæos qvolibet terrarum dispersos in Palæstinam coactos esse. Sed commodè hæc accipienda sunt, ut de iis loqvatur, qvi in Palæstina ipsa, vel Syria degerent. Neqve enim puto in Italia, vel Græcia, aut Ægypto etiam habitarent, alibi qvam ibi, ubi erant, fuisse censos

Ερχόμενοι δὲ, ὡς εἰπεῖν] Nollem erudito Maldonato id in mentem venisset Epiphanio tribuere qvod & absurdissimum est, nec ab eo vel levissime cogitatum. Scribit enim mirari se, qvòd Epiphanius existimet Josephum & Mariam singulis annis eo die ex Ægypto in Bethleem venire consvevisse: cumqve post duos annos rediissent, Magos eos invenisse. Hoc verò nunqvem scripsit Epiphanius. Qvare hallucinatus est eruditissimus ille Evangeliorum interpres: Nec ideo tamen tantum commeruit, ut à Casaubono tam inclementer ac putidè notaretur, & virulentissimus, ab maledicentissimus scriptor appellaretur in illo opere, qvod ipsum ex virulentis calumniis, & hæreticis opinionibus contextum adversus Baronianos Annales effudit.

Ὡς εἰς τὴν πανήγυριν ταύτην.] Qvam tandem hîc *πανήγυριν* intelligat, nescio. Videtur loci illius, in qvo natus erat Dominus, celebratam memoriam *πανήγυριν* appellare.

N. X. *Τῷ γὰρ τριακοσῷ τρίτῳ.*] De his accuratius paulo post agemus.

Διὰ τὸ μεμνηστεῦσθαι πρεσβύτης.] Qvod Josephus decrepita jam ætate Mariam duxerit vetus est opinio. Qvod autem liberos ex priore aliqva conjuge susceperit, etsi id Epiphannii aliiqve Veteres memoriæ prodiderint, reclamant tamen meritò cæteri omnes: De qva re Baronius in Appar.

N. XI. *Εντεῦθεν τοίνυν.*] Hæc igitur verba *τῦ Θεῦ* ad Jesum pertinere credidit Epiph. non ad Adamum.

Τῷ Λυκᾷ ὄντι καὶ αὐτῷ.] Qvod Lucas è discipulorum numero fuerit, asserit & Dorotheus in Synopsi, qvamvis id ipsum ab eo negari Maldonatus scripserit. Sed contra sentiunt pleriqve, & id ex ipsis Lucæ verbis colligunt, cum ait *ἔδοξε κἀμοὶ παρηκολυθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς καθεξῆς σοι γράψαι.* Sed tantum abest, ut hæc discipulum Christi fuisse, ac non pleraqve, cum ab eo gererentur, oculis usurpasse negent, ut contrarium potius hinc elici possit. Verbum enim *παρακολυθεῖν* nonnunqvam ad eam notitiam refertur, qvæ oculis ipsis, ac propria intelligentia comparatur, non aliorum sermonibus. Ut cum demost. *ἐν τῷ περὶ Παραπρεσβείας*, de Æschine, cujus in legatione comes fuerat, sic loqvitur: *καὶ ὁ τῦτυ πονηρεύματα εἰδὼς, καὶ παρηκολυθηκὼς ἅπασι κατηγορῶ.*

Sic igitur Lucas ἄνωθεν παρηκολουθηκέναι πᾶσιν ἀκριβῶς dicitur, hoc eſt comperta, explorataqve, ac ſpectata etiam habuiſſe. Ac videri poteſt, & nonnulla hîc antitheſis eſſe, ut cum ſuperiore verſu dixerit; Qvandoqvidem multi res à Chriſto geſtas ſcribere aggreſſi ſunt, καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς, ſtatim ſubjiciat, ἔδοξε κἀμοὶ παρηκολουθηκότι, hoc eſt, qvi non, ut illi, ἐκ παραδόσεως, ſed ex propria id ſcientia compererim. Cæterum tametſi ad eum ſenſum accommodari Lucæ verba nihil prohibet, non iccirco tamen Chriſti diſcipulum fuiſſe certò pronunciare auſim: cum huic adverſari ſententiæ longè plures PP. intelligam. Sed iſta commemoravi, ut ne Lucæ ipſi de ſe teſtanti refragari qviſqvam Epiphanium arbitretur.

Καὶ κηρύττει πρῶτον.] Lucam in Gallia prædicaſſe, nullus, qvod ſciam, prodidit. Atqve haud ſcio an Galliam Ciſalpinam intelligat, per qvam in Dalmatiam, Græciamqve contenderit.

Κρίσκης, φησὶν, ἐν τῇ Γαλλίᾳ.] Imo εἰς Γαλλίαν. Nam vulgo εἰς Γαλατίαν. Qvæ eſt vetuſtiſſima, & certiſſima lectio, qvicqvid affirmet Epiphanius. Qvam & Euſebius L. III. Hiſt. C. IV, Chryſoſt. Ambroſius, Theodoretus, ac Græci, & Latini omnes agnoſcunt. Qvanqvam non deſunt, qvi per Γαλατίαν apud Paulum Galliam intelligant, ut Theodoretus. Creſcentem verò Galliarum, & Galatiæ pariter Apoſtolum fuiſſe, Ado in Martyr. V. Kal. Jul. & in Chronico teſtatur, ut & Rom. Martyr. novum. Vetus enim Galatiæ duntaxat meminit. Et certè dubitari poteſt, utrum non modo Creſcens, ſed vel alius qvisqvam per illa tempora Galliis Evangelii lucem importarit.

N. XII. Μετὰ τὴν αὐτοῦ ἀπὸ τῆς Πάτμου.] Non igitur in Patmo ſcripſit Evangelium; ſed Epheſi. Neqve verò ſub Claudio, ſed ſub Nerva Coccejo ab exilio reverſus eſt: qvamvis iterum poſtea ſub Claudio revocatum aſſerit.

N. XIV. Ταῦτα ἐν Βηθαβαρᾶ.] Utraqve vox & Bethabara, & Bethania apud antiqvos reperitur. Vide qvæ de hoc loco ſcripſere Maſius, & Serrarius in Joſue. Maldon. & Toletus in Evang.

Ἵνα δείξῃ μετὰ τὰς τεσσαράκοντα.] Epiphanii ſententia hæc eſt, Chriſtum poſt XL dierum jejunium, & tentationem in Galilæam eſſe profectum; indidemqve ad Ioannem, & Iordanem revertiſſe: qvo tempore Ioannes illum intuitus rurſum de ipſo teſtatus eſt, Ioan, I, 36. Tum enim ambulantem vidiſſe Ieſum ſcribit Ioannes. At Epiphanius 29 & 30 commata cum 35, & 36 confudiſſe videtur, cum ex Evangelio profert τῇ ἄλλῃ ἡμέρᾳ ὡς εἶδεν αὐτὸν περιπατοῦντα ἔφη· οὗτός ἐστι, &c. Qvæ diverſis in commatibus leguntur. Porrò pro eo qvod vulgo ſcriptum eſt, τῇ ἐπαύριον, Epiphanius legit τῇ ἄλλῃ ἡμέρᾳ; niſi ea potius interpretatio ſit. Ut & noſter Interpres: *Altera die.* At prima teſtificatio paulo poſt Baptiſmum facta videtur. Unde inter Baptiſmum Chriſti, ac primam illam teſtificationem, & Apoſtolorum vocationem, profectionem in Galilæam interceſſiſſe putat Epiphanius: De qva profectione haud ſcio an Interpretum, Doctorúmve qviſqvam meminerit. Sed neqve Ioannis verba vel minimam ejus ſignificationem dare mihi videntur. Vide Num. XVI, ubi accuratius ea temporum intervalla digeruntur. Poſt Baptismum XL dierum jejunium ſeqvitur: tum hebdomades ferè duæ, qvibus Nazareti in patria vixit. Hinc ad Ioannem revertitur, à qvo agnitus ac

demonstratus est; ac tunc Andreas illum cum socio secutus est: inde Petrus; pôst Philippus, ac Nathnael: secundum qvæ nuptiis interfuit. Qvæ omnia duorum à Baptismo mensium intervallo gesta putat; hoc est usqve ad VI Januarii, qvo die nuptiis interfuit, cum VI Eid Novemb. ut arbitratur Epiphanius à Joanne baptizatus esset. Colliguntur dies LX. Nimirum XL jejunii; tum XIV, qvibus in patria, Galilæa constitit. Postea biduum qvo ad Joannem accessit. Item biduum aliud, cum Andreas, inde Petrus sese ad eum applicarunt. Altera vero die Philippus, ac Nathaneel vocati: Deniqve tertio die post ultimum illud biduum, nuptiæ subsecutæ. Ita LX dies explentur.

X. XV. *Καὶ λοιπὸν σημεῖα ἐκεῖ.*] Post nuptiarum officium Christus Capharnaum sese contulit: ubi prodigia multa patrata credit Epiphanius: velut cum socrum Petri febrientem curavit, & aridam hominis manum restituit. Sed perperam hæc duo miracula in idem tempus conjecta. Nam alterum, hoc est aridæ manus restitutio, longe post prius illud contigit; nimirum post Pascha; secundum qvod per sata cum discipulis transiit. Sed de iis postea ad N. XXVII. Imposuit Epiphanio multiplex ac diversus ad Capharnaum aditus Christi.

Ἐντεῦθεν γὰρ καὶ ἐπέκεινα.] Ex iis qvæ differit Epiphanius, efficitur paulo post ultimo vocatos, ac sibi adjunctos Apostolos, Petrum, Andream, & cæteros, ad prædicationem aggressum, etiam anteqvam Joannes in vincula conjiceretur. De qvâ re postmodum agetur, ut & de Natali Christi ac vero Baptismi, & passionis anno.

N. XVI. *Περὶ Θεοῦ τῷ Πνεύματι.*] Præter conjecturam illam qvam ad oram adtexuimus; occurrit scribi posse; *περὶ οὖ τῷ πν.*

Καὶ ἐξελέξατο τὸν Πέτρον.] Egregius hic locus; ex qvo liqvet Petrum Andreæ ac cæteris Apostolis, non ætatis, aut vocationis ordine, sed principatus ac dignitatis, anteponi.

Φασὶ γὰρ οὕτως οἱ ἄλλοι.] Mirum est qvod hoc loco asserit primum Herodem fugisse: postea Nazaretum; inde ad baptismum accessisse; qvæ neqve cum Evangelio, neqve cum superioribus cohærent. Nam Herodem fugit duntaxat post Joannis necem, qvæ longe post baptismum accidit. Vide qvæ ad Num. XXVIII. observamus.

N. XIX. *Ο δὲ Ἰωάννης καὶ τὴν πρόθεσιν.*] For. *κατὰ τὴν πρόθεσιν.*

N. XXII *Κατηγοροῦσι δὲ πάλιν.*] Nullum est in his Libris argumentum, in qvo tractando plus operæ, ac studii navarit Epiphanius, qvàm in ea qvæstione; qva Dominici Natalis, & passionis annus inqviritur. Sed nec obscurior usqvam locus est, aut in qvo minùs Interpreti tergiversari, ac dissimulare liceat. Tantum abest, ut in eo declarando ne sit longior vereri debeat, aut instituta se Notarum, & Animadversionum brevitate defendere. Atqve ea sanè qvæstio cùm non minus hac tempestate, qvàm priscis illis temporibus, eruditos exerceat, eò deniqve adducta res est, ut qvi inscitiam suam ingenuè fassus fuerit, pudentiorem exitum qværat, qvàm si certi aliqvid, & explorati tenere se posse confidat. Ut enim à vetustioribus initium repetam; qvis anteqvam Dionysii vulgaris illa ratio percrebuisset, in certam, ac constitutam sententiam includi se passus est?

Longum eſt, & otioſum veterum Patrum opiniones omnes perſeqvi; idqve ab aliis diligenter eſt factum; præſertim à Dekerio noſtro τῷ μακαρίτῃ, & Joanne Keplero Mathematico, in erudita illa diſſertatione de anno Natali, & in Eclogis Chronologicis; ut & de Illuſtriſſimi Baronii Annalibus, ac cæteris Chronographis taceam. Qvorum omnium poſt tam exqviſitam, & exactam operam, ſupervacaneum videri poterat, à nobis ea diſputari vehementiùs, qvæ anxiè ab illis ſunt, accurateqve diſcuſſa: niſi nos ad id etiam invitos Epiphanius ipſe, ac ſuſcepti muneris fides impelleret. Erit autem huic conatui, laboriqve noſtro facilis lector; ſi hoc à me ſpectatum agnoverit, ut infinitam prope controverſiam, omniumqve judicio difficillimam, neqve breviùs, qvam res tanta diſputari poſſit, neqve longiùs, qvam neceſſe ſit, ſumma verò cum facilitate complecterer; & ea, qvæ ab ingenioſis, doctisqve viris de ea re ſolerter excogitata ſunt, acceſſione aliqva noſtra cumulata proferrem. Qvare duplex erit hoc loco diſputanda qvæſtio: altera de anno ipſo, qvo natus eſt Chriſtus: altera, de eo qvo paſſus eſt.

DE ANNO NATALI CHRISTI

DIATRIBA.

QVI Natalem Chriſti Salvatoris annum via ac ratione indagare conati ſunt, triplicis maximè temporis rationem habuerunt; Romanorum Coſſ. Auguſti Imperat. Et Herodis annorum. Totidem notis, ac velut inſignibus poſitum à ſe annum illuſtravit Epiphanius; & in ordinanda potiſſimum ſerie Coſſ. haud vulgarem diligentiam adhibuit. Cujus nos veſtigia prementes, id qvod architecti facre ſolent, ut anteqvam ædificent, ſoli ipſius, vel fundamenti ſoliditarem explorent; ita nos Conſulatuum ipſorum ordinem ſeriemqve perſcrutabimur. Qvæ qvidem hiſtoriæ pars cum maxima in obſcuritate, & diſſidentium, inter ſe Sciptorum varietate poſita ſit, nos Conſutuum aliqvo Indiculum ſubjiciendum putavimus, paucis ad illos adjunctis, qvi in Epiphanii Laterculo deſcripti ſunt; propterea qvod non omnes iisdem, qvibus ille, Coſſ. natum eſſe Chriſtum exiſtimant. Et ut in Coſſ. digerendis varietas qvæ ſit, Lector intelligat, triplici filo Laterculum texuimus. Prima ſeries Coſſ. habet ex Capitolinis Faſtis excerptos, cujusmodi à Sigonio, & Onufrio in Faſtis exhibentur: altera ex Epiphanii: tertiam ex Faſtorum Siculorum, ſive Alexandrini Chronici authoritate.

De anno Natali Christi.

INDICULUS COSS. ALIQVOT, QVI AD CHRISTI NATALEM, ET PASSIONIS TEMPUS ERUENDUM UTILES ESSE POSSUNT AD N. XXII.

Primus annus est Urbis ex Varrone DCCXLVIII.

	Ex Fastis Capitolinis		Ex Epiphanio	Ex Fastis Siculis.
1	Lælius Balbus	Antistius Vetus		Nero II & Piso II
2	Augustus XII	Sylla		Balbus & Vetus
3	C. Calvisius	L. Pssieanus		August. XIII & Sylla
4	L. Lentulus	M. Messalinus		Sabinus & Rufinus
5	Augustus XIII	M. Plautus Silvanus	Aug. XIII & Silanus	Augustus XIV & Silvanus
6	Cossus Cornel. Lentulus	L. Calpur. Piso	Lentulus & Piso II	Lentus & Piso
7	C. Cæsar	L. Æmilius Paulꝰ	L. Cæsar & Paulus	Pub. Cæs. & Paulus
8	P. Vinucius	Alphinius Varus	Vinucius & Varus	Vinucius & Varius
9	L. Ælius Lamia	M. Servilius Geminus	Lamia & Servilius Nommius	Lamia & Servilius
10	Sex. Ælius Cato	C. Sentius Saturninus	Magnus Pompejus & Valerius	Magnus & Valerius
11	L. Valerius Messala	Cn. Corn. Cinna Magnus	Lepidus, & Aruntius	Lepidus & Plancus
12	M. Æmil. Lepidꝰ	L. Arruntius	Cælar & Capito	Tib. Cæs. & Capito
	SUFFECTI			
	C. Attejus Capito	C. Vibius Postumus		
13	A. Licinius Nerva Silanus	Q. Cæcilius Metellus Creticus	Creticus, & Nerva	Cretius & Nerva
	SUFFECTI			
	P. Lentulus Scipio	T. Qvint. Crispinus Valerianus		
14	M. Furius Camillus	Sex. Nonius Qvintilianus	Camillus & Qvintilianus	Camillus & Qvintilianus.
	SUFFECTI			
	L. Apronius Nepos	A. Vibius Habitus		
15	C. Poppæus Sabinus	Q. Sulpicius Camerinus	Camerinus & Sabinus	Camerinus & Sabinus
	SUFFECTI			
	M. Papirius Mutilus	Q. Poppæus Secundinus		
16	P. Corn. Dolabella	C. Julius Silanus	Dolabella & Silvanus	Dolabella & Silanus
17	M. Æmil. Lepidꝰ	T. Statilius Taurꝰ	Lepidus, & Taurus	Lepidus & Taurus

De anno Natali Chriſti.

	Ex Faſtis Capitolinis		Ex Epiphanio	Ex Faſtis Siculis.
	SUFFECTI			
	L. Caſſius Lóginꝯ			
18	Tib. Germ. Cæſ.	C. Fõtejus Capito	Flaccus & Silvanus	Tib. Cæſ. II. & Scipio
	SUFFECTI			
	C. Viſellius Varro			
19	C. Silius Nepos	L. Munatiꝯ Plácꝯ	Sexti duo	Flaccus & Silanus
20	Sex. Pompejus Nepos	Sext. Apulejus Nepos	Pompejus Magnus & Apulejus	Sextus & Sextus
21	Druſus Cæſar	C. Norb. Flaccus	Brutus, & Flaccus	Pomp. Mag. & Apul.
22	Ti. Statiliꝯ Taurꝯ	L. Scribon. Libo	Taurus & Libo	Brutus & Flaccus II
23	C. Cœliꝯ Rufus	L. Pomponius Flaccus	Craſſus & Rufus	Taurus & Libo
24	Tib. Aug. III	Germanicus Cæſar II	Tiberius II Druſus Germanicus II	Craſſus & Rufus
	SUFFECTI			
	L. Sejus Tubero	Rubelliꝯ Blandꝯ		
25	M. Julius Silanus	C. Norbanus Flaccus	Silanus & Balbus	Tib. Cæſar III & Rufus
26	M. Valerius Meſſala	M. Aurelius Cotta	Meſſala & Gratus	Silanus & Balbus
27	Tiberius IV	Druſus Julius II	Tiberius III Druſus Germanicus III	Meſſala & Gratus
28	D. Haterius Agrippa	C. Sulpitius Galba	Agrippa & Balbus	Tib. Cæſar IV & Druſus
	SUFFECTI			
	C. Vibius Rufinꝯ	M. Coccejꝯ Nerva		
29	C. Aſinius Pollio	C. Antiſtiꝯ Vetus	Pollio & Vetus	Agrippa, & Galba
30	Ser. Corne. Cethegus	L. Viſellius Varro	Cethegus & Varus	Pullo & Vetus
31	M. Aſinius Agrippa	Coſſꝯ Corn. Lentulus	Agrippa II & Lentulus Galba	Cethegus & Varus
32	C. Calviſius	Cn. Getulicus Sabinus	Getulicus & Sabinus	Agrippa II & Lentulus
	SUFFECTI			
	Q. Marcius Barea	T. Ruſtiꝯ Numiꝯ Galius		
33	L. Licinius	L. Calpurnius	Craſſus & Piſo	Getulicus & Sabinus
34	Ap. Juliꝯ Silanus	P. Silius Nerva	Silvanus & Nerva	Craſſus & Piſo
35	C. Rubellius Geminus	C. Fufius & Geminus	Gemini duo	Silanus & Nerva
36	M. Vinucius	C. Caſſiꝯ Lóginꝯ	Rufus & Rubellio	Geminus & Geminus
37	Tib. V.	Sejanus	Vinicius & Longinus Caſſius	Rufus & Rubellinus

De anno Natali Christi.

NOTÆ.

AD EXCERPTA CONSULATUUM COLLEGIA.

In his Coss. paribus nonnulla sunt observatione digna.

In VI Epiphanius Pisonem II consulem adscribit: qvod neqve in Capitolinis, neqve in Siculis additum est; sed ad Cnæi duntaxat Pisonis Consulatm, qvi Anno Urbis DCCXLVII convenit. Ac videtur ex eo natus error, qvod alter ejusdem nominis L. Calpurnius Piso Cæsoninus anno V. C. DCCXXXIX fuerit. Sed ille L. filius; noster hic vero Cnæi dicitur.

In VII Consulatu, perperam apud Epiphanium L. Cæsar, pro Cajo positum est. Nam Lucius ejus frater Cos. designatus, anteqvam magistratum iniret, extinctus est.

In X Fasti Siculi & Epiphanius Ælium Catum, & Saturninum præterierunt: Sed & frustra apud Epiphanium Magnus Pompejus cum Valerio componitur. Fuit enim is Cinna Magnus, non Pompejus.

In XII vitium irrepsit partim ex suffecto Cos. Attejo Capitone, partim ex Consulatu XIX. Cum enim anno Urbis DCCLXVII Coss. fuerunt Tiberius II, & C. Fontejus Capito; anno verò DCCLIX suffectus fuerit Capito; qvi Fastos Græcos condiderunt, Capitonem pro ordinario numerantes cum Tib. Cæsare copularunt.

In XIX Consulatu Fasti Siculi Tiberium Cæsarem II, & Scipionem committunt: Epiphanius Flaccum, & Silanum, qvi esse debuit Consulatus XXVI, anno Urbis DCCLXXII. Idem Epiphanius Sextorum duorum collegium antevertens, expuncto Silii, & Planci Consulatu decimum qvintum à Coss. Augusto XIII, & Silano Coss. ponit Consulatum illum, cum XVI esse debuerit. Tum XVI facit Pompejum Magnum, & Apulejum; qvi cum superioribus iidem esse videntur. Nam è duobus Sextis, alter Pompejus Nepos, alter Apulejus Nepos appellatus est. Qvod idem vitium in Fastis Siculis cernitur.

In XII, pro Brutus apud Epiph. & Siculos Fastos, scribe Drusus.

Deinceps usqve ad XXXVII Consulatum, Fasti Siculi uno anno tardiores sunt, qvàm Epiphanius, & Capitolini. Puta Taurum & Libonem in nostra serie XXIV collocant, qvem ambo isti XXIII, & ita deinceps. Cujus ea caussa est, qvod Epiphanius cùm extrito uno Consulum pari, nimirum anni Urbis DCCLXV, Tiberii Cæs. & Fonteii Capitonis, Sextorum duorum Consulatum anticipasset, anno Urbis DCCLXVI, qvi seqventi competebat; huic ipsi DCCLXVII Pompejum, & Apulejum accommodat, qvi iidem sunt cum Sextis duobus. Ita cum Capitolinis in gratiam rediit. At Siculi qvia Coss. anni DCCLXV non omittunt, & ex uno collegio anni DCCLXVII duo faciunt; supervacaneo illo Pompeji, & Apuleji interposito consulatu tardiores exhibent reliqvos.

In XXIV apud Epih. & in Fastis pro Crassus Flaccus leg. nisi sit suffectus aliqvis.

De Anno Natali Christi

XXV. Tiberium Coſ. ſecundum habet pro III.

In XXVI pro Balbo Flaccus adſcribendus eſt niſi ſuffectus aliqvis locum hic habuerit, qvod idem de XXVII par eſt credere: ubi Gratus pro Cotta nominatur.

In Conſulatu XXXVI, qvi eſt in Epiphanii Indiculo XXXII, major eſt labes. Nam Siculi Faſti cum Epiphanio poſt geminos duos, Rufum & Rubellionem (Siculi Rubellinum) collocant. At Cupitolini M. Vinucium, & Caſſium Longinum. Rufum porrò & Rubellinum ſuffectos putat Scaliger, & Kleperus in Eclogis. Ego idem his in Coſſ. qvod A. XVI commiſſum fuiſſe ſuſpicor. Nam ut illic ex uno collegio Sex: Pompeji Nepotis, & Sex. Apuleji Nepotis, duo Coſſ. paria facta ſunt; Sextorum videlicet duorum, & Pompeji, atqve Apuleji: ita Rufum, & Rubellinum duorum eſſe Geminorum nomina crediderim; niſi qvod pro *Rufus*, *Fuſius* legendum eſt. Sic enim appellantur, C. Rubellius Geminus, C. Fuſius Geminus. Qvocircà meritò tam hos, qvàm illos prætermiſit Onufrius, ac ne ſuffectorum qvidem loco habuit; qvod fruſtrà miratus eſt Scaliger, Lib. VI de Emend. Pag 521.

Ex hac eadem collegii diſtractione factum, ut Vinucii, ac Longini Conſulatus apud Epiphanium ſede ſua luxatus, XXXIII loco à Conſulibus Auguſto XIII, & Silvano poneretur, cùm XXXII eſſe debuerit. Etenim anno V. C. DCCLXXXIII, Juliano LXXV, congruit Vinicii Conſulatus, idqve ex Varroniana epocha. Nam Capitolini Faſti anno DCCLXXXII collocant. In qvo mirificè hallucinatus eſt Scaliger; dum Onufrium arguit, qvòd conſulatum Vinicii in DCCLXXXIII contulerit ex Varranis ſententia, cum Catonianum, & Capitolinum annorum numerum ſeqvi ſe profiteatur. Qvo nihil falſius excidere Scaligero potuit. Onufrius enim Comment. in L. I Faſt. in fine Diatribæ de anno Urbis conditæ diſertiſſimis verbis Varronem ſecutum ſe eſſe teſtatur. *Varronis*, inqvit, *ſententiam in his Faſtis me ſeqvi fateor; non qvòd ei magis qvàm Fabio Pictori, vel Verrio Flacco, aut Dionyſio credam; ſed qvod ejus ſententiam paſſim ab omnibus ſuſceptam fuiſſe animadverterim, atqve tanqvam omnium veriſſimam, certiſſimamqve obſervatam.* Qvod ab eo ſervatum eſſe, diſcrimen unius anni, qvo illius Faſti à Capitolinis, & Sigonianis differunt, ſatis oſtendit. Hic ille porrò Vinicius eſt, cui Hiſtoricum ſuum Breviarium Vellejus inſcripſit: cujus ad Conſulatum, ab Urbis initio non annos præcisè DCCLXXXIII numerat, ut ſcribit Scaliger, ſed DCCLXXII. Qvanqvam mendum ineſt in numeris, & DCCLXXXII reſtituendum. Et ſunt alioqvi numeri apud Vellejum omnes propemodum vitioſi, aut certè parum ille ſibi conſtat, dum alios atqve alios authores ſeqvitur. Itaqve utrum Varronianam, an Capitolinam, qvam Catonianam vocat Scaliger, rationem tenuerit, certo pronunciari neqvit. Scripſiſſe qvidem vel anno ipſo, qvo Vinicius conſul fuit, vel ineunte ſeqventi ſaltem abſolviſſe, inde liqvet, qvòd florentis adhuc Sejani operis in fine meminit, qvi Tiberio V Coſ. hoc eſt Urbis DCCLXXXIV profligatus eſt. Qvod ſi ita eſt, locum habet nullum eruditi viri conjectura, qvi dubitare viſus eſt, an tranſpoſiti Conſulatus eſſent, ut Tiberius V, & Sejanus an-

Scaligeri error.

no

no DCCLXXXIII, Juliano LXXV conveniant, Vinucius autem & Cassius DCCLXXXIV, Juliano LXXVI. Geminorum certè Consulatus incurrit in annum Tiberii XV labentem & ab Augusto mense anni superioris inchoatum. Cœpit enim Kal. Januar. anni Juliani LXXIV. At Vinucius & Cassius Coss. incidunt in Julianum LXXV, Tiberii XVI jam inchoatum. *De anno Natali Christi.*

Ac de Vinucio & Cassio postrema superest, difficillimaqve qvæstio; iidémne illi sint, qvos Tacitus scribit Lib. VI. Ann. progeneros à Tiberio ascitos, A. DCCLXXXVI. Ser. Galba & L. Sulla Coss. Nam L. Cassio Drusillam, M. Vinicio Juliam Germanici filias collocatas esse narrat. *Vinicio*, inqvit, *oppidanum genus. Calibus ortus, patre atqve avo Consularibus, cætera eqvestri familia erat, mitis ingenio, & compta facundia. Cassius plebei Romæ generis, verùm antiqvi, honoratiqve, & severa patris disciplina eductus, facilitate sæpiùs, qvàm industria commendabatur.* Mox eosdem Iuvenes appellat. Sanè illos ipsos esse, qvi Coss. tribus annis antè fuerant, svadent ipsa primùm nomina; etsi Cassii prænomen apud Dionem sit *Cajus*, non *Lucius*: qvomodo etiam à Pomponio Lib. de Orig. Juris appellatur; qvi & Jurisconsultum illum C. Cassium Longinum cum hoc nostro confundit, probante Cuspiniano, reclamante verò Lipsio. Ad hæc Svetonius in Caio Drusillam L. Cassio Longino nupsisse prodidit. Qvas ob caussas nemo hactenus dubitavit; qvin ambo illi Germanici generi Coss. fuerint anni DCCLXXXIII. Primus Keplerus in Eclogis addubitare cœpit: & qvidem jure. Nam qvis putet prætermissurum hæc Tacitum, cum utriusqve ornamenta recenseret? Atqvi de Vinicio unum hoc retulit; patre atqve avo Consularibus oriundum fuisse. De Cassio verò, plebeii fuisse generis. Qvamobrem certum mihi est, diversos istos esse à Coss. anni DCCLXXXIII, qvamvis idem nomen habuerint. Svetonio verò similitudo nominum imposuisse videtur, ut Consularem vocaret Cassium, qvod ὁμώνυμος alter paulo ante Consulatum gessisset. Hæc de Coss. ab Epiphanio recensitis diligentius perseqvi operæ pretium fuit; qvod ex illorum contextu apta suspensaqve sit annorum CHRISTI series: Proindeqve substructione ista opus est iis, qvi verum CHRISTI Natalem investigare student: qvam stabiliendam fulciendamqve merito sibi duxit Keplerus ejus disputationis initio, qvam de CHRISTI Natali ante aliqvot annos elucubravit. In qva primùm omnium Romanorum Coss. perpetuam successionem, è qva nonnulli Consulatus qvinos detrahendos putabant firmissimis argumentis communitam reliqvit. Sed est qviddam tamen, qvod ab eo minùs animadversum hîc obiter adscribam; ut eâdem operâ Taciti locum, qvi hactenus vitiosè legitur, integritati restituam. Ut igitur Keplerus affirmet; inter Tiberium & Neronem nulla Coss. esse subtrahenda paria, Taciti inter alia testimonium affert. Qvi in Agricolæ soceri vita scribit, decessisse illum Collegâ & Prisco Coss. anno ætatis LVI, natum verò Cajo III Cos. Ex qvo ità colligit: Tertium Caji Consulatum anno Dionysianæ æræ XL. tribuendum videri, non, ut qvidam opinabatur, XLII. Verùm cùm

De Vinucio & Cassio Coss.

Svetonii hallucinatio.

De anno Natali Christi. Tacitus emendatur

Caji Consulatus III. concurrat cum A. U. C. DCCXCIII; Collegæ autem, ac Prisci, cum anno DCCCXLVI; qvi anno DCCXCIII sit natus, is anno DCCCXLVI non plus qvàm LIV annos natus esse potuit. Qvare apud Tacitum miror animadvertisse neminem pro LVI, legendum esse LIV. Facillimum autem fuit ex notarum inversione vitium à Librariis admitti.

QVIBUS COSS. VULGO CHRISTI NATALIS ASSIGNETUR: UBI ET DE BISEXTI CORRECTIONE ACCURATE DISSERITUR.

CHRISTUM Augusto XIII, & Silvano Coss. natum esse constanter affirmat Epiphanius. Sed cum idem VI Eid. Jan. natalem diem esse definiat, jure Annalium Ecclesiast. scriptor ad illorum gregem adjungendum esse potius Epiphanium putat, qvi anno superiori, hoc est Lentulo & Messalino Coss. natum Christum existimant, qvam eorum, qvi iis ipsis, qvos Epiphanius nominat, Coss. natalem consignant. Propterea qvod si communem de mense Natalis ac die sententiam esset amplexus; omninò superiores illos Coss. prætulisset. Unde Cassiodori, qvem Baronius seqvitur, non Onufrii decreto opinioniqve suffragari putandus est. Qvod igitur Christus Lentulo, & Messalino Coss. ortus sit, anno Juliano XLIII studiosè demonstratur in Annalibus, idqve velut fundamenti loco ponitur, qvo nutante, ut ajunt ipsi, Annalium contextum omnem ruere collabiqve sit necesse. Proinde primus à Natali Christi, sive Dionysianæ æræ ac vulgaris annus à Kal. Januariis anni Juliani XLIV iisdem in Annalibus incipit: Urbis ex Varroniana ratione DCCLII, cujus Palilia Aprili mense proximè secuta sunt: adeo ut in annum Urbis DCCLI vulgaris æræ primordium incurrat; Olympiadis CXCIV, annum II. Est ea qvidem Cassiodori sententia, aliorumqve tam Veterum, qvam recentiorum; &, qvod ad Natalem ipsum attinet, sanè probabilis. Qvod autem ille idem annus cum æta Dionysiana conjungitur: hoc est, qvòd primus æræ Christianæ Julianus esse XLIV asseritur, Olymp. CXCIV secundus, id verò neqvaqvam procedit. Biennio enim aberrat; ut qvidem pleriqve hactenus animadverterunt: ut autem existimo, etiam triennio à Dionysii mente, atqve æra distat; uti paulo post demonstrabitur. Nos interim qvæ in Apparatu ad Annales de hoc anno subtiliter & exqvisitè disputantur expendenda censuimus.

Cum igitur à nonnullis improbari suam de Natali Christi sententiam videret, ob id unum maximè, qvòd in Iulianum XLIII, qvi Coss. habet Lentulum, & Marcellinum, Bisextilis dies minimè caderet, contra ille sic præscribit: Tantum abesse, ut in annum illum bisextilis dies non incidat, ut

in alium nullum, niſi ab eodem qvartum, ſive ante, ſive poſt ipſum, convenire poſſit. Etenim pro confeſſo, minimeqve dubio id in hac tota diſputatione ſumit: annum illum, qvo natus eſt Chriſtus, biſextilem fuiſſe: propterea qvòd qvi deinceps ab eo propagati ſunt, per qvaternos diviſi biſextiles occurrunt. Jam verò annus à nato Domino CCCLXIV, qvo Valentinianus Imperium adeptus eſt, biſextilem habuit diem, qvemadmodum L. XXVI ſcribit Ammianus. Ergò CCCLXV ante illum peræqvè biſextilis eſt. Atqvi ille eſt ipſe, qvi Lentulum & Marcellinum Coſſ. præfert, qvibus Decembri menſe natus eſt Chriſtus: Rectè igitur hic in Annalibus conſtitutus videtur. *De anno Natali Chriſti.*

Pergit in eodem argumento uberiùs explicando, & de Juliana biſextilis anni diſpoſitione, atqve Auguſti correctione diſſerit; ut appareat, annum illum, qvi eſt Julianus XLIII, biſextum habuiſſe. Etenim Julius Cæſar anno ab V. C. Varroniano DCCVIII, qvo ipſe tertium cum Lepido Coſ. fuit, annum Romanum emendare ſic eſt aggreſſus, ut deinceps IV qvoqve anno ſolidum diem intercalandum decreverit. Ac ſi anno illo emendationis, qvem Macrobius Confuſionis appellat, nihil præter menſes ac dies interclaſſet, ab eo ipſo biſextilium annorum ducendum fuiſſet exordium, ita ut primus IV pòſt anno, Lepido II & Planco Coſſ. congrueret: qva ratione per qvadriennia deſcendendo, biſextilis undecimus non in XLIII à correctione annum, ſed in XLIV, hoc eſt, non in Lentulum, & Meſſalinum; ſed in Auguſtum XIII, & Plautium Coſſ. incurreret, qvibus Chriſti natalem aſſignabat Onufrius. At id ſecus ſe habuit. Nam præter ſolidorum dierum intercalationem, qvadrans inſuper diei, qvod Solinus docet, à Cæſare eſt adjectus. Qvem ut intercalaret, qvia ſolus addi non poterat, neceſſe fuit, ut in IV annum differretur; donec videlicet ex qvadrante illo, & tribus aliis totidem conſeqventium annorum, dies exſurgeret. Itaqve primum Biſextum non qvinto à correctione anno, ut alioqvi futurum dicebatur, ſed IV, qvi antecedenti correctionis anno reſpondebat, ſeu poſt tertii anni circuitum, Panſa, & Hirtio Coſſ. obſervari juſſit: reliqva deinceps poſt IV qvemqve annum ab hoc primo. Qvanqvam ſacerdotes, penes qvos intercalandi cura erat, eo fortaſſe, qvòd primum Biſextum poſt III annum locatum viderent, errore ducti, ſeqventia ſimilia poſt tertium qvemqve uſurparunt, annumqve Romanum XXXVI annorum ſpatio ita depravarunt, ut pro IX diebus duodenos interponerent. Qvod Auguſtus ut corrigeret, & tres eos dies ſuperfluos reſecaret, XII ſeqventes ſine biſextili intercalatione tranſigi juſſit, C. Cenſorino, & Aſinio Gallo Coſſ. Hæc in Annalibus. Qvæ ut oculis ipſis ſubjecta plane, percipiantur, Laterculum aliqvot Conſulatuum adtexuit; initio ducto ab eo anno, qvo Juliana cœpit editio. Qvod cum ad eorum, qvæ deinceps proponenda ſunt, intelligentiam non mediocrem utilitatem poſſit afferre, nos eundem illum Indiculum exſcribemus, ubi qvæ in rem faciunt, pauca præmonuerimus. Sciendum enim eſt, non ſolum biſexti à Julio Cæſare ordinati rationem, ac formam, ſed ejuſdem

De anni Natali Christi. Bisextilium Annorum ratio ex Julii, & Augusti Cæsarum instituto.

qvoqve depravationem; ac postremo Augustanam illam correctionem, & instaurationem variè admodum explicari. Sunt enim, qvibus placet Iulium Cæsarem anno Confusionis nihil præter solidos menses ac dies intercalasse; ideoqve primum annum Iulianum instar bisextilis fuisse: atqve adeo legitimos, & ordinarios bisextiles esse istos oportuisse, V, IX, XIII, &c XXXVIII, XLI, XLV, XLIX, LIII. Ita Scaliger Lib. IV de emend. Alii, qvi qvadrantem diei præter solidos dies intercalatum putant, legitimum bisextilem, Iulianæ editionis annum tertium statuunt, ab eoqve deinceps VII, XI, XV &c. Tertia potest ad eas accedere forma; ut nimirum Confusionis annus ipse bisextilis vicem præbuerit; ac subinde Iulianus IV, VIII, XII, &c. tùm XXXVI, XL, XLIV, XLVIII, LII, bisextum sibi ex Iulii Cæsaris constructione vendicent. Ex iis ordinandi formis, qvam Cæsar tenuerit, affirmare difficile est; qvemadmodum etiam qvæ fuerit depravandi ratio haud ita certò constat. Potuit enim anno Iuliano tertio contra præscriptum Cæsaris intercalari: potuit & qvarto, cum qvinto jussisset: unde XXXVI, vel XXXVII vitiosus extitit. Neqve verò minùs est obscurum, qvámnam castigandæ labis illius viam Augustus inierit. Aut enim primum ex XII ἀνεμβόλοις esse jussit Iulianum XXXVIII, qvo ad emendationem animum adjecit; si postremus bisextilis vitiosus fuerit XXXVII: ita ut duodecimus τῶν ἀνεμβόλων Iulianæ editionis fuerit XLIX: ex qvo deinceps anni in ordinem redacti, & anno LIII legitimus bisextilis incidit. Aut si XXXVI postremus bisextilis fuit; duodecim bisexti prorsus expertes à XXXVI ad XLVIII pertexendi sunt; adeo ut primus bisextilis ex ordine in Julianum LII incurrerit. At Paulus Middelburgensis Lib. XII, cum vitiosum bisextum anno III, VI, IX, ac deniqve XXXVI intercalatum esse dixisset, duodecimqve communes illos in XLVIII desiisse: ita ut LII, bisextum exigeret, novum à Sacerdotibus vitium oblatum asserit; ut XLIX bisextilem fecerit: unde reliqvi deinceps ad ætatem nostram bisextiles propagati sunt.

Olympiades	Anni Iuliani	Anni Urbis	INDICULUS ALIQVOT COSS. / Coss.		Bisextiles: & Literæ vitiosæ ex Mittelb. sententia.	Bisextiles, & Literæ Dom. vitiosæ ex Scaligero.	Literæ emendati Cycli ab Augusto.
		707	Q. Calenus P. Vatinius				
		708	C. Iulius Cæsar III M. Æmilius Lepidus	Annus Confusionis.			
	1	709	C. Iulius Cæsar IV sine Collega		C	B	CB

De anno Natali Christi.

				Ex Middelb.	Ex Scaligero,	Ex Aug. emend.
184	2	710	C. Julius Cæſar V M. Antonius	B	A	A
	3	711	C. Vibius Panſa A. Hirtius	A G	G	G
	4	712	M. Æmilius Lepidus II L. Munatius Plancus	F	F E	F
	5	713	L. Antonius P. Servilius Iſauricus	E	D	E D
185	6	714	C. Domitius Calvinus C. AſiniusPollio	D C	C	C
	7	715	L. Martinus Cenſorimus C. Calviſius Sabinus	B	B A	B
	8	716	Ap. Claudius Pulcher C. Norbanus Flaccus	A	G	A
	9	717	M. Agrippa L. Caninius Gallus	G F	F	G F
186	10	718	L. Gellius Poplicola M. Coccejus Nerva	E	E D	E
	11	719	L. Cornificius Sex. Pompejus	D	C	D
	12	720	M. Antonius II L. Scribonius Libo	C B	B	C
	13	721	C. Cæſar Octavianus II L. Volcatius Tullus	A	A B	B A
187	14	722	Cn. Domitius Ahenobarbus C. Soſius Nepos	G	F	G
	15	723	C. Cæſar Octavianus III M. Valerius Meſſala	F E	E	F
	16	724	C. Cæſar Octavianus IV M. Licinius Craſſus	D	D C	E
	17	725	Imp. Cæſar Octavianus VI Sex. Apulejus Nepos	C	B	D C
188	18	726	Imp. Cæſar Octavianus VI M. Agrippa II	B A	A	B
	19	727	Imp. Cæſar Octavianus VII M. Aggrippa III	G	G F	A

De anno Natali Christi

				Ex Middelb.	Ex Scaligero.	Ex A. emend.
	20	728	Imp. Cæſar Auguſt. VIII T. Statilius Taurus II	F	E	G
	21	729	Imp. Cæſar Auguſt. IX M. Junius Silvanus	E D	D	F E
189	22	730	Imp. Cæſar Auguſtus X C. Norbanus Flaccus	C	C B	D
	23	731	Imp. Cæſar Auguſtus XI C. Calphurnius Piſo	B	A	C
	24	732	M. Claudius Marcellus L. Arruntius	A G	G	B
	25	733	M. Lollius Q. Æmilius Lepidus	F	F E	A G
190	26	734	M. Apulejus P. Silius Nerva	E	D	F
	27	735	C. Sentius Saturninus Q. Lucretius Veſpillo	D C	C	E
	28	736	P. Lentulus Marcellinus Cn. Cornelius Lentulus	B	B A	D
	29	737	C. Furnius C. Junius Silanus	A	G	C B
191	30	738	L. Domitius P. Cornelius Scipio	G F	F	A
	31	739	M. Livius Druſus Libo L. Culpurnius Piſo	E	E D	G
	32	740	Cn. Lentulus M. Licinius Craſſus	D	C	F
	33	741	Tib. Claudius Nero P. Qvinctilius Varus	C B	B	E D
192	34	742	M. Valerius Meſſala P. Sulpitius Qvirinus	A	A G	C
	35	743	Paulus Fabius Q. Ælius Tubero	G	F	B
	36	744	Julius Antonius Q. Fabius Maximus	F E	E	A
	37	745	Nero Claudius Druſus T. Qvintius Criſpinus	D	D C	G F

De anno Natali Christi

				Ex Mid. desb	Ex Scali-gero,	Ex Aug. emend.
193	38	746	C. Martius Censorinus C. Asinius Gallus	C	B	E
	39	747	Ti. Claudius Nero II Cn. Calphur. Piso II	B	A	D
	40	748	D. Lælius Balbus C. Antiſtius Vetus	A	G	C
	41	749	Imp. Cæſar Auguſtus XIII L. Corn. Sulla	G	F	B A
194	42	750	C. Calviſius Sabinus L. Paſſienus Rufinus	F	E	G
	43	751	L. LENTULUS M. MESSALINUS	E	D	F
	44	752	Imp. Cæſar Aug. XIII M. Plautius Silvanus	D	C	E
	45	753	Coſſus Corn. Lentulus L. Calphur. Piſo Augur	C	B	D C
195	46	754	Imp. Cæſar Aug. XIV L. Æmilius Paulus	B	A	B
	47	755	P. Vinicius Nepos P. Alfinius Varus	A	G	A
	48	756	L. Ælius Lamia M. Servilius Geminus	G	F	G
	49	757	Sex. Ælius Catus C. Sentius Saturninus	F E	E	F E
196	50	758	L. Valerius Meſſala C. Corn. Cinna	D	D	D
	51	759	M. Æmilius Lepidus L. Arruntius Nepos.	C	C	C

Nunc illud, in qvo negotii totius ſumma vertitur, obſervari convenit, annum qvempiam in Julianorum ſerie duplici ratione biſextilem nominari. Nam vel propter antecedentium annorum ſucceſſionem ex Cæſaris ordinatione biſextilis eſt; vel reſpectu ad primum Auguſteum emendatum habito, cujus diſpoſitio in ſuperiores qvoqve redundat, ac regreditur. (Nos enim Julianam formam ab Auguſto recenſitam ad anteriores annos, adeoqve ad mundi ipſius ortum methodi gratia accommodare ſolemus.) Exempli cauſſa: annus Julianus X L V, in qvem Dionyſianus natalis incidit, ſi vera eſt Juliana illa biſextilis anni deſcriptio, qvam Annales

De anno Natali Christi.

exhibent, bisextum nullum habuit; sed potiùs XLIII. At ex Augusti correctione, sive qvam Paulus Forolempromensis asserit; sive qvæ in annum LIII bisextum legitimum conjicit, idem ille XLV annus Julianus bisextilis erit. Ita enim primus annus Julianus, tametsi ex authoris mente bisextilis non fuerit, ex Augusti tamen emendatione fuisse censetur, ut Forolempromensis adnotat. Jam qvi Natalem Christi annum bisextilem velit fuisse eoqve velut charactere temporis utatur; non ei satis est, demonstrare bisextum ex Juliana institutione in illum ipsum annum incidisse, qvod, ut è superioribus intelligi potest, dubium est, & incertum: sed habenda maximè conseqventium bisextorum ratio, cujusmodi hodierno usu post Augusti correctionem observantur. Qvod in Annalibus minùs animadversum eò tandem ratiocinia redegit, ut annum Julianum LI bisextilem constituerent; de qvo paulo post. Interim qvadrantem illum, qvem cum solidis diebus intercalarum Solinus prodidit, attentiùs exploremus. Solini verba sunt. *Et ut statum certum præteritus acciperet error, dies XXI & qvadrantem simul intercalavit, &c.* Ille ergo annus solus CCCXLIV dies habuit: alii deinceps CCCLXV, & qvadrantem. Qvi Solini locus aut inscitia librariorum, aut Scriptoris hallucinatione malè habitus est. Annus Confusionis præter ordinarios CCCLV, qvi fuit anni Romani modus, dies habuit insititios LXVII, ut Dio testatur. His si intercalarium Merkedonium accenseas, qvi commodùm in eum annum inciderat; summa dierum additorum est XC, si Merkedonius XXIII: vel LXXXIX, si XXII duntaxat obtinuit. Qvare & confusionis annus dies postulat CCCCXLIV, vel CCCCXLV, ut Censorinus scribit Pag. 46. Atqve illi qvidem dies ita dispensati sunt, ut cum Intercalaris, sive Mercedonius suum in Februario locum ex more sortitus esset, duo alii menses inter Novembrem ac Decembrem inserti sint, dierum ambo simul LXVII, ita ut peræqvatio ipsa in anni finem incubuerit. Hinc illa verissima suspicio, Solinum CCCCXLIV, non CCCXLIV scripsisse. Nam qvod dies unum & viginti cum qvadrante accessisse dicit, ad Mercedonium respicere potuit, qvi XXII, aut XXIII diebus constabat. Qvanqvam de intercalato qvadrante parùm commodè scripsisse videtur. Non enim appendices horæ in civili anno intercalari dicuntur. Qvas ut eo sensu demus intercalatas fuisse, qvod ultra menses diesq; solidos excurrerent, cum in anni confusionis exitum peræqvatio ista conveniat, non potuit Cæsar proximum bisextum in III Iulianum, sed in IV ineuntem indicere; tùm scilicet, cùm dies ex qvadrantibus collectis solidus existeret: etsi qvadrans ille horarius non cum duobus reliqvis mensibus, sed cum Mercedonio περιληπτικῶς infissus dici potest, ut justum ad colligendum qvadrantem alterum spatium anno primo Juliano ineunte esse potuerit. Nihilominus de hoc Solini loco cogitandum amplius censeo.

Solini opinio de anno Confusionis.

Utrum annus Natalis CHRISTI bisextilis fuerit.

His necessariò constitutis, negamus annum illum, qvo Lentulus, & Messalinus Coss. fuerunt, bisextilem fuisse. Fuerit enim ex Iulii Cæsaris ordinatione, qvod valde incertum esse hactenus monstravimus: posteaqvàm qvidem ab Augusto correctus est annus, si ab eorum aliqvo, qvos bisextiles tam ipse, qvam posteritas omnis habuit, retrò numeres, negamus constanter, bisextilem eum esse, qvo CHRISTUM in lucem editum Annales Ec-

clesiastici confirmant. Fuit hic Iulianus XLIII, qvi Olympiadis CXCIV anno primo labente cœpit, ab Urbe condita ex Varroniana putatione DCCLI. In Juliana porrò Periodo, qva nihil ad extricandam Chronologiam expeditius, non alium annum occupat, qvàm 4711, Cyclo Solis VII, Lunæ XVIII, indict. I, à Januario, a Septembri vero II. Qvod qvidem non conjectura, sed demonstratione nititur. Mortuus est Augustus Sextis duobus Coss. ut omnium consensu exploratissimum est, anno Urbis 767. Ante Consulatum Sextorum, si retro numeres, paria sunt omninò Consulum XVI; proindeqve XVI annum, anteriorem occupant Lentulus, & Marcellinus Coss. Insignis porro annus ille mortis Augusti fuit Lunæ deliqvio, qvod XL die ab ejus obitu contigisse inter Chronologos constat, idqve Dionysianæ æræ anno XIV Cyclo Solis XXIII, Lunæ XV, Sept. XXVII feria V, Litera Dom. G: Julianæ Periodi 4727. Qvod si annos inde subtraxeris XVI, reliqvus erit 4711, qvo Coss. fuere Lentulus & Marcellinus. Qvi si bisextilis fuisset, annus ab eo XVI perinde bisextum habuisset. Est autem æræ nostræ XIV, ac post bisextilem secundus; igitur & annus ille, qvo Marcellus & Lentulus Coss. erant, bisextilis non fuit. Idem ex Olympiadum, & Julianorum annorum serie deducitur. Nam cum Lentuli, & Marcellini Consulatus Julianus sit XLIII; Sextorum verò duorum sit Julianus LIX, idem qve æræ nostræ XIV, necesse est, ut annus Julianus CCLXXXIII sit æræ Dionysianæ CCXXXVIII, qvo etiam Olympiadis CCLIV anno primo desinente secundus, hoc est Iphiti MXIV. Si qvidem, ut & Annales consentiunt, Juliano XLIII cœpit annus II Oylmp. CXCIV, sive Iphiti 774. Atqvi hic ipse Julianus annus 283, Iphiti 1014. memorabilis est ille Censorini annus, qvem Ulpio, & Pontiano Coss. notat; Urbis conditæ 991: qvi cum æræ Dionysianæ sit 238. bisextilis non est, sed à bisexto secundus. Igitur & ducentesimus octogesimus tertius ante illum, hoc est primus Julianus, bisextilis fuit, & 241, sive Julianus 43. Iphiti 774, Lentulo & Marcellino Coss. non bisextilis, sed ab eo secundus est. Qvæ omnia id qvod modo propositum est certissimè demonstrant; annum Julianum primum per regressum in anteriora, usuqve nostro bisextilem esse, ut & Paulus Forosemproniensis docuit. Est autem in constituendis bisextilibus habendæ non editionis Julianæ, sed Augustææ, ac nostræ ratio: id qvod Annalibus imposuisse videtur. In qvibus cum ex Iulii Cæsaris institutione bisextilem eum esse monstrasset annum, qvo Lentulus, & Marcellinus Coss. fuerunt, confectam sibi rem putavit: qvasi eandem, qvam à Julio Cæsare propositam affirmat, bisextilium seriem Augustus retinuisset. Ex qvo & illud manavit ut τῇ ὑποθέσει ἀκλεύων annum Iulianum LI legitimum ex Augusti correctione bisextum habuisse diceret. Nam sive ab eo ad XLIII recurras, sive à primo Iuliano ad eundem XLVIII descendas, in bisextilem incides. Sed falsum est, annum Iulianum ex Augusti reformatione bisextilem fuisse · præsertim si vitiosum bisextum duodecimum annno Iuliano XXXVI, qvod Annales faciunt, tribuerimus, adeo ut Augustus anno XXXVIII statuerit duodecim illos sine bisexto transigendos esse. Ut enim ab anno Iuliano XXXVII primus ex duodenis illis ἀνεμβόλοις cœperit, duodecimus erit Iulianus XLVIII: qvo exacto, peremptisqve bisextis superfluis tribus,

De anno Natalis Christi.

Annus primus Julianus bisextilis fuit.

De anno Natali Christi.

annus in viam reductus est. Hanc verò, ut ordine ac ratione deinceps insisteret, qvarto, post XLVIII anno bisextilis annus collocandus fuit; Juliano scilicet LII, ut ex Paulo Middelburg. superiùs ostendimus. At verò si LI annum bisextilem Augustus esse voluit, in idem vitium incurrit, qvod Julianæ editionis initio commissum fuerat; nempe ut tertio post bisextilem anno bisextilis aliter poneretur. Deniqve nemo hactenus inventus est, qvi Julianum LI post Augusti emendationem bisextilem faceret.

Atenim trecentesimus sexagesimus qvartus post illum bisextilis est, aut docendum in recensendis Coss. vitium irrepsisse. Hæc enim Annalium verba sunt. Sed & illud non minùs falsum, annum æræ Christianæ 364, post Lentulum & Marcellinum Coss. esse trecentesimum sexagesimum qvartum, cùm verè sit ab illorum Consulatu 366. Sciendnm enim est duo in Annalibus paria Consulum exempta, qvibus ex ordine sublatis, Christiana æra, qvæ biennio hactenus anticipata fuerat, cum vulgari demum in concordiam rediit: qvod idem in Onufrianis Fastis, pari Coss. uno suppresso, contigit, de qva re opportunius alibi dicetur.

Æra Dionysiana incipit anno XLV. Juliano.

Jam verò, qvòd æra illa communis, qvam à Christi Natali repetimus, eundem Natalem in finem Juliani XLV conjiciat, ex disputatis hactenus ita colligitur. Augustus Imperaror excessit anno Juliano LIX. Est autem is æræ Dionysianæ XIV, ut antè demonstratum est. Igitur æræ hujus initium ex a. d. Kal. Jan. incipit anni Juliani XLVI, adeoqve Natalis Christi Dionysianus cum anno Juliano XLV exeunte congruit. Qvineriam Cyclorum pervulgata, receptaqve methodus vel pueris cognita hujus rei fidem ab invitis extorqvet. Nam si hoc anno, qvo hæc scribimus, qvi est æræ Dionysianæ MDCXXI Cyclus vulgò numeratur, Solis VI, Lunæ VII, Indict. IV, necesse est, ut annus æræ primus Cyclos habuerit, Solis X, Lunæ II, Indict. IV. Natalis vero Christi Solis IX, Lunæ I, Indict. a Kal. Jan. III. Non potest autem triplex hic postremus character alteri, qvàm XLV Juliano tribui, Olymp. CXCIV anno IV labente: Urbis Romæ à Palilibus Varronianis DCCLIII: id qvod, si rectè superiora posita sunt, necessariò seqvitur. Prætermitto sideris utriusqve defectiones, ac reliqvos annorum characteres, ac notas: qvibus velut firmissimis præsidiis temporum hæc doctrina munitur: de qvibus plerisqve hac tempestate doctè accuteqve scripserunt.

Cyclorum ac cœlestium observationum usus in Chronologia.

Ac de Cyclis, & id genus aliis mentionem hoc loco ne literà qvidem attigissem, nisi à nonnullis totum hoc negotium improbari, cernerem, ac tanqvam inane, atqve otiosum rideri. Vidi ego nuper qvi huic methodo pondus ac fidem iis rationibus detraheret. Primum Cyclorum incertam ajebat esse dispositionem, neqve qvenqvam unum cum altero convenire: qvòd alii alio Solis, ac Lunæ Cyclo fabricatum velint Universum. Sed huic facilè à nobis occurritur. Nemo est enim, qvi qvidem duo ac tria numerare possit, qvi in Dionysiana, vulgariqve forma Cyclos aliter computet qvam qvivis è vulgo. Potest qvidem in annorum, qvi ab Orbe condito fluxere, numero alter ab altero dissentire. Sed qvi de annis inter se convenerint, in Cyclis, nisi pecudes sint, conveniant necesse est. Habet verò magnum ea res ad annos evolvendos usum, & opportunitatem: ut à teipso non diffi-

deas, ut annorum varietates, qvæ ſunt pro nationum diverſitate multiplices, certam ad regulam normamqve d...gas: ut ab Aſtronomicis obſervationibus in perſeqvenda temporum deſcriptione non abhorreas. Etenim ſi anni Juliani forma, qvæ poſt aliqvot annorum millia recepta fuit, propter commoditatem ab omnibus hodie Chronologis ad anteriora etiam tempora revocatur, ad eamqve referuntur jure cæteræ, cur non in Cyclis uſurpare idem licebit? Qværitur qvo anno Cyrus in Perſide regnare cœperit. Audies à Chronologis anno primo Olymp. LV. imperium cepiſſe. Sed cum Olympiades ab æſtivo Solſtitio ineant, utrum de prioribus VI anni illius menſibus, an de poſterioribus loqvantur, hoc eſt de anno Periodi Julianæ 4154, an 4155, nihilo magis agnoſces. Qvod ſi Chronologus ille qvisqvis eſt, Cyclos addiderit, ſtatim utro anno factum dixerit neceſſario docebimur.

De anno Natali Chriſti.

Atenim in anno aliqvo primum Cycli defixi eſſe debent, qvo ex anno reliqvorum Cycli pendeant. Is autem neqve ex Scriptura, neqve aliunde poteſt colligi. Itàne verò? De Cyclis inter Chriſtianos hodiè non convenit, qvi qvidem communem matricis Eccleſiæ, hoc eſt Romanæ, uſum retinent? Non omnes annum Chriſti Natalem in Cyclum Solis IX, Lunæ I conferunt? Qvis eſt, qvi ſi alios in iſta methodo Cyclos ſtatuerit, non vel ab Logiſticâ refellatur? Habemus igitur in æra Dionyſiana ſtatos, & fixos annorum Cyclos, à qvibus tam ad ſuperiora, qvàm ad inferiora tempora progredi in infinitum licet: neqve neceſſe eſt id ex ullius teſtimonio Scriptoris, vel Eccliplſi ex aliqva conſtare, cum conſenſu omnium ſtabilita ſit iſta methodus, & in uſum deducta. Poſtremò illud opponitur, qvod ad Cyclorum, ac cœleſtium omnium φαινομένων elevandam fidem pertinet. Nam cum Eccliplin aliqvam Tacitus puta, vel Dio certo anno contigiſſe narrant, horum Scriptorum teſtimonium fidem non facit humana majorem. Qvare qvod indidem elicitur, tantam habet certitudinem, qvanta Hiſtorici illius eſſe poteſt, qvi id affirmat, authoritas. Ex qvibus non mediocriter aberrare contendit eos omnes, qvi ex iſtiusmodi rebus demonſtrationes pollicentur, & de diebus atqve horis ſanè fidenter pronunciant, tanqvam nuper ex Deorum concilio, aut intermundiis Epicuri deſcenderint. Ita enim jocari voluit, qvod neceſſe non fuit. Verùm qvid illud eſt, qvæſo, qvod iſtic audio? Non habent Mathematicorum obſervationes majorem humana fidem? Acciderit hæc Ecclipſis hoc vel illo Imperatoris anno, hiſtoriæ fide nititur, qvæ tametſi humana ſit, ab ea tamen recedere vix interdum eſſe videarur hominis. Sed cùm ad Julianos præſertim annos, qvos omnes ſibi Chronologi præfigunt, deducta res fuerit, qvoto anno Ecclipſis illa contigerit, non humanâ jam fide, hoc eſt ſola Scriptoris authoritate, ſed certiſſima demonſtratione conſtat, de qva niſi prius imperitiâ numerandi, vel Tabularum vitio lapſus ſit, dubitare nemo poterit. Ecce tibi in hoc, qvod tractamus, argumento, qvanta ſit iſtorum characterum utilitas potes animadvertere. Qvòd paulo poſt Auguſti mortem Luna defecerit etſi ex Hiſtoricorum teſtificatione credimus, eſt ea tamen conſtans opinio, de cujus veritate ne leviſſimè qvidem dubitatur. Iam qvotus hic annus ſit æræ Chriſtianæ qværitur. Qvi Cyclorum & Ecclipſeon me-

De anno Natali Christi

thodum damnat, anno Dionyſiano XVI tribuere ſolent. Atqvi is eſt XIV, nec ulla unqvam Aſtronomia alium huic Eccliſi, qvæ paucis poſt Augusti mortem diebus, Septembri menſe contigit, annum definiet. Qvis non igitur ex eo confici neceſſario putabit, Auguſtum æræ Chriſtianæ anno XIV mortuum eſſe, non XVI? Vides majorem humana fidem, cum humana tamen implicatam, & connexam: qvæ tametſi humanæ, hoc eſt alterius, qvâ ſolâ iſti nituntur, eſſet ſimilis, non ideò tamen aſpernanda foret, qvod humana: ſed vel eo nomine commendanda, qvod ad humanam humana fides adjuncta, ut non humana majorem, ita ſimplici, eaqve, qva contenti illi ſunt, certiorem credulitatem pareret.

DE VULGARI METHODO, QVA CHRISTI NATALIS ANNUS INVESTIGATUR: UBI ET DE ÆRA DIONYSIANA.

Expenditur Lucæ locus de ætate Christi.

NIMIS multa feciſſe verba videor, nec dum tamen rei ipſius caput attigiſſe. Nondum enim qvo anno, qvibúsve Coſſ. natus ſit, expoſuimus. Hoc igitur qvicunqve certa ratione inveſtigare conati ſunt, licet non eadem inter ſe ſenſerint, uno tamen, eodemqve Lucæ teſtimonio freti, diverſas in partes abierunt. Scripſerat Evangeliſta, baptizatum eſſe Dominum anno XV Tiberii, *cùm eſſet qvaſi annorum triginta*. Καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος ὢν ὡς ἐνομίζετο, &c. Qvæ verba unum iſtud ſignificant, non multum à triceſimo anno ætatis abfuiſſe; Sed utrum triceſimo abſoluto, & altero ac triceſimo ineunte, an poſt XXIX, ineunte XXX id acciderit, diſertè non explicant. Imo verò licet aliqvis Chriſtum anno XXVIII, vel XXXIII, baptizatum eſſe dicat, non tamen Evangelicæ authoritati meo judicio repugnet, de qvo poſtmodùm videbitur. Sed qvi Lucæ verba anguſtioribus ſpatiis circunſcripſerunt, alii XXX tunc annos expletos fuiſſe, alii XXIX duntaxar opinari ſunt. Utrique verò baptizatum volunt Chriſtum Geminis duobus Coſſ. anno Juliano LXXIV, qvòd in eum incidat Tiberii annus XV ſuperiore anno ex A. D. XIV Kal. Sep. inchoatus. Unde cum in Baptiſmi anno conveniant, in Natali ipſo uno anno diſſident. Priorem de expleto triceſimo anno ſectam & opinionem Annales Eccleſiaſtici ſeqvuntur, eandémqve tuetur acerrimè Scaliger VI de Emend. Temp. Sed magno, ut ſolet, conatu leviſſimè probat. Sic enim diſſerit: Chriſtus Dominus XXX annos abſolverat. Nam XXX annorum is eſſe dicitur, qvi triceſimum annum abſolvit: ut anniculus eſt is, qvi CCCLXV diem attigit; Leg. Annic. de Verb. ſign. Qvod autem ſcripſit Lucas, ὡσεὶ τριάκοντα, particula iſta Caph eſt non ἀποῤῥητικὸν, ſed ἀληθινὸν; ut illud Joan. 1. *qvaſi unigeniti à Patre. Sed eſto*, inqvit, ἀποῤῥητικὸν: *Pauci igitur dies complendo XXX anno deerant; puta XX, vel menſis: qvanqvam ne menſis qvidem defuturus videatur, ſi ὡσεὶ ἀποῤῥητικῶς accipiamus. Sed menſis deſideretur, aut duo menſes anno triceſimo abſolvendo; & dies Baptiſmi eſto VI Jan. Ergo eodem anno paulo poſt Baptiſmum, puta Februario cœperit annum XXXI.* Jam verò

Lucæ

Lucæ verba perinde accipit, ac si esset scriptum: *καὶ αὐτὸς Ἰησοῦς ἤρχετο ὢν* De anno
ἐτῶν τριάκοντα, υἱός, ὡς ἐνομίζετο. Sed hæc Scaligeriana loci illius exposi- Natali Christi.
tio ut hinc potissimum exordiar absurda est, & barbara. Qvis enim ita Græcè loqventem ferat: *Ἰησοῦς ἦν ὢν ἀρχόμενος*, pro eo qvod est *ἤρχετο ὤν*. Satin' ridiculum ac putidum est, *ἐγώ εἰμι ὢν ἀρχόμενος*, pro *ἐγὼ ἄρχομαι*. Atqvi hanc ipsam interpretationem anteponit alteri, qvæ minus habet absurditatis: tametsi ne ea qvidem placet; qvasi Lucas id voluerit, *ἤρχετο ὢν τριάκοντα ἐτῶν, ὢν ὡς ἐνομίζετο.* Qvare multo est ille sensus aptior, ut *ὢν* ad posteriora referatur; *ἀρχόμενος* ad superiora. *Ἦν ὁ Ἰησοῦς ἀρχόμενος ὡσεὶ ἐτῶν λ, ὢν ὡς ἐνομίζετο, υἱός*, &c. Epiphanius certè Hæresi LXXVIII, N. VII: *ὢν* ad *υἱὸς*, non ad *ἀρχόμενος* pertinere docuit, cum ita locum illum protulit: *ὅτι ὢν υἱός, ὡς ἐνομίζετο Ἰωσήφ.* Qvinetiam Hæresi XXX. Num. XXIX, *ἦν δὲ Ἰησοῦς ἀρχόμενος εἶναι.* Sed controversiæ, qvæstionisqve caput in *ὡσεὶ* particula positum est, qvod utplurimùm *ἀπορητικὸν* esse solet, & de perfecto absolutoqve rei statu nonnihil detrahit. Hoc verò loco non *ἀπορητικὸν*, sed *ἀληθινὸν*, ac prorsus affirmativum esse Scaliger, & cum eo pleriqve sentiunt. Qvi mihi vim usumqve voculæ istius non satis animadvertisse videntur. Nos triplicem illius potestatem apud *ὡσεὶ* quomodo apud
Græcos observavimus. Prima est, cum *ἐνδοιαστικῶς*, vel *ἀπορητικῶς* sumitur; Ut apud Lucam Cap. XXII, 41: *καὶ αὐτὸς ἀπεσπάσθη ἀπ' αὐτῶν ὡσεὶ* Græcos usur-
λίθου βολήν: & Cap. I. 56; *ἔμεινε δὲ Μαριὰμ σὺν αὐτῇ ὡσεὶ μῆνας τρεῖς.* Se- petur.
cunda vis est *συγκριτικὴ*, sive comparativa. Ita Luc. III: *καὶ καταβῆναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον σωματικῷ εἴδει, ὡσεὶ περιστεράν.* Qvanqvam hæc posterior notio ad priorem potest referri: Qvod enim alteri simile dicitur, non idem est omninò. Tertiò demùm *αἰτιολογικὸν* est *ὡσεὶ*, sive causativum. Nam si qvis diligenter attenderit, inveniet particulam *ὡς* vel *ὡσεὶ*, nisi ambobus illis modis usurpetur, caussam continere, propter qvam id qvod narratur acciderit. Sic apud Homerum *Ὀδυσ. ξ.*

> *Ἐπλέομεν Βορέῃ ἀνέμῳ ἀκραέϊ καλῷ*
> *Ῥηϊδίως, ὡσεί τε κατὰ ῥόον.*

Cur facilè navigaret, caussam continet vox *ὡσεὶ*: videlicet, qvod secundo mari ferretur, *ὡς ἐν ὕδατι κάτω ῥέοντι, καὶ οὐ στατῷ κατ' ἰσότητα ἐπιφανείας*, ait Eustatius. Similiter in illo Joannis loco, *δόξαν ὡς μονογενοῦς*: *gloriam ejus, qvasi unigeniti*: *ἐμφατικὸν*, & *αἰτιολογικὸν* est *ὡς*. Cur enim tanta sit gloria, conditioni ejus, ac dignitati debet adscribi. Qvare idem est qvod *utpote*; Sed ea significatio particulæ *ὡς* potiùs, qvàm *ὡσεὶ* convenit: Imò, ut in Thesauro Stephanus monet, *ὡσεὶ* freqventiùs usurpatur pro *circiter, ferè*; ac fortasse nunqvam aliter, præsertim in prosa oratione, sumitur. Unde colligas, perperam Joannis illum locum ad id afferri, ut tricesimus annus solidus ac completus Baptismi tempore fuisse videatur. Primùm ibi est *ὡς*, non *ὡσεὶ*: & apud Interpretem nostrum *qvasi* idem est ac *tanqvam*. Deinde *αἰτιολογικῶς*, & *ἐμφατικῶς* usurpatur. At in altero illo Lucæ loco *ὡσεὶ αἰτιολογίαν* nullam, aut *ἔμφασιν* habet, aut verò similitudinem. Non rectè igitur cum superiore confertur.

De anno Natali Christi.

De *anniculi* notione qvod proponit Scaliger, nihil ad rem facit. Aliud enim est *anniculus*, aliud *qvasi anniculus*, de qvo sermo nobis est. Reliqva Scaligeri collectio implicata, & inanis est. Nam qvis hæc intelligat? Si ὡσεὶ ἀπορητικὸν sit, dies tantum XX, aut ad summum mensem ad rotundum defuisse numerum. Qvare ut Januarii VI baptizatus fuerit; Februario mense tricesimum implesse. Qvasi verò qvi ὡσεὶ apud Lucam ἀπορητικῶς sumi voluerunt, Christum Februario mense natum esse crediderint: ut Onufrius, qvi duodecimo prope mense post baptismum vertente triginta demum annos evolutos existimat. Neqve vero ὡσεὶ ἀπορητικῶς sumptum paucorum tantùm dierum, aut unius mensis, imo anni discrimen facit. Sed qvi paucis annis infra aut supra numerum consistit, ὡσεὶ τριάκοντα ἐτῶν dici potest: ut Epiphanius alicubi disputat.

Qvod ipsum Keplerus C. XIII alterius loci comparatione eruditè declarat. Nam cùm Mat. XVI scriptum sit; post institutum à Domino sermonem, μεθ' ἡμέρας ἓξ transfiguratum esse; Lucas eandem historiam exponens cap. IX id post dies ὡσεὶ ὀκτὼ ab illo ipso sermone factum esse narrat: Ubi eâdem ὡσεὶ vocula usus est, cùm ad verum numerum biduum, hoc est tertiam partem addidisset. At instat Scaliger: Et *Nullus*, inqvit, *Græcismus patitur: ἐγὼ ἄρχομαι τριάκοντα ἐτῶν, pro ἄρχομαι τοῦ τριακοστοῦ ἔτους. Jesus ἦν τριάκοντα ἐτῶν toto anno XXXI: Sed absoluto tricesimo statim dicebatur ἄρχεσθαι ὢν τριάκοντα ἐτῶν. Non enim intelligunt participium ὢν tacitum, qvod omissum est ne repetatur, ἦν ἀρχόμενος, id est ἤρχετο.* Hæc ille. Vis est igitur omnis in vocabulo isto, ἀρχόμενος posita: qvod ad initium ætatis tricenariæ referunt omnes. Sed Onufrius XXIX annos evolutos, ac paucos dies tricesimo libatos existimat, qvasi istud sit ἄρχεσθαι εἶναι ὡσεὶ ἐτῶν λ. Scaliger negat probam esse locutionem, nisi triginta jam anni completi sint.

Explicatur Lucæ locus.

Mihi verò, ut ingenuè dicam qvod sentio, alia vis esse videtur participii illius, qvàm ut inchoatum, aut expletum tricenarium demonstret. Nam cum particula ὡσεὶ, ut suprà declaratum est diminuendi vel dubitandi notionem habeat, qvis est qvi scripsisse Lucam putet; *Incipiebat esse Jesus plus minus annorum triginta?* Hoc enim esset ad infinitam particulam infinitum verbum adjicere: cùm tam ὡσεὶ, qvàm ἀρχόμενος infinitam, minimeqve determinatam significationem habeant. Placet igitur verbum ἄρχεσθαι ad initium prædicationis, οἰκονομίας, vel τῆς ἐπιφανείας referre: qvia post Baptismum, qvi hactenus delituerat, in apertum lucemqve prodire cœpit. Qvam loci hujus interpretationem postea apud Jansenium scriptorem eruditissimum reperi; qvi eandem cæteris anteponit omnibus. Præsertim cum Act. I. com. 22. eodem

Non posse ex Lucæ verbis annum Christi certò colligi.

sensu verbum illud usurpatum fuerit: ἐν ᾧ εἰσῆλθε, καὶ ἐξῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς ὁ κύριος Ἰησοῦς ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος Ἰωάννου. Et Cap. X. 37. ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας μετὰ τὸ βάπτισμα. Qvæ si vera sunt; apparet ex illis Lucæ verbis certum ætatis Christi tempus definiri non posse. Nec est qvod certorum Patrum opponatur authoritas, qvi non aliud affirmare possunt, qvàm qvod ex Luca didicerunt: neqve est ulla ratio, cur ex illorum verbis Lucam interpretemur potius, qvàm ex Luca qvæ ab illis asseverari videntur. Qvanqvam tametsi non modò Patres; sed & Lucas ipse perfectos, consummatosqve tricenos annos diceret, nihil tamen obstaret,

qvin, si minus cum historia congrueret, eodem id acciperemus sensu, qvo *De anno*
Cap. II 21 Lucas idem dixit: *Post consummatos octo dies*; cum octavo ipso *Natali*
circuncisus sit puer, ut Jansenius observat. Frustra igitur Ignatii locus ille *Christi.*
ex Epist. ad Trall. velut *peremptorius* objicitur: *καὶ τρεῖς δεκάδας ἐτῶν πολιτευσάμενος ἐβαπτίσθη ὑπὸ Ἰωάννου*: *adversus qvem nemo vel mutire, nedum refragari jure debeat.* An enim plus est dicere; *ἐπολιτεύσατο τρεῖς δεκάδας*, qvam, *ἐπλήσθησαν ἡμέραι ὀκτὼ*: aut qvod alibi de transfiguratione legitur, *μεθ' ἡμέρας ὡσεὶ ὀκτὼ* cùm sex tantum à Matthæo solidi numerentur. Miror tantum in illis Ignatii verbis aliqvid momenti ad illam senten- *Neqve id*
tiam inesse, nonnullos arbitrari. Ac si authoritate res agitur, habemus an- *ex Ignatio posse concludi.*
tiqvissimos, gravissimosqve Patres, qvi non ut Ignatius, obscurè; sed apertè qvemadmodum Lucæ verba à nobis interpretanda forent, opinione sua docuerunt. Justinus Martyr Dial. cum Tryphone Pag. 92. edit. Rob. Steph. *καὶ τριάκοντα ἔτη, ἢ πλείονα· ἢ καὶ ἐλάσσονα μείνας, μέχρις οὗ προελήλυθεν Ἰωάννης κῆρυξ αὐτοῦ.* Dubitat utrum annos triginta Christus excesserit, an infra illos constiterit, cum ad Joannem accessit. Cur ita? Nónne qvod Lucas ἀποριστικῶς loqvi visus est, cum *ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα*, scripsit? At Irenæus tantum ab rigidis illis præfractisqve vocularum interpretibus abhorret; ut L. II, C. XXXIX Christum baptismi tempore nondum ætatis annum tricesimum explevisse censeat. Prætermitto recentiores Apostolicis illis temporibus Patres, cæterosqve graves, & eruditos homines; qvi Lucæ testimonium *ἀδιορίστως* ætatem Christi, ac *πλατυκῶς* significare non dubitant. Nec defuerunt, qvi pro *ἀρχόμενος*, *ἐρχόμενος* legerint, ut Epiphanius & Euthymius; adeo participium *ἀρχόμενος*, ad officii, & prædicationis exordium, non ad ineuntem ætatem illorum sententiâ revocatur.

Sed est aliud qviddam, qvod veteres perinde, ac recentiores omnes, qvi de natali anno Christi disputarunt, tanqvam certissimum vulgo sumpserunt: Nimirum Christum anno XV Tiberii baptizatum fuisse. Unde cùm Tiberii XV cœperit anno Iuliano LXXIII, Silano, & Nerva Coss. ex A. D. XIV Kal. Sept. & Baptismus Christi in Ianuarii VI incurrerit, convenit anno Juliano LXXIV. Geminis duobus Coss. qvæ est omnium ferè communis opinio. Qvod illorum firmamentum si qvis extorserit, omnis illa Christi natalis investigandi ratio labefactata concidit. At- *Nova qvædam de*
qvi anno ipso Tiberi XV baptizatum esse Christum unde tandem habue- *Lucæ loco*
runt? Lucas enim Cap. III, anno XV Tiberii Joannem sancti Spiritus *conjectura propo-*
afflatu ad prædicandam pœnitentiam prodiisse narrat, non verò Chri- *nitur*
stum eodem illo Tiberi XV anno á Ioanne baptizatum. Etenim fieri potest, ut Iuliano LXXIV, Tiberii XV exeunte, utpura Augusto ineunte, Ioannes relicta solitudine in publicum emerserit, & anno LXXV Iuliano baptizatus ab eodem sit Christus, Tiberii XVI. Qvod à nemine, qvantum sciam, hactenus observatum, plurimum ad communis ac Dionysianæ æræ patrocinium confert. Nemo est enim tam parum, non dicam Mathematicis artibus, sed vulgari illa peritia subducendorum temporum instructus, qvi non pugnare secum illos omnes animadvertat, qvi Natalem Domini ex æra vulgari alio anno, qvam Iuliano

De anno Natali Christi

XLV, Lentulo, & Pisone Coss. collocandum scripserunt; ita ut primus eorum, qvos a Natali Christi putamus, Julianus sit XLVI, C. Cæsare, & Paulo Coss. Qvod qvidem Eclipseon, ac cœlestium motuum descriptio, & Cycli ipsi ex vulgari methodo satis evincunt, ut abundè hactenus ostendimus.

Qvomodo vulgaris æra conciliari possit.

Qvod si qvis æram vulgarem, qvam Dionysianam vocant, cum iis omnibus conciliare voluerit, imò consentire ipse secum; primum Juliano anno, ac Coss. qvos dixi, Natalem Christi tribuere debet: tum eundem Christum Juliano LXXV baptizatum asserere, anno ætatis XXIX jam completo, & ineunte XXX. Alioqvi cum Geminorum Consulatus anno XXIX Dionysianæ æræ congruat, Cyclo Solis X, Lunæ XI, Christus expletis duntaxat XXVIII annis baptizatus fuerit. Imò verò si Dionysii illius æræ conditoris, ac Bedæ decretis insistimus, nonnisi XXVII annos absolverat Christus, cum ad Joannem venit.

QVOMODO VULGARIS ÆRA CHRISTI AB AUTHORIS DIONYSII INSTITUTO DISSIDEAT.

Sciendum enim est, annum illum, qvem æræ vulgaris primum facimus, & proximè à Natali ipso Salvatoris auspicamur, à primo illius authore Incarnationis, ac Natalis annum esse constitutum: id qvod ex Dionysii ipsius, ac Bedæ testimonio planum faciam. Nam Dionysius, ut author est Beda L. de Tem. ratione Cap. XLV, & alibi sæpè, Cyclum suum annorum DXXXII ab eo inchoavit anno, qvi Incarnationem, & Nativitatem antecessit. Itaqve primum annum Cycli sui voluit eum esse, qvi est æræ communis DXXXII; secundum verò eum, qvi est DXXXIII. Qvo fit, ut si retrò progredi volueris, annus primus Cycli Dionysiani proxime Incarnationis, ac Nativitatis annum præcedat. Idem in Computo, cap. XVII repetit Beda: & ne qva dubitatio possit esse, certos characteres addit, qvibus secundus ille annus Cycli ab aliis discernitur: Veluti, qvòd Epactas habuerit XI; concurrentes V; Luna item XIV in VIII Kal. Apr. Dominica vero Paschalis VI Kal. Apr. Luna XVI. Est enim hic annus æræ communis primus, Cyclo Solis X, Lunæ II, Epactæ XI, Concurrentes V. Novilunium Medium ex Frisicis Mulleri Tabulis Martii XIII. hora 7, 59 39, post med. noctem, Luna XIV, Martii XXVI: sed ob προηγησιν Nicænis temporibus, ad qvæ Dionysius Cyclum suum dirigit, Novilunium Martii XII, Luna XIV Martii XXV, sive VIII Kal. Apr. Lit. Domine. B. Proinde Martii XXVII, Dominica. Hinc est, qvod, ut scribit Beda, Dionysius ad methodum Decemnovennalis annis Domini unum adjici jubet; *significans illo incarnato unum Circuli decemnovennnalis annum jam fuisse completum.* Qvibus ex Bedæ, Dionysiiqve verbis vitiosam Dionysianorum Cyclorum descriptionem esse patet, qvæ apud eundem Bedam Tomo I reperitur. Ibi enim an-

no primo litera E ponitur: anno secundo, D, C. Atqvi primus annus Cycli Dionysiani bisextilis est, non secundus, qvi habet literam B, uti prior DC. Ideò meritò Beda correxit, & bisextilem Cycli primum annum esse voluit. Qvanqvam suspicari licet Dionysium primò annum Natalem in tertium Olymp. CXCIV conjicientem, rectè adnotasse proximum illum ante bisextilem fuisse, eiqve propterea literam E tribuisse: postea tamen hallucinatum, Natalem summovisse in annum IV Olymp. ejusdem. Vel certè alteram qvempiam adscripsisse literam E, qvam convenire nosset anno III Olymp. CXCIV: cui Dionysius Natalem assignaverat, nec advertisse, minus hoc ad suum institutum qvadrare. Utcunqve verò ceciderit, nos æram Dionysianam uno anticipamus anno: & qvem ille Incarnationis, & Nativitatis annum esse voluit, proximum à Nativitate constituimus qvod imprudentibus nobis obrepsit. Cùm enim majores nostri annos ab Incarnatione numerarent, postea factum est, ut qvi Nativitate potiùs initium repetere vellent, cum IX menses detrahere deberent, tribus antevertere maluerint, & ab eo Natali, qvi Incarnationis epocham antecedit, non ab eo qvi seqvitur, numerandi principium duxerint. Tametsi vetustissimus hic error est adeoqve Dionysii ipsius, ac Bedæ. Hinc illa velut ex tripode pronunciata sententia: *Habet enim, nisi fallor, Ecclesiæ fides, Dominum in carne paulo plus qvàm XXXIII annis usqve ad sua tempora passionis vixisse: qvia videlicet XXX annorum fuerit baptizatus; sicut Evangelista Lucas testatur, & tres semis annos post Baptisma prædicaverit.* Hæc Beda Cap. illo XLVII. Qvæ si ex Ecclesiæ, ut asserit fide decreta sint; nihil caussæ est, qvin ipsa contra, communem Ecclesiæ fidem sentiat. Etenim Christum passum esse tradit anno æræ nostræ XXXIV. Unde qvemadmodum annum æræ nostræ DXXXIII, qvi est secundi Dionysiani Cycli secundus, respondere censet anno illi, qvo Christus incarnatus est: ita ad DXXXII addi jubet XXXIV, ut fiant DLXVI, qvi annus respondeat alteri illi, qvo passus est Dominus, qvi est æræ XXXIV. Apparet igitur apud Bedam, & Dionysium eo anno, qvi est æræ communis XXXIV, Cycli Dionysiani XXXV, Christum esse passum. Qvare cum, ut illi statuunt, anno Cycli secundo, æræ autem primo, incarnatus, natusqve sit Dominus: cùm passus est, annos absolverat duntaxat XXXII cum aliqvot mensibus. Nisi fortè annum ætatis primum numeremus illum, qvo in utero matris gestatus est; qvòd absurdissimum est.

De anno Natali Christi.

Vulgaris æra Dionysianam anticipat.

De anno Natali Christi.

DE SIGEBERTI, MARIANI, ALIORUMQVE CHRONOLOGORUM HALLUCINATIONE, QVOD AD ÆRÆ ANTICIPATIONEM PERTINET.

QVOD est à nobis proximè disputatum, Dionysianam æram, cùm ab anno Incarnationis inchoanda sit ab eo, qvi Nativitatem seqvitur, hodierno usu repeti, prima fronte Sigebertus animadvertisse videri potest. Nam ad annum DXXXII hæc adnotat: *Ab hoc etiam anno Dionysius Abbas orditur Cyclum suum, Cyclorum V, decemnovennalium. Et qvia secundus annus hujus operis concordare debet in ratione computi primo anno Nativitatis Christi, debet* XXXV *annus Cycli Dionysiani concordare in ratione computi tricesimo tertio anno Nativitatis Christi: scilicet ut* XIV *Luna Aprilis occurrat* IX *Kal, Apr. in V feria: Passio Christi VIII Kal. Apr. in VI feria: Resurrectio VI e Kal. Apr. in Dominica die. Sed qvia non ita occurrit, sed Luna* XIV *Aprilis occurrit eo anno* XII *Kal. Apr. in prima feria: Dominica verò dies Pascha in V. Kal. Apr. ideo improbatur, qvia repugnat Evangelicæ veritati.* Hæc Sigebertus. Qvæ cum obscurissima sunt: tùm verò cum ait annum Cycli Dionysiani XXXV respondere XXXIII Navitatis, istud ipsum, qvod à nobis observatum est, affirmare videtur. Nam si Dionysianus Cyclus uno anno incarnationem antecedit, necesse est, ut ejusdem Cycli tertius primus sit post nativitatem, adeoqve Cycli XXXV sit a Nativitate XXXIII. Ita annos Nativitatis post Nativitatem ipsam cuipiam inchoare videbitur. Verùm character ille, qvem subjicit, aliud nos existimare cogit. Etenim Dionysianam æram damnat, qvòd cùm annus Cycli XXXV cum anno Navitatis XXXIII convenire debeat, qvia secundus Cycli primus est Nativitatis, neqvaqvam tamen consentiat: propterea qvòd XXXV Cycli Lunam habet XIV in XII Kal. Apr. feria I, hoc est Martii XXI, Pascha verò V Kal. Apr. annus autem Nativitatis XXXIII Lunam XIV habuerit IX. Kal. Apr. feria V, Pascha VI Kal. Apr. Igitur XXXV cum XXXIII non, ut debebat, congruit. Ita Sigebertus. Idem ad annnm MLXXVI ista scribit: *Hoc anno, qvi est* XIII *annus primi decemnovennalis Cycli in repetito magno anno Dionysii, duobus magnis annis à Passione Domini revolutis, omnia, qvæ ad cursum Solis, & Lunæ spectant, anno Dominicæ Passionis concordant. Unde apparet qvòd Dionysius non rectè annos Domini Cyclo suo annexuit. Qvia enim ab anno Domini* DXXXII *Cyclum suum orditus est, nimirum intendit Christum fuisse natum anno secundo prioris magni anni: ac per hoc hic annus anno Dominicæ Passionis concordans debuisset esse magni Cycli annus non* XIII, *sed* XXXIII; *qvia is fuit annus Passionis Domini: & per hanc conseqventiam Solaris, & Lunaris cursus concordant Evangelicæ veritati. Dionysius posuit nativitatem Christi* XXI *annis tardius qvam debuit.* Hæc ille. Cum in superiore loco definisset, annum XXXV Cycli debere esse Nativitatis XXIII, qvo passus est Dominus: nunc ut idem Passionis annus cum eo, qvi XIII numeratur, omni ex parte consentiat, ait ipsum debere esse Cycli tricesi-

De anno Nat. ab Christo.

mum tertium. Atqvi XXXIII Cycli, Nativitatis, sive potiùs Incarnationis est XXXII. Qvis hallucinationem non videt? Ex iis apparet nihil de biennio, qvod ante annum Natalis Dionysiani numerandum esse docuimus, in mentem Sigeberto venisse; & nativitatis annum ab eo cum Incarnationis anno confundi: qvoniam qvidem secundum annum Cycli, qvi haud dubie Incarnationis apud illos primus est, primum æqve Nativitatis esse definit. Sed in illis duobus Sigeberti locis multa sunt partim Scriptoris culpa, partim Librarii incuria depravata. Ac priore qvidem in loco nullum in numeralibus notis mendum esse, cùm XXXV Cycli annum nominat, character ipse satis ostendit. Ait enim hoc anno decimam qvartam Luna Aprilis (Aprilis Lunam identidem appellat, non qvæ Aprili mense initium habeat, sed qvæ in Aprilem desinat: qvod Scholiastes qvidam minus animadvertens vitiosum esse credidit) XII Kal. Apr. feria I convenire; Pascha verò V Kal. April: qvod omninò magni Cycli anno XXXV congruit; æræ Dionysianæ XXXIV, Cyclo Solis XV, litera Dom. C. Cyclo Lunæ XVI. Novilunium Paschale Nicænum (Nam περιήγησιν nullam sæculum illud agnovit) Martii VIII: proinde Luna XIV Martii XXI. Hunc annum cum XXXIII Nativitatis anno consentire debere Sigebertus asserit, uti Lunam XIV habeat IX Kal. Apr. feria V, Pascha VI Kal. Apr. qvandoqvidem annus ille Nativitatis eosdem illos characteres obtinet. Fungum non hominem oportet esse, cui istud persvadeat. Annus Nativitatis, sive æræ Dionysianæ XXXIII respondet Cycli Dionysiani non XXXV, sed XXXIV, si qvidem annus primus Nativitatis est Cycli secundus. Habet porro Cyclum Lunæ XV, Lunam verò XIV in Kal. ipsis Apr. Cyclus Solis est XIV; Pascha Apr. V, litera D. Qvocirca apud Sigebertum in priore loco legendum, *trigesimo qvarto anno Nativitatis Christi* pro *trigesimo tertio.* At in posteriore ita corrigendum videatur, *non tertius decimus, sed tricesimus qvartus* pro *tricesimus tertius.* Qvod & seqventia docent, cum ait *Dionysium Nativitatis Christi posuisse* XXI *annis tardius, qvàm debuerat.* Adde XXI ad XIII, fient XXXIV anni magni Cycli Dionysiani: qvi qvidem annus Incernationis erit XXXIII. Verum cum superioribus pugnabit istud, ubi XXXV Cycli Passionis annum esse voluit. Igitur hunc in modum potiùs posteriore loco legendum, *debuisset esse magni Cycli annus, non* XIII; *sed* XXXV: & mox, *Dionysius posuit Nativitatem Christi* XXII *annis tardius, qvam debuit;* non autem XXI.

Etenim vulgo persvasum illis omnibus erat: Christum passum esse XXV Martii, feria VI; resurrexisse verò Martii XXVII, feria I. Qvo velut postulato, & axiomate freti, historiam, ac temporum annorumqve seriem ad suam illam πρόληψιν accommodare maluerunt, qvàm illud ipsum cujusmodi esset, diligenter inqvirere. Itaqve cùm anni in toto Dionysiano Cyclo tres omninò characterem hunc habere possint, nimirum XIII, qvi est æræ XII, cui Cyclus Lunæ congruit XIII, Solis XXI, Litera Domin. CB: Item annus CCLX, æræ CCLIX Cyclo Solis XVI, Litera B: Lunæ XIII: ac postremò CCCCL, æræ CCCCXLIX, Cyclo Solis X, Litera B: Lunæ XIII; pro eo qvòd cæteri remotiores essent, primum arripuerunt annum, qvi est Cycli Dionysiani XIII, æræ XII; & à Dionysio

ne haud dubiè qvinta natum esse.

De anno Natali Christi.

Ut autem nulla Scaligerianæ suspitioni latebra supersit; qva biennii προχρονισμὸν illum, qvem Dionysianæ æræ tribuit, Mariano suboluisse conjicit: admonendus Lector est apud Marianum, qvæ ad annos adscripta sunt Scholia sæpe numero luxata suo loco, & alieno posita videri; nec rarò numerorum notas esse mendosas. Exempli caussa annum primum Cycli Dionysiani componit cum anno urbis DCCXLIX, Sabino, & Passieno Coss. Tum anno seqventi Lentulo & Messalino Coss. anno primò Christi, numerat Urbis DCCLII Olympiadis vero CXCIV annum III. Atqvi annus esse debuit Urbis DCCL, ut est in Fastis Cassiodori, & Cuspiniani. Erratum igitur à Librario est, qvi 752 pro 750 exscripsit. Proindeqve non tres anni desunt, ut is, qvi editioni præfuit, adnotavit: neqve, ut deessent aliqvi, plures duobus inserendi forent. Non enim animadvertit æram Christianam non post Nativitatem, ut hodie fit, á Mariano, & mediæ vetustatis Chronologis, sed ab ipso Incarnationis anno repeti. Nec minus in reliqvorum notis annorum sive Marianus ipse, sive Librarius peccat: etsi sæpius rectam viam insistit. Verbi caussa anno Christi LVII, Cycli qvarti decemnovennalis initium collocat Indict. XV. Rectè Cœpit enim Cyclus I hoc anno; sive a Kal. Ian. sive a Paschali mense, Indict. XV: at in Septembri Indictio XVI. Ex qvo seqvitur primum anuum cœpisse Indict. IV. Est autem hic Cycli Dionysiani II, qvo exeunte natus est Christus, Ergo Indict. V natus est secundum Dionysium. Ita anno CCCIV notat Cycli decimiseptimi annum primum; Indict. VII. Rectè item anno CCCXLI notat Cyclum I, Indict. XIV. At anno CCCLXI Cyclum I, Indict. III, ubi Indict. IV legendum. Perperam qvoqve anno CCCXCVIII Cyclum posuit I, Indict. XI, qvod anno CCCXCIX convenit. Anno verò CCCCXVIII rectè Cyclus primus; sed malè Indictio XV adscribitur, pro I, cum anno CCCXCVIII Indictio fuerit XI. Cætera hujus auctoris, aut aliorum perseqvi otiosum ac super vacuum est. Illud qvidem evidenter apparet; Marianum ab æra Dionysiana non recessisse, eundemqve primum Christi, Cycli secundum habuisse, qvo Incarnatus, & ortus est Christus. Verum hunc annum, ut & Dionysianam æram, male cum annis Urbis, & Olympiadum componit, ut hactenus liqvidò constitit. Qvinetiam baptizatum esse Christum idem asserit anno ætæ XXXI, ætatis ineunte XXX, hoc est absolutis XXIX: ex qvo colligas anno æræ Dionys. primo Christum ex istorum sententia esse natum, Eodemqve modo cum anno æræ XXXIV passus ponitur, idipsum ætatis illius XXXIII inennte; absoluto vero XXXII contigerit oportet: ut verum sit qvod de æræ anticipatione paulo ante docuimus.

Emendatur Mariani Chronicon.

Qvocirca falsum est, Marianum Dionysianam æram biennio antevertendam putasse. Qvod autem ad XXII, vel XXI annos attinet, qvos à Dionysio prætermissos tam ipse, qvam Sigebertus existimat, agemus de iis in seqventi Diatriba de passione Domini. Hanc eandem XXII annorum summam deesse, Paulus Forosemproniensis ex qvadam revelatione didicerat. Ridiculè sane. Nam & ipse revelationem suam negligit; & in eo

Pauli Forosempronien. somnium.

tandem acqvieſcit, ut Dionyſianæ æræ biennii labem imputet: ſed contra ac recentiores faciunt. Non enim μεταχρονισμῷ, ſed προχρονισμῷ peccatum ſtatuit: ideoqve biennio qvam revera ſit, tardiorem eſſe oportere contendit. Norunt omnes, qvi authorem iſtum legerunt, qvi qvidem hodie inventu perrarus eſt, qvam immanem ea de re Commentarium ſcripſerit eruditione haud vulgari illa qvidem refertum, & ad Cyclorum, annorumqve methodum cum primis utilem. In hujus igitur Operis Libro XII, & XIII. poſtqvam in Libro X priorem illam de XXII annis revelationem, ſanè inſulſam expoſuiſſet, velut mutatâ ſententiâ biennio maturius inchoatam à Dionyſio definit æram, anno Juliano XLVI cum à XLVIII auſpicanda fuerit. Hoc verò ad hunc modum demonſtrat: Euſebius in Chronicis anno Chriſti XV, Auguſti LVI, & ultimo, Eclipſin Solis accidiſſe notat, eodemqveanno mortuum Auguſtum. At vero Eclipſis, nulla anno ChriſtiXV, aut alio contigit, qvàm XVII; in qva Romæ totus Sol obſcuratus eſt, Februarii XV, hora verè meridiana, Sole in XXVI Aqvarii gradu poſito: qvo eodem anno XIV Kal. Sept. Auguſtus obiit. Qvare biennio toto æra Dionyſiana verum Chriſti natalem antecedit. Hujus Eclipſis Solis præter Euſebium meminit & Dio Lib. LVI & inter ea prodigia recenſet,qvæ Auguſti mortem nunciarunt.Eam nos cum Mulleri tabulis, qvæ ſunt expeditiſſimæ, conferentes accidiſſe reperiebam ad meridianum Friſicum anno Chriſti XVII, Februarii 15 Hor. 9.57 ante meridiem; ſecundum veros Lunæ motus. Medium Novilunium Februarii XIV,Hor. 20.1'1. Atqvi Eclipſis iſta neqvaqvam ad annum, qvo Auguſtus obiit, convenire poteſt: ſed ad Tiberii III, ut Lucidus, aliiqve demonſtrant: qvi hoc præterea confirmant; neqve eo qvo mortuus eſt Auguſtus anno, neqve ſeqventi ullam Solis Eclipſin accidiſſe. Crediderim eqvidem Dionem Solis defectum pro Lunari per imprudentiam habuiſſe. Nam paulo poſt Auguſti Mortem Luna defecit, Septem. XXVII, cujus ſupra meminimus. Qvàm vero falſa ſit Mittelburgenſis illa ratio patet ex eo, qvod ſupra conſtitutum eſt, Auguſtum anno vulgaris æræ XIV, non XV mortuum eſſe. At eclipſis illa Solis tertio poſt ejus obitum anno contigit. Auguſti verò mortem in triennium ſummoveri nec Herodis annorum, nec ipſius Auguſti accurata computatio, nec hiſtoricorum conſenſio permittit. Ac ſi verum eſſet, qvod Paulus contendit, non biennio, ſed triennio Dionyſius hallucinatus foret.Qvippe idem annus, qvi Dionyſio XIV eſt,XV ab Euſebio numeratur,qvod is NatalemChriſti conjiciat in annum tertium Olymp CXCIV; qvo eodem anno ineunte æra Chriſti Euſebiana initium habet, Juliano XLV. Dionyſiana verò ſeqventi XLVI. Verum de Auguſti & Herodis annis mox dicendum erit.

De anno Natali Christi.

EXCUTIUNTUR EA, QVÆ ADVERSUS DIONYSIANAM ÆRAM EX JOSEPHO NUPER OBIICI COEPTA SUNT.

OMNIUM, qvæ superiori capite disseruimus, eò summa redit, ut si qvis Dionysianam æram ac communem tueri velit, necessariò hæc affirmare debeat: Primùm ejus initium anno Juliano XLVI cœpisse, C. Cæsare, & Paulo Coss. ac si proximè ante principium æræ natum esse Christum existimet, id anno Juliano XLV tribuendum, Coss. Cornelio Lentulo, & Calpurnio Pisone. Deinde Christum annos natum novem & viginti ad Baptismum accessisse, anno Tiberii XVI, Vinicio, & Longino Coss. ineunte tricesimo. Hac una ratione biennii μεταχρονισμὸς ille devitari potest, qvem Scaliger, ejusqve sectatores objiciunt: qvi qvidem necessariò seqvitur, si Lentulo, ac Marcellino Coss. Juliano XLIII natum esse CHRISTUM asseras; & Tiberii XV, Juliano LXXIV, ætatis suæ tricesimo jam absoluto, ineunte verò tricesimo primo, baptizatum fuisse.

Et hactenus qvidem rectè communis æra procedere potuit. Sed nova qvædam ante hos viginti annos eidem moveri controversia cœpit. Nam qvi in Josephi gravissimi scriptoris historiam diligentius incubuerunt, eamqve cum Romanis Historicis accuratissime contulerunt, eruditi solertesqve Chronològi, facilè deprehenderunt, non biennio solùm, sed & qvadriennio, vel qvinqvennio verum Christi natalem anticipandum esse, si vera sunt, qvæ ab illis Historicis produntur. Disputavit ea de re primus omnium Dekerius noster; cujus sententiam amplexus est, & illustravit plurimum Keplerus insignis Mathematicus, Libro de anno Natali, & in Eclogis Chronologis. Qvam illorum opinionem dignam arbitror, qvæ etiam atqve etiam consideretur: indignam certé, qvam cum ejus authore Dekerio vir pius & eruditus penè hostilem in modum proscriberet; tanqvam novam, & ab usu totius Ecclesiæ remotam. Ego verò novam esse qvidem illam, nec ab antiqvis usurpatam videò: qvòd, ut dictum est, persvasum hactenus esset omnibus, Christum ætatis anno tricesimo baptizatum esse, neqve particulæ ὡσεὶ, rationem admodum haberent: Ecclesiæ verò decreto ulli, vel authoritate repugnare, id constanter nego. Non enim temporum, annorumqve tricas istas, ac minutias, aut intervallorum, atqve epocharum ἀκρίβειαν curat Ecclesia: sed recepta, ac populari computandorum temporum ratione contenta est. Qvis enim putet veterem illam annorum ab orbe condito summam è Græcorum fontibus haustam, qvam & antiqvissima Concilia sæpius adhibuerunt, & hodieqve in Menologiis Ecclesia retinet, aut illorum, aut hujus authoritate fuisse constitutam? adeò ut qvi Latinorum, Hebræorumqve tam diversam ac dissidentem teneat, illius decreto repugnet. Qvis est autem, qvi hoc sæculo Chronologiam attingat, qvi non Latinam, & Hebraicam istam alteri, qvam adscivit Ecclesia,

De anno Natali Christi. anteponendam existimet. Par est in æra Christi vulgari institutum Ecclesiæ; ut eam, qvòd apud Christianos omnes obtinuerit, ad usum transferat: utrum verò ab ipso Natali Christi accuratè repetita sit, nihil adeo perqvirat: neqve ad hæc leviora gravitatem, authoritatemqve suam, qvæ sacrosancta debet esse, interponi patiatur. Qvam in rem valet imprimis, qvod Paulus Middelburgensis Lib. XIII Cap. VI scriptum reliqvit. Nam cum biennium illud, de qvo suprà diximus, Dionysius æræ deesse docuisset, subinde sibi istud objicit: seqvi ex eo videri; Ecclesiam in Bullis, ac Rescriptis suis oberrare. Cui sic occurrit: Ecclesiam hac temporum subductione uti qvidem, sed minimè probare, verùm a Chronologia mutuatam suum ad usum accomodare: Qvicqvid autem insit erroris, id illis esse, non Ecclesiæ tribuendum. Ad hæc non perpetuò hanc in Ecclesia numerandi rationem extitisse; sed ante paucos annos, sub Eugenio IV Blondi Foroliviensis hortatu, qvi Pontificii Collegii à secretis notarius erat, admissam. Addit & Dionysium Exiguum istius æræ conditorem errorem agnovisse suum, & *verecundia confusum*, ut scribit Sigebertus, *frontem sibi pudoris cauterio exussisse*. Hæc Paulus de æra Dionysiana; in qva reprehendenda multo ille reprehendendus magis est, ut in superioribus planum cuivis esse factum confidimus. Nec est omninò qvicqvam à Scaligero, Calvisio, cæterisqve contra hanc allatum, qvod momenti aliqvid habeat, præter ea, qvæ ex Josepho petuntur; qvæ ne ipsa qvidem illorum biennio suffragantur; qvoniam non duobus solùm, sed IV, vel V. solidis annis Christi Natalem antevertendum demonstrant. Qvæ res adversus nobilissimum historiæ scriptorem viros qvosdam pios ac doctos majorem in modum commovit; ut qvem mendacii convictum putarent, nihil ei tribui authoritatis ac fidei paterentur; præsertim in iis, qvæ ad Herodis annos attinent: in qvibus *absurda, & portentosa mendacia* inesse, cum summâ inconstantiâ, & Romanorum Annalium inscitia Ecclesiastici Annales affirmant. Non ii sumus, qvi summorum virorum memoriæ, & existimationi obtrectari velimus; præcipuè Catholicorum; ut si qvid ab illis titubatum, commissumqve sit, severiùs perseqvamur: neqve nos omnino canina illa facundia delectat, qvæ multorum occupavit ingenia. Sed illud tamen qvod cuivis hoc in literarum genere concessum est, negatum nobis esse nolumus; ut si qvid aliter atq; illi senserint, visum nobis fuerit, id ingenuè profiteamur, ac liberè; ne qvid veritati hæc ipsa, qvæ servire illi debet, obsit hominum authoritas, & commendatio. Qvod ne præsenti in negotio contingat magnoperè est verendum. Neq; verò Josephi patrocinium hoc loco suscipimus: nec errasse illum inficiamur; aut postremo vel minimum contra sacrarum fidem literarum Scriptori ulli tribuimus. Verùm nec qvæ ad illius minuendam existimationem afferuntur, vera putamus omnia; & qvod ad recentiora Iudæorum tempora spectat, certiorem ac constantiorem habemus authore isto neminem. Ac tantum abest, hæc ut tam assidua, tam acerba cum Iosepho Annalium expostulatio de illius apud me fide vel tantillum detraxerit; ut hoc ipso primum nomine suspecta esse mihi accusatio illa cœperit, qvod in eam tanto stomacho, ac toties incurrerent. Tum ubi hæc attentius excussi, qvæ ad Iosephum evertendum validissima credebantur, nihil atroci illa castigatione iniqvius est visum. Qvæ tametsi

Pauli Middelb. memorabile dictum.

mersi olim à me animadversa, disputata postmodum ab aliis, atqve explicata compen, licere mihi qvidem arbitror qvæ perinde utilli inqvirendo consecutus fueram, non ut ab illis accepta, sed ut à me etiam excogitata proponere. *De anno Natali Christi.*

Ergo ad elevandam Josephi fidem è multis ejus erroribus hi velut insignes, ac palmarii numerantur. *Josephus defenditur.* Primum qvod exacto Archelao, Qvirinus in Syriam, Judæamqve missus esse dicitur, anno XXXVII post Actiacam pugnam. *Verùm,* inqvit, *si hac ad exactam temporum rationem referas, falsa esse procul dubio invenies. Nam si numeres annos, qvi intercurrunt ab Actiaca pugna, qvæ contigit Augusto III, & Messala Coss. annos esse XL colliges.* Sed hæc hallucinatio est. Nam Actiaca pugna incidit in annum Urbis DCCXXIII, Julian. XV. Archelaus verò proscriptus est anno Urbis DCCLIX, Juliano LI. Qvippe Dio ad hunc annum autor est, Herodem Palæstinum a fratribus accusatum trans Alpes relegatum, ejusqve ditionem in provinciam redactam. Annus porrò Julianus LI tricesimus septimus est à XV. Rectè itaqve Josephus tricesimum septimum adnotavit.

Secundo *usdem in locis Josephus de Consulatu Qvirini meminit, qvasi de re admodum recenti: ex qvo Fastos illum Consulares ignorasse certum est. Nam Qvirinum unà cum Æmiliano collega ante annos XXII Consulatum gessisse est exploratissimum.* Nihil ejusmodi Josephus vel levissimè significavit: Consularem duntaxat illum, hoc est ὑπατικὸν extremo Lib. XVII nominat. Constat autem eos, qvi Consulatum semel in vitâ gessissent, Consulares deinceps appellatos: uti triumphales, qvi aliqvando triumphassent.

Tertio *Herodis obitum biennio ante Christum natum recenset. Itaqve si Josepho demus aures, qvæ à Luca & Matthæo de Herode scripta sunt, fide careant necesse est.* Non satis dixit. Neqve enim biennio, sed qvadriennio, fermè Natalem Christi vulgarem, Dionysianum verò etiam qvinqvennio antevertit. Sed hunc ipsum verum esse Natalem ex Matthæo, vel Luca colligi, id constanter negamus.

Qvartum inconstantiæ specimen est; qvòd anno XVI Herodis regis Varum præsidem Syriæ fuisse narrat Lib. XV C. XIII. Pòst autem, ait eundem successisse Sentio Saturnino, anno ante Herodis obitum: cum inter utrunqve viginti anni saltem intercesserint. Atqvi non Varus a Josepho Præses illo loco dicitur, sed Varro. Qvare αὕτη ἡ μήνυσις οὐδὲν ἐκπτωσε. Deniqve novem, inqvit, Herodis annos prætermisit. Etenim cum XXXVII regnarit annos, horum initium ab eo ipso anno, qvo navali prælio victus est Antonius, repetere debuit, Juliano XV, non à VI, qvo ex Senatus-consulto regnum adeptus est. Ideò mortem Herodis Annales in annum octavum Christi conjiciunt, Lepido & Arruntio Coss. Erat annus Urbis DCCLIX, Julianus LI, qvi sextus æræ communis esse debuerat, nisi biennio peccatum foret.

At qvantoperè illum ratio fugerit, paulo post constabit; ubi qvæ de Herodis annis, & historia sparsim Josephus inserit, paucis perstrinxerimus. *Herodis historia accuratè ex Josepho describitur.* Prima Herodis apud eximium hunc Scriptorem mentio fit Lib. XIV Orig. C. XII. Ibi Antipatrum Antipæ F. Herodis parentem scribit è Cypro Arabissa principe fœmina qvinqve suscepisse liberos, Phasaelum, Herodem, Josephum, Pheroram, & Salomen. Eundem, cum adversus Aristobulum

De anno Natali Christi.

bellum gereret, liberos suos apud Arabum principem deposuisse. Finitum est bellum istud Aristobuleum anno illo, qvo Hierosolyma Pompejus cepit, Coss. Cicerone, & Antonio, ut author est Josephus Lib. XIV. Cap. V, nec non & Dio: Urbis ex Varrone DCXCI. Oportet igitur Herodem ante hunc annum fuisse natum, qvem apud Arabem pater deposuerit.

Postea Lib. XIV C. XV, cum Antipater Iuliano Cæsari strenuam in Ægypto navasset operam, ἐπίτροπος ab eo Judææ factus est, & Hyrcano Pontificatus decretus. Hic est Urbis annus DCCVII, qvo Alexandrinum bellum patratum est, ut ex Josepho colligitur,

Eodem anno, ut Josephus CXVII scribit, Antipater Phasaëlum Hierosolymis præficit, Herodi Galilæam committit, νέῳ πάντα πᾶσιν ὄντι ιέ γαρ αὐτῷ ἐγεγόνει μόνα ἔτη. Manifestum in numero mendum est; qvod eruditis viris suboluit; & κέ pro ιέ scribendum. Certè cum ante annum Ubis DCXCI natum constet Herodem, anno illo DCCVII decimum octavum saltem attigerat. At verò qvæ toto illo XVII capite ab Herode gesta memorantur, non puerum Herodem, sed juvenem exhibent. Neqve dubium est, qvin vox νέυ virilem etiam ætatem, multo magis iuventutem significet. Qva ratione Saulus Act. VII νεανίας vocatur: non qvòd vocabulum istud ferocem eo loco, & audacem declaret. Friget enim hæc interpretatio. Qvippe licet νεανίας interdum ea notione sumatur: nunqvam tamen sine substantivo aliqvo; puta ἀνδρὸς vel λόγυ, &c. Apud Lucam autem, ubi absolutè ponitur idipsum est, qvod Interpres noster expressit, *adolescens*. Apud Censorinum Varro qvadrifariam hominis ætatem partitur: & pueritiam ad annum XV; inde ad XXX adolescentiam definit.

νεανίας cur Saulus dicatur.

Post hæc à Sexto Cæsare Cœlesyriæ præficitur Herodes, eodem anno. Credo qvindecim annorum puerum Romanus Imperator στρατηγὸν faceret: esto id in priore exemplo paterno possit amori, indulgentiaqve tribui. Iterum, ut refert Cap. XIX, à Bruto & Cassio ejusdem Cœlesyriæ στρατηγὸς creatus est, cum mandatis, ut exercitum adversus Augustum, & Antonium conscriberet; facta potiundi regni spe, post impetratam victoriam. Qvo tempore Malchus Arabs Antipatrum veneno necavit; ideoqvo jubente Cassio Malchus ab Herode est interfectus. Congruunt hæc anno Urbis DCCXII, Juliano qvarto. Secundum Philippensem pugnam Antonius in Syriam profectus Phasaëlum, & Herodem Tetrarchas constituit, καὶ τῶν Ιυδαίων αὐτοῖς ἐπιτρέπει πράγματα, Josephus Lib. XIV. Cap. XXIII. Accidit hoc anno Urbis DCCXIII, Iuliano V.

Post cùm Parthi Antigonum Aristobuli F. in regnum restituissent, Herodes ab iis pulsus Romam ad Antonium, & Cæsarem confugit: à qvibus perhumaniter exceptus, & Senatui conciliatus regnum obtinuit ex SC, Olympiade CLXXXIV, Domitio, Calvino II, & Asinio Pollione Coss. anno Urbis DCCXIV, Iuliano VI; qvo desiit Olympiadis CLXXXIV annus IV, & Olympias CLXXXV cœpit. Roma in Palæstinam reversus Herodes cum Antigono bellum gessit: donec adjuvante Sosio capta urbs est, & Antigonus occisus; anno

Sabbatico; Agrippa, & Canidio Gallo Coss. Olympiad. C L X X X V, mense tertio, τῇ ἑορτῇ τῆς νηστείας. Hic est annus Urbis DCCXVII, Iulianus IX; Olymp. C L X X X V annus III desinens, & iniens IV, Periodi Iulianæ 4677, qvo currebat Sabbaticus, Cyclo Lunæ 3. Dio vero libro X L I X Hierosolyma capta esse scribit anno antecedente, Claudio, & Norbano Coss., Iuliano VIII. Sed Sabbatici anni character Iosepho suffragatur. *De anno Natali Christi.*

Deinceps aliqvot Herodis anni nominatim à Iosepho concipiuntur. *Herodis anni* Veluti Libro X V, Cap. VII, annus Actiaci prælii, qvi est Iulianus X V, VII
Herodis regni septimus vocatur. Item Libro X V, Cap. XII mentio fit anni XIII Herodis: qvem Keplerus annum fuisse probat Julianum X X I, XIII
Urbis DCCXXIX. At Cap. XIII, decimiseptimi, vel decimioctavi meminit, XVII
τῆς αὐτοῦ βασιλείας ιζ΄ παρελθόντος ἔτους, id est inchoato X V I I I. Qvo qvidem Zenodori Tetrarchiam nactus est. Apud Dionem id accidit Coss. Apulejo, & Silio; Urbis DCCXXXIV, Iuliano XXVI. Keplerus in Herodis annum X V I I confert; ideoqve ante Nisan; unde Herodis annos Josephum auspicari putat. Qvod nihil est necesse. Nam παρελθόντος τοῦ ἔτους ιζ΄ scripsit Josephus: nimirum anno ipso XVIII. Eodem anno XVIII XVIII
(ait Josephus cap. XIV) Templum instaurare aggressus est; qvem annum decimum qvintum Libro I ἁλώσ. appellat. errore librariorum, ut Keplerus existimat: qvem tu consule. Præterea Lib. XVI Cap. IX. Cæsareæ ædificationem absolutam scribit Herodis anno X X V I I I; Olymp. C X C I I. Si à XXVIII
Iuliano IX, Vrbis DCCXVII, initium Herodis deduxeris, annus X X V III, Julianus erit X X X V I, Urbis DCCXLIV; qvo cœpit Iphiti DCCLXVII, sive Olymp. C X C I I annus tertius. Demùm Lib. X V I I, C. mortuus est Herodes, βασιλεύσας μεθ᾽ ὃ μὲν ἀνεῖλεν Ἀντίγονον, ἔτη τέσσαρα, καὶ τριάκοντα· μεθ᾽ ὃ δὲ ὑπὸ Ῥωμαίων ἀποδέδεικτο, ἑπτὰ καὶ τριάκοντα: *Cum regnasset ab Antigoni nece annos XXXIV. Ex qvo verò rex à Romanis creatus est XXXVII:* paulo ante Pascha, ut ex XI capite liqvet: cum anteà Luna defecisset: περὶ ἔτος ἑβδομηκοστὸν vitæ suæ: Cap. VIII. Itaqve si anno Iuliano VI regnum ex SC. Herodes imperavit: anno Iuliano XLII, cœpit XXXVII. Sin ab anno Iuliano IX inchoare mavis, eodem Iuliano XLII, regni XXXIV initium sumpsit: qvod paulo postea disceptabimus.

Iam cùm Herodes annum attigerit septimum ac tricesimum; magnam inde Iosepho annales invidiam faciunt; qvòd istorum annorum exordium perperam in Iulianum sextum contulerit: eoqve maximè, qvòd anno Urbis DCCII Caleno, & Vatinio Coss. qvindecim annos natus dicatur Herodes, mortuusqve anno ætatis prope L X X. Nam si ad DCCVII addas LIV, annus Herodis LXX iniit anno Urbis D C C L X I, Iuliano LIII, æræ Christianæ VIII. Aliunde ergo *XXXVII* illi anni deducendi sunt: nimirum ab eo anno, qvo Actiaca pugna profligatus est Antonius; Augusto III, & Messala Coss. Olymp. C L X X X V I I, anno II. *qvo ex tempore Herodis anni numerari cœperunt; propterea qvod cum Augustus ex SC rescidisset, irritaqve reddidisset qvæ ab Antonio gesta erant, non licuit Herodi suos annos numerare ab eo tempore, qvo ab Antonio regnum accepit:* *Herodis obitus.*

De anno Natali Christi.

sed ab eo potiùs, qvo ab Augusto, & ex SC rursus idem illud regnum adeptus est. Hæc Annales. Qvæ non minus secum, qvam cum historiæ veritate pugnant. Non enim consentanea ista sunt; Herodis initium ab eo tempore deducere, qvo in gratiam ab Augusto receptus est, cùm in Rhodum ad eum navigasset: & hunc annum esse ipsum asserere, qvo victus est ad Actium Antonius, Augusto III & Messala Coss. Non, inqvam, eodem anno, qvo Actiaca victoria contigit, Urbis DCCXXIII, sed seqventi DCCXXIV Herodes Augusto reconciliatus est. Nam post Actiacam cladem Antonium minimè destituit; sed in ejus fide permansit: idqve etiam apud Augustum gloriatus est; *τὸ μηδ' ἡττηθέντα τῆς ἐν Ἀκτίῳ μάχης καταλιπεῖν, μηδὲ συμμεταβῆναι ταῖς ἐλπίσι, φανερῶς ἤδη μεταβαινούσης τῆς τύχης*: ait Josephus Lib. XV. Cap. X. Qvare anno demùm Urbis DCCXXIV, Juliano XVI ab Augusto præter spem regnum illi confirmatum, & Senatus decreto corroboratum est: non ita tamen, ut novum inde regni Herodis initium repetitum fuerit; qvod ei nunqvam Augustus eripuit. Qvòd si anni illi XXXVII ab Actiacæ cladis anno numerandi forent; postremus, hoc est tricesimus septimus, non ab anno vulgaris æræ octavo, sed nono inchoari debuit; Juliano LII. Tametsi illud animo repetendum; annum illum, qvi in Annalibus octavus à Natali Christi dicitur, æræ Christianæ sextum esse, & nonum istum, septimum; id qvod ex biennii labe manavit; de qva suprà disputavimus. Unde ex Annalium sententia, Herodis obitus in annum conferendus est Julianum LII, vel LIII, si septuagesimum expleverit. Atqvi longè ante hoc tempus Herodes obiit. Etenim Archelaus, qvi post parentis mortem Ethnarcha ab Augusto factus est, anno regni sui nono inchoato; ut ex Josepho Lib. XVII Orig. Cap. XV, & II *ἁλώσ.* Cap. XI patet, Viennam relegatus est; idqve Dio evenisse scribit M. Lepido & L. Arruntio Coss. Iuliano LI, qvi annus morti Herodis in Annalibus assignatur: cum ante X annos nimirum Juliano XLII, mortuum esse Herodem oportuerit, si Archelaus IX ab illo annos impleverit. Idem & ex Philippi Tetrachæ, Herodis filii imperio colligi potest. Hic enim authore Iosepho, Lib. XVIII, Cap. VI. moritur anno Tiberii XX; imperavit autem annos XXXVII. Tiberii porrò primus iniit anno Juliano LIX; vicesimus autem, Iuliano LXXVIII: qvo qvidem, vel seqventi, Philippus obiit. Cœpit igitur Iuliano XLII: qvo etiam anno Eclipsis illa contigit, paulo ante Pascha; qvæ, ut scribit Iosephus, Herodis mortem antecessit. Qvæ omnia, ut & alia pleraqve eruditè à Dekerio nostro, & Keplero demonstrantur: nos privatim ac diligenter excussa delibare hîc necesse habuimus.

Archelai relegatio.

Philippi Tetrachæ obitus.

Verum qvod ad annos Philippi spectat, cùm eum Josephus decessisse scribit anno Tiberii XX, mendum esse videtur. Nam mortuus est Philippus post Consulatum Vitellii, qvi secundum hunc Syriam administravit, ut author est Iosephus. At Vitellii Consulatus, qvem cum Fabio Persico gessit, convenit anno Urbis DCCLXXXVII, Iuliano LXXIX, qvo desiit Tiberii XX, & XXI cœpit. Ideo non ante seqventem Philippus obiit. Scaliger Lib. V. Pag. 433. de Emendat.

legendum sine ullo dubio censet *εἰκοσῷ καὶ δευτέρῳ*: ut est apud Ruffinum. Vitellium enim Consulem fuisse anno Tiberii XX, Juliano LXXX; missum verò in Palæstinam post Consulatum; qvo tempore Philippus abiit, Juliano LXXXI. Deductis XXXVII annis Tetrarchiæ Philippi, relinqvuntur anni XLIV absoluti: adeo ut XLV Philippus inierit. Qva in ratiocinatione frustra est Scaliger. Si qvidem Consulatus Vitellii non anno Juliano LXXX, sed LXXIX congruit; Urbis DCCLXXXVII. Primus autem Julianus cœpit Urbis DCCIX. Qvod si Tiberii anno XXII mortuus est Philippus, is erit Julianus LXXX, vel LXXXI; itaqve Juliano XLIII, vel XLIV regnum adierit. Sed ut perperam apud Josephum annus XX pro XXII irrepsit; ita in annis Philippi vitium inesse potest, ut Philippum scripserit XXXVIII annis regnasse. Nam apud Ruffinum depravati numeri sunt, & Philippi annus XXII pro XXVII legitur. Idem Scaliger Herodis annos Josephum existimat non à Juliano illo, in qvem ejus primordium incidit, sed ab Ijar Juliani seqventis ordiri. Qvod si verum esset; posset idem & ad Tiberii, ac Philippi annos accommodari: proindeqve Tiberii primus ex mente Josephi ab Ijar anni Julani LX ineundus esset, & vicesimus ab Ijar Juliani LXXIX; ac deniqve primus & vicesimus ab Ijar Juliani LXXX: ante qvem obitus Philippi conjiciendus esset, anno ejusdem XXXVII jam expleto: cujus primus annus ab Ijar Juliani XLIII inchoandus fuerit: tametsi Herodes anno superiore, hoc est XLII decesserit; propterea qvòd maxima jam affecta anni XLII parte, & post Ijar Philippus Tetrarchiam adiit: ideoqve ab Ijar seqvente primus numerari cœpit. *De anno Natali Christi.*

Sed ea computandi ratio, qvam Iosepho Scaliger affingit, authoritate caret: multoqve verisimilius est; numerandi initium ab eo Nisan apud Iosephum deduci, qvi Herodis exordium antecessit, qvàm ab eo mense, qvi secutus est. Et qvanqvam Scaligero concedamus omnia; pessimè is tamen de Herodis annis hoc modo ratiocinatus est. *Licet Herodes à Senatu rex factus sit Cyclo 19, hoc est Juliano 6, Periodi Jul. 4674, tamen Josephum non ordiri annos Herodis, nisi à Nisan, vel Ijar sequentis anni, Cyclo I. Cum autem, Josepho teste, annos solidos XXXVII regnaverit, ex quo declaratus rex; XXXIV verò, eosque solidos, à captis à Sosio Hierosolymis, decesserit verò ante Pascha, nondum Ijar instante, qui fuit princeps mensium tempore Josephi; manifestò colligitur, proximo Ijar annum Herodis XXXVIII initurum fuisse, qui revera erat XXXIX à diebus æstivis. Itaque hoc modo Herodes decesserit anno Cycli XIX exacto, primo ineunte.* Subjicit deinde: *Omninò igitur Herodes decessit anno Juliano XLV ante Nisan, Cyclo Lunæ primo ineunte, Solis nono, Periodi Julianæ 4713. Quo etiam anno Eclipsis Lunæ contigit Januarii VIII in Cyclo emendato, Januarii VI in Cyclo vitioso.* Sed Eclipsis ista Ianuarii X convenit in Cyclo emendato. Verùm tota hæc Scaligeri collectio implicata, ac falsissima est. Etenim qvamvis demus illud, qvod neqvaqvam concedimns; annum Herodis primum ab Ijar anni Iuliani VII numerandum esse; eundemqve regem XXXVII solidos annos explesse, qvod neqve Iosephus asserit, & gratis à Scaligero ponitur: sed ut ita esse creda- *Scaligeri hallucinatio.*

De anno Natali Christi. mus, nunqvam tamen Herodis tricesimus septimus desinens, & iniens tricesimus octavus in Iulianum XLV incidet; sed in XLIV: si nimirùm ad VI adjeceris XXXVIII. Nam tricesimus octavus Iuliano incipiet XLIV. *Alia duo insignes.* Qvare est hæc insignis ἀλογιςία. Nec illa certè minor; qva Archelaum Herodis F. anno Iuliano LIII exulasse scribit, cum IX solidos regnasset annos. Archelaus enim regno exutus est Lepido, & Arruntio Coss. ut author est Dio, anno Iuliano LI. Cœpit Igitur Iuliano XLII. Qvod si anno Iuliano XLV, qvo Herodem Scaliger excessisse putat, regnum auspicatus esset Archelaus, & IX solidos explesset annos, non is Iuliano LIII, sed LIV relegatus fuisset. Par est oscitantia; cum addit annum illum, qvo pulsus est Archelaus, esse ab Actiaca victoria XXXVII. Nam Iosphus Lib. XVIII, Cap. III Qvirinium Archelai bonorum censum instituisse narrat, anno XXXVII post Antonii cladem ad Actium. Ex eo itaqve conseqvens est non LIII Iuliano, sed LI, Archelaum exilio damnatum. Nam Actiaca pugna ad Iulianum XV pertinet; ideò Iuliano LI cœpit XXXVII.

Eusebii error. Atqve hæc perversa Herodis annorum subductio multo in Eusebio castiganda magis est, à qvo profecta manavit in cæteros. Hic enim in Chronicis primum annum Augusti ponit eum, qvi post Iulii Cæsaris necem proximè seqvitur, qviqve Urbis est 711, Iulianus 3, Olympiadis CLXXXIV secundus. Tum Antigonum postremum ex Asamonæis regem mortuum esse dicit anno V Augusti, Olymp. CLXXXV secundo; ut in qvibusdam exemplaribus reperiri testatur Pontacus, idqve ipsum in Editione sua Scaliger amplexus est. Est hic Urbis 715. Iulianus 7. At in aliis codicibus confertur id in annum Augusti 4; in aliis verò, 10: qvod postremum tanqvam Eusebio magis consentanenm, secutus est Pontacus. Qvippe mortuo Antigono, Herodes pacificè regnavit, & eodem anno novum regni auspicium habuit. Erat Urbis annus 720. Iulianus 12; qvamvis etiam in Editione Pontaci cum Augusti XI primus Herodis ineat; qvi est Urbis 721, Iulianus 13. Ex hoc tempore XXXVII regni annos orditur Eusebius; ejusdem verò mortem assignat anno Augusti XLVII Olymp. CXCIV anno qvarto, ab Abraamo 2021, Christi qvinto. Qvamobrem hallucinatur Scaliger, qvi anno 2019 id ab Eusebio tribui censet, & metachronismum esse dicit annorum trium. Verùm si hic annus qvartus est Olymp. CXCV, Augusti XLVII; cum Herodes paulo ante Pascha mortuus sit; & Augusti XLVII, anno Iuliani XLIX jam labente apud Eusebium cœperit, necesse est, ut anno Iuliani L ineunte perierit Herodes; cum annus qvartus CXCV Olympiadis adhuc decurreret qvi & Eusebio Abraami 2021 censetur. Certè qvidem 2020 saltem esse debet. Unde metachronismus erit ex Scaligeriana ratione annorum solidorum qvinqve, non autem trium. Nam Iuliano XLV mortuum credit Herodem.

Iam cùm idem Scaliger L. V de Emend. Iosephum errasse pronunciat; qvòd annos Herodis XXXVII à Domitii, & Asinii Consulatu deducit, erroris potius ipse convincitur. Nam Iosephus, ut ex superioribus liqvet,

secum mirificè consentit: & Eusebianum illum metachronismum redarguit, cum perspicuum sit Herodem longè ante Julianum L occidisse. In Annalibus non L, ut apud Eusebium: sed LI anno Juliano Herodis obitus ponitur, æræ communis octavo, qvi sextus numerari debuit. *De anno Natali Christi.*

Ex iis præterea conjici potest, qvid sit qvòd Epiphanius in obscura illa Herodis annorum declaratione, post IV regni ejus annos, Judæam in Romanorum ditionem penitus cessisse dicat, secutosqve XXIX annos, adeò ut XXXIII demum Herodis anno Christus natus sit. Caussa enim hæc est, qvòd cum Eusebio Herodis initium conjicit in annum Iulianum XII, vel XIII, à qvo ad XVI, qvi Actiacam victoriam excepit, anni sunt qvatuor.

Concludatur ex Iosephi, & Dionis sententia mortuum Herodem videri anno Iuliano XLII. Qvod si verum est; Natalis Christi in annum XLI cum Dekerio, vel XL cum Keplero conferendus erit, non, ut vulgò, in XLV. De qvo attentius cogitandum censeo, nec illius opinionis fautores accusandos, damnandosqve antea, qvàm eorum disceptatis, ac labefactatis rationibus, communis Dionysii æra certius adstruatur: qvod à nemine ad hanc usqve diem video esse factum, nec à me præstari posse, ingenuè ac libenter profiteor.

EXPLICATUR EPIPHANII SENTENTIA.

NUNC Epiphanii sententia, cujus intelligendæ gratia hæc à nobis est instituta disputatio, exponenda videtur. Hanc enim perobscurè ille sanè, atqve impeditè declarat. Qvippe Num. XXII Hæresis hujus, Christum asserit anno Augusti XLII natum esse, Herodis XXIII. Igitur novem annis Augustus Herodem antecessit. Sed mirùm qvàm hæc perplexè demonstret. Imperasse putat Augustum annis XIII anteqvam Iudæa penitùs ad Romanos transiisset: Ac post initium Augusti qvatuor plus minus annis elapsis, inter Iudæos, ac Romanos amicitiam & societatem intercessisse: tùm verò Procuratorem impositum, ac tributorum nonnihil indictum, donec in Romanam ditionem Iudæa penitus redacta ac vectigalis est facta: cum jam principes illi de tribu Iuda defiissent, atqve Herodes peregrinus, & alienigena regnum occupasset. Qvæ omnia (paulo pòst inqvit) perfecta sunt, cùm ab ortu Christi cœpissent, anno Augusti XLII, qvi & nonus erat à procuratione Antipatri, cum Iudæos inter, & Romanos pax & societas esset, ac jam qvartum annum regnaret Herodes. Postremò post qvatuor Herodis annos, & qvinqve procurationis Antipatri, demum Iudæa penitùs Romanis est subjecta, usqve ad XXXIII Herodis annum, qvi est Augusti XLII, cùm XXIX annis vectigalis omninò fuisset.

Hac Epiphanii oratione nullum Sphingis ænigma perplexius esse puto. Sed hoc tamen voluisse videtur: Augustum primo XIII annis imperasse, qvibus nondum Iudæa prorsus Romanorum Imperio cesserat: ac post qvatuor priores annos Augusti, Antipatrum qvinqvennio Procuratorem

De Anno Natali Christi.

fuisse: Herodem deinde, postqvam ab Augusto regnum obtinuit, qvatuor annos tenuisse. Ita fiunt ab Augusti initio anni XIII: Reliqvi sunt XXIX, qvibus Romani Judæam penitus occuparunt, usqve ad Augusti XLII, Herodis XXXIII, qvo natus est Dominus. Nam ad XIII additi XXIX conficiunt XLII: itidemqve si ad qvatuor addas XXIX fient XXXIII. Hos autem XXIX annos ab eo deducit, qvi Actiacam victoriam secutus est, Juliano scilicet XVI, à qvo vicesimus nonus, est Iulianus XLIV, qvo natus ab Epiphanio Christus ponitur, Augusto XIII, & Silano Coss. Ita qvidem Epiphanius miscens omnia, nec historiæ satis consultus. Est enim falsum imprimis, Antipatrum Procuratorem ab Augusto esse factum, adeoqve, post qvatuor Imperii ipsius annos; ut ex iis patet, qvæ supra è Josepho perstrinximus. Nam Antipater Herodis parens Judæam administrare cœpit anno illo, qvo Julius Cæsar bellum Alexandrinum gessit, qvi est Urbis 707: qvo eodem anno Herodes Galilææ à patre præpositus est. Mortuus est autem Antipater anno Urbis 712, Iuliano qvarto. Ita qvinqve plus minus annis τὴν ἐπιτροπὴν administravit; qvod innuit Epiphanius. Sed idem hallucinatus opinor, pro Iulio Cæsare, Augustum scripsit, qvod hunc ipsum meminisset etiam in Ægypto, & Alexandriæ bellum gessisse. Deinde neqve illud verum est: Judæam post Actiacam demum victoriam ad Romanos pervenisse, & ὑπόφορον fuisse; cum hactenus societas intercessisset, ac tributa sive potiùs munera penderentur. Etenim longè ante pugnam Actiacam Iudæa Romanorum in potestatem venit, & tributa persolvit. Primus, nisi fallor, Pompejus Cicerone, & Antonio Coss. Urbis 791 Hierosolymis expugnatis hanc ipsam urbem vectigalem reddidit. Josephus L. XIV, C. XV. καὶ τὰ μὲν Ἱεροσόλυμα ὑποτελῆ φόρον Ῥωμαίοις ἐποίησεν. Mox: τούτου τοῦ πάθους τοῖς Ἱεροσολύμοις αἴτιοι κατέστησαν Ὑρκανὸς, καὶ Ἀριστόβουλος πρὸς ἀλλήλους στασιάσαντες. τήν τε γὰρ ἐλευθερίαν ἀπεβάλομεν, καὶ ὑπήκοοι Ῥωμαίων κατέστημεν. Igitur ab illo tempore Romanis Iudæa paruit, nec suos reges habuit; etsi aliqvandiu conflictati sunt. Hyrcano qvidem Pontificatus relictus est, à Gabinio præsertim: qvi, ut C. X. Libri XIV scribit, qvinqve Synedriis in Judæa collocatis, Aristocratiam constituit. Post hæc adversus Hyrcanum, Alexander, & Antigonus Aristobuli filii aliqvot annis certarunt: iisdemqve pro Hyrcano strenuè Antipater restitit, qvi à Iulio Cæsare postea τὴν ἐπιτροπὴν nactus est; ac per idem tempus Populi Rom. societatem, & amicitiam impetravit. De qvo complura Cæsaris decreta apud Iosephum extant L. XIV, C. XVII. Sed antecedenti capite Josephi an Librarii hallucinatione accidit, ut cum Senatus decretum de muris Hierosolymorum reficiendis ab Hyrcano juniore impetratum vellet adscribere, aliud subjunxerit, qvod in gratiam Hyrcani majoris factum fuerat: cui alterum Atheniensium Psephisma, qvod eôdem pertinebat, adscripsit. Qvod qvidem Eusebio fraudi fuit: Qvi ad annum tertium Julii Cæsaris, Olymp. CLXXXVIII tertium, adnotat, Decretum Senatus, & Atheniensium ad Iudæos esse missum, qvi per Legatos amicitiam postularant. Hoc verò diu ante gestum erat, sub Hyrcano seniore, ut cuivis apparet.

Iudæa qvando tributa pendere cœpit.

Hæc itaqve societas est illa, & amicitia, qvam sub Augusti initium inter Iudæos, & Romanos instauratum docet Epiphanius, qvæ ad Julii Cæ-

ſaris tempora debet referri; cùm Hyrcanus Judæorum Pontifex, & Ethnarcha ab illo conſtitutus eſt. Actum qvidem nonnihil tributi nomine Hieroſolymitanos, Judæosqve cæteros penſitaſſe Ioſephus indicat capite illo XVII: etſi perobſcura ſunt Iuliana illa decreta, qvæ eo loco commemorantur. Poſteaqvam verò Judæorum regnum ad Herodem translatum eſt, non puto Romanos tributum ab illis exegiſſe, qvod idem & Keplero videtur; cùm Judæa nondum eſſet in formam provinciæ redacta. Qvare nec in illa priore Qvirini deſcriptione tributum ullum neceſſe eſt perſolutum credere. Qvo minus aſſentior Epiphanio, qvi tùm vel maximè tributa à Romanis imperata ſcribit, & XXIX annis, qvi ab Actiaca clade ad Natalem Domini fluxerunt, ὑπόφορον, τελείως παραδοθεῖσαν Ῥωμαίοις Iudæam fuiſſe. Atqvi poſt Pompejanam victoriam, ac priorem ἅλωσιν, nunqvam Judæa minus ſub Romanorum principum poteſtate, vel adminiſtratione fuit, qvàm Herodis illo tempore, præſertim poſt Actiacam pugnam, cùm apud Auguſtum imprimis ille gratia, & authoritate floreret. Nulli itaqve Romani Magiſtratus, Præſides nulli Judæam obtinuerunt, nec alii, qvam extraordinarii ἡγεμόνες, hoc eſt Præſides, vel Procuratores, vel universè cum poteſtate aliqva miſſi, ullam Herodis in regno functionem, aut jurisdictionem exercuerunt. De anno Natali Christi.

At in Annalibus perperam Epiphanii mens accipitur; cum id eum ſcripſiſſe narrant: *Viginti novem annis Judæos Romanis tributa dependiſſe, anteqvam Antipater Herodis parens Judæa Procurator à Romanis inſtitueretur; nec poſtea unqvam ceſſaſſe.* Qvo nihil cum ab Epiphanii ſenſu, tum à veritate ipſa dici alienius poteſt. Anno Urbis 691, Cicerone & Antonio Coſſ. primum à Pompejo tributum Judæis impoſitum eſt à qvo tempore ad Antipatri procurationem, qvæ anno 707 cœpit, anni ſunt non plures XVII, nedum novem, & viginti. Herode qvidem rerum potiente tributum ullum ſaltem ordinarium exactum fuiſſe, neqve verum arbitror, nec ejus mentionem vel litera una Lucas attigit. Non enim ἀπογράφεσθαι idem valet ac cenſum, vel tributum ſolvere? aut, ſi iſtud ipſum ſignificaret, ſtatim de ordinaria penſitatione potius intelligendum videretur, qvàm ad extraordinariam referendum. Sed nec illud probo, qvod ibidem diſputatur: propterea primam illam à Qvirino cenſionem inſtitutam dici, qvòd Romano more qvinto qvoqve anno cenſus haberetur. Nam nec illud perpetuò tenuit ut qvinqve annis vertentibus cenſus ageretur, & aliam cauſſam eſſe manifeſtum eſt, ob qvam prima hæc ſit appellata deſcriptio: videlicet, qvòd altera poſt Archelai relegationem eidem Qvirino mandata fuerit. Deqva re vide qvæ Dekerius noſter, & Keplerus eruditè commentati ſunt. Neqve enim Cenſionis hujus Epiphanius meminit, ut eam nobis qvæſtionem explicare neceſſe ſit.

Atqve ut hanc de Herodis annis diſputationem aliqvando concludam, ſi, qvod Epiphanio placet, VIII Id. Jan. qvo die natus eſt Chriſtus, anno Juliano XLIV, Herodes annum agebat imperii XXXIII, ejus initium in Julianum XI convenit, biennio tardius, qvam hiſtoria poſtulat; qvæ alterum Herodis initium Juliano IX accidiſſe confirmat: à qvo cùm Joſephus XXXIV duntaxat annos Herodem vixiſſe narret, Epiphanius Libro I.

De anno Natali Christi N. II septem & triginta deducit, qvibus totis regnasse post primum decennium dicitur, cum horum principium a Iuliano sexto repeti debeat. Qvocirca mortem Herodis confert in annum Iulianum XLVII; cum Dominus qvartum jam annum ætatis attigisset. Sed si vera sunt, qvæ Josephus de Herode perscripsit, necesse est, ut Iuliano XLII decesserit: unde & Natalis, ut diximus, Domini qvatuor, vel qvinqve annis antevertendus erit. Qvæ qvidem nos nondum ex opinione nostra constituta; sed ex Josephi mente, atqve historia collecta haberi a lectoribus, expendiqve volumus. Superest ut de Augusti anno, qvi est alius Natalis Dominici character ab Epiphanio allatus, perstringam.

QVOTO AUGUSTI ANNO NATUS SIT CHRISTUS.

ANNO Imperatoris Augusti XLII natum esse Christum, censet Epiphanius, qvem annum ex qvo Judæi Romano Imperio subjuncti sunt, XXIX fuisse dicit. Tria potissimum Augusti constituuntur initia. Primum ab ipso anno, qvo Iulius Cæsar interfectus est, qvi est Urbis 710, Iulianus 2. Alterum ab anno seqventi, Urbis 711. Tertium ab Actiaca victoria, sive à 2 Sept. anni Urbis 723, ut Dio testatur in exordio Lib. LI. Hinc diversus ad Christi natalem annorum Augusti numerus statuitur. Sed vulgò XLII ejus anno natum esse Patres affirmant, Eusebium secuti, qvi idipsum Eccles. Hist. Lib. I, C. VI, & in Chronicis scripsit. Qvod autem annales Ecclesiastici tradunt, eos qvi in annum Augusti XLII, Natalem Christi conferunt, ab ipso anno, qvo Iulius Cæsar interfectus est, annos exordiri: simul qvod Librariorum culpa factum putant, ut cum Eusebius ipso anno Iulianæ necis, qvi est Olym. CLXXXIV primus, Augusti posuisset initium, id in seqventem translatum fuerit qvemadmodum & Natalis Christi in annum tertium Olymp. CXCIV, cum secundo ex mente Eusebii competat. neutrum mihi qvidem probatur. Imprimis enim apud Eusebium in edititione Pontaci, Octaviani initium alligatur anno à Cæsaris nece proximo, Olympiadis secundo: Natalis verò Christi anno tertio Olym. CXCIV, qvod & Pontacus ipse vir eruditus argumentis approbat. Adde qvòd Eusebius Augusto annos imputat LVI, menses VI, hoc est inchoatum LVII. Qvare cum Augustus anno Urbis 767 duobus Sextis Coss. mortuus sit, XIV Kal. Sep. annus apud Eusebium qvinqvagesimus septimus à Martio debuit incipere, ideoqve primus incidit in Urbis 711. Itaqve annus Augusti XLII cœpit Urbis anno 752, Iuliano XLIV. Josephus verò L. II de Excidio C. VIII, cùm Imperii annos numerat LVII. menses VI, dies II, ab ipso anno Iulianæ cædis orditur; & qvidem postero die ab Idibus Martiis. Epiphanius autem, qvi anno Iuliano XLIV. natum Salvatorem credidit, VIII Id. Jan. anno Augusti XLII, initium ejus statuit Iuliano tertio, Urbis 711, Atqvi nondum XLII, Januario mense inchoatus fuerat. Ita est: Sed κατὰ περίληψιν secundum & qvadragesimum annum à

Kal. Jan. incepit; qvod plerisqve Scriptorib. aliis est familiare. Nam qvòd ab Urbis anno 711, Iuliano 3. Augusti annos computet, argumento est temporis, qvo imperavit, illa partitio; qva primùm annos tredecim imperasse scribit, περὶ τὴν Ἰουδαίαν συναφθῆναι τελείως Ῥωμαίοις, qvod anno illi, qvi Actiacam victoriam secutus est, congruit. Iuliano scilicet XVI. Qvamobrem à Iuliano tertio ad decimum qvintum anni tredecim existunt: qvibus additi XXIX, summam, XLII conficiunt, qvorum postremus, XLIV Iuliano Incipit, & qvidnm ex A. D. Kal. Ian. ut dictum est. Qvam ob caussam anno Augusti XLI potius, qvàm XLII natalis Christi assignandus fuit. cum Irenæo, Tertull, aliis conmpluribus. Cæterum idem ille annus post Actiacam victoriam est XXVIII. Actiacos enim annos Ægypti numerare cœperunt à Iuliano XVI, Urbis 724. Itaqve vicesimus octavus cœpit Iuliano XLIII, idemqve & seqvente Iuliano, qvo natus est ex Epiphanii sententia Christus, Ianuarii VI adhuc in cursu erat, qvem ille tamen XXIX appellat: qvòd nisi fallor, contra atqve Alexandrini consveverant, à Kal. Ian. auspicetur. Neqve verò caussæ qvicqvam fuit, cur in Annalibus Eccl. mirum videretur, qvòd Clemens, & Eusebius ab Actiaca pugna annos ad Natalem Domini computarent XXVIII, aut qvod Eusebius in Chronicis Antonium, & Cleopatram debellatos scripserit anno tertio Olymp. CLXXXVII, cùm ea victoria anno Urbis accideret 723, Augusto III, & Messala Coss. Olympiadis anno tertio. Nam Actiaci anni, qvibus Clemens, atqve Eusebius usi sunt, non ab ipso anno, in qvem pugna ac victoria cecidit, sed à seqventi ineunt, Olympiadis CLXXXVII tertio, post Antonii & Cleopatræ necem. Unde annos Augusti pleriqve sunt exorsi, qvi propterea anno Augusti XXVIII natum dixere Christum. Qvanqvam in eo negotio diligenter habenda ratio est, qvid scriptores in Actiacæ victoriæ epocha commemoranda sibi voluerint. Nam cum *Actiacos annos* exprimunt, à Iuliano XVI, qvi Actiaca victoria posterior est, incipiunt. Sin ab Actiaca victoria tot annos elapsos esse dicant, ab ipsomet pugnæ navalis anno ducunt initium. Qvocirca, immeritò Scaligero notatur eruditissimus Onufrius: qvod cùm natum esse Christum asseruisset, Augusto XIII, & Silvano Coss. (Est hic annus Julianus XLIV, Olymp. CXCIV tertius) eundem Urbis esse statuerit 752, Actiacum 30. Scaligeri verba sunt Lib. VI de emend. *Nam verissimum est, Consulatum Augusti XIII concurrisse cum anno tertio Olymp. CXCIV. Sed eum annum Palilium Varronianorum fuisse 752, & Actiacum 30, hoc verò falsum est. Uno enim anno plus dicit.* Sed hæc cum scriberet vigilans somniabat Scaliger. Nihil enim certius est, qvàm ex Varronis, ipsiusqve adeò Scaligeri ratione, Consulatum Augusti XIII & Silvani ad annum Urbis 752 pertinere, Iulianum XLIV, Per. Iul. 4712, Cyclo Solis XIX, Lunæ VIII, Indict. II. Est etiam hic annus ab Actiaca pugna tricesimus, si annum ipsum pugnæ primum numeres. Neqve verò *Actiacum annum* XXX esse dixit Onufrius: sed *post Actiacam victoriam*, hoc est Actiacum XXIX.

De anno Natali Christi

Postremò in æra Dionysiana extra dubitationem est, Christum Augusti XLIII Actiaco verò XXX natum esse. Qvod si XL vel XLI Iuliano ex aliorum sententia ortus esset, id in XXXVIII, vel XXXIX Iulianum, Actiacum vero XXV, vel XXVI conveniret.

De anno Nat. Christi

Γεννηθέντ☉ δὲ αὐτῦ περὶ τὸν Ιαννυάριον.] Luculentissimus hic locus est in qvo Natalem Christi diem accuratissimè circumscribit. Et qvidem A. D. VIII Id. Ian. hoc est Ianuarii VI, in qvem Epiphaniorum festum incidit, natum asseverat, ex communi Ægyptiorum sententia, de qva subinde nonnihil disseremus. Sed primùm singulæ temporum notationes obiter percurrendæ atqve illustrandæ sunt. Hunc igitur diem imprimis XI Tybi esse scribit in anno videlicet Actiaco, sive Ægyptio Iuliano, cujus Thoth fixus est XXIX Augusti, Neomenia Tybi XXVII Dec.

Κατὰ Σύρυς, ἔτυν Ελλίωας.] Syromacedonas intelligit, sive Antiochenos, qvi Iulianam anni formam receperunt; qvanqvam illorum æra triennio Iulianum annum antecedit: appellaturqve χρηματισμὸς τῆς Αντιοχείας qvod eo anno, ἡ αὐτονομία Antiochenis permissa, & Iulius Cæsar Dictator Antiochiæ renunciatus est, Artemisii, sive Maji XXIII. Chron. Alex. P. 438 Est hic annus Urbis 706, qvo Cæsar victo Pompejo rerum potitus est, Per. Iul. 4666. annis ante Dionysianam æram XLVIII, ante primum Iulianum tribus; ut ex Evagrio colligit Scaliger Isag. Can. LIII, P. 295; rectius qvam in L. IV de Emend. Temp. P. 226: ubi Antiochensium æram ab editione Iuliana inchoari censet, annis ante Christi æram XLV, ex Eusebii authoritate, qvi annum Antochensium 325 confert in annum Christi 280. Sed magna hæc hallucinatio est. Nam Eusebius in Chron. *Secundo anno Probi*, iniqvit, *juxta Antiochenos* CCCXXV *annus fuit*. Atqvi Probi secundus competit anno æræ Christianæ CCLXXVIII, qvo anno cœpit τῦ χρηματισμῦ Antiochensium annus CCCXXV. Sic enim Antiochensis æræ primus annus Dionysianam æram XLVIII solidis annis antecessit. Necesse est igitur cum anno Probi II, & Dionysiano CCLXXVII componi Antiochensium æræ CCCXXIV labentem, & ineuntem CCCXXV, Cyclo Solis VI, Lunæ XII. De initio Probi dicetur ad Lib. de Mens. & Ponderibus. Anni, ut dictum est forma Juliana fuit; mensium eadem qvæ apud Romanos descriptio: qvam in seqventi Laterculo proponendam putavimus.

LATERCULUM MENSIUM ANTIOCHENORUM, SIVE Συροελλήνων.	
Αυδυναῖ☉	Januarius
Περίτι☉	Februarius
Δυςρ☉	Martius
Ξανθικός	Aprilis
Αρτεμίσι☉	Majus
Δαίσι☉	Junius
Πάνεμ☉	Julius
Λῶ☉	Augustus
Γορπιαῖ☉	September
Υπερβερεταῖ☉	October
Δῖ☉	November
Απελλαῖ☉	December

Qvæ mensium concordia ex Socrate; Evagrio, Suida, veterum Conciliorum inscriptionibus, & infinitis aliis testimoniis fidem meretur. Illud vero constat, Epiphanium meros menses Julianos intelligere. Nam Audynæi τὴν ἕκτην (perperam ἕκτȣ scriptum est) cum VI Janu. comparat. Rursus enim vitiosa lectio est πέμπτῃ Ιανȣαρίȣ, pro ἕκτῃ. Tametsi Cornarius *qvintam Januarii* verterit, qvod nonnullis imposuit: qvi hæc Epiph. verba πρὸ ὀκτὼ εἰδῶν sic accepisse videntur, qvasi esset prid. VIII Eidus, hoc est Nonis ipsis Januarii. Sed πρὸ ὀκτὼ εἰδῶν & similes loqvendi formulæ Latinis iisce respondent A.D. VIII Id. &c. hoc est ipso die VIII. Id. ut & alibi scripsimus. Qvare ex priori nota diei, hoc est VIII Id. Jan. corrigenda vox πέμπτῃ, & in ἕκτῃ mutanda. Qvod & Tybi Actiaci, sive Diocletianei dies ipsa demonstrat, cujus XI in VI Jan. convenit. Ac videtur in eo, qvòd qvintam Januarii diem pro sexta sumpsit, mysterii aliqvid esse. Siqvidem & Constantinopolitani postea V Januarii die Baptismum Christi celebrabant, qvod in VI vulgo confertur, ut ex Manuelis Novella I de feriis, & Curopalate colligitur.

Κατὰ Κυπρίȣς ἤτȣν Σαλαμινίȣς.] Non est, ut qvidam existimat, corruptus hic Epiph locus, in mensis appellatione. Nā Ianu. ab illis Qvintus nominatur, ut à Roman. Qvintilis, Sextilis, September, &c. Sed mendum in voce πέμπτῃ subesse potius arbitror: Nisi a Janu, secundo Πέμπτον auspicati sint Salaminii. Sed verisimilius est Epiph. aut ejus librarium, cum imprudens πέμπτῃ τȣ̃ Ιανȣαρίȣ scripsisset, pro ἕκτῃ, idem in Salaminiorum mense fecisse. Apparet autem ex hoc loco Salaminios annum à Septemb. Iul. Kal. auspicatos esse: qvod Indictionis anniqve primordium Constantinopolitani postea præfixerunt.

Κατὰ Παφίȣς Ιȣ́λȣ Τεσσαρεσκαιδεκάτῃ.] Igitur Iuli mensis initium a XXIV Dec. Qvi si Iulianus fuit, credibile est ab Æqvinoctio verno circiter annum incepisse Paphios. Nam si Iulus Januarius est, mensis ab illo tertius in eum diem propemodum desinit, qvi Æqvinoctio qvondam attributus est.

Κατὰ Αραβας Αλέωμ.] In vulgaris Arabum mensibus neq; Aleom, neqve qvi posteà commemoratur Angalthabaith locum ullum habet. Sed neq; Lunares menses isti sunt; si qvidem in Ian. VI Aleom XXI incidat, qvæ tum dies erat Lunæ XII, Cyclo I. Nam Neomenia ex Ptolemaicis Mulleri Tabulis contigit Dec. 26.8.32′ Cyclo 19, anno Iuliano XLIV. De Angalthabaith idem postea demonstrabitur. Qvocirca nondum Lunarem annum ad civilem usum Arabes transtulerant. Nam cum Arabes nominat Epiphanius, majorem illius gentis potioremqve partem intelligit. Ac Scal. L. II de Emend. Temp. & Isag. Can. L. II ac III, veteres Arabes Calippica anni forma usos esse decernit, ut & Chaldæos, ac Iudæos, Arabum vero duplicem annum facit: alterum Damascenum, sive Hagarenum, cui desultorium intercalandi morem attribuit: cujus Periodus CCXXVIII annis Iulianis definit: in qva menses omnes singillatim annum inchoant, vicissimqve terminant: Alteram anni rationem omissa intercalatione solutam ac retextam ex annis Lunaribus simplicibus constituit, qvam ab Indis olim usurpatam, postea etiam ab Arabibus, præsertimq; Mahumedanis docet. Nam qvi ab Hegira numerantur anni, nullo intercalationis fræno coerciti per Iulianam seriem impune vagantur. Qvod si qvis reqvirat, unde Scaligero constet vetustos Arabes desultoriam illam intercalandi formam civili præsertim usu tenuisse, aut eandem subinde retexuisse, ac mere Lunarem prætulisse, ne unum qvidem scriptorem affert, qvi id vel levissime svadeat. Qvare dum

D. Anno Natali Christi.

De Anno Natali Christi.

Scaligeri jocularis inconstantia.

confictas illas Arabum Periodos operosissimè describit; hoc est somnia si a[...] seqvitur, & suo, & lectoris otio intemperanter abutitur. Qvo qvidem in negotio est illud sane jucundum; qvòd eandem illam Per. qvæ ex CCXXVIII Julianis annis, Arabicis verò, vel solutis CCXXXV constat, alicubi excogitatam à se dicat, alibi verò ab Arabibus, & Hagarenis ab initio Juliani anni repertam, & institutam imprudens asserat. Etenim L. II de Emend. P. 134. ubi de anno Hegiræ disserit: *Contumacissimus*, inqvit, *hic annus est neqve facilè redit in gratiam cum anno Jul. &c. Qvare nulla methodus hinc confici potest. Tutior magna Periodus, QVAM EXCOGITAVIMUS, annorum 228, enneadetæteridum duodecim.* At L. V. P. 485. ubi de eodē anno loqvitur: *Arabes*, inqvit, *Hagareni Periodum 228 annorum INSTITUERUNT ex A. D, III Iduum Martii anni Confusionis, Cyclo Lunæ* XIII. *Solis* XX. Et paulo post. *Triplicem enim periodum habuerunt: Minorem* XXX *annorum solutorum: Majorem 210 annorum: Maximam 228 annorum Solarium, 235 autem Arabicorum, qva Mubarram per totum contextum anni Solaris vagatus redit ad eandem diem.* Idem & in L. III Isag. Can. repetit. Qvid hoc homine facias, aut qvam ei demum habeas fidem, sua se ipse confessione tam apertè ac palam induit, ut cujus anni formæ ac Periodi inventorem se dicit, eam ipsam vetustissimis temporib. in usu fuisse confirmet? Sed ea mihi levia ac tolerabilia videntur, cum ad alia respicio, qvæ in utroqve illo opere temere, inconstanter, ac sine authore ullo passim effutiit; qvæ nos brevi, si Dominus dederit, in lucem apertumqve proferemus: ut qvi Chronologicis in rebus Deum illum propemodum faciunt, nihil ipsum ad eam rem præter fastum & arrogantiam attulisse discant. Postremò qvam in Antiocheni anni epocha hominis inconstantiam vidimus, eandem in Hagarenis & Arabicis hisce periodis scito esse commissam. Nam L. II de Emend. P. 116. & L. V. P. 485. Periodum Hagarenam ab anno ipso Confusionis, qvi proximè Iul. primum antecessit, Arabes inchoasse tradit, Per. Jul. 4668. In Isag. verò Canon. L. III, C. IX, P. 235, Periodi hujus Epocham eandem esse docet, qvam & Antiochensium æræ, hoc est ab anno primo Monarchiæ Julii Cæsaris, Per. Jul. 4666: qvæ secum perspicuè pugnant.

Aliud inconstantiæ Scaligerianæ specimen.

Sed his nugis omissis, verisimilius est, Epiph. saltem tempore, civilem Arabum annum Solarem fuisse, & aliis, qvàm qvi vulgò circunferuntur, nominibus menses appellatos esse. Simplicius, uti Scal. observat, à vere annum suum Arabes inchoasse scribit. Alexandrinum verò Chronicon P. 597 notat Candido & Qvadrato Coss. Petreos, & Bostrenos, qvi Arabiæ populi sunt, ab hoc ipso anno tempora sua numerare, qvi est æræ Dionysianæ CV, Trajani Imp. octavus.

Κατὰ Καππαδόκας Αταρτᾶ ιγ.] Lunaris igitur Cappadocum mensis extitit: qvandoqvidem cum Tebeth, Judaico convenit. Imo verò neuter accuratè Lunaris fuit: cum Novilunium medium Dec. 26 competat. Qvare si Judæi, *ἀπὸ τῆς συνόδου* Neomenias civiliter deduxissent, Jan. VI nonnisi XII mens. habuissent. Sin qvod aliis placuit. uti glossa C. VII Par. I. ad R. Mæmonidæ testatur, Neom. nunqvam eo die constituta, in qvem Molad incideret, neomenia Tebeth XXVII Dec. Januarii autem VI duntaxat undecima convenit. Scal. L. VI de Emend. cum de anno Natali Christi disputat, Epiph. redarguit, qvod Tebeth, pro Sebat posuerit. Sed reprehendendus ipse potius, qvi ad commentum suum de Calippica Periodo à Judæis tunc temporis observata Epiph. adstringere voluit; de qva re paulo post agetur, in Disputatione de anno Dominicæ Passionis. Fuit hic igitur mensis Tebeth, non Sebath; & est omnino ad Iudaicam illam

Periodum qvam postea ex Epiphanii mente describemus, accommodatissimus hic locus. Etsi duorum alterum accidisse suspicor, ut vel ιδʹ pro ιγʹ scripserit Epiphanius: vel qvoniam Ianuarii V pro VI imprudens usurpaverat, ad eam respiciens, XIII Tebeth adscripserit. Erat enim ex methodo nostra, Tebeth 14. Qvippe Ogdoecontatessaraeteridis annus iste fuit L, Cyclo Solis IX, Lunæ I, à Kal. Jan. anni Juliani seqventis Neomenia Nisan Apr. II, fer. IV. Erat annus simplex ordinarius. Igitur Tebeth, sive X mensis iniit Dec. XXIV. Unde Januarii V Tebeth dies erat XIII: sexto vero Jan. XIV. In qvo vides, id qvod methodus nostra repromittit, biduum ferè jam anticipasse Neomeniam civilem, cum jam dimidia Periodus effluxisset. Nam à XXVI Dec. ad XXIV retrocessit. Qvare vel hic unus locus ostendit nos Per. illam ad Epiph. rationes ἀκριβέστατα digessisse. Vide infra in illa Diatriba de Passione Domini. De Anno Natali Christi.

Κατὰ Ἀθηναίους Μαιμακτηριὼν.] Januar. Athenienses Mæmacterionem vocarunt. Qvod ne qvis errore librarii factum putet, affirmatur ex eo, qvod paulo pòst Novemb. Metagitnionem appellat. Est autem hic locus ad Attici anni, cujusmodi per illa tempora fuit, ac mensium dispositionem intelligẽdam observatione dignissimus. Primum enim Solarem annum fuisse docet consensus Mæmacterionis cum Januar. Sed videndum qvodnam anni caput fuerit. Primus Atticorum mensium Hecatombæon fuit: à qvo, si Gazæ credimus, qvartus est Mæmacterion; Scaligero verò qvintus. Utrius verior opinio sit hoc loco disqvirendum. Duo in ordinatione mensium Gazæ errata corrigit Scaliger. Alterum qvod Mæmact. IV loco posuerit, eiqve Pyanepsionem subjecerit: Alterum, qvod Anthesterionem post Pyanepsionem collocaverit, instante jam hieme. Contra qvæ Scaliger Anthesterionem vernum mensem esse, & μετὰ χειμῶνα statuit; unde post Γαμηλιῶνα constituit; Mæmacterionem vero præcipitanti jam Autumno tribuit, qvintum ordine, & à Pyanepsione proximum. Utriusqve sententiæ, ut à lectore facilius percipiatur, Laterculum subjecimus.

MENSES ATTICI.

Ex Theodoro Gaza	Ex Scaligero.
Θερινοί	Θερινοί
Εκατομβαιών	Εκατομβαιών
Μεταγειτνιών	Μεταγειτνιών
Βοηδρομιών	Βοηδρομιών
Οπωρινοί	Οπωρινοί
Μαιμακτηριών	Πυανεψιών
Πυανεψιών	Μαιμακτηριών
Ανθεστηριών	Ποσειδεών
Χειμερινοί	Χειμηρινοί
Ποσειδεών	Γαμηλιών
Γαμηλιών	Ανθεστηριών
Ελαφηβολιών	Ελαφηβολιών
Εαρινοί	Εαρινοί
Μουνυχιών	Μουνυχιών
Θαργηλιών	Θαργηλιών
Σκιρροφοριών	Σκιρροφοριών

De Anno Natali Christi.

In hac Atticorum mensium recensione qvædam rectè Scaliger adversus Gazam defendit; alia perperam ac falsò. Qvod enim Anthesterionem verno tempori adscribit, non inclinativam Autumno, præclarè facit. Sed de Mæmacterione, ac Posideone parum commodè sensisse mihi videtur. Primùm Boëdromioni Pyanepsionem, non Mæmacterionem adjungit, idqve compluribus argumentis persvadere nititur: qvæ omnia, si unius Harpocrationis testimonium excipias, irrita sunt & inania. Sic autem ratiocinatur: Pyanepsion, ut author est Plut. Tract. de Iside, congruit Athyr, hoc est Novembri. Posideon autem est Januarius ut Plut. in Cæsare scribit; cum semper post brumam incipiat. Atqve idem Plut. in Demost. tres istos menses continuat, Metagitnionem, Boëdromionem, Pyanepsionem. Cum igitur & Pyanepsion sit November, & Posideon Januarius, nullus alius Decembri congruere potest præter Mæmacterionem. Ad hæc Diodorus L. III continuat hos duos menses Mæmacterionem, & Posideonem.

Sed ejusmodi est ratio Scalig. ut ad contrariam Gazæ sententiam approbandam aptior excogitari nulla possit. Nam si Pyanepsion Novembri respondet, Hecatombæon autem Julio, ut eidem Scalig. placet, Metagitnion Augusto, Boëdromion Septembri, qvis Octobrem alius præter Mæmacterionem sibi vendicabit? Pessimè itaq; qvartam illi sedem attribuit, ac τ̃ ὀπωρινῶν primum facit, si Novemb. congruit. Sane Pyanepsionem qvintum potius qvam IV esse numerandũ ex eo colligitur, qvod hiemi qvoq; tribuatur. Nam Thesmophoria Pyanepsione mense fiebant, ut Plut. in Demost. significat. Thesmophoria porrò in hiemem incurrere testatur Aristophanes Θεσμοφοριαζούσαις. Apud qvem Agathonis servus de Thesmophoriorum tempore sic loqvitur

αὐτὸς γὰρ ἔξεισι τάχα
Καὶ γὰρ μελοποιεῖν ἄρχεται, χειμῶνος ὢν
Οντος κατακάμπτειν τὰς στροφὰς οὐ ῥᾴδιον
Ην μὴ προσήῃ θύραζε πρὸς τ̃ ἥλιον.

Accedunt rationes aliæ, qvas à Theodoro propositas Scaliger dissimulat. Ut inter alia, qvòd Arist. L. VI de Hist. Anim. Cap. XXIX Boëdromioni Mæmacterionem subjungit, ubi de cervorum initu loqvitur: ἡ δὲ ὀχεία γίνεται μετ' Αρκτοῦρον περὶ τὸν Βοηδρομιῶνα, καὶ Μαιμακτηριῶνα. Qvi locus Scalig. silentium indicit, & Gazæ opinionem astruit. Duo enim ex iis verbis rectè concludit. Alterum, Mæmacterionem paulo post Arcturi ortum incipere: alioqvi frustra Mæmacterionem Boëdromioni subjiceret. Arcturus autem circa Autumnale Æqvinoctium oritur. Nam Theophrastus κερωνίαν florêre dicit περὶ Αρκτοῦρόν τε, καὶ ἰσημερίαν. Galenus insuper; ἔστι μὲν, inqvit, ὡραιότατον τ̃ ἐλάτης τὸ σπέρμα περὶ τ̃ ἐπιτολὴν τοῦ Αρκτούρου· ὅς τις καιρὸς ἐν Ρώμῃ ὁ καλούμενος μὲν Σεπτέμβριός ἐστι. Qvare modicum à Septembri distare Mæmacterionem necesse est. Alterum, qvod Gaza colligit, est: Mæmacterionem Boëdromioni proximum esse. Nam qvoties duos menses ita copulat, ut aliqvid præsertim circa tempus certum accidere illis mensibus dicat, continuos esse menses ostendit. Ita cum de bobus agit: ἄρχονται τ̃ ὀχείας αἱ βοῦς περὶ τ̃ Θαργηλιῶνα μῆνα καὶ Σκιῤῥοφοριῶνα. Multo magis, cum præterea certum tempus & cardinem adjungit; ut περὶ τροπὰς, & περὶ τ̃ Αρκτοῦρον. Tùm enim προσεχεῖς illi menses habendi sunt. Præterea L. VI, C. XII scribit idem Aristoteles imbecilliora qvæqve

tam in piscium, qvàm in avium genere appetente frigore prius in commodiora loca migrare; ut coturnices ante qvam grues. τὰ μὲν γὰρ μεταβάλλει τοῦ Βοηδρομιῶνος, τὰ δὲ τοῦ Μαιμακτηριῶνος. At verò grues mense proximo ab eo, qvo coturnices avolant, migrare cernimus. Est igitur Mæmacterion Boëdromioni proximus. Postremò idem Aristoteles L. VI, C. XI scribit inter γαλεοὺς, qvos mustelos Gaza vocat, eum qvi ἀστερίας dicitur, ἄρχεσθαι ὀχεύεσθαι Μαιμακτηριῶνος μηνός. Qvod statim post Æqvinoctium contingere piscatores testantur. Jam qvod ad Plutarchum spectat, qvi cum Boëdromione Pyanepsionem continuat, errat profecto Scaliger. Plutar. enim paucis mensibus post reditum in patriam vixisse Demost. scribit. Nam Metagitnione mense prælium ad Cranonem contigit; Boëdromione vero præsidium in Munichiam introductũ, Pyanepsione demum obiit Demosthenes. Non dicit seqventi post Boëdromionem mense mortuum esse: Potuit igitur, medius intervenire Mæmacterion. Idem & de Diodori loco judicium esse debet, qvi ita scribit: ἀπὸ μηνὸς ὃν καλοῦσιν Ἀθηναῖοι Μαιμακτηριῶνα τὴν ἑπτὰ τῆς νυκτὸς τὸν ἄρκτον ἀστέρων οὐδένα φασὶν ὁρᾶσθαι μέχρι τῆς πρώτης φυλακῆς, τῷ δὲ Ποσειδεῶνι μέχρι δευτέρας. Non enim continuo post Mæmacterionem Posideonem seqvi declarat: cùm & verba ista, ἀπὸ Μαιμακτηριῶνος, de mense non absoluto possint accipi, cui sit proximus alter, hoc est Pyanepsio. Ita demum res eo redigitur, ut præter Harpocrationem sententiæ suæ vindicem habeat neminem. Scribit enim in Lexico Mæmacterionem πέμπτον εἶναι μῆνα. Sed vel τέταρτος pro πέμπτος rescribendum; vel si nihil hîc à librario peccatum est, non dubium est qvin pluris apud nos Aristotelis & Plutarchi, qvam Grammatici unius authoritas esse debeat. *De anno Natalis Christi.*

Seqvitur immanis Scaligeri stupor, dum Posideonem ita cum Januario comparat, ut post brumam incipiat, qvo nihil falsius. Aristoteles L. V. C. IX, de Thynnide. ἔστι δὲ ὁ μὲν πρῶτος τόκος περὶ τὸν Ποσειδεῶνα πρὸ τροπῶν. Theophrastus L. VII, C. I. de diverso sementis tempore χειμερινοῦ γὰρ δέχεται μετὰ τροπὰς θερινὰς τοῦ Μεταγειτνιῶνος· τοῦ δὲ δευτέρου πάλιν μετὰ ἡλίου τροπὰς χειμερινὰς τοῦ Γαμηλιῶνος μηνός. Incidit igitur Posideon ante Solstitium hibernum, Gamelion post Solstitium. Plutarchus autem in vita Cæsaris Posideonem cum ineunte duntaxat Januario confert; Χειμῶνος ἐν τροπαῖς ὄντος, ἱσταμένου Ἰανουαρίου μηνὸς (οὗτος δ' ἂν εἴη Ποσειδεὼν Ἀθηναίοις.) Nam Lunaris Posideon nonnunqvam Januarii partem aufert. Idem & Suidas perspicuè docet, his verbis: Ποσειδεὼν μὴν παρ' Ἀθηναίοις οὕτω καλούμενος Δεκέμβριος. Qvod verò Γαμηλιὼν proximum à Solstitio locum habeat, declarat Aristot. I. Meteor. C. VI. Ἐπὶ δὲ Ἄρχοντος Ἀθήνησιν Εὐκλέους τοῦ Μόλωνος ἐγένετο κομήτης ἀστὴρ πρὸς ἄρκτον, μηνὸς Γαμηλιῶνος περὶ τροπὰς ὄντος τοῦ ἡλίου χειμερινάς. Hæc nobis paulo accuratius demonstranda fuerunt, qvod & Epiphanii locus ita postularet, & qvod indignè ferrem eruditos nonnullos à Scaligero in eundem errorem inductos. E qvibus unus asserit, imperitè omnes ante illum Mæmacterionem qvartum mensem numerasse. Qvi qvidem tot convictus rationibus cedat necesse est, & qvod à Scaligero didicerat; tandem aliqvando dediscat. Cætera qvæ ad Atticorum mensium disputationem & multa, & exqvisita dici possent, suum locum habebunt in eo opere, qvo Temporum doctrinam à Scaligeri somniis DEO aspirante vindicabimus. *Alius ejusdem Scaligeri error.*

De anno Natalis Christi. Duplex genus mensium Atticorum.

Illud unum Lectorem necesse est admoneri, eosdem illos Atticos menses aliàs Lunares esse, aliàs non Lunares, sed tricenarios, vel certe Julianos. Si Lunares, certam nullam in Juliano contextu sedem obtinent: sed ultro citroqve vagantur. Qvæ varietas efficit, ut non iisdem Julianis mensibus à Scriptoribus imputentur. Epiphanius hic de tricenariis, aut utiqve Julianis loqvitur, de qvo paulo post agemus. Caput anni, si vera sunt, qvæ pro Gazæ sententia supra disseruimus, ab Octobri Juliano deducitur. Nam Metagitnion in Novembrem convenit. Ergo Hecatombæon Octobrem occupat, a qvo mense Syromacedonicam Periodum orditur Scaliger. Videntur post Constantinianas Indictionesnovum illud Juliani anni primordium statuisse, & Hecatombœonem in Mæmacterionis locum subrogasse. Alioqvin nihil est certius, qvàm Hecatombæonis περὶ τὰς τροπὰς θερινὰς collocatum fuisse. Lunaris enim Hecatombæonis Neomenia fuit illa, qvæ Solstitio propior esset, tam antè, qvam post Solstitium; id qvod adversus Scaligerianos alio loco probabitur. At in Juliana, sive fixa stabiliqve anni forma Hecatombæon hæsit in Julio; reliqvi seqventes Iulianos menses obtinuerunt. Plutarchus cum Atticorum mensium meminit nonnunqvam fixos illos ac Iulianos intelligit. Qvod autem eorum seriem Athenienses retexuerint, & Hecatomb. statione dimoverint, haud scio an ex alio scriptore, qvam ex hoc Epiphanii loco constare possit.

Πρὸ ἓξ εἰδῶν Νοεμβρίων.] Neomenia Athyr Actiaci, vel Diocletianei convenit V Kal. Nov. hoc est Octo. XXVIII. Ergo duodecimus Athyr, Novembris octavo, sive VI Eid. Nov. qvod & Num. XVI suprà dixerat, LX die ante Epiphania. Perperam itaqve postea, N. XXVIII, πρὸ ὀκτὼ εἰδῶν Νοεμβρίων à Librario scriptum.

Κατὰ Σαλαμινίυς.] Neomenia Choiac incidit III Novem. qvem mensem tertium appellat: sive qvod plures ejusdem nominis essent, ut apud recentiores Arabes duo Rabiu sunt, totidemqve Giumediu; sive qvòd ordine tertius esset. Unde & qvintus in Ianuarium incurrit. A III Nov. ad Kal. Ian. comprehensis Kal. ipsis, dies sunt solidi LX, qvi menses duos tricenarios efficiunt. Nam II Ianuarii πέμπτος mensis inuit. Videntur Salaminii æqvabilem, & Ægyptiacam mensium asciviſſe.

Κατὰ Παφίυς.] Apogonici Neomenia cœpit Octob. XXIV. Iulus iniit Dec. XXIV. A die XXIV Oct. ad XXIII Dec. dies sunt LXI, qvi sunt duo Paphiorum menses. Qvare Apogonicus Paphiorum fuit November; Iulus, December.

Κατὰ Ἄραβας.] Neomenia Angalthabaith Octobris XVIII competit: à qvo die ad XVI Dec. dies sunt LX, sive duo menses Ægyptiaci: qvibus usi sunt Arabes illis temporibus. Nam Neomenia Aleon paulo ante cœpit Decembris XVII.

Κατὰ Μακεδόνας Ἀπελλαίυ.] Macedonici mensis, cùm de tempore Natalis ageret, mentionem omisit. Convenit porro Apellæi Neomenia cum Paphiorum Apogonico. Nam utraqve iniit Octobris XXIV. Sed neutra Lunaris extitit. Apud mediæ vetustatis scriptores, præsertim Christianos, nonnunqvam Macedonici menses cum Syromacedonicis, qvos & Græcorum menses appellant, confundi videas; ut in insigni illo Anatolii loco, qvem

in ſeqventi Diatriba declarabimus, aliàs verò diſcerni, ut hoc loco fecit Epiphanius. Et certè Syromacedonicorum menſium alius in anno Juliano ſitus, qvam Macedonicorum fuit, non modo veterum, qvos Lunares fuiſſe ſuſpicamur, ſed etiam recentiorum, ac fixorum. Ac poſteriorum qvidem, hoc eſt Macedonicorum, apud antiqvos ſeries obſcura eſt, ac difficilis, qvòd de ea variè præſtantiſſimi ſcriptores exiſtimaſſe videantur. Sed omiſſa modò qvæſtione, vel in aliud potius dilata tempus; ſic omninò ſtatuo: Principem menſium Locum extitiſſe, qvi Hecatombæoni reſponderit: qvod in Alexandri vita teſtatur Plutarchus. Galenus qvoqve in Lib. I. Epidem. Æqvinoctium Autumnale κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ Δίου μηνὸς fieri ſcripſit; ineunte verò Peritio, Solſtitium hibernum: Æqvinoctium vernum, Artemiſio: æſtivum Solſtitium, Loo. Qvod vel de Julianis, ac fixis menſibus accipi poteſt; vel de Lunaribus, eo videlicet ſenſu, ut ſub qvatuor illos anni cardines totidem illi menſes ineant. Favet huic conjecturæ Joſephus; qvi perſæpe Xanthicum, Niſan eſſe dicit: ut Origen. Lib. I. Cap. III, & Lib. III Cap. IX, & X. Libro verò VIII Cap. II Ijar cum Artemiſio componit: Libro VIII Cap. III Hyperberetæum cum Tiſri: Dium cum Marcheſuvan Lib. I. Cap. III: Chaſleu cum Apellæo Lib. XII Cap. VII. Adde iis Aſtronomica qvædam exempla in Chaldaica Periodo apud Ptolemæum. Qvæ omnia alibi diligentius explicantur. Inter Macedonicorum menſium ex iis omnibus ordo iſte conſtituendus eſt.

De Anno Natali Chriſti.

Menſes Judaici	Menſes Macedonici	Menſes Attici	Menſes Iuliani, qvibus fere cæteri reſpondent.
Niſan	Ξανθικὸς	Ἐλαφηβολιών	Martius
Ijar	Ἀρτεμίσιος	Μουνυχιών	Aprilis
Siuvan	Δαίσιος	Θαργηλιών	Majus
Thamuz	Πάνεμος	Σκιρροφοριών	Iunius
Ab	Λῶος	Ἑκατομβαιών	Iulius
Elul	Γορπιαῖος	Μεταγειτνιών	Auguſtus
Tiſri	Ὑπερβεταῖος	Βοηδρομιών	September
Marcheſuvan	Δῖος	Μαιμακτηριών	October
Chaſleu	Ἀπελλαῖος	Πυανεψιών	November
Thebeth	Αὐδυναῖος	Ποσειδεών	December
Schebath	Περίτιος	Γαμηλιών	Ianuarius
Adar	Δύστρος	Ἀνθεστηριών	Februarius.

At in Epiſtola Philippi Macedonum regis, qvæ eſt apud Demoſt. περὶ στεφάνου, Lous cum Attico Boedrom. componitur: ut alius per illa tempora menſium apud Macedonas contextus fuiſſe videatur. De qvo aliàs. Nunc illud, qvod dixi, ex Diagrammate conſtat, Macedonicos menſes uno tere menſe Syromacedonicis anteriores eſſe. Nam Xanthicus exempli cauſſa

De anno Natali Christi. Syromacedonum est Aprilis Julianus: Macedonicus verò tametsi cum Lunaris est Aprili nonnunqvam respondeat, sæpius tamen in Martium incurrit, majoremqve illius partem occupat. Cæterum apud Epiphanium hoc in loco pro Ἀπελλαίου ιϛ´, Scaliger Lib. V de Emendat. Pag. 482 B. corrigit Ἀπελλαίου ϛ´. Qva ratione Apellæus Macedonicus Novembris III cœperit. Qvod verúmne sit nescio.

Κατὰ Ἀθηναίοις Μεταγειτνιῶνος ἑβδόμη.] Constat ex iis, qvæ paulo ante disputata sunt, Mæmacterionem ab Hecatombæone esse qvartum: qvod & hic locus evidenter demonstrat. Nam Metagitnion proximus est ab Hecatombæone. Igitur Epiphanii sæculo Hecatombæon October erat, Mæmacterion Januarius. Neomenia Mæmacterionis congruit Kal. ipsis Januarii. Nam VI Mæmact. eadem est Januarii VI. Atqvi Neomenia Metagitnionis non convenit Kal. Nov. Qvippe VIII Nov. VII duntaxat est Metagitnionis; nisi mendum sit in Epiphanii codice. A secunda Nov. ad ultimam Dec. dies sunt LX, menses Atheniensium duo. Proinde non Julianis, sed æqvabilibus, & Ægyptiacis mensibus usi sunt Athen. cum primum fixum, & stabilem annum adhibuerunt. Imo verò idipsum apud illos antiqvissimam fuisse non primus Scaliger, ut gloriatur; sed Gaza ante illum docuit Lib. de mensibus, ubi de Anno disputat. Etenim annus (inqvit (apud illos erat duplex; alter dierum CCCLX, cujus in fine appendices V dies inserebantur, ad qvos qvarto qvoqve anno dies unus accedebat. Alter Lunaris fuit. In priore forma tricenarii menses erant, ad modum Ægyptiaci anni; ultimus mensis V vel VI diebus auctior erat. Hæc Gaza. Qvod utrum priscis illis temporibus usu populari receptum fuerit, alibi disseritur. Post Julianam qvidem editionem, atqve Epiphanii sæculo, ejusmodi annum observatum Athenis fuisse, ex hoc Epiphanii loco conjici potest. Ut enim Ægyptiacus annus mensibus tricenariis constans, cum hactenus diei intercalaris omissione per Julianum annum evagaretur, recepto anno Juliani typo, tricenarios menses nihilominus retinuit, cum ἐπαγομέναις V, & interdum VI: ita credibile est Athenienses in anno suo fecisse; ut tricenis duntaxat diebus singuli menses decurrerent, nec ad Julianorum mensium descriptionem qvadrarent. Scaliger qvidem IV de Emendat. Pag 227. ubi de anno Juliano Athen. agit, hos ipsos putat non modo Julianum annum, hoc est Solarem & fixum; verum etiam Julianos menses admisisse, & Hecatomb. Neom. Kal. ipsis Julii convenire. Sed in eo probando mirum qvam inscitè imperiteqve versetur. Sic enim disputat: Lucianus in vita Peregrini statim post Olympiacum ludum, cum adhuc freqvens mercatus esset, circa mediam noctem Peregrinum se in rogum iniecisse narrat, commodùm exoriente Luna. Contigit Peregrini mors Eusebio teste Olymp. *Scaliger notatur.* CCXXXVI, Cyclo XIV. Igitur Julii XVII Luna erat XX, aut XXI, & ideo circa mediam noctem oriebatur. Atqvi Olympiacus agon celebrari solebat XV die mensis primo. Itaqve cum eo sæculo Hecatombæon idem esset, qvi Julius, XV Julii celebratus est agon, & tertio die à certamine finito Luna erat XX. En Criticum hominis acumen. Demonstrandum erat: Hecatombæonem Atticum fixum fuisse in Kal. Iuliis. Ad id Luciani testimonium Hecatombæonem pertinet, profert, qvod ad rem nihil omnino per-

tinet. Si qvid enim ex eo de Neomenia mensis efficitur, ad Elidensium non ad Atheniensium annum ac mensem refertur. Nam in Elide non Athenis gesta sunt, qvæ à Luciano narrantur. Deinde illum ipsum Luciani locum qvàm negligenter attigit! Non enim scribit, circa mediam noctem exortam esse Lunam, sed amicum illum, ad qvem diverterat, circa mediam noctem ad id spectaculum profectum περὶ μέσας νύκτας ἐξαναστὰς ἀπῄει εὐθὺ τῆς Ἁρπίνης, ἔνθα ἦν ἡ πυρά, στάδιοι πάντες ὡς εἴκοσιν ἀπὸ τῆς Ὀλυμπίας κατὰ τὴν ἱππόδρομον. Mox verò subjicit: καὶ ἐπειδὴ ἡ Σελήνη ἀνέτελλεν, &c. προσθεῖσιν ἐκείνου. Accidere itaqve potuit, ut duabus, vel tribus horis à media nocte jam elapsis apparere Luna cœperit. Sed neqve tertio vel secundo potiùs, qvam IV vel V à celebritate die istud evenisse debuit. Scribit enim Lucianus finitis jam Olympiacis ludis, Peregrinum diem de die trahentem, demum certam in noctem condixisse. ὁ δὲ ἀεὶ ἀναβαλλόμενος νύκτα τὸ τελευταῖον προειρήκει ἐπιδείξασθαι τὴν καῦσιν. Ad hæc qvis Scaligerum docuit, XV Juliani mensis, hoc est Julii, non autem Lunaris, Olympiacos illos agones de more celebratos esse? Qvam hæc vana & ἀνάρμοστα sint nemo non videt. Certè Calvisius Olympiadem illam CCXXXVI Augusti XII non Julio peractam existimat. Qvi & ipse tamen puerili prorsus errore in illa Peregrini historia sese traduxit: dum scribit Peregrinum Christianum esse factum anno Christi LXXIII Olymp. CCXIII. In qvo centum propemodum annis aberrat: Nam Peregrini mors incidit in Olym. CCXXXVI, annum Christi CLXV, Vixit autem Herodis Attici tempore sub M. Aurelio Antonino, ut ex Philostrato Lib. II de Vit. Soph. in Herode colligitur; nec non & ex Luciano in illius vita.

De Anno Natali Christi.

Calvisii error suppinus.

Κατὰ Ἑβραίους Μαρεσουάν.] Epiphanius Christi baptismum assignat ei anno, qvi Coss. habuit Silvanum, & Nervam, qvi est Iulianus LXXIII, Novembri mense, cum XXIX annos, menses X implesset. Novilunium medium hoc anno incidit in Nov. VI, horis aliqvot post initium noctis, Cyclo X. Qvare si Novembris dies VIII Marchesuvan Judaici dies est VII, Neomenia Judaica iniit Novem. II, & V solidis diebus Novilunium antecessit. Nam Iudaicè Novilun. qvadrabat in Novembris VII, feria I. Sed non puto tantum ab illis dissimulatam fuisse Lunarem προσήγησιν. Et erratum fortassis est, ut pro ἑβδόμῃ, τρίτῃ vel δευτέρᾳ, vel certè τετάρτῃ legendum sit: qvo tolerabilis Neomeniæ labes intercesserit. Qvin & alius error est in mensis appellatione. Non enim Marchesuvan, sed Casleu esse debet, si modo Lunaris ille mensis fuit. Qvod qvidem fieri non potest, si integer sit hic Epiphanii locus & Judaici mensis sexta Novilunium commissum fuerit. Qvid si aut Judæi tunc temporis, aut Epiphanius ipse Judaicorum mensium vocabula Iulianis mensibus tribuerit? Ac tunc October Tisri, November Marchesuvam fuerit. Sed hujus rei præter conjecturam nihil habemus.

N. XXV. Τὸν γὰρ πρῶτον ἐνιαυτόν.] Priore τῆς κηρύξεως anno neminem adversatum esse Christo neqve verum est, neqve ex Epiphanii, vel eorum omnium, qvi tria duntaxat Paschata numerant, opinione defendi potest: ut ad N. XXVIII demonstrabitur: ubi qvæ hoc loco dicuntur diligentiùs excutienda sunt.

DE ANNO ET DIE DOMINICÆ PASSIONIS AD HÆRESIN LI, DIATRIBA ALTERA.

VARIÆ PRISCORUM SENTENTIÆ DE ANNO PASSIONIS.

OMNIS qvæ de aliqva re instituitur disputatio certis ex rebus, minimeqve dubiis debet proficisci; qvæ aut per sese ipsæ veræ sint, aut inter eos, qvi disputant, pro veris, ac confessis habeantur. Qvamobrem qvi verum passionis annum indagare student, imprimis ea, qvorum certa sit fides, eligere debent, ac principiorum sive ἀξιωμάτων loco ponere. Ac sunt nonnulla, de qvibus Christiano dubitare nefas omninò videatur: cujusmodi ista sunt: Sub Tiberio Cæsare ac Procuratore Pontio Pilato passum esse: Tùm verò Parasceve Sabbati sive feria VI: aut si qvid aliud est, qvod sacrorum Librorum auctoritas confirmat. Qvibus si contenti eruditi homines fuissent, neqve suis nos opinionibus, ac conjecturis, tanqvam scripturæ, aut Ecclesiæ decretis, adstrinxissent, multo & veritati melius, & posteritati consuluissent. Sed est genus hominum, qvi ea qvæ consensu recepta vulgi, & aliqvot abhinc sæculis authoritatem nacta, non nimis vetera, ac diligenter excussa sunt, timidè nimis deosculantur, ac propemodum serviliter; eorumqve fidem, & assensionem ab invitis exprimere, ac pro Ecclesiæ dogmatibus conantur obtrudere. Qvorum est quidem hac in parte commendandum studium, qvòd cùm in ea tempora inciderimus, qvibus magna est novitatis hominibus injecta cupiditas, ne ad religionis fideiqve damnum publicæ ille insaniæ morbus erumperet, in eam partem peccare maluerunt, qvæ est cautior. Verùm uti pio homini, ac catholico magna est vetustatis habenda ratio; in iis verò qvæ ab Ecclesia sancita sunt, ne levissimè qvidem hæsitare licet; ita magnoperè illud cavendum, ne pro veteribus, & sacrosanctis habeantur illa qvæ paucis abhinc sæculis emerserint: neve ad falsitatis patrocinium speciosum illud Ecclesiæ, ac publicæ consensionis nomen transferatur. Qvam qvidem Ecclesiasticæ authoritatis adscribendæ licentiam cùm in aliis impunè versatam, tùm in ea, qvam tractamus, Natalis, ac Passionis Dominicæ qvæstione grassatam animadvertimus. In qva plurima velut ex communi Ecclesiæ deprompta fide jactari solent qvæ aut falsa sunt, aut falsorum simillima.

Beda decretum excutitur. Ne longè exempla repetamus, occurret Bedæ sanctissimi hominis, & eruditissimi decretum illud, qvod in hunc locum distulimus. Hic igitur Cap. XL Libri de Temporum ratione, de ætate, ac Passione Domini in hæc verba pronunciat. *Habet enim nisi fallor, Ecclesiæ fides, Dominum in carne*

paulo plus minus quàm XXXIII annis usque ad sua tempora Passionis vixisse: quia videlicet XXX annorum fuerit baptizatus; sicut Evangelista Lucas testatur, & tres semis annos post baptisma prædicaverit. Subjicit deinde: *Sancta siquidem Romana & Apostolica Ecclesia hanc se fidem tenere & ipsis testatur Indiculis, quæ suis in cereis annuatim inscribere solet, ubi tempus Dominicæ passionis in memoriam populis revocans, numerum triginta semper & tribus annis minorem, quàm ab ejus Incarnatione Dionysius ponat, adnotat. Denique anno ab ejus Incarnatione juxta Dionysium DCCI, Indictione XIV, fratres nostri, qui tunc fuere Romæ, hoc modo se in Natali Domini in cereis S. Mariæ scriptum vidisse, & inde descripsisse referebant: A Passione Domini nostri JESU Christi anni sunt DLXVIII,* &c. Addit postea: *Nam quod Dominus XV Luna feria VI crucem ascenderit, & una Sabbatorum, id est die Dominica resurrexerit à mortuis, nulli licet dubitare Catholico,* Hæc ille. Duo hîc, fidei, atque Ecclesiæ decreta proponuntur: Alterum, Christum Dominum ætatis anno XXXIII jam expleto, XXXIV verò inchoato, passum esse: æræ videlicet Dionysianæ XXXIV: quia cùm XXX ætatis anno baptizatus fuerit, tres deinde annos cum semisse vixit: Unde XXXIV anno mortem obierit oportet. Quare hinc etiam aliud Ecclesiæ dogma nascitur: Christum quatuor peregisse Paschata, quorum in postremo mortuus est. Alterum Ecclesiæ decretum, *de quo nulli fas est dubitare Catholico,* ejusmodi ponitur: *Christum XV Luna passum esse.* Hunc Bedæ locum, velut firmissimum quoddam Chronologiæ munimentum usurpare identidem optimi viri, ac doctissimi solent, eoque potissimum telo superior illa Dekerii nostri sententia in Annalibus oppugnatur. Verùm illo ipsò loco pugnantia secum ac contraria Beda profitetur. Etenim qui vixisse tot annis quempiam asserit, eum, opinor, annum primum numerat, quo in lucem editus est, non eum complectitur, quo in matris utero fuit. Hunc igitur si Beda velit excipere, cum is sit æræ Dionysianæ primus, ut suprà declaravimus tres ad triginta supererunt anni, quorum in ultimo Christus passus est, æræ tricesimo quarto. Itaq; nō amplius, quam XXXII annis, mensibus tribus Christus vixerit, contra illud Ecclesiasticæ fidei decretum.

Sed manifestius implicat sese, dum ita concludit: *Quoniam DXXXII annis circulus Paschalis circumagitur, his adde XXXIII, vel potius XXXIV, ut illum ipsum quò passus est Dominus, attingere possis annum, fiunt DLXVI. Ipse est ergo annus Dominicæ Passionis, & resurrectionis à mortuis: quia sicut DXXXIII primo, ita DLXVI tricesimo quarto per universos Solis & Lunæ concordat discursus.* Omninò statuit anno æræ Dionysianæ DLXVI, qui est Cycli DLXVII, easdem Neomenias ac ferias recurrisse quæ erant anno æræ XXXIV, Cycli XXXV. Ex quo ita colligit: *Et ideo Circulis beati Dionysii apertis, si DLXVI ab Incarnatione Domini contingens annum, XIV Lunam in eo IX Kal. Apr. feria V repereris, & diem Pascha Dominicum VI Kal. Apr. Luna XVII, age DEO gratias, quia quod quærebas, sicuti ipse promisit, te invenire docuit.* Quis hæc à Beda per ironiam dicta suspicetur? quod Bridefertus Ramesiensis in Scholiis adnotavit. *Ironicè,* inquit, *dicit hoc, dum nullo modo invenitur.* Sed hæc Scholiastes ipse ridicule. Neque enim ridendi caussam ullam habuit Beda, cum ista scriberet: Quin ut ex toto illo capite liquet, quid sentiret ipse planè aperteque significavit. Atqui ejusmodi illa sunt, ut per ironiam esse dicta plurimùm Bedæ

De annorum die Dominicæ Passionis.

Beda reprehenditur.

De anno ac die Dominica Passionis

ipsius interfuerit. Sunt enim absurdissima. Qvippe anno Christi XXXIV, Cyclo Solis XV, Lunæ XVI, Litera Dom. C, Novilunium Nicænum (qvod, ut sæpe monui, olim etiam ad Christi sæculum accommodabant) contigit Martii VIII; Luna decimaqvarta, XII Kal. Aprilis, sive Martii XXI; Pascha V. Kal. Apr. sive Martii XXVIII, ut ex Dionysii, ac Bedæ Cyclis apparet. Iidem characteres anno DLXVI congruunt. Non igitur annis istis Luna XIV incidit in IX Kal. Apr. feria V, Pascha verò in VI Kal. qvod ut eveniat, Cyclus esse debet Lunæ XIII, Solis XXI, hoc est Christianæ æræ XII. Qvamobrem ut vera sint, qvæ à Beda traduntur; non XXXIV ætatis anno, sed XII mortuum esse Christum oportet. Sed utcunqve adscripti à Beda Martii dies habeant sese: si anno illo XXXIV passus est Christus, non potest Luna XV id accidisse. Nam Nicæna XIV qvæ Christi tempore XIII erat, convenit Martii XXI, feria I. Unde feria secunda passus erit Dominus Martii XXII.

Bedæ locus difficillimus expenditur.

Jam qvod ad Bedæ locum spectat, in qvo scribit anno Dionysiano DCCI adnotatum fuisse annum à Passione Domini DCLXVIII, Indictione XIV; in Annalibus librariorum culpa DCCI pro DCCII irepsisse creditur: qvod maximè miror. Nam DCCII anno non XIV Indictio, sed XV competit, qvæ ab antecedente Sept. cœpit. Unde multo est verisimilius Natalem illum, qvo in cereis ista legerunt Monachi, fuisse XXV Decembris anni Dionysiani DCC, à qvo die Christi anni numerari qvondam solebant. Sed hoc pacto anni Passionis ab antecedente Natali, hoc est tribus fere ante diem ipsum Passionis mensibus, inchoandi sunt. Nam si è DCC absolutis triginta tres solidos deducas, restabunt DCXLVII absoluti. Ideo DCCI iniens est DCLXVIII perinde iniens, qvi à Natali septingentesimo Dionysiano Indict. XIV incipit. Qvòd si ipso anni DCCI Natali iniret, esset non XIV Indictio, sed XV. Ac fieri qvidem potest, ut Romana Ecclesia temporibus illis Christum ætatis anno XXXIII passum esse censuerit. Ita namqve septingentesimus exiens incidet in annum Passionis DCLXVIII; si nimirum XXXIII, primus Passionis habeatur, qvod fortasse verius est. Qvanqvam de illo Bedæ loco cogitandum amplius est. Qvod enim ipsum à Natali annum auspicari volumus; id qvod, nisi mendosa verba sunt, necessarium videtur, cum Dionysiana epocha minùs qvadrat; qvæ à Martio mense inire consveverat. Atqvi DCCI annus in Natali Indictionem habet XV. Qvocirca vel Indictiones Romanæ jam tum à Januario inchoatæ sunt, & in ultimum Decembris diem desitæ; vel pro DCCI apud Bedam DCC legendum; qvemadmodum legisse Scholiastes videtur; vel deniqve Indictio XV pro XIV substituenda. Qvod si DCC annum Beda scripsit, tum utiqve XXXIII anno ab Incarnatione passus erit Dominus, ætatis XXXII ineunte. Paulus Forosempron. Lib. IV Paulinæ, DCCI qvidem annum hoc in Bedæ loco posuit; sed à Passione DCLXIX, non DCLXVIII. Ex qvo idipsum, qvod modò significavimus, colligit, Christum ex illorum sententia passum esse ætatis anno XXXI, cum tribus mensibus. *Etenim anni,* inqvit, *à Passione, & Incarnatione eodem die inchoantur; hoc est ab VIII Kal. Apr. Ergo necesse est secundum Bedam totum illum annum, qvi erat* DCCI *ab In-*

ab Incarnatione, esse à Passione DCLXIX. *Detrahe jam annos* DCLXIX *à* DCCI, *restabunt anni* ,XXII *ab Incarnatione ad Passionem Deductis mensibus novem, passus est Christus anno* XXXI *cum tribus mensibus.* Hæc ille. Verùm repugnat Indictio, nisi aliter locus emendetur. Ex iis omnibus validissimè Bedæ illa sanctio refellitur, qvâ ex Ecclesiæ fide Christum putat mortuum anno XXXIV, vixisseqve annos XXXIII, menses III. Quam qvidem opinionem *neminem se, qvi qvadraret, reperisse* Paulus Middelburg. affirmat: Qvin & Bedam à seipso dissentire, qvi in Chronico, sive Lib. de sex Ætatibus Augusto annos LVI, & sex menses assignat: Tum Christum anno illius XLII in hunc mundum advenisse scribit; anno Urbis DCCLII; Olymp. CXCIV anno tertio: Passum verò Tiberii XVIII. Unde conseqvens est vixisse sub Augusto annos XIV, menses IX; sub Tiberio annos XVII, menses VI. Colliguntur anni XXXII, menses III ab Incarnatione; à Nativitate anni XXXI, menses III. Qvocirca Veteres Middelburgensis existimat Christo in carne tribuisse annos XXXIII nondum absolutos; *sed non ad Bedæ sensum qvi hos annos extra uterum à Natali computat:* sed ita, ut ab Incarnatione ipsa numerentur.

De anno ac die Dominica Passionis.

Pauli Middelburgensis insignis locus.

Nam qvod Ecclesiæ authoritate qvi cum Bedæ sententiam illam adstruunt niti se profitentur, velim Concilii alicujus decretum, hoc est communem Ecclesiæ vocem, aut antiqvorum certè Patrum constantem in illa tuenda consensionem proferant, qvod nunqvam omninò perficient. Nec enim ignorare possumus, qvantoperè à se invicem PP. omnes cum in anno Passionis, tum in die ipso diffideant. Irenæus Apostolorum propemodum æqvalis inter qvadragesimum, & qvinqvagesimum annum ætatis suæ passum esse Salvatorem asserit: idqve se & ex Evangelio, & Joannis Evangelistæ discipulis, qvod à Magistro acceperant, didicisse confirmat. Qvem Irenæi locum non rectè in annalibus intellectum video. Negant enim penitus hoc ab Irenæo esse scriptum. Nimirum aliena manu insertum videri. Cujus conjecturæ caussam hanc potissimùm afferunt, qvod eodem capite paulo ante contrarium profitetur; Baptizatum esse Christum, cùm propemodum XXX esset annorum, ac subinde, tria Paschata peregisse, qvorum in tertio sit passus. Ideo qvod subjungitur meram imposturam esse putat.

Irenæi sententia Lib. II. C. xxxix.

Sed hac conjectura nihil ab Irenæi mente & sententia fingi potest alienius. Tantum enim abest, ut hæc Irænei propria non sint, ut aliter qvam si ita sentiret, ac scriberet, illius procedere disputatio nullo modo potuerit. Agit in illo loco contra Gnosticos tricenarii numeri, ac Pleromatis patronos; qvi XXX anno ineunte baptizatum Christum, eodem vero anno, mense XII passum esse dicebant. Qvos ex Joannis Evangelio refellit: in qvo tria distinctè Paschata numerantur. Non igitur uno anno prædicatione functus est. Neqve verò tria ista Paschata sic attulit Irenæus, ut non plura Christum obivisse crederet: sed qvòd apud Joannem liqvida illa & expressa leguntur, ex iis saltem ad tertium usqve annum prædicasse, non tantum uno, validissimè demonstrat: cùm interim tamen ipse longè plura post Baptismum præteriisse velit. Qvod adeò rationes illæ qvibus contra Gnosticos utitur, manifestè probant. Christum enim ea ætate docuisse,

N

eo tandem difficultate ipsa qvæstionis redacti sunt, ut anno æræ Christianæ XII passum Dominum asseverantes, ab incarnatione tricesimo qvarto, XXI, sive potius XXII annis aberrasse Dionysium crederent: ut qvi duodecimum annum illum constituerit qvem XXXIV numerare debuisset. Etenim uni anno duodecimo qvadrant illa, qvæ diximus; uti feria VI in XXV Martii conveniat, Cyclo Solis XXI, Litera CB, Lunæ XIII. Vide qvæ ex Mariano ac Sigeberto in superiore Diatriba produximus. Eandem illam conjecturam, & opinionem de XXII annorum labe divinitùs sibi patefactam Paulus Forosempronienfis narrat Lib. X Partis II Paulinæ suæ. Cum enim minimè dubitaret, qvin Christus Martii XXV, feria VI crucem pertulisset; neqve certum annum satis explicaret, post longam vigiliam affuisse sibi Paulum Apostolum narrat, & Chronologorum omnium errorem indicasse; qvi XXII annos præteriissent: adeo ut qvi XII in æra communi censetur, is XXXIV haberi debuerit. Idem tamen non XV Luna, sed XIV passum esse Christum existimat; propterea qvòd Plenilunium XXVI Martii contigit feria VII; qvod die Judæi Pascha celebrabant. Unde colligas ex Bedæ, Sigeberti, Mariani, aliorumqve sententia conseqvens esse, Christum non XV Luna, sed XIV in crucem sublatum fuisse. Tametsi hanc illi XV Lunam arbitrati sunt: qvoniam Nicænum Cyclum ad Christi Passionisqve tempora, sine ulla προηγήσεως, qvam ignorabant, suspitione transtulerunt. Paulus verò, ut erat Astronomiæ peritus, medios Lunæ motus, & Tabulas in consilium adhibuit. Cæterùm illam ipsam annorum duorum ac viginti labem inde conflatam existimat; qvod trium Pontificum anni, Cleti, Marci, & Marcelli ab Eusebio prætermissi sunt, qvi annos XXII Ecclesiæ præfuerunt. Qvæ cum omnia Paulus accuratè illo in Libro disseruisset, ac divinitus id se accepisse confirmasset; in seqventibus tamen Libris, maximeqve XIII, caussam prodidit, & contempta Pauli Apostoli, ac divinæ significationis authoritate ad suum illud προχρονισμοῦ biennium, qvod à nobis supra validissimè refutatum est, revertitur; ac duobus annis Dionysium verum Christi Natalem antevertisse definit. Qvocirca imprudentissimè sanè Casaubonus Exercit. XVI, ad A. XXXIV, Num. XXXIV, Paulinum istud commentum adversus obliqvam Baronii castigationem tuetur; cum præter otiosi hominis, & ægroti veteris somnium atqve ἀλλόκοτον φαντασίαν habeat nihil. Nam ut omittam ab ipsomet, qvi id sibi revelatum esse dixerat, tacitè damnatum illud, ac rejectum; qvam absurda ista fabula sit, hunc in modum demonstrari potest. Si XXII annorum vitium in æram irrepsit; ita ut qvi XII dicitur, is XXXIV numerandus fuerit, non aliter accidisse hoc potest, qvam ut aliqvot anni de numero ac serie ipsa detracti sint; aut certè Natalem Christi Dionysius XXII annis infra legitimum tempus summoverit: utputa cùm Incarnationis, & Natalis annus ex usu Dionysii sit Iulianus XLVI, debuerit esse XXIV: qvibus si XXXIV addas, Iulianus septimus & qvinqvagesimus existat, qvi est æræ Dionysianæ XII, qvo passum esse Christum illi omnes opinati sunt. At verò utrumqve illud perabsurdum, ac longè falsissimum est. Sunt enim certissimi temporum characteres; sunt Fastorum Libri, qvibus Consulatus singuli diligenter adnotantur: sunt Romanorum Imperatorum anni, atqve historiæ summa fide conscriptæ; in qvibus hiatus tanti

De anno ac die Dominicæ Passionis.

Pauli Forosempronienfis somnium refellitur.

Casauboni error.

De anno ac die Dominicæ Passionis.

ne tenuissimum qvidem vestigium appacet. Constat anno æræ Christianæ XIV mortuum Augustum; qvod memorabilis illa Lunæ Eclipsis ostendit. Seqvuntur & aliæ duæ; qvarum una anno Christi XLV, M. Vinicio, & Statilio Corvino Coss. Kal. Aug. contigit; qvam & Claudius Cæsar Edicto denunciarat, anno imperii sui qvinto; ut autor est Dio. Altera Vipsanio, & Fonteio Coss. Kal. Maias accidit; ut testatur Plinius Lib. II, C. LXXII. Ea convenit anno vulgati LIX, Aprilis XXX; anno qvinto Neronis labente. Qvibus si Eclipses alias addideris, qvæ partim ante, partim post Christi Natalem acciderunt, cum iisqve Romanorum Coss. seriem compares, ne unum qvidem annum deesse intelliges, nedum ut XXII lolidi prætermitti potuerint. Ac Sigeberti, Mariani, reliqvorumqve id genus Chronologorum mentem ac consilium capere neqveo: qvi cùm Dionysiasianam æram tanto vitio fœdatam passim occinant, ab eâdem tamen non recedunt. Itaqve Marianus anno Urbis conditæ DCCLII, Augusti XLI, Olymp. CXCIV anno tertio natum esse Salvatorem scribit, Indict. IV. Ubi licet Indictio perperam adscripta sit, qvæ tertio CXCIV Olymp. anno, & Urbis DCCLII, tertia esse debuit; tamen à vulgari Christi æræ uno duntaxat anno revera dissidet, ex Mariani vero instituto cum eâdem illâ connectitur. Falsum est itaqve XXII annos in Dionysiano Cycleo desiderari; cum præter ea, qvæ diximus, multa alia sint, qvæ ex Evangelica historia cum Domini ortu implicata, & conjuncta constat esse: Velut Augusti, Herodis, Pilati Tiberiiqve tempora; qvæ omnia cohærere neqveunt, si tam immanis hiatus admissus fuerit, atqve in anteriora XXII annis promovenda Christi nativitas videatur. Nam ut in æra Christianâ nihil; in Cyclorum verò dispositu mutandum aliqvid isti censuerint; nihil ad rem pertinet. Manent enim Noviluniorum rati ac constituti nihilominus dies, qvoscunqve tandem Cyclos accomodaris. Ut anno, verbi caussâ, Christi XII, sive Cyclum Lunæ XIII, Solis XXI applices; sive alium qvemlibet, Neomenia Martii XII, Plenilunium XXVI committitur. Anno vero XXXIII Novilunium XIX vel XX Martii; Plenilunium Apr. II, vel III. Unde qvantumlibet Cyclorum ordinem commutent, nunqvam tamen perficient, ut anno illo: qvem passioni Dominicæ præfigunt, Luna XV in Martii XXV incidat; feriam VI. Accedit qvòd etsi concedamus illis omnia, hoc ipsum tamen, qvod maximè cupiunt, nihilo magis asseqventur uti Lunâ XV Christus sit passus. Qvippe anno Christianæ æræ XII, Novilunium apud Judæos, & in Hierosolymitano meridiano Martii XII congruit, feria VII. Passus est autem Christus feria VI. Igitur Lunâ XIV, & Martii XXV, non Luna XV neqve plenilunio. Qva in re Beda castigandus est, ut aliqvoties dixi, qvi Lib. de rat. Temp. Cap. XLV passum esse Christum refert VIII Kal. Apr. Luna XV, anno æræ Dionysianæ XXXIV. Nec minus hallucinati sunt, qvi eodem anno, Luna XV nono Kal. Apr. passum affirmant, Concilii Cæsariensis fide; de qvo paulo pòst agetur: Nam omninò Plenilunium anno Christi XXXIV, decimo Kal. contigit.

Qvapropter duo sunt, qvæ mediæ ætatis Chonologis crucem in illa qvæstione fixerunt: Primum qvod non dubitarent Judæos Pascha Luna XV celebrare; ac Lunares motus, & qvidem accuratissimos observasse.

Alterum, qvod id Martio menſe, ejusqve die XXV accidiſſe vellent, feria VI. Sed recentiores, iidemqve ab omnibus doctrinarum omnium, præſertim Mathematicarum, præſidiis paratiores Chronologi, cùm hæc parùm eſſe conſentanea viderent, prius illud qvidem de Lunari motu tenuerunt; poſterius verò de menſe ac die neqvaqvam ſecuti ſunt. Ex qvo factum eſt, ut in anno Paſſionis indagando Plenilunii cum VI feria convenientis rationem habendam eſſe duxerint. Paulus verò Foroſempron. Lib. VII Partis II annorum XII, hoc eſt à XXX Chriſti ad XL, Novilunia, Pleniluniaqve propoſuit, tam media, qvàm vera. Ex qvibus ſex duntaxat hîc adſcribemus, ut qvæſtiones controverſiæqve ſtatus Lectorum oculis ſubjiciatur; ab anno æræ XXXI ad XXXVI; qvod in horum annorum aliqvo Chriſti paſſio collocanda ſit. De Anno ac die Dominicæ Paſſionis.

LATERCULUM NOVILUNIUM AC PLENILUNIORUM TAM MEDIORUM, QVAM VERORUM MARTII MENSIS AD MERIDIANUM HIEROSOLYMITANUM AD VI ANNOS: EX PAULO MIDDELBURGENSI EPISCOPO FOROSEMPRONIENSI.

Horæ, & horarum fragmenta à meridie computantur. Feriæ à med. nocte ad med.

Anno Chriſti XXXI, Cyclo Solis XII. Litera G, Cyclo Lunæ XIII.	Feriæ
Novil. Med. Martii XI, 19, 51′, 12″	Feria II
Novil. verum Martii XI, 14, 23′	Feria III
Plenilunium Martii XXVI, 14, 13′, 14″	Feria II
Plenil. verum Martii XXVI, 13, 5′	Feria III
A. C. XXXII. Cyclo Solis XIII, Lunæ XIV. Lit. FE	
Novil. med. Martii XXIX, 17, 23′, 51″	Feria I
Novil. verum Martii XXIX 12, 0′	Feria I
Plenil. med. Apr. XIII 11, 45′, 53′	Feria I
Plenil. verum Apr. XIV, 0 51	Feria II
A. C. XXXIII Cyclo Solis XIV. Lunæ XV. D	
Novil. med. Martii XIX, 2, 12′, 28″	Feria V
Novil. verum Martii XIX, 2, 31′	Feria V
Plenil. medium Apr. XI, 20, 34′, 30″	Feria VI
Plenil. verum Apr. III, 6, 8′	Feria VI

De anno ac die Dominica Passionis.

Anno Christi XXXIV, Cyclo Solis XV, Lunæ XVI. C.	Feriæ
Novil. Med. Martii VIII, 11, 1′, 5″	Feria II
Novil. verum Martii VIII, 19, 21′	Feria III
Plenil. medium Martii XXIII, 5, 23′, 7″	Feria III
Plenil. verum Martii XXIII, 6 59′.	Feria III
A. C. XXXV. Cyclo Solis XV, Lunæ XVII. B	
Novil. med. Martii XXVII, 8, 33′, 44″	Feria I
Novil. verum Martii XXVII, 19, 57′	Feria II
Plenil. medium Apr. XI, 2, 55′, 46″	Feria II
Plenil. verum Apr. XI, 0, 11′	Feria II
A. C. XXXVI Cyclo Solis XVII. Lunæ XVIII. A. G	
Novil. med. Martii XV, 17, 22′, 21″	Feria VI.
Novil. verum Martii XVI, 7, 9′	Feria VI
Plenil. med. Martii XXX, n, 44′, 23″	Feria VI
Plenil. verum Martii XXX, 5, 51′.	Feria VI

Ex hac tabella manifestum est anno Christi XXXIV, Plenilunium feriæ VI minimè convenire; qvod tantoperè pugnatum est: ac si id ad Passionis tempus omnino reqviritur; duos duntaxat annos esse, qvibus obtineri possit: annum videlicet æræ sive Incarnationis XXXIII, & XXXVI. Priorem Joannes Lucidus, Rogerius Bachon, & Perrerius noster amplexi sunt: posteriorem Paulus Forosempron. Qvi qvidem non XXXVI ætatis anno passum esse Salvatorem existimat; ut frustra credidit Onufrius; sed anno XXXIV: qvandoqvidem Christi Natalem biennio infra Dionysianam epocham summovit. Sed qvi XXXIII anno passum esse volunt Christum Aprilis III, hi Luna XV id accidisse censent. Paulus verò Luna XIV; nec in ipso Paschate, sive primo die Azymorum, sed pridie, videlicet Martii XXX. At Lucas Gauricus, eumqve secutus Onufrius anno XXXIV passum affirmant, non qvidem Luna XV; sed XVIII Martii; qvoniam Judæos arbitrantur non à Novilunio, sed à corniculata effigie neomenias auspicatos esse. Qvam nos opinionem postmodum excutiemus.

Nam illud primò videndum nobis est; qvæ fuerit temporibus illis apud Judæos anni ratio. Qvod illi ne inqvirendum qvidem opinati sunt, qvibus exploratissimum erat, Judæos ad usum festorum, ac solenniun medios Lunæ motus adhibuisse: ita ut Pascha Luna XIV ad vesperam perageretur, nec alio id tempore celebrari fas esset: ut in Annalibus Ecclesiasticis A. XXXIV, Num. XXXIV legimus. Verùm cum ex hoc uno fonte innumeræ illæ & inextricabiles controversiæ, opinionesqve propagatæ sint, in arcem ipsam qvæstionis invadendum nobis est, & illud ipsum, qvod ἀξίωματος apud nonnullos locum obtinet; sub inqvisitionem vocandum.

De anno ac die Dominicæ Passionis.

DE ANNI JUDAICI FORMA QVAM SUB CHRISTI TEMPORA TENUERUNT.

DUPLEX in Hebræorum Commentariis civilis anni ratio traditur, utraqve Lunaris: de qva Moses Maimonis F. accuratè differit Parte prima Jad; Tract. de Kiddusch hakkodesch, & ad eundem Tractatum Glossa. Prima stante adhuc Templo usitata fuit, qva Neomenias ἀπὸ τῆς φάσεως indicebant. Qvod in hunc modum fiebat: Erat apud Judæos בית־דין sive συνέδριον, penes qvod constituendarum Neomeniarum potestas residebat, qvam קביעה, *determinationem* vocant. Hujusmodi συνέδρια plura in Palæstina cum essent, præcipuum erat Hierosolymis, à qvo cætera penderent. Itaqve Glossa Cap. Tract. Kiddusch §. 8 ואין אנו סומכים אלא על הקביעות כי שם עמוד ההוראה והיא בל שבירושלים שהרי כל בתי דינין שבארץ ישראל טפילה והם העקר. *Neqve verò vos innitimur alteri, qvàm definitioni sacri consessus: qvoniam hæc columna est decisionis. Atqvi hic ipse consessus Hierisolymitanus est. Qvandoqvidem consistoria omnia, qvæ in Israëlitica terra sunt, velut accessiones qvædam sunt. Hierosolymitanum verò, fundamentum est.* Qvare Hierosolymis potissimum responsa petebantur. Sed eversa Urbe, qvandiu Judæi in Palæstina remanserunt, ac συνέδριον ibidem habuerunt, penes illud jus omne fuit: qvousqve Gemaræ Sapientes desierunt, uti C.V. §III Moses scribit. Proinde qvi vixerunt בימי חכמי משנה ובן בימי חכמי הגמרא עד אביי ורבא על קביעת א׳ היו סומכים *In diebus Sapientum Misne, & Sapientum Gemaræ; usqve ad Rabbi Abaie & Rabba, determinatione Israelitica terræ nitebantur.* Postremi Sapientum Misne vixere circa tempora Antonini, Christi CL: At Gemaræi ad annum fere D, ut Germen David fidem facit. Toto igitur illo tempore ἀπὸ τῆς φάσεως, atqve ex Israëlitici consessus præscripto Neomenias ordinabant. Qvarum qvidem constituendarum ea disciplina fuit. Veros & acuratos Lunæ motus, atqve, ut loqvuntur, בדקדוק ex Astronomicis Tabulis consessus ille diligentissimè scrutabatur; explorabatqve num Luna suo tempore videndam se præberet; nimirum tricesima nocte, ut in eam φάσις incideret, sive prima accensio, qvam ראייה vocant. Ac si intuendæ illius copiam fore cognoscerent, speculatores apponebant, qvi statim ac nascentem Lunam prospexerant, Concilio renuntiabant. Sed in testium delectu morosa, ac superstitiosa diligentia opus erat, qvam aliqvot Capitibus Talmudici Autores explicant. Ubi de visione convenerat, tùm Legati passim dimittebantur qvi futuram Neomeniam, & קביעה denuntiarent. Qvod si XXX die testis nullus, ac speculator affuisset, tricesimo primo Neomeniam definiebant. Ita fiebat, ut plenorum, cavorumqve mensium successio neqváqvam constaret; sed ut civiles menses ad sideris aspectum dirigerentur: ut Cap. VIII Glossa docet. Deinde qvi procul ab eo ubi consessus, sive בית דין erat, habitabant; ut eo Legati, qvos שלוחין nominant, tam citò aspirare non possent, biduo festas Neomenias agebant: qvod incerti essent,

Quomodo Neomenias indicerent.

De anno ac die Dominica Passionis. qvisnam dies à Concilio definitus esset, Atqve hoc hodieqve Judæi illi faciunt, qvi extra Judææ fines ἐν διασπορᾷ degunt. De qvo vide Cap. V Tract. Kiddusch.

Embolismorum ratio. Jam Intercalationes mensium non certa descriptione constabant. Qvamvis enim tertio qvoqve anno, vel interdum secundo, mensem, qvoad licebat, insererent, tamen persæpe aliter fiebat: & nonnunqvam intercalares anni duo continuabantur. Et qvidem triplicem caussam intercalandi Cap. IV Maimonides exponit. Prima est Tekupha, sive cardo Æqvinoctii verni: qvi cum in XVI, Nisan, aut post eam incideret, tùm Adar intercalatus est. Altera caussa est; si nondum Abib appeteret, hoc est necdum fruges novæ maturæ essent; nimirùm שעורין להקריב מהן מנחת העומר *bordea, ex qvibus Omer, sive manipulus offerretur:* qvod secunda die Azymorum fiebat. Tertia caussa est, cum arborum fructus nondum maturuissent. Aliæ insuper caussæ leviores accedebant, & fortuitæ qvæ C. IV traduntur: Ut si viis, pontibusqve fractis interclusus ad Urbem esset aditus: si furni nondum refecti: si longiùs deportatus esset populus, & alia id genus. Sed primaria intercalandi caussa Tekupha fuit, ut intra certos Solaris anni terminos Luna coërceretur, ne nimium evagaretur, ac festorum celebritates in alias atqve alias tempestates transferret; qvod in Arabico anno, ac Lunari simplici, & soluto usuvenit. Sed qvæ tum Solaris anni descriptio à Judæis observata sit, postea disseremus. Porro hanc ipsam anni formam stante adhuc Templo, necdum dispersis penitus Judæis, usurpatam esse, inter Thalmudicos constat. Post Templi vastitatem, profligatosqve è Palæstina Judæos, cum jam nulla συνέδρια superessent, altera temporum ordinandorum servata ratio est, ut ex scripto ac mediorum mortuum Tabulis constantes, & certæ Neomeniæ proponerentur, ex Cycli decemnovennalis methodo, qvem מחזור vocant, & עבור. Hic est annus ille Judæorum novissimus, ad medios Lunæ motus accommodatus, de qvo Moses Cap. VI, & seqventibus: Tum accuratè Paulus Forosempron. Munsterus, & Scaliger, aliiqve disputarunt. Cum hoc Judaico anno conjunctæ sunt feriarum, Noviluniorumqve translationes, & sexcentæ aliæ nugæ, morosæ illæ qvidem, ac perplexæ: sed qvæ nihil ad institutum pertinent: nisi si qvid de Translationibus postmodum erit agendum.

Errant qui ex accuratis Lunæ motibus festa Judæorum explorant. Hæ sunt anni apud Talmudicos Scriptores formæ descriptionesqve duæ: qvarum prior Christi temporibus ex illorum opinione congruit: posterior longè postea est recepta. Qvocirca non mediocriter aberrant, qvi ex recentiori hac methodo, mediisqve Lunæ motibus vetera Judæorum festa, præcipue Paschatis, indagare student: qvod Paulus Forosempr. anxiè nimis, & scrupulosè facit, Lib. VIII, Partis II. Neqve minus errant, qvi Phase Judaicum Lunâ XIV ex mediorum motuum accuratis rationibus adstringunt: qvandoqvidem biduo nonnunqvam post mediam conjunctionem φάσις accidere in politico anno potuit: De qvo postea.

Nunc enim aliorum post Hebræos magistros expendenda sententia est; Scaligeri cumprimis, qvi L. de Emend. Temp. II, & in Isag. Canon. copiosè de Judaica tam vetere, qvàm recenti anni forma disputavit ex Hebræorum Commentariis. Sed, ut solet, permulta ex ingenio suo conficta, ac falsa

permiſcet: qvæ alibi, ſi Dominus dederit, ex inſtituto refellentur. Hoc vero loco qvantum ad ſuſceptam de Dominicæ Paſſionis anno qvæſtionem neceſſe erit, è multis pauca libabimus. *De Anno ac die Dominicæ Paſſionis*

DE JUDÆORUM ANNO VETERE
SCALIGERI SENTENTIA.

NIHIL hîc de antiqviſſimorum Hebræorum, ac Patriarcharum anno dicam; qvod ad rem præſentem nihil attinet: Sed de recentiori duntaxat ætate, qvæ Chriſti natalem aliqvot ſæculis anteceſſit. Qvo tempore Alexandream, ſive Græcam anni formam à Judæis admiſſam, & uſu civili receptam Scaliger arbitratus eſt, idqve Chronographis admiratoribus ſuis omnibus perſvaſit. Imprimis enim lib. de Emend. II ſcribit, Judæos, cum Neomenias ἀπὸ τῆς Φάσεως deducerent, accepto Seleucidarum jugo, eorum annum, & epocham ad Politicos uſus tranſtuliſſe, ac Syromacedonicam Periodum uſurpaſſe. Erat hæc Calippica mera, Cyclis Metonicis IV conſtans, annis LXXVI, ut Cenſorinus auctor eſt, diebus 27759. Cyclus porrò decemnovennalis Calippicus idem prorſus erat cum Juliano, dierum 6939, hor. 18. Sed cum Periodum ſuam Calippus eo inchoaſſet anno, qvo Darium Alexander ad Arbela vicit, Olymp. CXII, anno ſecundo, ſive Iphiti CCCCXLVI, Per. Jul. 4383, Cyclo Lunæ XIII, Solis XV; ab Autumno; tam Græci in Macedonia, qvam Syromacedones in Aſia eandem illam decimonono, qvàm à Calippo excogitata fuerat, anno inſtaurarunt, duodecim annis poſt Alexandri mortem; Periodi Jul: 4402, Cyclo Lunæ XIII, Solis VI: eamqve à Syromacedonibus Chaldæi, Judæi, Hagareni, Arabes traditam acceperunt. Judæi verò æram contractuum מנין שטרות vulgò nuncupant. In Maccabæorum libris anni Græcorum appellantur, iidemqve Seleucidarum dicti, qvod eodem anno, qvo Periodus illa iniit, Seleucus Babylone recuperatâ, emergere, atqve imperium ſtabilire cœpit. *p. 99. edit. 2.* *p. 38.*

Lunaris anni modus eſt dierum 354, 8, 53, $6''\frac{18}{47}$ Menſis 29. 12. 44'. $25''\frac{35}{47}$ Anni principium ab Autumno, & qvidem Octobris VII. Nam Tekupha Tiſri incidit in Octobris VII, qvi dies primus erat anni Solaris. Nam & Solarem præterea annum obſervabant, ut in Lib. IV de Emend. ſcribit, cujus biſextus ante primum Tiſri. VII Octobris inſindebatur. Sed poſteà translato in vernum tempus initio, inter primam, & ſecundam Aprilis inſertus eſt. Poſtea Juliana anni forma recepta, inter XXV, & XXVI Martii intercalatus eſt dies. Igitur Lunaris anni diſpoſitio apud Judæos Syromacedonica ſive Calippica fuit. cujus initium ab Octobris VII.

Verum cum Cyclus Calippicus Lunaris, idem eſt cum Juliano, Lunarem Iudaicum, qvem veriſſimum putat Scaliger excedat horis 5, ſcrup. Iudaicis 760; qvoniam Cycli decemnovennalis exceſſus eſt hor. 1. 485; poſt Cyclos verò Calippicos IV, qvi Hipparcheum unum faciunt, ad horas 22. 880; hoc eſt ferè diem ſolidum exceſſus ille perveniat; Iudæi paulatim labem,

De Anno ac die Dominicæ Passionis. P. 117. anni ſui deprehenderunt. Etenim Calippicam iſtam formam ad annum Chriſti 344 retinuerunt; ut Lib. II de Emend. ſcriptum eſt. Circa hunc annum verò bidui vitium animadverterunt; cum jam ab initio Seleucidarum annus 656 laberetur, qvi eſt XLVIII poſt Hipparcheas Periodos duas. Itaqve cum Tiſri Judæorum Alexandreus eſſet in XXVI Sept. feria IV, ex epilogiſmo hodierno, ſive Lunari *ἀκριβεῖ*, character erat, 2. 4. 240. Sept. XXIV. *En labes bidui. Nondum enim rationem Calippicam de ſede ſua, ſolicitaverant Judæi; ſed eam adhuc incolumem ſervaverant.* Sero igitur tandem errore cognito, adhibita in auxilium Aſtrologia, eum annum inſtituerunt, qvo utuntur hodie. Qvamobrem ex opinione Scaligeri annus ille Syromacedonicus, & Alexandreus Calippicus non ſolùm ſub ipſum Paſſionis tempus verùm etiam diu poſtea apud Judæos obtinuit. Sed eodem in Opere de Emendatione ſententiam mutat, ac contrarium docet, Lib. V. Judæos enim aſſerit *Calippica*

P. 331. *periodo ad tempora usqve Diocletiani plus minus uſos eſſe. Sed cum Calippicæ Neomeniæ biduo veras Neomenias morarentur, Synedrium Tiberiadenſe convocatis peritis Aſtronomiæ magiſtris, inter qvos, ut exiſtimo, Rabbi Adda fuit, uſu Calippicæ Periodi cum computo annorum Alexandri ſimul abrogato, novam anni rationem inſtituit, ut Neomeniæ non per Periodos, ſed per ipſum motum medium Lunarem putarentur. Cum igitur diem, ubi erat locus diei intercalandi, hoc eſt VII Oct. putarent fuiſſe primam diem, in qva mundus conditus, hinc computum ſuum inire decreverunt. Et qvia dies Æqvinoctii, & ideo Tekupha Autumnalis erat in XXIV. Sept. conſiderarunt in qvot annis Tiſri à centro Macedonico, id eſt à VII Oct. ad XXIV Sept. in anteriora progreſſus fecerit: qvod non potuerunt deprehendere, ſine doctrina anni R. Adda. Igitur à VII Oct. ad XXIV Sept. dies ſunt XIII præcisè: qvibus competunt anni 4104 ex doctrina R. Adda. Toti-*

P. 161. *dem enim anni dant προσεγγήσεως σεληνιακῆς dies XIII, horam I.* Idem & Lib.

Scaligeri inconſtantia. IV repetitur. Verum nihil hac Scaligeri doctrina vanius, atqve inconſtantius eſt. Primùm enim retractat id qvod dixerat: Calippicam formam poſt Conſtantini tempora nondum repudiatam fuiſſe; & anno primùm 344 alteram illam ejus loco ſubſtitutam. Deinde R. Addam ei concilio interfuiſſe putat, & repudiandæ Calippicæ periodi, ac recentioris inſtiduendæ authorem fuiſſe. Ad hæc ejuſdem Tiberiadenſis Synedrii, & R. Addæ decreto translatam eſſe anni epocham à VII Oct. ad XXIV Sept. cum tot anni conſtituti eſſent, qvot ad XIII dierum προσέγγησιν reqviruntur, nimirum 4104. Qvæ omnia parùm eſt inania & commentitia eſſe, nec ullius Scriptoris authoritate, aut ullo antiqvitatis teſtimonio fulciri, niſi contraria etiam ſibi, ac nullo modo conſentanea dican-

P. 116. tur. Nihil enim apud Scaligerum cum in LL de Emend. tùm in Iſag. Canonibus tam crebrò decantatum eſt, qvàm novitium illum, ut vocat, Judæorum annum, qvo uti hodieqve ſolent, à R. Hillele longe poſt R. Samuelis & Addæ tempora excogitatum fuiſſe. Ac ne calumniari ſciens videar, cum iis, qvæ in Opere illo de Emendatione ſcripſit, conferam, qvæ in poſtremo, qvem ea de re edidit, Libro penitùs à ſe diverſa ac pugnantia leguntur. Nam Iſagog. Can. L. III, P. 215. *Templo,* inqvit *adhuc ſtante, menſis merè Lunaris Hipparchi in uſum à Judæis receptus erat. Poſt excidium Templi, ut eſſet formula qvædam perpetua anni Civilis, qvo pleraqve omnis Judæorum διασπορᾷ uteretur, primò typum publicavit R. Samuel cognomento Jarchinai, circiter annū*

Christi CCXIII *plus minus: qvando Judæis præcepit, ut relicta veteri Tekupha, in VII Oct. Tekupham Sosigenis Julianam in* XXIV *Sept. amplecterentur.* De anno ac die Dominicæ Passionis. *Ipse etiam primus Judæorum ex definitione mensis Lunaris Hipparchea deprehendit discrimen Enneadecateridos Julianæ & Lunaris esse hor. 1. 485. Postea* L. 3. C. T. P. 210. *R. Adda Bar Ababa vir seculo suo Judæorum doctissimus, pensitatis Hipparchi rationibus, ex qvibus Enneadecaeteris Lunæ minor est una Enneadecaeteride Calippica hor, 1.485, hoc excessu in 19 distributo, collegit hor. 0. 82$\frac{7}{19}$ de qvadrante Juliano, sive Calippico deducendum esse; ut modus anni sit dierum 365. 5.997$\frac{12}{19}$ Qvare R. Adda Julianum annum, & Samuelis Tekuphas rejecit; qvod eidem Juliano die perpetuò hærerent: ipse verò cùm annum Tropicum Hipparcheum suis obtrusisset, in qvo post 304 annos Solis ac Lunæ rationes ad amussim qvadrant, nec est ulla προέμπτωσις, aut μετέμπτωσις, Tekuphas alias instituit, qvæ cum Noviluniis pari prorsus ratione à Juliani anni epocha retrocederent.*

Orsus est autem à Tekupha Nisan, non ut Samuel, à Tekupha Tisri: primumqve Nisan in ea nocte collocavit, qvæ secura est Kal. Apr. feria V: cujus character 5. 1. 770 anno hodierni Computi 4017, & ab eo deducto P. 216. charactere VII annorum, videlicet 5. 15. 158, deprehendit Nisan anni hodierni Computi 4010, nempe 6. 10. 620. de qvo si deducatur character VII mensium, remanebit Tisri ejusdem anni 2. 17. 469. Cycli CCXI jam elapsi erant, qvorum Character 7. 12. 265. de 2, 17. 469 dedumus relinqvit primum Tisri 2. 5. 204.

Postremò R. Hillel princeps anno Christi 344, annis XCIII ab obitu P. 225. Samuelis utramqve factionem conciliare studens, ut veterem Mosis epocham, qvæ est VII Octobr. & novam Sosigenis, qvæ est XXIV Sept. complecteretur, qvot anni congruunt diebus XIII προηγήσεως σεληνιακῆς, qvi inter XXIV Sept. & VII Octobr. interjecti sunt, tot annos ab initio Computi sui ad illud tempus numeravit, nempe 4104, ut in Lib. II de Emend. fusius exponitur, ubi ita proditum est: Institutam circa annum 344 Periodum annorum 6916, ductis 13 in Cyclos Solis, ac Lunæ. Cujus Periodi annus 4105 init anno Christi 344, Cyclo Lunæ Judaico I, Romano 3, Solis 17: qvo qvidem annorum spatio προήγησις Lunaris facta est dierum 13 hor. 1: qvæ de 37 diebus, qvi à Kalend. Sept. fluxerunt, detracta, relinqvunt dies 24. Eodem anno character Tisri à meridie 23 Sept. contigit hor. 10. 204, sive Judaicè ab initio noctis hor. 4. 204, feria 2. Primus autem Cycli annus Neomeniam Tisri habuit à meridie VI Octobr. hora 11, 20'4, sive Judaicè 5. 204, feria 2, anno Periodi Julianæ 953: adeò ut character Tisri sit 2, 5.204. qvæ radix est Neomeniarum omnium Judaicarum, Tekupha verò hora 9 nocturna fuit, hoc est 7. 9. 0.

REFELLITUR SCALIGERIANA DOCTRINA DE ANNO JUDAICO.

HÆC est Scaligerianæ doctrinæ summa, qvæ meris conjecturis ac somniis referta secum ipsa conciliari non potest. Atqve ut primo loco

De anno ac die Dominica Paschæ. illud expendamus, qvod ex Isag. Canon. allatum est; Si Templo adhuc stante, Hipparchea anni forma à Judæis admissa est, supra qvam Calippica Periodus annis LXXVI excessum colligit hor. 5. 760. id est singulis Enneadecaeteridibus, hor. 1. 485, & post CCCIV annos unum ferè diem, profectò neqve Calippica, & Alexandrea Periodus ad annum usqve Christi plus minus 344 retenta est; neqve biduum illud προηγήσεως intervenit; inducendaqve omnia ista sunt, qvæ in Libris de Emend. passim inculcantur; imprimisqve scrupulosa illa & anxia V Paschatum, ac postremi σταυρωσίμου inqvisitio, qvæ in VI Libro proponitur, otiosa & inutilis efficitur.

Jam illud de inventa à R. Hillele Periodo; conciliatisqve factionibus duabus, qvo tandem authore defenditur? Hebræi ab Orbe condito ad Christi Natalem Dionysianum annos putant ferè 3761. Ideò anno Christi 344, cœpit Judaicus 4105. Intervalla porrò temporum accuratè pro illorum captu descripta sunt in Libro Seder holam. De commentitia ista Periodo ad προήγησιν σεληνιακήν adipiscendam, ne verbum qvidem. Viderit ergò Scaliger unde illam exprompserit: neqve enim fundum ejus, & authorem profert ullum; qvasi divinare ac fingere, id demum sit emendare, atqve ordinare tempora. Qvanqvam qvæ est tandem ista conciliatio? Tekupha Samuelis Autumnalis anno Christi 344 incidit in Sept. XXIII, hor. 15. à meridie, sive 9 nocturnis: politicè verò Sept. XXIV. Cycli præterierant decemnovennales CCXVI: qvibus προήγησις facta dierum 13, hor. 1. Igitur Tekupha anno primo Computi cadit in Octobr. VII, hor. 10. ab initio noctis. Sed hora una negligatur. Qvid hoc ad Samuelis Tekupham? Nam ad Noviluniorum qvidem προήγησιν investigandam, qvoniam Judaicam hodiernam &, ut putat Scaliger, Hipparcheam anni formam Samuel adhibuit, pertinere ista possunt, ad Tekuphas verò Samuelis indagandas nihil omninò conferunt; cùm is Julianum annum, Julianasqve Tekuphas amplexus sit, qvæ nullam habent προήγησιν. Non potest itaqve ulli alteri Tekuphæ convenire Periodus ac methodus illa, qvam R. Addæ; sive ejus anni formæ, qvæ parem sideris utriusqve προήγησιν agnoscit: ad Julianam fixamqve Tekupham planè est inutilis. Sed neqve ad R. Addæ Tekuphas eadem illa Periodus utilior est. Tekupha prima R. Addæ vernalis cadit in eam noctem, qvæ secuta est Kal. Apr. anno primo Periodi Judaicæ, Julianæ verò 954, Cyclo Solis 2, Lunæ 4. Tekupha Solstitialis Julii 2, Autumnalis Kal. Oct. Brumalis 31 Decem. Porrò Tekuphæ Autumnalis character fuit, ut Scaligero placet, 3. 9. 41. 14. ipsis Kal. Octobr. hoc est horis 9 nocturnis post XXX Sept. diem feria 3, Cyclo Solis I, Lit. F. Vernalis Tekuphæ character est 4. 0. 0. initio noctis, qvæ secuta est post meridiem primi Aprilis diei. Ab hoc anno ad Christi CCCXLIV, sive Judaicum 4105, Cyclis CCXVI elapsis, προήγησις facta est dierum XIII, horæ 1. Qvare Autumnalis Tekupha R. Addæ incidet in XVIII Sep. Vernalis in XIX vel XX Martii. Qvid igitur ad Tekupham R. Addæ Periodus ista confert, qvæ ab Octobris VII ad Sept. XXIV præcessionem habet? Ut enim Tekuphis R. Addæ servire possit, Periodi initium non ab Octobris VII, sed ab ejus Kalendis arcessendum fuerit. Prætereà veteris anni Judaici principium gratis à Scaligero constitutum est Octobr. VII. Neqve enim argumento ullo, necessario.

L. 4. de Emend. p. 261.

sed

ſed inani ac falſa conjectura fretus hoc aſſeverat. *De anno & die Dominicæ Paſſionis.*

Nam ſi qvis forte qværat, cur ille Judæorum Tekupham primam, ſive initium anni in Oct. VII. conjiciat, nihi hoc totum negotium reperiet ementita illa Græci anni, & Olympicæ Periodi modulatione, qvam omnibus Græcis, adeóqve Macedonibus; tum in Aſia Syromacedonibus, & Seleucidis communem eſſe voluit. *De anno Græco Scaligeri commentum.* Qvippe Græcos exiſtimat annum habuiſſe duplicem: Popularem unum, ſive Tetraëtericum, qvo vulgus utebatur, cujus menſes tricenarii, præter ultimum, cui biduum velut appendicis inſtar adjungit: Unde 362 diebus conſtabat. Lunarem alterum, à qvo velut ſtamen à ſubtemine, ita popularis annus implicatur, ac percurritur. Utrumqve certos in orbes, ac Periodos includit; primùm Tetraëterides, & Octaëterides; tum majores, utpote XIX, ac LXXVI annorum. Sed poſtrema hæc omnium in anno populari uſitatiſſima fuit; qvam cum tacitè per Tetraeterides ſuas obſervarent Græcorum antiqviſſimi, Calippus eam certis finibus, annorumqve curriculo definiit, & Periodum illam inſtituit annorum LXXVI, in qva Tetraeterides ſunt XIX, ſingulæ dierum 1447; qvorum ordinarii ſunt 1440, appendices 7. In iis, menſis duntaxat primus Lunaris eſt, cæteri cùm tricenarii ſint omnes, à Lunari modo paulatim abſcedunt. Ex Tetraeteridibus ac Periodis antiqviſſimam facit Olympiacam; ad cujus exemplum propagatas credit reliqvas. Ejusdem initium Julii IX definit; eò qvòd Olympiaci agones poſt æſtivum Solſtitium Plenilunio celebrabantur. Solſtitium autem non accuratum, neqve Tropicum intelligit, ſed octavam ſignorum partem. Qvocirca cùm eo anno, qvo primi agones ab Iphito inſtaurati ſunt, hoc eſt Per. Jul. 3938, Tekupha, ſive ſecundi qvadrantis finis, & octava pars Cancri πλατυκῶς in VIII Julii diem incurreret, ideo IX Julii primus Solaris anni dies, ac qvadrantis initium deinceps fuit, in qvem etiam Novilunium commodum incidit. Ita primus Tetraeteridis menſis Lunaris extitit, qvod perpetuò ſervatum eſt. Unde & qvartus menſis, qvem apud Athenienſes Pyanepſionem fuiſſe credit, cœpit Octobris VII, poſt Novilunium. Atqve in hunc modum reliqvi menſes, & anni neceſſario contextu, velut catena qvadam Chryſippei fati devincti ſeqvuntur, qvod in primo de Emend. uberiùs exponitur. Eadem ſerie conſtabat Attica, & Macedonica Periodus. Nam hujus Υπερβερεταῖος, illius Εκατομβαιὼν à Solſtitio inibat. Jam verò anno Iphiti 465. Periodi Julianæ 4402, Periodi Olympicæ, ac Macedonicæ novo, Neomenia primi menſis accidit Julii X. Proinde qvartus menſis cæpit Octobris VIII. Sed cum Neomeniæ Lunares in IX Julii, & VII Octob. incidiſſent, qvæ eſt Olympicæ Periodi vetus epocha, ex Calippi præſcripto Periodum retexuerunt, novamqve condiderunt ab anno illo Periodi Jul. 4402, cujus epocham VII Octobris die defixerunt. Qvare Macedones Hyperberetæi tam popularis, qvam Lunaris Neomeniam VII Octobris inchoarunt. *Ideo Solaris anni Syromacedonici finis in Octobris VI incidit; eorumqve annus popularis, nunqvam hos fines antevertebat.* *L. V de Emend. p. 91.* Hæc Scaliger: Qvi antiqvum illud ſuum obtinens L. V. hoc ipſum evertit. *p. 139.* Scribit enim ultimum Solaris anni Syromacedonici diem fuiſſe Octobris VII, eo qvòd Hyperberetæus Macedonicus in X Julii incidiſſet. Itaqve primum Novilunium Octobris

De anno ac die Dominicæ Passionis. VIII congruit. Sed imperitè facere Judæos, qvi anno illo à Macedonibus accepto primum Novilunium, atqve anni sui æqvabilis initium ipso die VIII Octobris constituant. Vides qvam perplexè in hac doctrina verſetur Scaliger; utqve in eodem opere qvæ paulo ante definierat, contrariis decretis refellat. Nam modo Neomenias æqvabilis, & popularis anni veterem in situm conciliatas, hoc eſt à X Julii ad IX, & ab VIII ad VII Oct. traductas aſſerit; modò iisdem in diebus retinet, ac ſecum diſconvenit ordine toto. Qvod qvidem toto hoc in Opere, & in Iſag. Canon. ſolenne homini, ac perpetuum eſt: idqve propediem, ſi Dominus dederit, ſuo ac proprio Libro demonſtrabimus, qvem jam dudum in manibus habemus. Atqve hic, uti ſpero, lectori fidem faciet, qvæ de doctrina temporum à Scaligero excogitata, tantoqve ambitu, ac pompa cùm ab ipſo commendata, tùm fautorum & admiratorum ejus plauſu excepta ſunt, ea falſa, Mirus Scaligeri stupor. inepta, ἀλογίστως, & ἀναποδείκτως effuſa eſſe, neqve qvicqvam præter ſpeciem, & oſtentationem habere. Argumento ſit Attica illa Periodus, qvam adeo glorioſè, & inſolenter venditat: cujus nos ineptiam, & παραλογισμὸν deteximus in Notis ad Themiſtium. Reliqva operi illi reſervamus in qvo & de Judaico anno pluribus diſputabitur, & illa Græci anni forma, ac Periodi Olympiacæ deſcriptio refelletur. Atqvi ficto illo utriusqve contextu velut fundamento omnis de vetere anno Judaico doctrina ſtabilitur. Non, inqvam, aliunde Scaligero conſtat, Judæos aliqvot ante Chriſtum ſæculis epocham anni ſui, ſive Tekupham Octobr. VII defixam habuiſſe, qvàm qvòd ex Periodi Græcæ popularis, ac Macedonicæ ratiocinio qvartus menſis popularis in illum diem incideret eo anno, qvo Syromacedonica Periodus eſt inſtituta. Sed cùm multa ſint in tota hac Scaligeri opinione confutanda, eaqve res longiorem, ac præcipuam diſputationem exigat, &, ut dixi, brevi conſecutura ſit; nos, qvod in Libro illo demonſtrabitur, falſam eſſe anni illius Græci, ac Macedonici ſtructuram pertendimus. Negamus conſtare, utrum anno illo Per. Jul. 4402; popularis, & æqvabilis Syromacedonum menſis in VIII, aut VIII Oct. incurrerit. Negamus præterea Judæos cardinem illum anni Solaris agnoviſſe, aut in eo collocaſſe Tekupham. Negamus annum apud Græcos, aut Syromacedonas popularem ejusmodi fuiſſe, qvalem ex officina ſuâ procudit Scaliger. Intro magis, & in arcem ipſam qvæſtionis involo. Nego certum eſſe, num Judæi Calippica illa Lunari, vel Syromacedonica forma unqvam uſi fuerint. Qvo labefactato ac confuſo, cætera, qvæ huic innituntur, corruant neceſſe eſt. Etenim undenam Scaligero compertum eſt Judæos Lunarem Calippi Periodum in civilem uſum aſciviſſe? Opinor unum illud argumentum eſt, qvòd annis Græcorum tam Maccabæorum Libri, qvà Joſephus, ac reliqvi Judaicarum rerum ſcriptores uſi ſint. At qvis ex eo neceſſariò colligat, anni diſpoſitionem ipſam Judæos uſurpaſſe? Licet enim æram, ſive epocham ipſam, ac titulum, unde Græci annorum ſuorum primordia repetebant, adhibuerint Judæi, cum Græcorum res geſtas, vel ſuorum cum Græcis implicatas perſcriberent, nihilo tamen certius colligi poteſt, illorum annum ipſum recepiſſe domi Judæos, qvàm hoc tempore apud Italos, aut Gallos Lunares Arabum annos obſerva-

ri, qvòd illorum ſcriptor aliqvis cum Turcarum hiſtorias ſcriberet, per Hegiræ annos numerare tempus inſtituerit. Fieri itaqve poteſt, ut Maccabæorum author Græcis in rebus Græcam temporum rationem uſurpaverit, à patria, domeſticáqve diverſam: aut certè, ut popularium annorum numerum à Græcorum æra deduxerit, ſolumqve uti dictum eſt, titulum Græcorum ad ſuos annos accommodaverit. Qvis ut aliud dicamus cogere nos Scriptoris ullius authoritate poteſt? Magnam hominis confidentiam, vel oſcitantiam oportet fuiſſe, qvi leviſſimis argumentis inductus, affirmare tam obſcuris de rebus ſine hæſitatione ulla potuerit.

De anno ac die Dominicæ Paſſion.

QVO DEMUM ANNO USI SINT IUDÆI. UBI ET OBSCURISSIMUS EX EPIPHANIO ILLORUM Cyclus exponitur.

ATENIM Lunari anno Iudæos uſos eſſe propemodum mortales omnes exiſtimant. Ecqvam igitur formam potiùs qvàm Calippicam amplexi ſunt? Si Hipparcheam, &c, qvam accuratiſſimam putat Scaliger recentiorem Iudaicam dixero, dicam qvod in Iſag. Can. idem ille diſertis verbis aſſeverat. In qvo magno ſe ludibrio traducit, dum ſua omnia decreta, & oracula convellit, & qvæ tanto cum conatu de Chriſti paſſione ſæpius adſtruxerat, nova illa ſententiâ convellit. Sed neutram Periodum apud Iudæos uſu ac conſvetudine receptam facilè dixerim. Lunarem qvidem motum utcunqve illos aſſeqvi voluiſſe ſuſpicor. Nam id ſvadet Ioſephus; qvi Lib. III Orig. Cap. X de Paſchate loqvens: τῷ δὲ μηνὶ, inqvit, τῷ Ξανθικῷ, ὃς Νισὰν παρ' ἡμῶν καλεῖται, καὶ τοῦ ἔτους ἐστὶν ἀρχὴ, τεσσαρεσκαιδεκάτῃ κατὰ σελήνην, ἐν κριῷ τοῦ ἡλίου καθεστῶτος. Necnon & Philo, qvi Lib. de Vita Moſis hæc ſcribit: τῷ δὴ μηνὶ τούτῳ, περὶ τεσσαρεσκαιδεκάτην ἡμέραν μέλλοντος τοῦ σεληνιακοῦ κύκλου γίνεσθαι πλησιφαοῦς, ἄγεται τὰ διαβατήρια δημοφανὴς ἑορτή. Nimirùm id in animo illis erat, ut ad Lunæ motus propiùs accederent; etſi propter Cycli labem, ac vitium interdum aberrarent. Qvod & Chriſtianorum exemplo declarari poteſt. Nam ut illi cùm Paſchatis celebritatem ad Lunæ ψηφισμοὺς, qvantum civilis uſus patitur, exigere conarentur, idqve in Nicæno Concilio decretum eſſet, in tanta rerum Aſtronomicarum luce ac peritia, tamen effugere non potuerunt, qvin collectam aliqvot ſæculis labem annorum ad hæc noſtra tempora propagarent; ut à Solis motu decem totos dies, à Lunari qvatuor aberrarent. Qvocircà idem Iudæis eveniſſe non dubito, ut eorum Neomeniæ biduo, ac triduo nonnunqvam à mediis Lunæ motibus ac veris

L. III. Iſag. Can. p. 225.

De anno ac die Dominicæ Passionis. etiam deflecterent. De Cyclo, & annorum orbe, in qvem Neomenias incluserint, etsi nihil admodum definio, verisimile tamen arbitror, qvod in hac Hæresi Epiphanius exponit, usos esse Christi tempore Iudæos Periodo qvadam annorum XIV, sive LXXXIV. potius.

Qvi qvidem Epiphanii locus plurimùm debet eruditissimo Keplero; qvi in Eclogis Chronologicis luculentissima disputatione id præstitit, ut ex his latebris emergere, aclucem aliqvam his in tenebris intueri possemus. Neqve enim est ullus apud Epiphanium obscurior ac difficilior locus. Ac me, priusqvam Kepleri Commentaria nactus essem, vehementer torserat; & nonnihil tamen eram assecutus; qvod illius ope postmodum expoliisse me fateor, ac qvædam etiam paulo ac ille fecit aliter explicasse. Licet autem ne ipse qvidem sibi Keplerus satisfaciat, neqve ego extricari posse confidam omnia; qvòd nemo præter Epiphanium Cycli istius meminerit, & verba ipsa mendosa sint, proponam tamen, qvoad brevissimè, planissiméqve potero, qvæ aut vera esse judico, aut certè veris propiora.

Ac primum obscurissimus ille Iudæorum Cyclus exponendus videtur: qvo cognito qvæ sit Epiphanii de Passione Christi sententia faciliùs asseqvemur.

Judaici Cycli, qvo Christi Domini tempore usos esse putat Epiphanius, explicandi finis, ac scopus est; ut appareat Iudæos anno ipso Passionis biduo, vel etiam triduo à Lunæ ratiociniis aberrasse. Cyclum porro ita ferè describit. Iudæos asserit Lunarem annum constituisse dierum 354, horarum 8; qvæ qvidem horæ tribus annis diem conficiunt. Adhæc in annis XIV qvinqve menses intercalari, qvoniam è Solis cursu, qvi est dierum 365. hor. 6, horam unam expungunt. Nam si horas adjeceris, restabunt 365 dies παρὰ ὥραν μίαν. Unde illi sexies multiplicatis qvatuordecim annis, mensem unum octuagesimo qvarto intercalant anno; adeò ut in totum XXXI menses in annos LXXXV imputentur, cum recta ratio XXXI menses, & dies XXIV, cum horis 3 reqvirat. Hæc Epiphanius è qvibus nonnullis emendatis, qvæ singillatim excutientur, hanc Cycli formam Keplerus eruit.

Kepleri descriptio. Duplex apud Judæos Lunaris olim Cyclus extitit: Alter XIV annorum, minor: alter LXXXIV: uterqve septenarius; cujus numeri propter Sabbaticos annos rationem videntur habuisse. Tessaradecaëteris ex illorum instituto Syzygias habet integras, sed infra Solaris anni modum consistit. Post VI demum Tessaradecaëteridas ambo in concordiam anni utcunqve redeunt. Dixi Lunarem annum definiri diebus 354, hor. 8. Qvæ si qvater & decies multiplicentur, dies efficiunt 4956, horas 112, sive dies 4, hor 16, hoc est dies fere 5. Accedunt intercalares menses qvinqve, dierum singuli 29, hor, 12. Hi dies 147, cum horis 12 conficiunt. Ex qvibus summa conflatur dierum 5103, hor. 12. Postremo si 112 illas horas adjicias, sive dies 4, hor. 16, colliguntur dies 5108, hor. 4. E qvibus 13 Julianis annis deductis, qvi sunt dies 4748. hor. 6, supererunt 359, hor. 22. sive 360 dies, una hora minus. Qvod si præcisè dies qvinqve in annis XIV intercalentur, primùm qvod ait Epiphanius, tertio qvoqve anno diem

De anno ac die Dominicæ Passionis.

adjici, id de primis XII annis intelligendum erit: at decimo tertio, & qvarto annis dies unus competet; ita ut anni XIV dies auferant 5108, hor. 12. è qvibus ablatis annis XIII, restabunt 360. hor. 6. Verùm qvoniam ultimo illo auno horæ duæ subtrahi debent, Tessaradecaëteris diebus constabit 5108, hor. 10. de qvibus detracti anni XIII, relinqvunt dies 360, hor. 4. Jam verò anni Juliani XIV dies habent 5113. hor. 12. E qvibus detractis 5108. 10, reliqvi sunt dies 5. 2. Sed ablatis duabus illis horis, discrimen Tessaradecaëteridos Lunaris & Solaris est dierum qvinqve, qvi è Cyclis senis collecti post 84 annos dies relinqvunt 30, qvi initio anni 85 intercalantur. Qvare Tessaradecaëteris Juliana diebus constat 5113 hor. 10. Lunaris vero 5108 10. Qvæ in civili usu ita dispensantur. Prima Tessaradecaëteris dies habet 5109, & de posteriori qvatuordecim horas decerpit. Secunda dies obtinet 5108, reliqvas verò 10 horas ad compensandas priores 14 erogat: restant horæ 4: qvæ post 3 Cyclum repensæ 6 horas residuas faciunt. Qvartus Cyclus horas 16 reliqvas habet. Cyclus V diem unum adjicit. Est enim dierum 5109, & horas relinqvit duas. Cyclus demùm sextus horas 2 relinqvit. Colliguntur dies in VI Cyclis 30650, hor. 12. Qvibus si addas dies 30, qvi ex 5 consurgunt, qvos singulæ Tessaradecaëterides Solares supra Lunares colligunt, dies conficient 30680, hor. 12. At anni Juliani 84 dies postulant 30681. Differentia 12 horarum; qvæ perimuntur in Cyclis VI, hoc est binæ in unaqvaqve Tessaradecaëteride. Qvare postrema Syzygia primæ Ogdoëcontatessaradecaëteridis dies reqvirit tantummodò 29, hor. 12. Sed in usu civili tricenos aufert, & de seqventi 12 horas mutuatur; è qvibus decem in primo Cyclo restitutis, compensandæ sunt duæ, His in secunda Tessaradecaëteride perinde redditis, superfluæ sunt 8. In tertia Tessaradecaëteride reliqvæ fiunt horæ 18. In qvarta addito die solido, restant hor. 4. Post qvintam Tessaradecaëteridum 14 horæ supersunt. In sextâ dies unus eximitur. Colligundies 30650. Adjectis diebus 30. fiunt 30680. Qvare annis 168 dies unus eximitur. Hoc enim spectasse Judæos Keplerus existimat, ut qvòd annum Julianum scirent Tropico majorem esse, neqve de Tropici qvantitate constaret, in annis 168 diem unum detraherent; qvi sunt Cycli minores XII, majores II. Nam 168 Juliani dies postulant 61362. At Cycli duo majores, & 168 anni Tropici, die 61361. Ita qvidem Judæi post annos 84 Lunam cum Sole paria facere sibi persvaserant. Sed non ita est. Nam 84 anni Lunares, hoc est Cycli decemnovennales 4 cum Octaeteride dies exigunt 30682, hor. 6. 51′ ferè. Discrimen à Iulianis annis 84 est diei 1, hor. 6. 51′. Qvare biduo propemodum Neomeniæ politicæ anticipantur in Cyclo Iudaico.

Quænam in Kepleri descriptione minus placeant.

Hæc summatim Keplerus; qvi in Græco contextu nonnulla commutat, qvæ paulo pòst adnotabimus. Atqvi duo sunt in ejus ratione qvæ mihi non satis probantur. Primùm enim cùm Epiphanius dicat, Iudæos de Solis cursu, hoc est 365 ¼ horam decedere, sive duodecimam τοῦ νυχθημέρου partem, qvod ita Keplerus accipit, ut decimo qvarto qvoqve anno horæ illæ duæ subtrahantur, idem & in Lunari anno imprudens facit: qvod neqve verum est, nec Epiphanius significat. Nam cum XIV anni Lunares duodecim horas supra 5108 dies colligant, Ke-

De anno ac die Dominicæ Passionis.

plerus decem tantum horas attribuit, propterea qvod è 5108 diebus, horisqve 12, tredecim annis Julianis detractis, cum residui sint dies 5, horæ 2, has ipsas horas duas eximit. Qvare tam in Lunari Tessaradecaeteride, qvam in Julianâ, horas detrahit duas, adeoqve post 168 annos utrobiqve dies unus perimitur: qvod in anno Lunari prorsus est inauditum. Alterum, qvòd Epiphanium scripsisse putat, τξ' ἡμέραι, παρὰ ὥρας δύο, pro τξε' ἡμέραι παρὰ ὥραν μίαν, hoc est horas 4 supra dies 360 superesse. Nam in dierum numero rectè qvinariam notam inducendam censuit: sed ut παρὰ, idem sit ac *præter*, assentiri non possum: qvia defectum potius in ejusmodi constructione significat: estqve παρὰ ὥραν μίαν, *una horâ minus*. Qvod & subinde Keplerus agnoscit, & priorem illam rationem haud satis placere sibi fatetur. Igitur diligenter subductis, ac tentatis omnibus, qvibus difficillimum hunc Cyclum tractare, atqve illustrare possemus, duplici id ratione perfecimus; qvarum alterutram, nisi fallimur, æqvo, atqve erudito Lectori probabimus.

Prima ratio declarandi Cycli.

Prima autem est ejusmodi. Judæi Cyclum usurpabant duplicem; majorem, ac minorem: hunc XIV, illum LXXXIV annorum. Lunarem annum iidem præcisè dierum 354, horarum 8 constituebant. Ita in Tessaradecaeteride dies erant 5108, horæ 4. Anni Lunares XIV simplices dies colligunt 4956, Syzygias 168, alternis plenas, & cavas, hoc est 84 plenas totidemqve cavas. Accedunt embolimææ Syzygiæ plenæ V, sive dies 150. Fiunt in Tessaradecaeteride dies 5106, Syzygia plena 89, cavæ 84: Supersunt dies 2, horæ 4. Reservatis horis in finem Cycli majoris, reliqvum biduum ad duas cavas Syzygias adjunctum totidem è cavarum numero detrahit. Ita fiunt 91 plenæ, cavæ 82 in tota Tessaradecaeteride, dies 5108. Qvod si qvis embolimos menses V singulos dierum duntaxat 29, hor. 12 esse malit, addat ad 4956, dies 147, hor. 12. Colliguntur dies 5103, hor. 12 qvæ è 5108, hor. 4 detracta, relinqvuunt dies 4, hor. 16. E qvibus duodecim horæ deductæ, & ad ultimam intercalarem Syzygiam, qvam dierum 29, hor. 12 statuimus accedentes, plenam illam efficiunt. Tum verò qvatuor illi dies è cavis Syzygiis totidem plenas constituunt. Unde plenæ Syzygiæ conflantur 91, cavæ 82, ut antea. Restant horæ 4. Cæterum anni Juliani XIV, dies exigunt 5113, horas 12. Lunarem igitur Tessaradecaeteridem Solaris superat diebus 5. hor. 8. Sed Tessaradecaeterides Lunares VI, sive anni LXXXIV dies colligunt 40679, Solares verò totidem, dies 40681. Biduum ergo deest Ogdoecontessaraeteridi Lunari ad Solis rationes adipiscendas.

Verum aliud est τεχνικῶς, & ad methodum Cyclum describere; aliud ad civilem captum accommodare. Tessaradecaeteris Judaica ex methodo, & φυσικῶς dies habuit 5108, horas 4; Juliana verò 5113, hor. 12. major hæc est illâ diebus 5, hor. 8. At πολιτικῶς soli dies numerantur, horæ differuntur, donec solidum diem attigerint. Qvocircâ prior Cyclus dies obtinet 5108, Syzygias 173, qvarum plenæ sunt 91, cavæ 82: qvæ alternis, qvoad fieri potest, dispensantur, novem exceptis, qvibus plenæ cavas excedunt. Horæ 4 in Cycli majores finem reservantur. Rursus Juliana Tessaradecaeteris civiliter diebus constat 5113. Nam horæ 12 relinqvuntur. Desunt itaqve Lunæ ad Solarem modum dies 5. Qvos Epiphanius in octuagesimum qvartum an-

num, sive Cycli majoris finem reservatos docet: ut tum demùm solidus mensis extra ordinem intercalatus fuerit. Igitur in V prioribus Cyclis, qvi singuli dies habent 5108, Syzygiæ sunt 173, plenæ, 91, cavæ 82. Postremus, sive sextus, dies colligit 5109, addito uno, qvi ex horis 4 appendicibus conflatur. Accidit deinde plenus ex diebus 5. mensis, qvi singulis Tessaredecaeteridibus relicti sunt. Ita Syzygiis constat hic Cyclus ultimus 174, plenis 93, cavis 81. Colliguntur Syzygiæ in 84 annis, 1039; qvarum plenæ sunt 548, cavæ 491; Differentia plenarum, & cavarum, 45. Dies porro sunt 40679. Ad hunc modum ordinari poterunt minores isti Cycli. Verum si alternis plenorum cavorumqve mensium propagatam successionem velimus, bellissimè id fieri potuit: qvandoqvidem dies 40679 per 59 divisi dant Syzygias plenas 520, cavas 519, & 28. dies reliqvos, qvi ut ad justam Syzygiam perveniant, unus dies è plena qvapiam detrahi potest; qvo sint plenæ 519, cave 521. Hoc si Judæi tùm instituerint, Tessaradecaeteridem ad methodum duntaxat usurparunt; cum civiliter menses alternis 30, & 29 dies obtinerent. Atenim orbis hic annorum LXXXIV abest à Solari ratiocinio biduo integro; à Lunari vero plus triduo. Nam Juliani 84 anni dies conficiunt 40681; Lunares vero secundum medios motus 40682, hor. 6. 51′. Desunt itaqve Ogdoecontatessaraeteridi Judaicæ dies 3. hor. 7. Sanè Judæis in hoc annorum circuitu cum Lunarium Neomeniarum ἀποκατάστασιν fieri; tùm Solem cum Luna paria facere, persvasum esse oportuit. Alioqvi nullam Cycli hujus instituendi caussam habuissent. Qvare tam in Solaris anni qvàm Lanaris modo definiendo aberrasse necesse est ab utriusqve rationibus: & Lunarem qvidem dierum 354, horarum 8 præcisè constituisse; Solarem vero 365. hor. 5. minus $\frac{48}{84}$ sive $\frac{4}{7}$, nempe dierum 365, hor. 5, 34′ $\frac{2}{7}$ vel. 365. . 34 17′ $\frac{1}{7}$ Qvod fortasse verum est. Nam qvod ad Solem spectat, cùm minus qvàm 6 horas appendices ad 365 dies addendum esse scirent, si Lunarem annum præcise dierum 354, hor. 8 facerent, eam Soli qvantitatem tribuere potuerunt, qvæ anno septenario, id est 84, Lunæ rationes adæqvaret. Ex qvo illud etiam apparet, cujus caussa disputationem hanc ingressi sumus; qvemadmodum Judaicus Cyclus Neomenias cœlestes, triduo vel qvatriduo; æqvinoctia biduo paulatim antevertat. Etsi non plus bidui antecessione fieri credidit Epiphanius; hoc est annus LXXXIV Lunaribus totidem à Judæis assignatos dies, qvot in annis Julianis insunt; nempe 40681: ut tum justa Neomeniarum ἀποκατάστασις esse potuerit. Nam ex illius hoc verbis potest colligi; qvibus Æqvinoctium ac Plenilunium die martii XXII contigisse docuit feria I, cum in vitioso Judæorum Cyclo id acciderit die XX. Nam XIV Lunam ait incurrisse in feriam V, qvæ conveniebat Martii XIX. Biduum igitur ad Judaicum annum tam Solarem, qvàm Lunarem defuit Epiphanii sententia: qvod ut ostenderet, totam illam de Judaico Cyclo dissertationem aggressus est. indidemqve id qvod modò dictum est conficitur; Judæos utriusqve anni ἀποκατάστασιν diebus 40679 perfici credidisse. Epiphanium verò biduum solum amborum siderum pariandis rationibus deesse velle.

Hæc est prior huius Cycli Iudaici descriptio, qvæ Epiphanii verbis innititur, dùm ait Iudaici anni qvantitatem dierum esse 354, hor. 8. præcisè. Ita

De Anno ac die Dominica Passione.

Προήγησις bidui vel tridui in Cyclo Judaico.

Accommodatur ad Epiphanii verba.

De anno ac die Dominicæ Passionis. enim in annis XIV horæ confiunt 112, sine dies 4, hor. 16. Ex qvo summa dierum toto Cyclo consurgit 5108, hor. 4. Addit deinde V esse menses embolimos. Tùm horas detrahi duas de Solis cursu. Qvæ subobscura sunt; sed utcunqve sic explicari possunt. Caussam affert, cur ex annis XIV Cyclum conflaverint: qvòd nimirùm Lunam hoc in minore Cyclo nondum cum Sole conciliare voluerint: sed dies superfluos qvinqve cum horis 8 reservarint. Ita enim fit, ut si ex anno Juliano decimoqvarto dies auferas V hor. 8, supersint 360, minus horis duabus. Nam si ex diebus 5108, hor. 4. Julianos XIII eximas, sive dies 4748, hor. 6, restabunt dies 359 horæ 22. Unde corrigenda Epiphanii verba, & ita dirigenda sunt: *διὰ τὸ ἀφαιρεῖσθαι ἀπὸ τοῦ ἡλιακοῦ δρόμου τῶν τξέ ἡμερῶν πέντε ἡμέρας, καὶ μίαν ὥραν· προστιθεμένων γὰρ τῶν ὡρῶν, λοιπὸν γίνονται τξ ἡμέραι παρὰ ὥραν μίαν.* At in fine Numeri ita leg. *οἵτινες ὤφελον εἶναι κατὰ τὴν ἀκρίβειαν τριάκοντα μῆνες, καὶ εἰκοσιοκτὼ ἡμέραι.* Vult enim Judæos in annos 84 menses intercalasse 31, cùm 30 dunraxat cum 28 diebus computari debeant; hoc est Syzygiæ 1039, & dies 28. Ita biduum abest Judaicus Cyclus à Solaribus annis 84; qvem & Cyclum Lunarem *ἀκριβῆ* putat Epiphanius.

Altera Cycli ratio Seqvitur interpretandi Cycli ratio altera: ut & Tessaradecaëteris dies habeat 5108, hor. 12, & Ogdoecontatessaraeteris dies præcisè 40681; qvibus vertentibus Luna Judaica cum Sole redeat in concordiam: sed à mediis Lunæ motibus biduo civiliter aberret. Qvod tam in minore, qvam majore Cyclo *τεχνικῶς*, aut civiliter fieri hoc modo potest. Tessaradecaeteris habet, ut dictum est, dies 5108, hor. 12. Anni Lunares simplices dies 354, hor. 8. 34′ $\frac{3}{7}$ Syzygia verò 29. 12. 41′ $\frac{307}{475}$ Jam in Tessaradecaeteride Syzygiæ sunt totidem, qvot in priori methodo: nisi una forsitan plenis accrescere debeat, anticipatis ex seqvente Cyclo XII horis, qvæ ad XII superfluas prioris additæ diem faciant; ut sit prior Cyclus dierum 5109. Tunc enim plenæ Syzygiæ 92, cavæ 81 numerandæ sunt. Secundus Cyclus dies habebit 5108. Tertius duodecim horis anticipatis de qvarto Cyclo, 5109. Qvartus 5108. Qvintus 5109. Sextus 5108. additoqve tricenario mense ex Epactis Solaribus singularum Tessaradecaeteridum, colliguntur dies 40681, menses pleni 550, cavi 489, & in totum 1039. Porrò *τεχνικῶς* dies 5108, hor. 12. ex 5113. hor. 12, qvi est Julianorum qvatuordecim modus, detracti, Epactas relinqvunt præcisè dies V, qvi in ultimum Cyclum differuntur.

Præter civilem hanc singularum Tessaradecaeteridum dispositionem, in qva pleni menses cavos superant 61, alia, ut in priore methodo, administrari potuit, eleganti cavorum plenorumqve mensium atqve æqvabili successione. Nam dies 30681 Syzygias complenti alternis plenas, & cavas 1040, & unum præterea diem. Ita plenæ sunt 521, cavæ 519. In tota verò Periodo embolimi menses pleni sunt 31. Sed cum 1040 Syzygiæ Lunares postulent dies 30682, horas 6. 51′, deerunt ad ultimam complendam dies 1, hor. 7. Ideò perperam illi justam Syzygiam conflabant; cùm non amplius, qvam 28 dies horæ 6 superessent. Si enim ex 29. 52. 44′, qvæ est media Syzygia deducas 1. 6. 51, supererunt 28, 5. 53′: hoc est *εἴκοσι ὀκτὼ ἡμέραι, καὶ ὧραι τρεῖς*: ut apud Epiphanium emendandum fuerit. Sic biduo ferè civiles Neomenia *τὰς ἀκριβεῖς* anticipabunt. Et qvoniam Keplerus conjicit Judæos, ut

annum Tropicum cum Juliano conciliarent, unum diem post Cyclos majores duos, sive annos 168 exemisse, atqve horas in unaqvaqve Tessaradecaeteride duas; hoc si verum est, Tessaradecaeteris Juliana dies habebit 5113, hor. 10. A qvibus qvinqve diebus ablatis, qvi in Cyclum postremum reservantur, supersunt 5108. 10. De qvibus detracta qvantitate tredecim annorum Julianorum, decimus qvartus dies auferet 360$\frac{1}{2}$. Ut apud Epiphanium legi oporteat: λοιπὸν γίνονται τξ΄ ἡμέραι, καὶ τρεῖς ὧραι παρὰ ὥραν μίαν. Dies autem in Cyclo majori conficient 30680, 12. qvi à Lunari motu absunt diebus fere duobus, hoc est 1. hor. 18. Qvocirca Judæos Epiphanius scribit medias Neomenias anticipantes biduo, ultimam tricenariam imputasse, cum dies duntaxat forent 28, hor. 6. Atqve hæc posterior Cycli conformatio aliter intellectis Epiphanii verbis approbari videtur, Nimirùm cùm scribit; tertio qvoqve anno diem accrescere ex horis 8, qvæ singulis annis accedunt. Nam hæc ita possunt accipi, ut anno XIII, horæ 12, totidemqve anno XIV additæ, biennio diem colligant; qvod in hunc annorum orbem Lunares Neomeniæ cogantur. Ita Cyclus integer dies præcisè qvinqve superfluos sibi vendicat: non ut in priore methodo 4, hor. 16. Reliqva è superioribus facillima sunt.

De anno ac die Dominica Pasfionis.

Accommodatur ad Epiphanii verba.

Negare profectò nemo potest, qvin utravis illa ratio cum Epiphanii verbis congruat. Cæterùm Judæos vel hac, vel simili annorum dispositione sub Christi, adeoqve sub Nicæni Concilii tempora usos esse, qvæ à Solis motibus aberraret, multa sunt, qvæ persvadent. Sed illud imprimis, qvod postea demonstrabimus; Pascha in postremo mense, id est ante Æqvinoctium à Iudæis sæpius peractum. Necesse est itaqve labem aliqvam ad Solarem illorum annum accidisse; propter qvam à priore epocha luxatus in anteriora recesserit: cujusmodi vitium aliàs tridui; bidui aliàs extitit, in aureis Numeris XIX, & VIII Alexandrinis; qvos Judæi simplices habuerunt. In his enim decimaqvarta Lunaris, & qvidem Paschalis Judaica in XVIII. ac XIX Martii convenit, biduo, uti dixi, triduòve ante vernum Æqvinoctium. Qvæ qvidem labes in hoc Epiphanii Cyclo paulatim existit. Siqvidem in priori methodo, si Neomenia primi mensis Ogdoecontatessaraeteridos in Æqvinoctium incidat, utputa 22 Martij, post 84 annos, ad 20 perveniet, atqve ita deinceps κ(αὶ) μετάβασιν εἰς τὰ προηγούμενα; nisi castigatione, & dierum adjectione coerceatur: qvod identidem fecisse temporum apud Judæos moderatores verisimile est, ac Neomenias aliqvando tardius indixisse. At in posteriore methodo post 84 annos Neomeniæ Judaicæ ad eosdem Iulianos dies redeunt; sed cœlestes Neomenias uno die, horis 7. anticipant. Qvare prima illa ratio ad Epiphanii mentem pluluculum videtur accedere, cùm ab Æqvinoctio præsertim recessisse Iudaicas Neomenias existimari velit. Sed ut ipsis propemodum sensibus res tota subjiciatur, Cycli Iudaici majoris; sive Tessaracædecaeteridum VI typum hic adtexam ea civili forma, ac dispositione, qvæ ex Epiphanii disputatione probabiliter institui potest: ex qva manifestum erit, qvemadmodum Neomeniæ biduo ab epocha Solari paulatim in anteriora discedant. Sumatur igitur, ut in prima methodo dictum est, Cycli majoris qvantitas dierum 30679, Cujus initium ducatur ab anno Per. Iul. 4663, Cyclo Lunæ 8, Solis 15, Lite-

Prima ratio alteri anteponenda videtur.

ta C, anno ante Christi Natalem 51. Ita cum Christi Passio ex Epiphanii sententia cadat in annum Julianum 76, æræ Christianæ communis 31, erit is annus Cycli majoris 82, Tessaradecaeteridis verò sextæ annus 13, Cyclo Nicæno 13, Solis 12, Lit. G.

His animadversis, constituatur Neomenia Nisan Cyclo Nicæno 8 in anno primo Tessaracædecaet. primæ Aprilis VI. Etenim anno Periodi Julianæ 4663, Cyclo 8, Novilunium medium ex Mülleri Tabulis accidit Apr. VI, circa mediam noctem, hoc est Apr. 6. o. 58'. Reliqvæ Neomeniæ necessario contextu sese toto in Cyclo conseqventur: ut ex hoc Diagrammate liqvet. In qvo ordines sunt 8. Primus annorum numerum continet. Secundus Cyclum Solis. Tertius Lunæ Cyclum, utrumqve Nicænum. Qvartus dierum numerum, qvi singulis annis competunt. Qvintus Neomeniam Nisan in mense Juliano. Sextus Literam Dominic. Septimus characterem Neomeniæ. Octavus dies Tessaradecaeteridis collectos. Adjecimus & anni qvalitatem; hoc est ὑπερημέρους & ἐμβολιμαίους annos adnotavimus.

TABULA NEOMENIARUM NISAN IN ANNIS TESSARADECAETERIDON ET OGDOECONTATESSARAETERIDOS JUDAICARUM INIENS ab A. Per. Jul. 4663.

TESSARACÆDECAETERIS I.

	Anni Periodi	Cycli Nicæni Solis	Cycli Nicæni Lunæ	Dies annorum.	Neomenia Nisan	Neom. feria		Qvalitas anni	Dies collecti
	1	XV	VIII	354	VI. Ap.	C	3		354
	2	XVI	IX	354	XXVI. Mar.	B	7		708
B	3	XVII	X	ὑπ. 385	XIV. M.	A G	4	Εμβ. ple-	1093
	4	XVIII	XI	354	III. Ap.	F	4	nus	1447
	5	XIX	XII	354	XXIII. M.	E	1		1801
	6	XX	XIII	ὑπ. 384	XII. M.	D	5	Emb.	2185
B	7	XXI	XIV	354	XXX. M.	C B	4	cavus	2539
	8	XXII	XV	384	XIX. M.	A	1	Emb.P.	2923
	9	XXIII	XVI	ὑπ. 355	VII. Ap.	G	7		3278
	10	XXIV	XVII	354	XXVIII. M.	F	5		3632
B	11	XXV	XVIII	383	XVI. M.	E D	2	Emb.C.	4015
	12	XXVI	XIX	ὑπ. 355	III. Ap.	C	7		4370
	13	XXVII	I	354	XXIV. M.	B	5		4724
	14	XXVIII	II	384	XIII. M.	A	2	Emb. P.	5108

Hic est annus primus Judæorum.

De Anno ac die Dominica Paschatis.

	Anni Periodi	Cycli Nicæni Solis	Lunæ	Dies annorum	Neomenia Nisan	Neom. feria		Qualitas anni	Dies collecti
				TESSARADECAETERIS II.					
B	15	I	III	ὑπ. 355	XXXI. Mar.	G F	1		355
	16	II	IV	354	XXI. M.	E	6		709
	17	III	V	383	X. M.	D	3	Emb.	1092
	18	IV	VI	ὑπ. 355	XXVIII. M.	C	1	cavus	1447
B	19	V	VII	384	XVII. M.	B A	6	Emb. P.	1831
	20	VI	VIII	354	V. Ap.	G	5		2185
	21	VII	IX	ὑπ. 355	XXV. M.	F	2		2540
	22	VIII	X	383	XV. M.	E	7	Emb. C.	2923
B	23	IX	XI	354	I. Ap.	D C	5		3277
	24	X	XII	ὑπ. 355	XXI. M.	B	2		3632
	25	XI	XIII	384	XI. M.	A	7	Emb. P.	4016
	26	XII	XIV	354	XXX. M.	G	6		4370
B	27	XIII	XV	ὑπ. 355	XVIII. M.	F E	3		4725
	28	XIV	XVI	383	VIII. M.	D	1	Emb. C.	5108
				TESSARADECAET. V.				Colliguntur dies in IV Cyclis 10216.	
	29	XV	XVII	354	XXVI. M.	C	6		354
	30	XVI	XVIII	ὑπ. 385	XV. M.	B	6	Emb. P.	739
B	31	XVII	XIX	354	III. Ap.	A G	3		1093
	32	XVIII	I	354	XXIII. M.	F	7		1447
	33	XIX	II	ὑπ. 384	XII. M.	E	4	Emb. C.	1831
	34	XX	III	354	XXXI. M.	D	3		2185
B	35	XXI	IV	354	XIX. M.	C B	7		2539
	36	XXII	V	ὑπ. 385	VIII. M.	A	4	Emb. P.	2924
	37	XXIII	VI	354	XXVIII. M.	G	4		3278
	38	XXIV	VII	383	XVII. M.	F	1	Emb. C.	3661
B	39	XXV	VIII	ὑπ. 355	III. Ap.	E D	6		4016
	40	XXVI	IX	354	XXIV. M.	C	4		4370
	41	XXVII	X	384	XIII. M.	B	1	Emb. P.	4754
	42	XXVIII	XI	ὑπ. 355	I. Ap.	A	7		5109
				TESSARADECAET. VI.				Colliguntur dies in V Cyclis 15325.	
B	43	I	XII	354	XXI. M.	G F	5		354
	44	II	XIII	383	X. M.	E	2	Emb. C.	737
	45	III	XIV	ὑπ. 355	XXVIII. M.	D	7		1092
	46	IV	XV	384	XVIII. M.	C	5	Emb. P.	1476
B	47	V	XVI	354	V. Ap.	B A	4		1830
	48	VI	XVII	ὑπ. 355	XXV. M.	G	1	Emb. C.	2185
	49	VII	XVIII	383	XV. M.	F	6		2568
	50	VIII	XIX	354	II. Ap.	E	4		2922

* De Anno ac die Dominicae Passionis.

	Anni Periodi	Cycli Nicæni Solis	Lunæ	Dies annorum.	Neomenia Nisan	Neom.	feria	Qvalitas anni	Dies collecti
B	51	IX	I	ὑπ. 355	XXI. M.	D C	1		3277
	52	X	II	384	XI: M.	·B	6	Emb.P.	3661
	53	XI	III	354	XXX. M.	A	5		4015
	54	XII	IV	ὑπ. 355	XIX. M.	G	2		4370
B	55	XIII	V	383	VIII. M.	F E	7	Emb. C.	4753
	56	XIV	VI	354	XXVI. M.	D	5		5107
		TESSARADECAET. V.						Colliguntur dies in IV Cyclis 20432.	
	57	XV	VII	ὑπ. 385	XV. M.	C	2	Emb.P.	385
	58	XVI	VIII	354	IV. Ap.	B	2		739
B	59	XVII	IX	354	XXIII. M.	A G	6		1093
	60	XVIII	X	ὑπ. 384	XII. M.	F	3	Emb.C.	1477
	61	XIX	XI	354	XXXI. Mar.	E	2		1831
	62	XX	XII	354	XX. M.	D	6		2185
B	63	XXI	XIII	ὑπ. 385	VIII. M.	C B	3	Emb.P.	2570
	64	XXII	XIV	354	XXVIII. M.	A	3		2924
	65	XXIII	XV	383	XVII. M.	G	7	Emb.C.	3307
	66	XXIV	XVI	ὑπ. 355	IV. Ap.	F	5		3062
B	67	XXV	XVII	354	XXIV. M.	E D	3		4016
	68	XXVI	XVIII	384	XIII. M.	C	7	Emb.P.	4400
	69	XXVII	XIX	ὑπ. 355	I. Ap.	B	6		4755
	70	XXVIII	I	354	XXII. Mar.	A	4		5109
		TESSARADECAET. VI.						Colliguntur dies in V Cyclis 25541.	
B	71	I	II	383	X. M.	G F	1	Emb.C.	383
	72	II	III	ὑπ. 355	XXVIII. M.	E	6		738
	73	III	IV	384	XVIII. M.	D	4	Emb.P.	1122
	74	IV	V	354	VI. Ap.	C	3		1476
B	75	V	VI	ὑπ. 355	XXV. M.	B A	7		1831
	76	VI	VII	383	XV. M.	G	5	Emb.C.	2214
	77	VII	VIII	354	II. Ap.	F	3		2568
	78	VIII	IX	ὑπ. 355	XXII. M.	E	7		2923
B	79	IX	X	384	XI. M.	D C	5	Emb.P.	a 3307
	80	X	XI	354	XXX. M.	B	4		b 3661
	81	XI	XII	ὑπ. 355	XIX. M.	A	1		4016
	82	XII	XIII	383	IX. M.	G	6	Emb.C.	c 4399
B	83	XIII	XIV	354	XXVI. M.	F E	4		4753
	84	XIV	XV	ὑπ. 355	XV. M.	D	1		5108
								Colliguntur dies in VI Cyclis 30649.	

A. I. An. Dionysii.

a Annus Baptismi ex Epiphanio in VIII Novemb.

b Hic est annus baptismi secundum Lucam VI lam.

c Hic est annus Passionis ex Epiphan.

In hoc Cyclo Embolimi sunt XXX. At Cyclus desinit in IV Martii: ita ut Ogdoecontat. II incipiat à V Martii. Ascendit igitur Neomenia 32 diebus ab Epocha Juliana primi Cycli, quæ est VI Aprilis. Quare debet intercalari mensis

mensis tricenarius, qvo Neomenia summovebitur in IV Apr. & biduo à prisca Epocha recedet. Qvod erat demonstrandum. Sed Epiphanius ait mensem illum Embol. tricesimum primum conjici in annum 85. Itaqve annus primus Cycli secundi inibit X Martii. Ubi & Judæi Cyclum figebant, qvia citimus illorum terminus triduo Nicænum antecedit. *De anno ac die Dominicæ Passionis.*

DECLARATUR JUDAICUS ILLE CYCLUS, EJUSQVE OPPORTUNITAS APERITUR.

FUIT hæc, vel esse potuit, civilis utriusqve Cycli dispositio: in qva ad amussim observata vides omnia, qvæ paulo antè disputata sunt. Nam & dierum in unaqvaqve Tessaradecaeteride ille numerus est, qvem constituimus, 5108. vel 5109, semel verò 5107; civili id ratione postulante. Tum *περιττοὶ ἡμέραι* tertio qvoqve anno: Embolimi verò menses *ἐναλλὰξ* pleni, caviqve, & in singulis Cyclis V: in Tessaradecaeteribus, embolimi XXX. Imò verò XXXI. Nam totidem imputari debent; ut sint dies in Ogdoecontaetesśaraet. 30679. At Epiphanius ultimum embolimorum ad initium Cycli seqventis, sive annum 85 rejicit. Unde prior Cyclus diebus constat 30649; secundus 30709. habebitqve embolimos 32; alioqvi nimium ab epocha Neomeniæ recederent. Qvarum qvidem Neomeniarum *προέμπτωσιν*, & *μετάβασιν εἰς τὰ προηγούμενα* in eodem Diagrammate potes intueri. Nam post qvamlibet Tessaradecaeteridem, V dieb. & horis 8 Neomenia Nisan primam epocham antevertit. Ut si primo anno Cycli Neomenia Nisan Apr. VI contigerit hora merid. exactis XIV annis. ad Kal. Apr. regredietur; & in horam IV post mediam noctem incidet in A.D. Kal. Apr. atqve ita deinceps Neomenia Judaica ab epocha primi mensis, & Solari longiùs abscedet; donec volvente majore Cyclo, cum jam XXXII diebus retroacta fuerit, intercalatione pleni mensis ad pristinam epocham revocata biduo duntaxat anticipabit.

Epocha Neomeniæ Nisan in Cyclo Nicæno VIII est Aprilis VI; Cyclo verò XIII est Martii XII: eo qvòd Christi sæculo, Cyclo XIII Neomenia in illum diem incurrebat: a qvo sub Nicæni Concilii tempus ad XI transiit. Sed in Judaico Cyclo prima Tessaradecaet. Neomeniam exhibet in XII: Secunda in XI, & ita deinceps usqve ad IX: & propter incidentem Bisextilem diem ad VIII etiam recurrit. Anno qvidem Juliano LXXVI Nisan Martii IX feria VI conveniebat; qvod ad Epiphanii sententiam, totamqve illam de Passionis anno ac die qvæstionem explicandam opportunissimè cecidit. Qvin & alterum Laterculi, ac Judaici illius Cycli fructum atqve usum paucis aperiam. Scito igitur probabilem ex eo caussam elici, cur Judæorum Nisan ab epocha veteri, hoc est Æqvinoctio, itidemqve Latinorum primus mensis aberraverit. Qvod enim XIV Nisan in Æqvinoctii diem ipsum olim inciderit; docent vetustissimi Judæorum Magistri: imprimis Agathobuli duo, & Aristobulus horum discipulus, qvi unus è LXX senioribus fuit, apud Anatolium in fragmento, qvod Euseb. citat L. VII Hist, C. XXVII. Asserunt enim *τὰ διαβατήρια θύειν δεῖν μετ᾽ ἰσημερίαν ἐαρινὴν μεσοῦντος τοῦ πρώτου μηνός.* Idem & Musæus vetus Judæorum scriptor docuit. Sed & Philo Lib. de Vita Mosis: *τὴν ἀρχὴν τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας πρῶτον ἀναγράφει μῆνα Μωϋσῆς.* Adstipulatur & Jose- *Cur Judæi ante Æqvinoctium Pascha celebrarint.*

P

De Anno ac die Dominica Passionis.

phus L. III. Orig. C. X. τῷ ϑ μηνὶ τῷ Ξανθικῷ, ὃς Νισὰν παρ' ἡμῖν καλεῖται, καὶ τοῦ ἔτους ἐστὶν ἀρχή, τεσσαρεσκαιδεκάτῃ κατὰ σελήνην ἐν Κριῷ τοῦ ἡλίου καθεστῶτος. Igitur Iudæorum XIV. Nisan in Æqvinoctium incurrebat priscis illis temporibus, & ex Mosis Instituto. At postea præscriptos limites transgrediens Æqvinoctium diebus aliqvot antecessit. Testantur hoc vetustissima Christianorum monimenta; qvæ Iudæorum Pascha æqvinoctium prævertere, & in XII. mense celebrari nonnunqvam admonent. Canone VI. Apost. L. I. Εἴτις Ἐπίσκοπος, ἢ Πρεσβύτερος ἢ Διάκονος τὴν ἁγίαν τοῦ Πάσχα ἡμέραν πρὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας μετὰ Ἰουδαίων ἐπιτελέσῃ, καθαιρείσθω. Qvem ad locum nugatur Balsamon: cum negat ἐαρινὴν ἰσημερίαν certo die committi, ἀλλ' ὅτε τύχῃ ex Solis Lunæq; revolutionibus, qvod est puerile. Ad hæc Constantinus in Epistola, qvam ad Ecclesias post Nicænum Concilium scripsit, apud Euseb. L. III. de Vita Const. Iudæos eodem anno duplex Pascha celebrare. Qvod videlicet Cyclo XIX & VIII Nicænis ante Æqvinoctium Pascha illorum incideret. Qvod & alii plerîq; tam Occidentales, qvam Orientales imitati citimam neomeniam Martii V fixerunt, XIV verò Martii XVIII, ut postea dicetur. Eqvidem Iudæis non arbitror certo consilio Æqvinoctii diem, qvem ex Astronomicis tabulis investigare possent, tam insigniter antevertisse, sed imprudentibus ex corrupti alicujus Cycli methodo paulatim vitium istud oblatum. Cujusmodi methodus in superiore Laterculo satis apparet. Nam exactis 84. annis Neomenia Nisan, qvæ ab Aprilis VI. cœperat; in Martii V. reperitur. Qvamobrem accidere illud potuit, ut cum post annos aliqvot Neomenia Nisan ad V. Martii redacta foret deprehensa, Cycli labe, animum ad emendationem adjecerint, & alio Cycli genere constituto, hujus initium in eodem illo anno fixerint, qvi cum Ogdoecontatessaraeteridis seqventis primus, ac proinde embolimæus esse deberet; hunc ipsum, utpote Cycli recentis initium, communem fecerint. Ita contigit, ut deinceps citima Neomenia in Martii V, XIV Luna Martii XVIII constiterit.

EPIPHANIUS AB INEPTA SCALIGERI REPREHENSIONE VINDICATUR.

POstremò de hoc Judæorum Cyclo disputans Scaliger Lib. II. de Emend. P. 146. *Epiphanium nostrum, ut & omnes veteres Scriptores hac in parte* (hæc enim illius verba sunt) *negligentiæ culpa liberare se negat posse. Sed non melior,* inqvit, *Tessaracadecaeteris, qvam non solùm ut probam & legitimam adducit idem Epiphanius: sed Judæos non aliam rationem in anno Lunari seqvi vult, qvam illius methodum.* Tum Epiphanii verbis allatis, primùm illud reprehendit, qvod dixerat; in tres annos diem unum ex horis 8. residuis imputari. *At falsum erit*, inqvit, *unam tantum Diem post triennium accrescere, cum relinqvantur post triennium dies duo, horæ 18, qvantarum 24. est totum, aut 9. qvantarum 12.* Deinde qvod annis XIV Cyclum definierat, hoc modo redarguit. Negat enim præcisam ullam rationem fieri posse. *Nam Juliani anni dies colligunt 5113. horas 12. Anni Lunares totidem simplices, 4956. Differentia dies 157. 12. De qvibus intercalantur pleni menses V. Remanent dies 7. 12. Jam 8. horæ qvaterdecies constituunt dies 4. 16. Qvæ summa de diebus 7. 12. detracta relinqvit differentiam veræ Tessaradecaet. & falsæ dies 2. 12.* Hæc Scaliger. In qva qvidem Epiphanii reprehensione summam præfert obtrectandi libidinem cum pari vel inscitia, vel ἀπροσεξίᾳ conjunctam. Nam & immerito Epiphanium accusat; qvi qvam a Iudæis noverat observari temporum rationem, eam

commentariis ſuis expoſuit. In qvo nihil ipſe peccat. Neqve vero Cyclum hunc, ut probum, ac legitimum, obtruſit, qvod calumniatur Scaliger. Imo è contrario vitioſum fuiſſe non obſcurè ſignificat, cùm biduo à cœleſtibus neomeniis aberraſſe docet, ut abunde declaratum eſt. *De Anno ac die Dominica Paſſionis.*

Jam illud inſcitiæ, & qvidem minimè vulgaris, qvòd Epiphanium ne intellexit qvidem. Qvæ eſt enim iſta reprehenſio: non poſſe ex horis octo, qvæ ſupra 354 dies ſingulis annis accenſentur, in tres annos diem confici, cùm relinqvantur poſt triennium dies 2. h.18? An octo ter multiplicata 24 non efficiunt? Atqvi hoc ſolum voluit Epiphanius: tribus annis Lunaribus diem competere. Sed mira hæc hallucinatio Scaligeri; qvod triennium Lunare cum Juliano comparari credidit. Nam Trieteris Juliana dies habet 1095, 18. Lunares anni tres ſimplices, 1062, additis ter octo horis, & intercalari pleno menſe, fiunt 1093, qvi de Juliano triennio detracti, relinqvunt dies 2. 18. Sed hoc ad Epiphanii mentem, & inſtitutum nihil pertinet: Non enim duas inter ſe Trieterides comparat; ſed de Lunari duntaxat triennio loqvitur. Cætera qvæ de Solis *ὑπεροχῇ* qvinqve ferè dierum objicit, qvæ præciſam rationem & *ἀποκατάστασιν* Neomeniarum prohibeant, facile ex iis, qvæ antea diſſeruimus, poſſunt refelli. Non enim Cyclum duntaxat annorum 14 uſurpaſſe Judæos cenſet Epiphanius; aut in eo præciſam utriusqve ſideris conciliationem fieri: Sed id 84 demum annis evolutis obtineri ex Judæorum opinione docuit. At in Teſſaradecaeteride, Lunarium duntaxat Syzygiarum *ἀποκατάστασιν* repræſentari, reſervatis diebus V, qvæ ſunt Epactæ Lunares, in annum 84 exeuntem, vel ineuntem 85. Qvæ omnia perpendere ejus intererat, qvi aut alterius errorem arguere vellet, aut exiſtimationi ſuæ conſulere.

EXPLICATUR E SUPERIORIBUS EPIPHANII DOCTRINA.

HACTENUS Judæorum reconditus ille Cyclus ex Epiphanii ſententia declaratus eſt, ſed nondum opera omni defuncti ſumus. Plurimum enim iis in verbis, qvi Cycli enarrationem antecedunt, obſcuritatis, ac moleſtiæ ſupereſt, qvæ diligentiam à nobis, patientiam à lectore mereantur. Sed ea qvoqve ejusdem doctiſſimi Mathematici beneficio illuſtrata, explicataqve ſunt: Cujus qvidem de hoc loco conjecturam nonnulla noſtra acceſſione locupletatam paucis aperiam.

Æqvinoctium vernum medium Iulii Cæſaris ævo in 25 Martii conveniebat: qvo die Chriſtum reſurrexiſſe, Concilium Cæſarienſe ſub Victore Pontifice celebratum a. Chriſti 198 decreverat; Cujus fragmentum apud Bedam Lib. de Æqvin. verno; ſic ſe habet: *Paſſus namqve Dominus ab XI Kal. Apr. qva nocte à Judæis traditus eſt, & à VII* (ſed VIII reſcribendum) *Kal. reſurrexit. Qvomodo ergo tres dies excluduntur?* Igitur ex Concilii ſententia, Chriſtus paſſus eſt Martii 23, & 25 reſurrexit. Qvi dies cum Cæſaris tempore Æqvinoctii medii, ac politici ſedes fuiſſet; vulgò perſvaſum erat; Chriſtum in Æqvinoctio reſurrexiſſe. Neceſſariò hic annus eſſe debet Iulianus LXXVI, æræ Dionyſianæ XXXI, Cyclo Lunæ XIII, Solis XII, Litera Dom. G. Conſtat enim Chriſtum feria V ad veſperam comprehenſum; paſſum VI, & Dominica reſurrexiſſe. At annus ille, qvem dixi, ferias iſtas præfinitis à

De anno ac die Dominicæ Passionis.

Concilio diebus exhibet. Eſt igitur Julianus LXXVI, Tiberio V, & Sejano Coſſ. Cyclo Lunæ XIII. Cæterum cum Cyclus Nicænus XIII Novilunium Paſchale conſtitueret Martii XI Plenilunium XXV, ex Concilii authoritate plerisqve perſvaſum fuit, Chriſtum Plenilunio ipſo reſurrexiſſe. Atqvi Neomeniæ Chriſti tempore tardius contingebant: Puta Novilunium Cyclo XIII, accidebat Martii XII. Plenil. XXV. Nam Juliano ipſo LXXVI, ut Paulus Foroſempr. obſervat, commiſſum eſt in Meridiano Hieroſolymitano Martii XI. 19 51′, 12″, hoc eſt Martii XII; Pleniluninm Martii XXVI 14, 13′, 14″, hoc eſt Martii XXVII. Sed politicè Martii XXVI, qvia Neomenia Martii XII. Verum προηγήσεως Lunaris nulla tum mentio; qvare non dubitabant, qvin Chriſti tempore, eundem illum ſitum habuiſſent, qvi à Nicæno Concilio conſtitutus fuerat. Hoc igitur Epiphanium fefellit; qvod & Plenilunii, & Æqvinoctii die Chriſti reſurrectionem accidiſſe crederet. Qva προλήψει jam imbutus, animum adjecit ad Æqvinoctii diem: qvod cum veteres omnes, qvi Diocletiani æram paulum anteceſſerant, & Anatolius imprimis in XXII Martii deprehendiſſent; tametſi Nicænum poſtea XXI diem præfixiſſet; nihilominus exiſtimavit Chriſtum Martii XXII reſurrexiſſe; & qvidem plenilunio qvod ipſemet diſertè ſignificat, cum in XI. Kal. Apr. Plenilunium cum Æqvinoctio confert. Neqve vero mirum eſt de Æqvinoctii anticipatione nihil Epiphanio tum in mentem veniſſe; cum neqve aliqvot poſtea ſæculis Computorum Eccleſiaſticorum non ignobiles Scriptores qvicqvam ejusmodi ſuſpicari potuerint. Ut imprimis Beda: cujus æſtum ac ſolicitudinem cum aliis in locis, tum in Cap. XLIII Libri de natura rerum, intelligimus. Qvin &. noſtra etiam ætate Chronologi qvidam non animadverſa Æqvinoctiorum προηγήσει, cum Æqvinoctii verni die conditum univerſum cenſeant, Martii XXI definiunt. Simillimus igitur Epiphanii fuiſſe videtur error; ut cum Æqvinoctio ipſo ac Plenilunio reſurrexiſſe Dominum putaret; XXII id Martij contigiſſe ſcripſerit. Et qvoniam judaicum Cyclum biduo cœleſtes Neomenias nonnunqvam antevertere videbat, idqve ipſo Paſſionis anno factum; vitium illud, ac popularis Neomeniæ retroceſſionem cum illo ipſo die Martii XXII contulit. Cum igitur Luna XV in Æqvinoctium, hoc eſt, ut falsò credidit, Martii XXII incurrerit; eóqve die Chriſtus reſurrexerit, paſſum oportet Martii XX Luna XIII. Nicæna; Legali autem cœna defunctum, ac comprehenſum XIX Martii ad veſperam, exeunte Luna Nicæna XII, ineunte XIII. Atqvi cœna Paſchalis Luna XIV ad veſperam legitimè fit: Chriſtus verò legitimo utiqve tempore celebravit. Proinde XII Nicæna Judæis in illo vitioſo Cyclo XIV eſſe debuit; & ſeqventi; hoc eſt XX Martii, Luna XV: adeóqve Neomenia Judaica Martii VI convenit, Nicæna verò VIII. Unde conſeqvens eſt à cœleſtibus; ac Nicænis Judaicas Neomenias biduo deerraſſe. Per idem tempus Judæi certam ob cauſſam, de qvâ paulo poſt agetur, Paſcha in ſeqventem à legitimo diem, hoc eſt in Sabbatum, ſive XXI Martii tranſtulerunt, nec eodem qvo Chriſtus die celebrarunt. Hic enim ἐν ᾗ ἔδει θύειν ἡμέρᾳ, hoc eſt XIV Luna Civili ac Politica celebravit, non utiqve cœleſti, atqve ex medio, & Aſtronomico ſiderum ratiocinio deprompta, de qva nihil à Legiſlatore præſcriptum. At Judæi XV Luna ſeqvente XVI Paſcha peregerunt. Neqve verò ſolus id Chriſtus feciſſe videtur, ut legitimum tempus, & à Deo conſtitutum,

inventis hominum anteferret; sed alii pleriqve patrii instituti tenaciores ac ritus: Unde θόρυβος, & perturbatio in celebritate ipsa Paschatis exorta. Non aliam Epiphanii, cum hæc scriberet, mentem esse debuisse, facile ipsius verba demonstrant. At enim multis modis hallucinatur Epiphanius. Primùm enim neomenias Nicænas fixas, ac perpetuas esse credit. Deinde Æqvinoctium, qvod ex Anatolio, & vetustioribus Ægyptiis in XXII Martii collocabat, eodem die Christi etiam tempore commissum arbitratur. Qvo ex errore factum est, ut qvæ in XXIII Martii, hoc est tertium ante Æqvinoctium diem, competerent, ea ad Martii XX transtulerit. Proinde Lunam illam vocat decimam qvintam in Nicæno Cyclo, qvæ erat Nicæna XII, Christi verò sæculo XI. Martii XXII; & characteres dierum, sive ferias conturbat. Qvippe Martii XX, qvo passum Salvatorem asserit, feria tùm erat tertia; at XXII, feria V. Sed hæc minùs tunc animadvertit Epiphanius, id unum cogitans, qvemadmodum bidui labem illam explicaret. Sanè Lunæ istæ Nicænæ, qvas ad annum Passionis Epiphanius accommodat, Cyclo XVI conveniunt, non XIII: hoc est anno Christi XXXIV. Feriæ verò Cyclo Nicæno Solari XV, hoc est anno Christi XXXIII. Qvos Cyclos, atqve annos invicem confusos alienum in annum intrusit. Qvod enim XXXI annum æræ Dionysianæ Passioni dicaverit, ex Coss. seriе paulo ante declaratum est. Atqve ut Epiphanii mens, & hæc nostra disputatio magis perspicua sit, Cyclorum, feriarumqve perturbationem hoc in Diagrammate proponam.

De Anno ac die Dominicæ Passionis.

LATERCULUM LUNARUM AC FERIARUM TAM VERARVM, QVAM VITIOSARVM, AVT FALSARUM, ANNO DOMINICÆ PASSIONIS

Kal.	Martii dies	Luna Nicæna vera.	Luna Nicæna Epiphan.	Luna Judaica vera.	Luna Judaica rè ipsâ vitiosa	Luna ex vitiosa Epiphanii mente	Feriæ veræ.	Feriæ Epiphanii falsæ.
16	XVII	7	10	6	9	12	7	3
15	XVIII	8	11	7	10	13	1	4
14	XIX	9	12	8	11	14	2	5
13	XX	10	13	9	12	15	3	6
12	XXI	11	14	10	13		4	7
11	XXII	12	15	11	14		5	1
10	XXIII	13		12	15		6	
9	XXIV	14		13	16		7	
8	XXV	15		14			1	
7	XXVI			15				

Habes in hac Tabula Lunarum ac feriarum dispositum; cujusmodi anno illo Juliano LXXVI tam revera fuit, qvàm & ex Nicæni Concilii instituto, & ex vitioso Judæorum Cyclo, & postremo ex Epiphanii sensu esse potuit.

De anno ac die Dominica Passionis.

COLLIGITUR E SUPERIORIBUS EPIPHANII DE VERO ANNO PASSIONIS AC DIE SENTENTIA.

Superest ut ad eum usum, finemqve, cujus gratia disputata sunt, superiora omnia revocentur. Est autem is potissimùm, ut verum ex Epiphanii authoritate Passionis tempus aliqvando statuatur. Si qvis igitur aberrantem sanctissimi Patris opinionem in viam reducere velit, & his tenebris obductam veritatem in lucem extrahere, hoc è superiore nostra de Judaico Cyclo dissertatione ita conseqvetur. Qvoniam apud veteres Judæos XIV Nisan in Æqvinoctium cadebat; qvod Christi sæculo XXV Martii πολιτικῶς qvadrabat, citima Neomenia Nisan convenit Martii XII; qvem in diem sub initium Ogdoecontaetessaraeteridos incurrit. Verum ob Cycli pravitatem Neomenia sensim ad IX Martii pervenit; decima qvarta verò Luna ad Martii XXII: id qvod anno Cycli LXXXII contigisse Laterculus docet. Erat autem is annus ex hypothesi Julianus LXXVI; idemqve Passionis annus. Qvocirca passus erit Christus Martii XXIII, feria VI, Luna Iudaica XV, Nicænâ XIII, qvæ eadem media, seu cœlestis erat XII. Celebravit porrò Christus typicum Pascha Martii XXII ad vesperam, exeunte XIV Judaica, & ineunte XV, ὀψὴ ἐσὴ θύειν. Pharisæi, eorumqve sectatores Pascha peregerunt Martii XXIII, Luna XV exeunte, ineunte XVI. Non aliud scripturus erat Epiphanius, si aut Æqvinoctii προήγησιν agnovisset, aut de Solari Cyclo, ac feriis vel tantillum cogitasset. Sed ille qvaliscunqve tandem est error, præclaro, ac singulari ejus doctrinæ fructu compensatur, qvâ nos anni Iudaici perturbationem unus docuit. Qva re longo intervallo animadversa, summis molestiis, & inextricabilibus difficultatum laqveis expediti sumus: atqve hoc demùm didicimus; verùm Dominicæ passionis annum hactenus frustrà per Astronomicos abacos, & cœlestes siderum motus indagatum fuisse: qvod cùm deniqve verum foret, si Iudæi Lunaris, & Solaris anni ratam ac constantem rationem tenuissent. Sed cum ab ea majorem in modum deflexerint, ut paulo post copiosè declarabitur, alia, si sapimus, insistenda via est, ut authoritate magis Scriptorum veterum, ac consensu, qvam accurata cœlestium motuum descriptione nitamur.

At verò fuit illa maximè communis antiqviorum opinio: Christum Tiberii anno XVIII, Iuliano LXXVI passum esse; qvod Epiphanius amplexus est, cum annum illum designavit, qvo Tiberius VI, & Sejanus Coss. fuerunt, Cyclo Lunæ XIII, Solis XII: etsi Vinicium & Longinum perperam adscribat, qvod par unum Coss. in duo distraxerit. Est autem is annus Olymp. CCII, secundus exiens, Per. Iulianæ 4744. Cujusmodi annorum nexum certissimum esse, rationum omnium momenta persvadent. Qvod autem Tiberii XVII exeunte, Iuliano LXXVI, hoc est Cyclo XIII passus sit,

Annum quo plerique Veterum passum Dominum putant.

demonstratum est à plerisqve. Nos, qvoniam ita necesse est, summa probationum capita libabimus. *De anno ac die Dominicæ Passionis.*

Omnium primò vetus illa traditio est, qvam in Cæsariensi Concilio secutos esse Patres fragmentum illud indicat, qvod Beda descripsit: Ubi Christus ea nocte traditus dicitur, qvæ seqvitur XI. Kal. Apr. Passus verò X Kal. Apr. atqve VIII. Kal. resurrexisse. Igitur literam Dominic. fuisse G necesse est, Cyclo Solis XII; qvem annus Julianus LXXVI. exhibet, Sed qvod Dekerius noster hanc Patrum opinionem *sedis Apostolicæ declarationem, ac velut Ecclesiæ definitionem* appellat, nihilo id verius est, qvam qvod eadem in Synodo dictum est, Æqvinoctium XXV Martii committi, anno Christi CXCVIII; &, qvod longè absurdius est, eodem illo die initio conditi Orbis hæsisse. Notum enim est rationes ipsas, qvæ in Conciliis afferuntur, neqve veras esse perpetuò, neqve inter fidei decreta censeri, Habet tamen authoritas illa communem de Passionis resurrectionisqve die fidem vetustissimorum temporum: ad qvam & illa adjungenda testimonia sunt, qvibus Passio Domini in A. D. X. Kal. Apr. hoc est XXIII. Martii: Resurrectio verò in VIII. Kal. conjicitur; qvam Græcis tribuit Paulus Forosempron. & Lactantius secutus est Lib. IV, Cap. X. Ubi asserit anno XV. Tiberii, Geminis duobus Coss. ante diem X. Kal. Apr. Christum cruci affixum. Sed pro X. Kal. qvidam codices VII habent.

Paulus verò Forosempr. ante diem decimam Kalendarum idem esse putat, qvod XI. Kal. & Pauli Jurisconf. verbis utitur; qvi ait, *Ante diem X Kalendarum, & post diem X. Kalend. aqvè utroqve sermone XI. dies significari.* Verum mendosa lectio Paulum Forosemproniensem in errorem induxit, Nam L. CXXXII, §. 1. de Verb. Signif. Jurisconsultus ita pronunciat. *A. D. X. Kal. post diem X. Kal. neutro sermone XI dies significantur.* Certè A. D. X Kal. idem est qvod X Kal. qvemadmodum ante Kal. proximas idem est qvod Kal. proximis. L. 56. §. *Qvi ita stipulatur.* D. de Verb. Obl. Subauditur enim aliqvid; ut sit integra locutio; *ante diem absolutum.* Hinc est qvod Gallicanæ Ecclesiæ Resurrectionis festum in XXV Martii defixerint, ut author est Beda: qvi & ipse Lib. de Temp. rat. Cap. LXVII. decimo Kal. passum existimat Christum; etsi Cap. XLVII. id VIII. Kal. factum asseveret. Plura apud Dekerium videri possunt. Qvibus testimoniis efficitur, Juliano LXXVI passum esse Dominum, Martii XXIII. Atqve hæc insuper Africani vetustissimi Theologi sententia fuit; qvi passum voluit Christum anno I. Olymp. CCII, ut refert Eusebius. Cui & Patres illi suffragati sunt, qvi XVIII Tiberii anno contigisse narrant. Nam Tiberii annos Iudaico, vel Ecclesiastico more ab antecedente Nisan numerant. Atqvi anno Juliano LXXVI, desinente decimo septimo Tiberii, XVIII iniit. Qvin etiam Apollinaris Laodicenus apud Hieronymum Comment. ad Cap. IX. Dan. cùm post annum Passionis Dominicæ sex Tiberii annos enumerat, omnino passum arbitratur exeunte XVII. Accedunt & certorum intervalla temporum, qvæ à Passione computantur. Ut cum Jacobus minor XXX annos Hierosolymis præfuisse, & Neronis anno septimo sub Paschalem celebritatem interfectus esse dicitur ab Hieronymo Lib. de Script. Eccles. qvod Iuliano CVI congruit. Igitur anno LXXVI Juliano præesse cœpit. Item Paulus Aposto-

Paulus Forosempr. *In Chro. Græco* ?.

De anno ac die Dominica Passionis.

lus apud eundem Hieronymum anno XXV post Passionem Domini, Neronis II vinctus Romam mittitur: ubi & Neronis anno XIV, post Passionem XXXVII, capite truncatus est, Capitone, & Ruffo Coss, Juliano CXII. Neronis initium contigit post mortem Claudii, Juliano XCIX, post III Eid. Octo. Ergo annus XIV cœpit ab Octobri anni Juliani CXII. Sed Hieronymus manifestè annos exorditur ab antecedenti Paschate. Adeoqve ex ejus ratiocinio Passioni Domini annus adstruitur LXXVI. Ita Petrus, eodem Hieronymo teste, anno II Claudii Romam advenit, ubi XXV annos Ecclesiæ præfuit, & XXXVII post Passionem anno, Neronis XIV cum Paulo necatus est. Deniqve Hierosolymitana clades accidit anno XL post Passionem, ut Veteres pleriqve testantur, Hieronymus, Eusebius L. III Hist. C. VIII, & Lib. VI de Demonst. C. XVI, Chrysostomus, ac reliqvi. Eversa sunt autem Hierosolyma anno secundo Vespasiani, Juliano anno CXV. proinde anno LXXVI Christi Passio congruit. Cætera ex Dekerii, & Kepleri Commentariis repetenda sunt.

At urgemur Phlegontis imprimis, & Thalli testimonio, qvi anno IV Olymp. CCII horribilem Solis Eclipsin accidisse memorant, hoc est Juliano LXXVIII: qvam illam ipsam esse, qvæ sub Domini necem contigit, antiqvi Patres interpretantur, Africanus, Hieronymus, Eusebius, & alii. Hoc argumento instant illi præcipuè qvi plura qvam tria Paschata Dominum exegisse contendunt, neqve satis pudentis esse hominis existimant, tantæ authoritatis præjudicio, ac tot scriptorum consensioni refragari: Sed illud imprimis volo mihi respondeant, eósne putent, à qvibus Phlegontis testimonium didicerunt, Phlegontem ipsum legisse. Qvod ubi confessi fuerint; tum qvid caussæ sit explicent, cur iidem, qvi Solare deliqvium, qvod à Phlegonte commemoratur illud esse statuunt, qvod sub Christi passionem contigit, Passioni tamen ipsi non qvartum Olympiadis annum sed secundum, tertiúmve præfiniant. Africanus enim apud Hieronymum in capud IX Dan. & in Eusebii fragmentis, pag. 63 Christum passum asseruit anno secundo Olymp. CCII. Eusebius, & Hieronymus anno tertio. Qvid autem absurdius est, qvam Phlegontis adversus Gentiles authoritate, atqve Eclipsi illa solis utentem, qvam is qvarto anno contigisse dixerat, non eidem anno Passionem tribuere? Qvamobrem ne tanti stuporis, atqve inscitiæ, imò prævaricationis gravissimi illi Patres arguantur, eò demum necessariò redigimur, ut Phlegontis testimonium illud vitiosè ab Librariis, aut Hieronymo ipso dicamus in Chronicis expressum, Sanè in Græco Eusebii Chronico, pag. 118 ita scriptum est: *τῷ δὲ ἔτει τῆς σβ´ Ὀλυμπιάδος*: ut appareat extritam fuisse numeralem notam, pro qva anagnostes Hieronymo δ´, id est qvartum annum legerit, cum esset conjuncto δέ. At Keplerus in Eclogis Phlegontem suspicatur de alia Solis Eclipsi locutum, qvæ anno primo Olymp. CCII contigit, Nov. XXIV, anno Iuliano LXXIV, qvæqve in Asia, vel Syria totalis fuit, hora una, atqve altera ante meridiem. Qvod cum Africanus, & alii ad eam Olympiadem, qva passus est Dominus, convenire cernerent, idem illud deliqvium Solis esse sibi persvaserunt, qvod Christo patiente præter naturam evenerat. Postremò cùm obductio illa lucis naturalis non fuerit, neqve ex Mathematicis tabulis indagari potuerit,

non aliunde Phlegon, si ejus mentionem attigit, qvam ex aliorum testificatione illam comperit: in qvo facilè locus errori fuit, ut alter pro altero annus ab eo substitueretur. Aliud ex Dionysii Areopagitæ historia solet objici. Hic enim Epist. VII ad Polycarpum exponens qvæ ipso Passionis tempore cum Apollophane Heliopoli viderat, Plenilunium tunc fuisse significat. Nam post Eclipsin, καὶ τὴν ἐπιπροσθησιν, εἰς τὸ τῦ ἡλίυ διάμετρον ἀντικαταστῆναι Lunam asserit, hoc est in eum cœli locum pervenisse, qvi è diametro Solem respiceret. Sed ex illis Dionysii verbis nihil de Plenilunio colligitur. Ut enim Lunam tunc ἀμφίκυρτον fuisse demus, cum ea post ἐπιπροσθησιν pristinum ad locum regrederetur, per eam cœli plagam, qvæ Soli ex adverso erat opposita, transiisse solùm dicitur, non in ea constitisse. Plus enim dimidiato orbe percurrit. Qvocirca nihil est qvod Epiphanii, adeoqve communi antiqvorum Patrum sententiæ de vero Passionis anno negotium facessat. Nunc authoris verba singillatim expendemus; si prius, qvod propemodum exciderat, Onufrii ex Gaurico sententiam de Christi Passione refellamus. Hic enim cum anno æræ Dionysianæ XXXIV illam accidisse confirmet, Martii XXVI, Luna XVIII, qvæ antecedente vespera jam inchoata fuerat, Judæos asserit Neomeniam non à coitu luminarium, sed à corniculata effigie cœpisse, hoc est tertio die post Novilunium: qvòd IX die Martii circa Solis occasum commissum est. Unde civilis eorum neomenia ἀπὸ τῆς φάσεως iniit Martii XII. Igitur decima qvinta incurrit in XXVI Martii. Hæc Onufrius. Qvæ cum ex Judaica doctrina hausisse se profiteatur, multum tamen ab ea discrepant. Neqve enim neomenia cùm ἀπὸ τῆς φάσεως constitueretur, triduo ab vero coitu unqvam abfuit, sed uno ad summam die post illum civilis neomenia denunciari solebat, ut ex R. Mosè constat. de qvo vide Glossam cap. I Kiddusch. Atqvi anno illo XXXIV Cyclo Lunæ XVI, Solis XV Novilunium verum incidit in Martii IX, horis V cum triente fere à media nocte, octo circiter horis post mediam conjunctionem, qvæ veram antecessit, in Meridiano Hierosolymitano. Qvare falsum est tertio demum die, hoc est XII Martii, neomeniam esse defixam.

De Anno ac die Dominica Passionis. Dionysii Areopagitæ dictum.

N.XXVI. Πάσχει δὲ ἐν τῇ πρὸ δέκατριῶν.] Nulla Sibyllæ folia, neqve Sphingis ænigmata cum eorum qvæ seqvuntur obscuritate conferri possunt: qvæ ne ille qvidem eruditissimus Mathematicus assecutus est; qvi hunc Cyclum solertissimè declaravit. Imprimis enim Judæos ait ὑπερβάσει, hoc est translatione Pascha submovisse; Christum verò passum Luna XIV νυκτερινῇ μέσῃ. Optimè Keplerus Lunam hîc Nicænam intelligit. Passus est autem, ut credit Epiphanius, XIII Kal. Apr. id est Martii XX. Atqvi Luna tum Nicæna, eodem Epiphanio authore, fuit XIII, sub vesperam autem cœpit XIV, cùm in Cyclo Judaico vitioso esset XV, seqvente XVI. Sed καθ' ὑπέρβασιν ab iisdem XIV facta est, cum in eam Pascha trajecissent. Verum de hac posteriore accipi non potest: qvia νυκτερινὴν illam vocat. Judæis verò post μετάβασιν XIV desiit in XV; ideòqve fuit ἡμερινὴ XV. Fieri potest, ut emendationem hic locus potius, qvam interpretationem reqvirat: legendumqve sit; τρισκαιδεκάτῃ ἡ μερινῇ μέσῃ: hoc est Luna XIII, qvæ ab ortu Solis incipit, labente, imo μεσαζούσῃ sub meridiem videlicet diei, qvo civiliter

De anno ac die Dominicæ Paſſionis.

XIII Luna numeratur, Qvòd niſi ita eſt, nihil occurrit aptius, qvàm qvod Keplero placuit, decimam qvartam Nicænam, vocari XIII; qvod in eam noctem deſinat, à qva XIV initium accepit: qvemadmodum dies Azymorum ab Evangeliſtis Paraſceve ipſa Paſchatis, ſive decima qvarta menſis appellatur κατὰ περίληψιν. Sed tùm μέση vox, ſi meridiem ſignificet, parùm aptè cohærebit. Non enim eſt νυκτερινὴ μέση, qvæ nonniſi poſt veſperam cœpit. Sed neqve medios ad motus Aſtronomicos mea ſententia reſpexit Epiphanius. Qvamobrem τὸ μέση abeſſe per me qvidem poteſt.

Προέλαβον γὰρ, καὶ ἔφαγον.] Hic ille nodus eſt propemodum inextricabilis, qvem acutiſſimus ille Mathematicus non diſſolvit. Sic enim interpretatur: Chriſtus cum Iudæis qvibusdam Paſcha obiit Luna Iudaica vitioſa XIV exeunte, Nicæna XII, hoc eſt XIV. Kal. Apr. pridie ejus diei, qvo paſſus eſt, Biduo igitur Nicænam Lunam anticipavit. Iccircò προέλαβον, inqvit Epiphanius, καὶ ἔφαγον τὸ Πάσχα biduo ante legitimum tempus, qvod erat XIV Nicæna cadens in XII. Kal. Qvaſi hæc verba, προέλαβον, &c. non de Iudæis omnibus accipienda ſint; ſed de Chriſto, & Apoſtolis, ac ſi qvi ſunt alii, qvi majorum ritus obſervaverint. Nam qvod ad Iudæos reliqvos attinet, Paſcha ſuum in poſterum diem, hoc eſt XIII Kal. qvo paſſus eſt Chriſtus, καθ' ὑπέρβασιν trajecerunt. Unde non biduo, ut alii, ſed uno tantum die Nicænam XIV anticipaverunt, qvia Iudaicâ vitioſa XV, Nicænâ XIII. celebrarunt. Qvare ſcripſit Epiphanius, ὑπερβεβηκότων αὐτῶν μίαν ἡμέραν: qvod & repetit Num. XXVII. Verùm qvòd ſeqvitur; Feria tertia Paſcha comediſſe, qvod feria V factum oportuit, in qvam XIV Luna (Iudaica, & vitioſa) convenerat, parum ſibi conſtare cenſet Epiphanium; qvi qvidem feria tertia Chriſtum Paſcha peregiſſe velit, cum Luna in XIV præſtiterit. Eſt enim contra Evangelii fidem, Chriſtum feria III. Paſcha celebraſſe. Propterea ita corrigendum exiſtimat: Chriſtum id egiſſe feria V, qvod oportuerit VII. Ego verò cùm nondum ſuſpicarer Epiphanium alio die Chriſtum velle, qvam feria V Paſcha ſuum obiiſſe, hæc qvæ de III, IV cæterisqve feriis injicit, ſimilitudinis cauſſa uſurpata credideram. Nam qvia Luna Iudaica XIV, Nicæna verò XII celebraverat, ut eám Cycli pravitatem oculis ſubjiceret, hunc in modum declarare voluiſſe: Perinde iſtud eſſe, ac ſi fingamus Iudaicum Cyclum vitii nihil habuiſſe, reveraqve Lunam XIV Nicænam in Martii XIX incidiſſe, ac tum cogitemus Chriſtum biduo illam antevertentem XVI. Kal. ſive Martii XVII Paſcha comediſſe, feria 3, qvod feria 5, hoc eſt Martii XIX, fieri decebat. Tam ergo vitioſè Cyclus ille Iudaicus decimonono Martii Lunam XIV exhibuit: támqve abnormis à vero Lunæ ratiocinio fuit illa V feria Martii XIX, qvam tertia cum qvintâ comparata; ſi hæc ipſa Nicæna fuiſſet. Deniqve tota hæc Epiphanii diſputatio ὑποθετικὴ, & λόγου χάριν aſſumpta mihi videbatur. Sanè negari non poteſt, qvam ſi feria V celebraſſe Chriſtum exiſtimaverit, probabiliter iſta dicantur.

Mira Epiphanii ſententia.

Verùm dum hæc attentius perſcrutor, comperi aliam ſanctiſſimi Patris opinionem fuiſſe, & falſam illam qvidem, ſed ab eo tamen aliqvoties inculcatam: Nimirùm Iudæos pleroſqve cum Chriſto Paſcha ſuum obiiſſe non feria V, ſive pridie ejus diei, qvo paſſus eſt, ſed feria tertia. Qvod

ipſum diſertiſſimis verbis docet in calce Panarii hujus, in Expoſitione fidei Num. XXII. Ubi de Eccleſiæ ritibus agens meminit inter cætera jejunii qvartæ, ac ſextæ feriæ; cujus inſtituti cauſſam aperit: *ἐπειδὴ περὶ ἐπιφωσκούσῃ τετράδι συνελήφθη ὁ Κύριος, καὶ τῇ προσαββάτῳ ἐσαυρώθη. Qvoniam ineunte qvarta feria comprehenſus eſt Dominus, & feria V. crucifixus.* Qvo poſito conſeqvens eſt, Chriſtum ea nocte, qvæ feriam 3 ſeqvitur, & Judaicè feriæ 4 tribuitur, captum eſſe, cùm paulo ante Paſcha celebraſſet. Audierat itaqve, & à majoribus acceperat Epiphanius, duas illas ferias Dominicæ Paſſioni recolendæ præſtitutas fuiſſe, ac jejunio conſecratas. Cum autem certò conſtaret, feria VI in cruce ſuffixum eſſe, nulla paſſionis ejus reſtare viſa eſt alia pars, qvam comprehenſio, & alligatio. Proinde feria IV appetente captum atqve vinctum eſſe Dominum credidit. Neqve verò alio tempore, qvàm qvo Judæi pleriqve, celebrare voluit. Igitur etiam Judæi feria tertiâ peregerunt. Vitiosè, qvis negat? Sed qvod maxima pars eo die Paſcha comederet, biduo cum illis anticipavit. Erat enim feria V Martii XIX celebrandum, cum in hunc diem XIV Judaica vitioſa concurreret. Cur autem adeò præproperè Judæi iſti Paſcha comederent, cauſſam attulit nullam. Sed hoc tamen ſignificare videtur, Judæos nonnullos, videlicet Phariſæos, ac Scribas, communem hunc errorem emendare cupientes Paſcha ſuum in XX Martii diem diſtuliſſe, qvo paſſus eſt Chriſtus: qvo nimirum propiùs ad Æqvinoctium accederent, vel etiam cœleſte Plenilunium. Nam hoc verba ipſa tacitè demonſtrant: *καὶ ἰσημερία περὶ ἕνδεκα Καλανδῶν Απριλλίων, δι' ἣν πλανηθέντες ὑπέρβατον μίαν ἡμέραν ἐποίησαν.* Ergò *διὰ τὴν ἰσημερίαν*, & fortaſſe propter Lunam etiam, ne tantoperè ab utroqve recederent, diem diffuderant. Poterat enim vel ipſe ſideris aſpectus vitii illos admonere; qvod ſaltem minuendum eſſe decreverunt.

De anno ac die Dominicæ Paſsionis.

Cùm hæc Epiphanius manifeſtè ſentiat, cætera qvæ ab eo dicuntur eôdem dirigenda ſunt, atqve hoc modo conſtituenda: Chriſtus legale Paſcha celebravit cum plerisqve Judæis XVI Kal. Apr. feria III, Luna Judaica vitioſa XII, cum feria V Luna XIV vitioſa perfici debuerit. Biduo igitur antevertit. At Phariſæi, Judæiqve alii Luna Iudaica XV Martii XX, qvo die paſſus eſt Chriſtus, *καθ' ὑπέρβασιν* diei unius à Luna XIV ad XV. Ex iis falſos eos eſſe conſtat, qvi Epiphanio Græcorum ſententiam adſcribunt; qvòd Chriſtus Paſcha Luna XIII celebrarit, ante Iudæos, qvi id poſtridiè peregerint. Non enim XIII Luna, ſed XII Chriſtum id egiſſe cenſet, qvatenus feria III contigiſſe putat. Qvòd ſi ex communi, certiſſimaqve ſententia feria V celebraſſe Chriſtum arbitratus eſſet, non alia Luna, qvàm qvæ ex vitioſo Cyclo XIV foret, factum aſſereret. Unde ex caſtigatiori Epiphanii judicio definiendum eſt, Chriſtum feria V, Luna XIV cum nonnullis Iudæis, cæteros verò cum Phariſæis, feria VI Paſcha comediſſe. Qva ex Epiphanii opinione duo colliguntur, qvæ cum de Paſſionis anno qværitur, acerrimè diſputari ſolent: Alterum Iudæorum principes non eodem cum Chriſto die legitimo agni epulo perfunctos: Alterum cum ſine commutatione aliqva temporum ac feſtorum id accidere non potuerit, translationem aliqvam illis temporibus extitiſſe. Qvare ad hanc Epiphanii diſputationem illuſtrandam totidem illæ qvæſtiones paucis hoc loco diſceptandæ ſunt.

De Anno ac die Dominicæ Passionis.

phus L. III. Orig. C. X. τῷ δὲ μηνὶ τῷ Ξανθικῷ, ὃς Νισὰν παρ' ἡμῖν καλεῖται, καὶ τοῦ ἔτους ἐστὶν ἀρχὴ, τεσσαρεσκαιδεκάτῃ κατὰ σελήνην ἐν Κριῷ τοῦ ἡλίου καθεστῶτος. Igitur Iudæorum XIV. Nisan in Æqvinoctium incurrebat priscis illis temporibus, & ex Mosis Instituto. At postea præscriptos limites transgrediens Æqvinoctium diebus aliqvot antecessit. Testantur hoc vetustissima Christianorum monimenta; qvæ Iudæorum Pascha æqvinoctium prævertere, & in XII. mense celebrari nonnunqvam admonent. Canone VI. Apost. L. I. Εἴ τις Ἐπίσκοπος, ἢ Πρεσβύτερος ἢ Διάκονος τὴν ἁγίαν τοῦ Πάσχα ἡμέραν πρὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας μετὰ Ἰουδαίων ἐπιτελέσῃ, καθαιρείσθω. Qvem ad locum nugatur Balsamon: cum negat ἐαρινὴν ἰσημερίαν certo die committi, ἀλλ' ὅτε τύχῃ ex Solis Lunæq; revolutionibus, qvod est puerile. Ad hæc Constantinus in Epistola, qvam ad Ecclesias post Nicænum Concilium scripsit, apud Euseb. L. III. de Vita Const. Iudæos eodem anno duplex Pascha celebrare. Qvod videlicet Cyclo XIX & VIII Nicænis ante Æqvinoctium Pascha illorum incideret. Qvod & alii pleriq; tam Occidentales, qvam Orientales imitati citimam neomeniam Martii V fixerunt, XIV verò Martii XVIII, ut postea dicetur. Eqvidem Iudæis non arbitror certo consilio Æqvinoctii diem, qvem ex Astronomicis tabulis investigare possent, tam insigniter antevertisse, sed imprudentibus ex corrupti alicujus Cycli methodo paulatim vitium istud oblatum. Cujusmodi methodus in superiore Laterculo satis appatet. Nam exactis 84. annis Neomenia Nisan, qvæ ab Aprilis VI. cœperat; in Martii V. reperitur. Qvamobrem accidere illud potuit, ut cum post annos aliqvot Neomenia Nisan ad V. Martii redacta foret deprehensa, Cycli labe, animum ad emendationem adjecerint, & alio Cycli genere constituto, hujus initium in eodem illo anno fixerint, qvi cum Ogdoecontatessaracteridis seqventis primus, ac proinde embolimæus esse deberet; hunc ipsum, utpote Cycli recentis initium, communem fecerint. Ita contigit, ut deinceps citima Neomenia in Martii V, XIV Luna Martii XVIII constiterit.

EPIPHANIUS AB INEPTA SCALIGERI REPREHENSIONE VINDICATUR.

POstremò de hoc Judæorum Cyclo disputans Scaliger Lib. II. de Emend. P. 146. *Epiphanium nostrum, ut & omnes veteres Scriptores hac in parte* (hæc enim illius verba sunt) *negligentiæ culpa liberare se negat posse. Sed non melior*, inqvit, *Tessaracædecaeteris, qvam non solùm ut probam & legitimam adducit idem Epiphanius: sed Judæos non aliam rationem in anno Lunari seqvi vult, qvam illius methodum.* Tum Epiphanii verbis allatis, primùm illud reprehendit, qvod dixerat; in tres annos diem unum ex horis 8. residuis imputari. *At falsum erit*, inqvit, *unam tantum Diem post triennium accrescere, cum relinqvantur post triennium dies duo, horæ 18, qvantarum 24. est totum, aut 9. qvantarum 12.* Deinde qvod annis XIV Cyclum definierat, hoc modo redarguit. Negat enim præcisam ullam rationem fieri posse. *Nam Juliani anni dies colligunt 5113. horas 12. Anni Lunares totidem simplices, 4956. Differentia dies 157, 12. De qvibus intercalantur pleni menses V. Remanent dies 7. 12. Jam 8. horæ qvaterdecies constituunt dies 4. 16. Qvæ summa de diebus 7. 12. detracta relinqvit differentiam veræ Tessaradecaet. & falsæ dies 2. 12.* Hæc Scaliger. In qva qvidem Epiphanii reprehensione summam præfert obtrectandi libidinem cum pari vel inscitia, vel ἀπροσεξίᾳ conjunctam. Nam & immerito Epiphanium accusat; qvi qvam à Iudæis noverat observari temporum rationem, eam

commentariis suis exposuit. In qvo nihil ipse peccat. Neqve vero Cyclum hunc, ut probum, ac legitimum, obtrusit, qvod calumniatur Scaliger. Imo è contrario vitiosum fuisse non obscurè significat, cùm biduo à cœlestibus neomeniis aberrasse docet, ut abunde declaratum est. *De Anno ac die Dominica Passionis.*

Jam illud inscitiæ, & qvidem minimè vulgaris, qvòd Epiphanium ne intellexit qvidem. Qvæ est enim ista reprehensio: non posse ex horis octo, qvæ supra 354 dies singulis annis accensentur, in tres annos diem confici, cùm relinqvantur post triennium dies 2. h. 18? An octo ter multiplicata 24 non efficiunt? Atqvi hoc solum voluit Epiphanius: tribus annis Lunaribus diem competere. Sed mira hæc hallucinatio Scaligeri; qvod triennium Lunare cum Juliano comparari credidit. Nam Trieteris Juliana dies habet 1095, 18. Lunares anni tres simplices, 1062, additis ter octo horis, & intercalari pleno mense, fiunt 1093, qvi de Juliano triennio detracti, relinqvunt dies 2. 18. Sed hoc ad Epiphanii mentem, & institutum nihil pertinet: Non enim duas inter se Trieterides comparat; sed de Lunari duntaxat triennio loqvitur. Cætera qvæ de Solis ὑπεροχῇ qvinqve ferè dierum objicit, qvæ præcisam rationem & ἀποκατάστασιν Neomeniarum prohibeant, facile ex iis, qvæ antea disseruimus, possunt refelli. Non enim Cyclum duntaxat annorum 14 usurpasse Judæos censet Epiphanius; aut in eo præcisam utriusqve sideris conciliationem fieri: Sed id 84 demum annis evolutis obtineri ex Judæorum opinione docuit. At in Tessaradecaeteride, Lunarium duntaxat Syzygiarum ἀποκατάστασιν repræsentari, reservatis diebus V, qvæ sunt Epactæ Lunares, in annum 84 exeuntem, vel ineuntem 85. Qvæ omnia perpendere ejus intererat, qvi aut alterius errorem arguere vellet, aut existimationi suæ consulere.

EXPLICATUR E SUPERIORIBUS EPIPHANII DOCTRINA.

HACTENUS Judæorum reconditus ille Cyclus ex Epiphanii sententia declaratus est, sed nondum opera omni defuncti sumus. Plurimum enim iis in verbis, qvi Cycli enarrationem antecedunt, obscuritatis, ac molestiæ superest, qvæ diligentiam à nobis, patientiam à lectore mereantur. Sed ea qvoqve ejusdem doctissimi Mathematici beneficio illustrata, explicataqve sunt: Cujus qvidem de hoc loco conjecturam nonnulla nostra accessione locupletatam paucis aperiam.

Æqvinoctium vernum medium Iulii Cæsaris ævo in 25 Martii conveniebat: qvo die Christum resurrexisse, Concilium Cæsariense sub Victore Pontifice celebratum a. Christi 198 decreverat; Cujus fragmentum apud Bedam Lib. de Æqvin. verno; sic se habet: *Passus namqve Dominus ab XI Kal. Apr. qva nocte à Judæis traditus est, & à VII* (sed VIII rescribendum) *Kal. resurrexit. Qvomodo ergo tres dies excluduntur?* Igitur ex Concilii sententia, Christus passus est Martii 23, & 25 resurrexit. Qvi dies cum Cæsaris tempore Æqvinoctii medii, ac politici sedes fuisset; vulgò persvasum erat; Christum in Æqvinoctio resurrexisse. Necessariò hic annus esse debet Iulianus LXXVI, æræ Dionysianæ XXXI, Cyclo Lunæ XIII, Solis XII, Litera Dom. G. Constat enim Christum feria V ad vesperam comprehensum; passum VI, & Dominica resurrexisse. At annus ille, qvem dixi, ferias istas præfinitis à

De anno et die Dominicæ Passionis.

Concilio diebus exhibet. Est igitur Julianus LXXVI, Tiberio V, & Sejano Coss. Cyclo Lunæ XIII. Cæterum cum Cyclus Nicænus XIII Novilunium Paschale constitueret Martii XI Plenilunium XXV, ex Concilii authoritate plerisqve persvasum fuit, Christum Plenilunio ipso resurrexisse. Atqvi Neomeniæ Christi tempore tardius contingebant: Puta Novilunium Cyclo XIII, accidebat Martii XII. Plenil. XXV. Nam Juliano ipso LXXVI, ut Paulus Forosempr. observat, commissum est in Meridiano Hierosolymitano Martii XI. 19 51′, 12″, hoc est Martii XII; Pleniluninm Martii XXVI 14, 13′, 14″, hoc est Martii XXVII. Sed politicè Martii XXVI, qvia Neomenia Martii XII. Verum προηγήσεως Lunaris nulla tum mentio; qvare non dubitabant, qvin Christi tempore, eundem illum situm habuissent, qvi à Nicæno Concilio constitutus fuerat. Hoc igitur Epiphanium fefellit; qvod & Plenilunii, & Æqvinoctii die Christi resurrectionem accidisse crederet. Qva προλήψει jam imbutus, animum adjecit ad Æqvinoctii diem: qvod cum veteres omnes, qvi Diocletiani æram paulum antecesserant, & Anatolius imprimis in XXII Martii deprehendissent; tametsi Nicænum postea XXI diem præfixisset; nihilominus existimavit Christum Martii XXII resurrexisse; & qvidem plenilunio qvod ipsemet disertè significat, cum in XI. Kal. Apr. Plenilunium cum Æqvinoctio confert. Neqve vero mirum est de Æqvinoctii anticipatione nihil Epiphanio tum in mentem venisse; cum neqve aliqvot postea sæculis Computorum Ecclesiasticorum non ignobiles Scriptores qvicqvam ejusmodi suspicari potuerint. Ut imprimis Beda: cujus æstum ac solicitudinem cum aliis in locis, tum in Cap. XLIII Libri de natura rerum, intelligimus. Qvin &. nostra etiam ætate Chronologi qvidam non animadversa Æqvinoctiorum προηγήσει, cum Æqvinoctii verni die conditum universum censeant, Martii XXI definiunt. Simillimus igitur Epiphanii fuisse videtur error; ut cum Æqvinoctio ipso ac Plenilunio resurrexisse Dominum putaret; XXII id Martij contigisse scripserit. Et qvoniam Judaicum Cyclum biduo cœlestes Neomenias nonnunqvam antevertere videbat, idqve ipso Passionis anno factum; vitium illud, ac popularis Neomeniæ retrocessionem cum illo ipso die Martii XXII contulit. Cum igitur Luna XV in Æqvinoctium, hoc est, ut falsò credidit, Martii XXII incurrerit; eóqve die Christus resurrexerit, passum oportet Martii XX Luna XIII. Nicæna; Legali autem cœna defunctum, ac comprehensum XIX Martii ad vesperam, exeunte Luna Nicæna XII, ineunte XIII. Atqvi cœna Paschalis Luna XIV ad vesperam legitimè fit: Christus verò legitimo utiqve tempore celebravit. Proinde XII Nicæna Iudæis in illo vitioso Cyclo XIV esse debuit; & seqventi; hoc est XX Martii, Luna XV: adeóqve Neomenia Iudaica Martii VI convenit, Nicæna verò VIII. Unde conseqvens est à cœlestibus; ac Nicænis Iudaicas Neomenias biduo deerrasse. Per idem tempus Iudæi certam ob caussam, de qvâ paulo post agetur, Pascha in seqventem à legitimo diem, hoc est in Sabbatum, sive XXI Martii transtulerunt, nec eodem qvo Christus die celebrarunt. Hic enim ἐν ῇ ἔδει θύειν ἡμέρᾳ, hoc est XIV Luna Civili ac Politica celebravit, non utiqve cœlesti, atqve ex medio, & Astronomico siderum ratiocinio deprompta, de qva nihil à Legislatore præscriptum. At Judæi XV Luna seqvente XVI Pascha peregerunt. Neqve verò solus id Christus fecisse videtur, ut legitimum tempus, & à Deo constitutum,

inventis hominum anteferret; ſed alii pleriqve patrii inſtituti tenaciores ac ritus: Unde θόρυβος, & perturbatio in celebritate ipſa Paſchatis exorta. Non aliam Epiphanii, cum hæc ſcriberet, mentem eſſe debuiſſe, facile ipſius verba demonſtrant. At enim multis modis hallucinatur Epiphanius. Primùm enim neomenias Nicænas fixas, ac perpetuas eſſe credit. Deinde Æqvinoctium, qvod ex Anatolio, & vetuſtioribus Ægyptiis in XXII Martii collocabat, eodem die Chriſti etiam tempore commiſſum arbitratur. Qvo ex errore factum eſt, ut qvæ in XXIII Martii, hoc eſt tertium ante Æqvinoctium diem, competerent, ea ad Martii XX tranſtulerit. Proinde Lunam illam vocat decimam qvintam in Nicæno Cyclo, qvæ erat Nicæna XII, Chriſti verò ſæculo XI, Martii XXII; & characteres dierum, ſive ferias conturbat. Qvippe Martii XX, qvo paſſum Salvatorem aſſerit, feria tùm erat tertia; at XXII, feria V. Sed hæc minùs tunc animadvertit Epiphanius, id unum cogitans, qvemadmodum bidui labem illam explicaret. Sanè Lunæ iſtæ Nicænæ, qvas ad annum Paſſionis Epiphanius accommodat, Cyclo XVI conveniunt, non XIII: hoc eſt anno Chriſti XXXIV. Feriæ verò Cyclo Nicæno Solari XV, hoc eſt anno Chriſti XXXIII. Qvos Cyclos, atqve annos invicem confuſos alienum in annum intruſit. Qvod enim XXXI annum æræ Dionyſianæ Paſſioni dicaverit, ex Coſſ. ſerie paulo ante declaratum eſt. Atqve ut Epiphanii mens, & hæc noſtra diſputatio magis perſpicua ſit, Cyclorum, feriarumqve perturbationem hoc in Diagrammate proponam.

De Anno ac die Dominica Paſſionis.

LATERCULUM LUNARUM AC FERIARUM TAM VERARVM, QVAM VITIOSARVM, AVT FALSARUM, ANNO DOMINICÆ PASSIONIS

Kal.	Martii dies	Luna Nicæna vera.	Luna Nicæna Epiphan.	Luna Judaica vera.	Luna Judaica ipſa vitioſa	Luna ex vitioſa Epiphanii mente	Feriæ veræ.	Feriæ Epiphanii falſæ.
16	XVII	7	10	6	9	12	7	3
15	XVIII	8	11	7	10	13	1	4
14	XIX	9	12	8	11	14	2	5
13	XX	10	13	9	12	15	3	6
12	XXI	11	14	10	13		4	7
11	XXII	12	15	11	14		5	1
10	XXIII	13		12	15		6	
9	XXIV	14		13	16		7	
8	XXV	15		14			1	
7	XXVI			15				

Habes in hac Tabula Lunarum ac feriarum diſpoſitum; cujuſmodi anno illo Juliano LXXVI tam revera fuit, qvàm & ex Nicæni Concilii inſtituto, & ex vitioſo Judæorum Cyclo, & poſtremo ex Epiphanii ſenſu eſſe potuit.

De anno ac die Dominica Passionis.

COLLIGITUR E SUPERIORIBUS EPIPHANII DE VERO ANNO PASSIONIS AC DIE SENTENTIA.

Superest ut ad eum usum, finemqve, cujus gratia disputata sunt, superiora omnia revocentur. Est autem is potissimùm, ut verum ex Epiphanii authoritate Passionis tempus aliqvando statuatur. Si qvis igitur aberrantem sanctissimi Patris opinionem in viam reducere velit, & his tenebris obductam veritatem in lucem extrahere, hoc è superiore nostra de Judaico Cyclo dissertatione ita conseqvetur. Qvoniam apud veteres Judæos XIV Nisan in Æqvinoctium cadebat; qvod Christi sæculo XXV Martii πολιτικῶς qvadrabat, citima Neomenia Nisan convenit Martii XII; qvem in diem sub initium Ogdoecontaetessaraeteridos incurrit. Verum ob Cycli pravitatem Neomenia sensim ad IX Martii pervenit; decima qvarta verò Luna ad Martii XXII: id qvod anno Cycli LXXXII contigisse Laterculus docet. Erat autem is annus ex hypothesi Julianus LXXVI, idemqve Passionis annus. Qvocirca passus erit Christus Martii XXIII, feria VI, Luna Iudaica XV, Nicænâ XIII, qvæ eadem media, seu cœlestis erat XII. Celebravit porrò Christus typicum Pascha Martii XXII ad vesperam, exeunte XIV Judaica, & ineunte XV, ἐν ᾗ ἔδει θύειν. Pharisæi, eorumqve sectatores Pascha peregerunt Martii XXIII, Luna XV exeunte, ineunte XVI. Non aliud scripturus erat Epiphanius, si aut Æqvinoctii περιήγησιν agnovisset, aut de Solari Cyclo, ac feriis vel tantillum cogitasset. Sed ille qvaliscunqve tandem est error, præclaro, ac singulari ejus doctrinæ fructu compensatur, qvâ nos anni Iudaici perturbationem unus docuit. Qva re longo intervallo animadversa, summis molestiis, & inextricabilibus difficultatum laqveis expediti sumus: atqve hoc demùm didicimus; verùm Dominicæ passionis annum hactenus frustrà per Astronomicos abacos, & cœlestes siderum motus indagatum fuisse: qvod tùm deniqve verum foret, si Iudæi Lunaris, & Solaris anni ratam ac constantem rationem tenuissent. Sed cum abjecta majorem in modum deflexerint, ut paulo post copiosè declarabitur, alia, si sapimus, insistenda via est, ut authoritate magis Scriptorum veterum, ac consensu, qvam accurata cœlestium motuum descriptione nitamur.

At verò fuit illa maximè communis antiqviorum opinio: Christum Tiberii anno XVIII, Iuliano LXXVI passum esse; qvod Epiphanius amplexus est, cum annum illum designavit, qvo Tiberius VI, & Sejanus Coss. fuerunt, Cyclo Lunæ XIII, Solis XII: etsi Vinicium & Longinum perperam adscribat, qvod par unum Coss. in duo distraxerit. Est autem is annus Olymp. CCII, secundus exiens, Per. Iulianæ 4744. Cujusmodi annorum nexum certissimum esse, rationum omnium momenta persvadent. Qvod autem Tiberii XVII exeunte, Iuliano LXXVI, hoc est Cyclo XIII passus sit,

Annus quo plerique Veterum passum Dominum putant.

demonstratum est à plerisqve. Nos, qvoniam ita necesse est, summa probationum capita libabimus.

De anno ac die Dominicæ Passionis.

Omnium primò vetus illa traditio est, qvam in Cæsariensi Concilio secutos esse Patres fragmentum illud indicat, qvod Beda descripsit: Ubi Christus ea nocte traditus dicitur, qvæ seqvitur XI. Kal. Apr. Passus verò X Kal. Apr. atqve VIII. Kal. resurrexisse. Igitur literam Dominic. fuisse G necesse est, Cyclo Solis XII; qvem annus Julianus LXXVI. exhibet. Sed qvod Dekerius noster hanc Patrum opinionem *sedis Apostolicæ declarationem, ac velut Ecclesiæ definitionem* appellat, nihilo id verius est, qvam qvod eadem in Synodo dictum est, Æqvinoctium XXV Martii committi, anno Christi CXCVIII; &, qvod longè absurdius est, eodem illo die initio conditi Orbis hæsisse. Notum enim est rationes ipsas, qvæ in Conciliis afferuntur, neqve veras esse perpetuò, neqve inter fidei decreta censeri. Habet tamen authoritas illa communem de Passionis resurrectionisqve die fidem vetustissimorum temporum: ad qvam & illa adjungenda testimonia sunt, qvibus Passio Domini in A. D. X. Kal. Apr. hoc est XXIII. Martii: Resurrectio verò in VIII. Kal. conjicitur; qvam Græcis tribuit Paulus Forosempron. & Lactantius secutus est Lib. IV, Cap. X. Ubi asserit anno XV. Tiberii, Geminis duobus Coss. ante diem X. Kal. Apr. Christum cruci affixum. Sed pro X. Kal. qvidam codices VII habent.

Paulus verò Forosempr. ante diem decimam Kalendarum idem esse putat, qvod XI. Kal. & Pauli Jurisconf. verbis utitur; qvi ait, *Ante diem X Kalendarum, & post diem X. Kalend. æqvè utroqve sermone XI. dies significari.* Verum mendosa lectio Paulum Forosemproniensem in errorem induxit. Nam L. CXXXII, §. 1. de Verb. Signif. Jurisconsultus ita pronunciat. *A. D. X. Kal. post diem X. Kal. neutro sermone XI dies significantur.* Certè A. D. X Kal. idem est qvod X Kal. qvemadmodum ante Kal. proximas idem est qvod Kal. proximis. L. 56. §. *Qvi ita stipulatur.* D. de Verb. Obl. Subauditur enim aliqvid; ut sit integra locutio; *ante diem absolutum.* Hinc est qvod Gallicanæ Ecclesiæ Resurrectionis festum in XXV Martii defixerint, ut author est Beda: qvi & ipse Lib. de Temp. rat. Cap. LXVII. decimo Kal. passum existimat Christum; etsi Cap. XLVII. id VIII. Kal. factum asseveret. Plura apud Dekerium videri possunt. Qvibus testimoniis efficitur, Juliano LXXVI passum esse Dominum, Martii XXIII. Atqve hæc insuper Africani vetustissimi Theologi sententia fuit; qvi passum voluit Christum anno I. Olymp. CCII, ut refert Eusebius. Cui & Patres illi suffragati sunt, qvi XVIII Tiberii anno contigisse narrant. Nam Tiberii annos Iudaico, vel Ecclesiastico more ab antecedente Nisan numerant. Atqvi anno Juliano LXXVI, desinente decimo septimo Tiberii, XVIII iniit. Qvin etiam Apollinaris Laodicenus apud Hieronymum Comment. ad Cap. IX. Dan. cùm post annum Passionis Dominicæ sex Tiberii annos enumerat, omnino passum arbitratur exeunte XVII. Accedunt & certorum intervalla temporum, qvæ à Passione computantur. Ut cum Jacobus minor XXX annos Hierosolymis præfuisse, & Neronis anno septimo sub Paschalem celebritatem interfectus esse dicitur ab Hieronymo Lib. de Script. Eccles. qvod Iuliano CVI congruit. Igitur anno LXXVI Juliano præesse cœpit. Item Paulus Apollo-

Pauli Forosempr. error.

In Chro. Græco p. 43.

De anno ac die Dominicæ Passionis.

lus apud eundem Hieronymum anno XXV post Passionem Domini, Neronis II vinctus Romam mittitur: ubi & Neronis anno XIV, post Passionem XXXVII, capite truncatus est, Capitone, & Ruffo Coss, Juliano CXII. Neronis initium contigit post mortem Claudii, Juliano XCIX, post III Eid. Octo. Ergo annus XIV cœpit ab Octobri anni Juliani CXII. Sed Hieronymus manifestè annos exorditur ab antecedenti Paschate. Adeoqve ex ejus ratiocinio Passioni Domini annus adstruitur LXXVI. Ita Petrus, eodem Hieronymo teste, anno II Claudii Romam advenit, ubi XXV annos Ecclesiæ præfuit, & XXXVII post Passionem anno, Neronis XIV cum Paulo necatus est. Deniqve Hierosolymitana clades accidit anno XL post Passionem, ut Veteres pleriqve testantur, Hieronymus, Eusebius L. III Hist. C. VIII, & Lib. VI de Demonst. C. XVI, Chrysostomus, ac reliqvi. Eversa sunt autem Hierosolyma anno secundo Vespasiani, Juliano anno CXV. proinde anno LXXVI Christi Passio congruit. Cætera ex Dekerii, & Kepleri Commentariis repetenda sunt.

At urgemur Phlegontis imprimis, & Thalli testimonio, qvi anno IV Olymp. CCII horribilem Solis Eclipsin accidisse memorant, hoc est Juliano LXXVIII: qvam illam ipsam esse, qvæ sub Domini necem contigit, antiqvi Patres interpretantur, Africanus, Hieronymus, Eusebius, & alii. Hoc argumento instant illi præcipuè qvi plura qvam tria Paschata Dominum exegisse contendunt, neqve satis pudentis esse hominis existimant, tantæ authoritatis præjudicio, ac tot scriptorum consensioni refragari: Sed illud imprimis volo mihi respondeant, eósne putent, à qvibus Phligontis testimonium didicerunt, Phlegontem ipsum legisse. Qvod ubi confessi fuerint; tum qvid caussæ sit explicent, cur iidem, qvi Solare deliqvium, qvod à Phlegonte commemoratur illud esse statuunt, qvod sub Christi passionem contigit, Passioni tamen ipsi non qvartum Olympiadis annum sed secundum, tertiúmve præfiniant. Africanus enim apud Hieronymum in capud IX Dan. & in Eusebii fragmentis, pag. 63 Christum passum asseruit anno secundo Olymp. CCII. Eusebius, & Hieronymus anno tertio. Qvid autem absurdius est, qvam Phlegontis adversus Gentiles authoritate, atqve Eclipsi illa solis utentem, qvam is qvarto anno contigisse dixerat, non eidem anno Passionem tribuere? Qvamobrem ne tanti stuporis, atqve inscitiæ, imò prævaricationis gravissimi illi Patres arguantur, eò demum necessariò redigimur, ut Phlegontis testimonium illud vitiosè ab Librariis, aut Hieronymo ipso dicamus in Chronicis expressum, Sanè in Græco Eusebii Chronico, pag. 118 ita scriptum est: τῷ δὲ ἔτει τῆς σβ´ Ολυμπιάδος: ut appareat extritam fuisse numeralem notam, pro qva anagnostes Hieronymo δ´, id est qvartum annum legerit, cum esset conjuncto δὲ. At Keplerus in Eclogis Phlegontem suspicatur de alia Solis Eclipsi locutum, qvæ anno primo Olymp. CCII contigit, Nov. XXIV, anno Iuliano LXXIV, qvæqve in Asia, vel Syria totalis fuit, hora una, atqve altera ante meridiem. Qvod cum Africanus, & alii ad eam Olympiadem, qva passus est Dominus, convenire cernerent, idem illud deliqvium Solis esse sibi persvaserunt, qvod Christo patiente præter naturam evenerat. Postremò cùm obductio illa lucis naturalis non fuerit, neqve ex Mathematicis tabulis indagari poterit,

non aliunde Phlegon, si ejus mentionem attigit, qvam ex aliorum testificatione illam comperit: in qvo facilè locus errori fuit, ut alter pro altero annus ab eo substitueretur. Aliud ex Dionysii Areopagitæ historia solet objici. Hic enim Epist. VII ad Polycarpum exponens qvæ ipso Passionis tempore cum Apollophane Heliopoli videtat, Plenilunium tunc fuisse significat. Nam post Eclipsin, καὶ τὴν ἐπιπρόσθησιν, εἰς τὸ τοῦ ἡλίου διάμετρον ἀντικαταστῆναι Lunam asserit, hoc est in eum cœli locum pervenisse, qvi è diametro Solem respiceret. Sed ex illis Dionysii verbis nihil de Plenilunio colligitur. Ut enim Lunam tunc ἀμφίκυρτον fuisse demus, cum ea post ἐπιπρόσθησιν pristinum ad locum regrederetur, per eam cœli plagam, qvæ Soli ex adverso erat opposita, transiisse solùm dicitur, non in ea constitisse. Plus enim dimidiato orbe percurrit. Qvocirca nihil est qvod Epiphanii, adeoqve communi antiqvorum Patrum sententiæ de vero Passionis anno negotium facessat. Nunc authoris verba singillatim expendemus; si prius, qvod propemodum exciderat, Onufrii ex Gaurico sententiam de Christi Passione refellamus. Hic enim cum anno æræ Dionysianæ XXXIV illam accidisse confirmet, Martii XXVI, Luna XVIII, qvæ antecedente vespera jam inchoata fuerat, Judæos asserit Neomeniam non à coitu luminarium, sed à corniculata effigie cœpisse, hoc est tertio die post Novilunium: qvòd IX die Martii circa Solis occasum commissum est. Unde civilis eorum neomenia ἀπὸ τῆς φάσεως iniit Martii XII. Igitur decima qvinta incurrit in XXVI Martii. Hæc Onufrius. Qvæ cum ex Judaica doctrina hausisse se profiteatur, multum tamen ab ea discrepant. Neqve enim neomenia cùm ἀπὸ τῆς φάσεως constitueretur, triduo ab vero coitu unqvam abfuit, sed uno ad summam die post illum civilis neomenia denunciari solebat, ut ex R. Mosè constat, de qvo vide Glossam cap. I Kiddusch. Atqvi anno illo XXXIV Cyclo Lunæ XVI, Solis XV Novilunium verum incidit in Martii IX, horis V cum triente fere à media nocte, octo circiter horis post mediam conjunctionem, qvæ veram antecessit, in Meridiano Hierosolymitano. Qvare falsum est tertio demum die, hoc est XII Martii, neomeniam esse defixam.

De Anno ac die Dominicæ Passionis. Dionysii Areopagitæ dictum.

N. XXVI. Πάσχει δὲ ἐν τῇ περὶ δέκα τριῶν.] Nulla Sibyllæ folia, neqve Sphingis ænigmata cum eorum qvæ seqvuntur obscuritate conferri possunt: qvæ ne illic qvidem eruditissimus Mathematicus assecutus est; qvi hunc Cyclum solertissimè declaravit. Imprimis enim Judæos ait ὑπερβάσει, hoc est translatione Pascha submovisse; Christum verò passum Luna XIV νυκτερινῇ μέσῃ. Optimè Keplerus Lunam hîc Nicænam intelligit. Passus est autem, ut credit Epiphanius, XIII Kal. Apr. id est Martii XX. Atqvi Luna tum Nicæna, eodem Epiphanio authore, fuit XIII, sub vesperam autem cœpit XIV, cum in Cyclo Judaico vitioso esset XV, seqvente XVI. Sed καθ' ὑπέρβασιν ab iisdem XIV facta est, cum in eam Pascha trajecissent. Verum de hac posteriore accipi non potest: qvia νυκτερινὴν illam vocat. Judæis verò post μετάβασιν XIV desiit in XV: ideòqve fuit ἡμερινὴ XV. Fieri potest, ut emendationem hic locus potius, qvam interpretationem reqvirat: legendumqve sit; τρισκαιδεκάτη ἡ μερινὴ μέσῃ: hoc est Luna XIII, qvæ ab ortu Solis incipit, labente, imo μεσαζούσῃ sub meridiem videlicet diei, qvo civiliter

ipſum diſertiſſimis verbis docet in calce Panarii hujus, in Expoſitione fidei Num. XXII. Ubi de Eccleſiæ ritibus agens meminit inter cætera jejunii qvartæ, ac ſextæ feriæ; cujus inſtituti cauſſam aperit: ἐπειδὴ περὶ ἐπιφωσκούσῃ τετράδι συνελήφθη ὁ Κύριος, καὶ τῇ προσαββάτῳ ἐσαυρώθη. *Qvoniam ineunte qvarta feria comprehenſus eſt Dominus, & feria V. crucifixus.* De anno ac die Dominica Paſſionis.
Qvo poſito conſeqvens eſt, Chriſtum ea nocte, qvæ feriam 3 ſeqvitur, & Judaice feriæ 4 tribuitur, captum eſſe, cùm paulo ante Paſcha celebraſſet. Audierat itaqve, & à majoribus acceperat Epiphanius, duas illas ferias Dominicæ Paſſioni recolendæ præſtitutas fuiſſe, ac jejunio conſecratas. Cum autem certò conſtaret, feria VI in cruce ſuffixum eſſe, nulla paſſionis ejus reſtare viſa eſt alia pars, qvam comprehenſio, & alligatio. Proinde feria IV appetente captum atqve vinctum eſſe Dominum credidit. Neqve verò alio tempore, qvàm qvo Judæi pleriqve, celebrare voluit. Igitur etiam Judæi feria tertiâ peregerunt. Vitiosè, qvis negat? Sed qvod maxima pars eo die Paſcha comederet, biduo cum illis anticipavit. Erat enim feria V Martii XIX celebrandum, cum in hunc diem XIV Judaica vitioſa concurreret. Cur autem adeò præproperè Judæi iſti Paſcha comederent, cauſſam attulit nullam. Sed hoc tamen ſignificare videtur, Judæos nonnullos, videlicet Phariſæos, ac Scribas, communem hunc errorem emendare cupientes Paſcha ſuum in XX Martii diem diſtuliſſe, qvo paſſus eſt Chriſtus: qvo nimirum propiùs ad Æqvinoctium accederent, vel etiam cœleſte Plenilunium. Nam hoc verba ipſa tacitè demonſtrant: καὶ ἰσημερία περὶ ἕνδεκα Καλανδῶν Απριλλίων, δι' ἣν πλανηθέντες ὑπέρβατον μίαν ἡμέραν ἐποίησαν. Ergò διὰ τὴν ἰσημερίαν, & fortaſſe propter Lunam etiam, ne tantoperè ab utroqve recederent, diem diffuderant. Poterat enim vel ipſe ſideris aſpectus vitii illos admonere; qvod ſaltem minuendum eſſe decreverunt.

Cùm hæc Epiphanius manifeſtè ſentiat, cætera qvæ ab eo dicuntur eôdem dirigenda ſunt, atqve hoc modo conſtituenda: Chriſtus legale Paſcha celebravit cum plerisqve Judæis XVI Kal. Apr. feria III, Luna Judaica vitioſa XII, cum feria V Luna XIV vitioſa perfici debuerit. Biduo igitur antevertit. At Phariſæi, Judæiqve alii Luna Iudaica XV Martii XX, qvo die paſſus eſt Chriſtus, καθ' ὑπέρβασιν diei unius à Luna XIV ad XV. Ex iis falſos eos eſſe conſtat, qvi Epiphanio Græcorum ſententiam adſcribunt; qvòd Chriſtus Paſcha Luna XIII celebrarit, ante Iudæos, qvi id poſtridiè peregerint. Non enim XIII Luna, ſed XII Chriſtum id egiſſe cenſet, qvatenus feria III contigiſſe putat. Qvòd ſi ex communi, certiſſimaqve ſententia feria V celebraſſe Chriſtum arbitratus eſſet, non alia Luna, qvàm qvæ ex vitioſo Cyclo XIV foret, factum aſſereret. Unde ex caſtigatiori Epiphanii judicio definiendum eſt, Chriſtum feria V, Luna XIV cum nonnullis Iudæis, cæteros verò cum Phariſæis, feria VI Paſcha comediſſe. Qvæ ex Epiphanii opinione duo colliguntur, qvæ cum de Paſſionis anno qværitur, acerrimè diſputari ſolent: Alterum Iudæorum principes non eodem cum Chriſto die legitimo agni epulo perfunctos: Alterum cum ſine commutatione aliqva temporum ac feſtorum id accidere non potuerit, translationem aliqvam illis temporibus extitiſſe. Qvare ad hanc Epiphanii diſputationem illuſtrandam totidem illæ qvæſtiones paucis hoc loco diſceptandæ ſunt.

UTRUM JUDÆI TRANSLATIONE FESTORUM OLIM USI FUERINT.

IN recentiori Judæorum computo ſcrupuloſus, & anxius qvidam eſt dierum delectus ad Neomenias figendas. De qvo multa in Thalmudicis Commentariis, Tractatu de anni capite, & in Tomo primo Jad R. Moſe, Tract. Kidduſch hachodeſch: nec non & in עבור שנים R. Iſachar, ben Mordechai, aliisqve libris: In qvibus infinitæ regulæ, ac cautiones præſcriptæ ſunt. Duorum verò menſium, Tiſri, ac Niſan imprimis Neomeniæ ab illis obſervantur, qvarum transferendarum cauſſa duplex ibidem affertur: Naturalis, aut Civilis. Etenim cùm ſupra ferias excurrentes minutiæ ad horas 18 perveniunt, & Lunaris ψηφισμὸς meridiem diei inſeqventis attingit. (Nam Judæi diem ab initio noctis auſpicantur, à qvo 18 horæ computatæ diei civilis ſeqventis meridiem aſſeqvuntur;) tum in alteram feriam naturalis Neomeniæ translatio fieri dicitur. Sed cum opportunitatis alicujus gratia dies diffunditur, civile hoc totum eſt, & ab hominum voluntate, & inſtitutione dependet. Ex hoc fonte feriarum apud Judæos ſunt nata divortia. Nam aliæ rejiculæ ſunt; aliæ probæ, ac legitimæ. Rejicula, qvæ פסול ab illis dicitur, eſt triplex qvæ in Tiſri τεχνικῶ hoc vocabulo continetur אד״ו *Adu.* Itaqve Tiſri neomenia nunqvam incipit à feria I, IV, vel VI. In Niſan vero eſt בד״ו *Badu*: ſignificatqve Neomeniam Niſan nunqvam in feriam cadere II. IV. vel. VI. Reliqvæ qvatuor feriæ קביעות *Kebibhoth* dicuntur; qvod in iis figantur, retineanturqve Neomeniæ. Negligendarum porro feriarum cautio inde profluxiſſe putatur, qvod duo Sabbata, ſive feſta in Tiſri præcipuè continua eſſe nollent, qvod is menſis totus fere ſolennitatibus occupatur. Nam ſi Tiſri in feriam I incidat, decima qvinta die erit Scenopegia, proximè poſt Sabbatum. Si in IV, decima dies, qvæ feſtum eſt Kippurim, in VI feriam incurret. Si in VI deniqve ceciderit, Scenopegia VI feria proximè ante Sabbatum continget. In Niſan alia cauſſa eſt, qvàm duorum Sabbatorum continuatio. Nam & ea devitari nihilo magis poterit. Ut cum Neomenia Niſan incipit à feriâ I, qvæ legitima eſt; decima qvarta die Sabbatum eſt, & ſeqventi ſolenne Azymorum. Cætera cùm apud Hebræos, tùm ex Latinis apud Paulum Foroſempron. Lib. VIII, Par. II, Munſterum in Kalend, nec non & Scalig. II & VII de Emend. Temp. legi poterunt, qvibus meritò ſuperſedemus.

Nunc illud in diſqviſitionem vocatur, fueritne priſcis uſurpata temporibus dierum ac feriarum illa diſtinctio: adeò ut qvo anno paſſus eſt Chriſtus, Judæi ex præſcripta formulâ Paſcha tranſtulerint. Antiqviſſimum hunc morem fuiſſe & ante Seleucidarum tempora receptum, defendit Scaliger, & cur id in Tiſri præſertim obſervatum ſit, cauſſam eſſe putat, qvoniam ægrè coctos cibos biduo ſervare poſſent in illis regionibus, qvæ Autumno ferventiſſimæ eſſe ſolent. Qvæ ratio tacitè id ſumit, qvod alio loco refutatum eſt; nullis omnino feſtis diebus cibaria coqvere Judæis fas fuiſſe.

Scaligeri ſententia.

fuiſſe. Hoc verò de ſolis Sabbatis aut, ſi forte, Kippurim etiam die præceptum in Lege veteri demonſtravimus: in reliqvis ſolennibus ſervilem operam duntaxat exceptam; at qvæ ad victum attinent licitè præparaſſe. Sed nihilominus translationem characteriſmi Tiſri ſub Seleucidis obſervatam probat Lib. II, ubi de Periodo Judæorum Alexandrea diſſerit, idqve aliqvot exemplis confirmat. Velut qvòd anno Dominicæ Paſſionis Tiſri, cùm in XXIV Sept. feria 4 incidiſſet, in qvintam translatum eſt; propterea qvod Niſan in Sabbatum, hoc eſt à VI feria in VII tranſierit. Nam erat annus Alexandreus 344, & proinde XL Periodi V. Sic anno Chriſti LXX Neomenia Niſan cum ex Alexandreo Cyclo in feriam VII conveniret, in I translata eſt. Ergo & Tiſri à feria IV in V, anno embolimæo defectivo. Qvòd autem Niſan feria prima cœperit ex eo colligit; qvòd Joſephus decimam qvartam Niſan conveniſſe dicat cum XIV menſis Juliani. Erat annus primus VI Periodi contractuum: Tiſri VI Sept. feria IV, Cyclo Solis XXII. Translata itaqve Neomenia in V feriam: & propterea Niſan à VII in I, qvæ Kal. Apr. convenit, Cyclo Solis XXIII, traductus eſt. *De anno ac die Dominica Paſſionis.*

Verùm in utraqve demonſtratione ſui ſimilis eſt Scaliger, & ad id qvod dubium eſt approbandum dubia magis affert, & incerta. Qvis enim hoc primùm illi conceſſerit, annum eſſe Paſſionis illum, qvem ipſe ſtatuit, Julianum LXXVIII, æræ Dionyſianæ XXXIII? Qvid ſi præterea ne Alexandream qvidem iſtam periodum Judæi unqvam amplexi ſint? id qvod anteà diſcuſſimus. Qvare vel leviſſima inficiatione demonſtratio Scaligeriana convellitur, neqve proficit hilum. Neqve verò ſolidior, ac firmior eſt altera, nec minùs falſis, & obſcuris poſtulatis innititur. Nam qvod Joſephum ait XIV Niſan cum Aprilis XIV anno excidii Judaici conjungere, nunqvam id Joſephus dixit: Sed Azymorum diem XIX Xanthici menſis accidiſſe docet Lib. V. de Exc. C. XI. *καὶ τῆς τῶν Ἀζύμων ἐνςάσης ἡμέρας, τεσσαρεσκαιδεκάτη Ξανθικοῦ μηνὸς, ἐν ᾗ δοκοῦσιν Ἰουδαῖοι τὸν πρῶτον ἀπαλλαγῆναι καιρὸν Αἰγυπτίων.* Xanthicum hoc loco Julianum Aprilem eſſe divinat Scaliger; qvaſi perpetuò Macedonicas illas menſium appellationes Julianis menſibus indiderit: qvod eſt falſiſſimum. Nam Xanthicus ſæpenumerò idem eſt ac Niſan: Ut Lib. III. Orig. C. X. *τῷ δὲ μηνὶ τῷ Ξανθικῷ, ὃς Νισὰν παρ' ἡμῖν καλεῖται, καὶ τοῦ ἔτους ἐςὶν ἀρχὴ, τεσσαρεσκαιδεκάτῃ κατὰ σελήνην, ἐν κριῷ τοῦ ἡλίου καθεςῶτες,* &c. Paſcha celebrari ſcribit: qvod & C. IX de menſe dixerat.

Translationum vetuſtatem aſſerit & Paulus Middelburgenſis Lib. VIII Partis II, ex eaqve Paſſionis Domini tempus explorat. Sed in Annalibus ad A. XXXIV, N. 34 acerrimè cum iis expoſtulatur, qvi novam de translato Paſchate in Eccleſiam Dei invexerunt opinionem, cùm id Deus graviſſimè præceperit, ne alia die, qvàm XIV Luna ad veſperam ſacrum Paſcha celebraretur. Unde qvi propterea qvod immundi eſſent, XIV die primi menſis peragere neqviſſent, non in ſeqventem, aut tertium, qvartúmve diem, ſed in XIV Lunam menſis ſecundi rejecti ſunt, qvod & Ezechiæ Regis exemplo demonſtrat II Paral. Cap. XXX. Atqvi hoc argumentum contra feſtorum translationem leve admodum videtur. Primùm, qvia nusqvam in ſa-

De anno & die Dominicæ Passionis.

cris literis præceptum eſt, ut Luna XIV Paſcha celebretur, neqve Lunæ mentio fit, ſed decimæqvartæ diei primi menſis. An vero Lunam XIV ſic obſervatam eſſe putabit aliqvis, ut veri, vel medii ſaltem ſideris hujus motus explorandi fuerint? Non enim hoc in civili, & æqvabili uſu præſtari potuit. Hoc autem remoto, nihil ſuperior iſta ratiocinatio colligit. Nam qvi translatas eſſe ferias defendunt, non id aſſerunt, alio die, qvam XIV ad veſperam Paſcha celebratum: ſed Neomeniam ipſam, à qva XIV dies numeratur, alterum in diem trajectam exiſtimant. Hoc verò negant, neceſſe fuiſſe, ut inſtante ipſo cœleſtis Plenilunii die feſtivitas iniretur; cum vel ex Cycli Lunaris vitio, vel ex φάσεως obſervatione, XIV dies menſis, Luna XV, aut XVI eſſe potuerit.

Hæc dixerim non ut illicò Politicam illam recentioris Computi translationem apud Judæos veteres, adeòqve Chriſti tempore uſurpatam eſſe definiam. Hoc enim vel Judæi ipſi negant. Siqvidem R. Moſe ben Maimon Cap. VII Kidduſch hahodeſch, §. VII, & VIII, rejectionem feriarum natam ex eo tempore eſſe putat, qvo ad medios motus, veris prætermiſſis, computum ſuum dirigere cœperunt: ומפני מה אין קובעין בחשבון זה אד״ו לפי שחשבון הזה הוא לקיבוץ חודש והשמש בהילוכם האמצעי לא במקום האמתי כמו שהודענו לפיכך עשו יום קביעות ויום דחייה כדי לפגוע ביום קבוץ האמתי: *Qvam ob cauſſam in hoc computo Neomeniam non collocant in feria I, IV, & VI?* (nempe in Tiſri) *Ob id videlicet, qvod Computus iſte accommodatus eſt ad conjunctiones Solis ac Lunæ, ſecundum medium motum illorum ſiderum, non habita ratione veri eorundem loci, qvod jam oſtendimus. Propterea dies certos præfinierunt, qvibus Neomenias defigerent, & alios rejiculos; ut ea ratione veram conjunctionem aſſeqvi poſſent.* Qvamobrem cum ex obſervatione τῆς φάσεως, & veri motus ratiociniis ante & poſt Chriſti paſſionem aliqvot annis Neomenias indixerint, ut idem author eſt Moſes, conſeqvens eſt diu poſtea ſuperſtitionem illam introductam.

Verum qvia ex Epiphanii, aliorumqve graviſſimorum Theologorum ſententia, Chriſtus pridie ejus diei, qvo Scribæ, & Phariſæi Paſcha celebrarunt, ultimo Paſchate, ac ſolennibus cerimoniis functus eſt; ineunda probabilis aliqva ratio eſt, propter qvam Judæi Paſcha à legitimo die in ſeqventem contulerint. Eſt ea verò, niſi fallor, haud abſurda, cujus ex Rabbinorum commentariis conjecturam cepimus.

Memorabilis locus.

Scribunt illi, interqve cæteros R. Moſes in illo Tractatu, qvem ſæpe memoravi, differendi primi menſis, ac Paſchatis cauſſas olim extitiſſe complures; qvas anteà perſtrinximus. Ut cum fruges, arborumve fructus nondum maturi viderentur: Si interrupti pontes eſſent, fornacésve dirutæ, ac reliqva id genus, qvæ ſolennitatem impedirent. De qvibus conſeſſus illius, qvem בית דין nominant, decretum erat expectandum. Ita fiebat, ut incerta res admodum eſſet primi menſis, ac Paſchatis tempus, & in illorum arbitratu poſita: qvemadmodum apud Romanos ex Pontificum libidine contrahi, aut intercalatione proferri annorum ſpatia ſolebant. Qvare ut iidem iſti Pontifices menſibus ſin-

gulis Kalare, hoc eſt Kalendas denunciare ſolebant; ſic apud Judæos Synedrium, qvod ordinandis temporibus præerat, certorum menſium Neomenias per nuncios, qvos שלוחים vocabant, indicere conſveverat, eorum videlicet menſium, qvibus ſolennia qvædam feſta peragebantur, qvorum tempora difficilè conjici poſſent. Erant ii Niſan, Ab, Elul, Tiſri, Caſleu, Adar: De qvibus Cap. III Moſes diſſerit, His ſtante Templo propter Paſcha minus, Iiar acceſſerat. Igitur poſteaqvam auditis, approbatisqve teſtibus, qvi ſe naſcentem Lunam vidiſſe confirmabant, Neomenia ſanctificata fuerat, in Tiſri ac Niſan, primo ipſo die poſt Solis ortum egreſſi nuncii, & Palæſtinam obeuntes, longiùs excurrebant, ac Neomeniam indicebant. In vicinioribus oppidis, qvo nuncii citiùs aſpirabant, uno tantum die; in longinqvioribus biduo Neomenias agebant, qvod incerti eſſent, qvem diem Synedrium præfixiſſet. De qvo vide Cap. V. Tractatus R. Maimonidæ. Atqve hoc hodieqve Judæi ἐν τῇ διασπορᾷ retinent, & τὰς ἱερομηνίας biduo celebrant, hoc eſt τὴν τριακάδα, ſive ἕνην, καὶ νέαν, ac νεομηνίαν. Unde ab Horatio dictum.

De anno ac die Dominica Paſſionis.

Hodie triceſima Sabbata.

Ut autem evidentius conſtet, qvam inconſtans, & mutabilis eſſet Neomeniarum definitio, luculentus qvidam locus eſt in Cap. III. Tractatus ejusdem §. XV, & XVI, qvem hîc totidem verbis adſcribam. Nihil enim ad conjecturam noſtram dici poteſt aptius. בית דין שישבו כל יום ל' ולא באו עדים והשכימו בנשף ועברו את החודש כמו שבארנו בפ' זה ואחר ד' או ה' ימים באו עדים רחוקים והעידו שראו את החודש בזמנו שהוא ליל שלשים ואפילו באו בסוף החודש מאיימין עליהם איום גדול ומטריפים אותם בשאלות ומטריחין עליהם בבדיקות ומדקדקין בעדות ומשתדלין בדבר שלא יקדשו חודש זה האחר שכבר נעשה מעובר ואם עמדו העדים בעדותם ונמצאת מכוונת והרי העדים אנשים ידועים ונבונים ונחקרה העדות כראוי מקדשין אותו וחוזרים ומונין לאותו החודש מיום שלשים הואיל ונר' הירח בלילו. *Poſtqvam Synedrium toto die triceſimo conſedit; neque teſtis ullus advenit, ſummo diluculo ſurgunt, & menſem intercalant; qvemadmodum in hoc capite declaravimus. Qvod ſi poſt qvartum, qvintumve diem longinqvi teſtes accedant, ac ſe Lunam ſuo tempore proſpexiſſe confirment, hoc eſt triceſima nocte; imò verò etiamſi ſub finem menſis adveniant, primum qvidem magnum illis terrorem objiciunt, & interrogationibus laceſſunt, ac moroſius interrogando fatigant; & illorum teſtimonium ſcrupuloſius examinant, atqve in omnes ſe partes verſant, qvo novam illam ſanctificationem declinent, poſtqvam ſemel intercalatum eſt. Verùm ſi teſtes illi in teſtimonio ſuo conſtantes fuerint, idqve verum omnino deprehenſum fuerit; ſed & ipſi teſtes noti ac prudentes ſint; ac deniqve ritè, & ut par eſt exploratum illorum teſtimonium fuerit, de integro Neomeniam definiunt, ac menſem illum retexentes à triceſimo die ſuperioris computare dies illius incipiunt; qvandoqvidem ſua in nocte Luna conſpecta eſt.* Manifeſtum eſt ex hoc loco, Chriſti Domini tempore Neomenias non tam certò conſtitutas fuiſſe, ut non vel affecto jam menſe retexere, ac retractare licitum eſſet; adeoqve ſolennitates ipſas, qvæ à menſis capite penderent, in alios dies incidiſſe. Qvare cum totum hoc negotium perperam à ſtolidiſſimis Magiſtratibus, & contra majorum ritus adminiſtraretur, graſſante ſuperſtitione, corruptiſſimisqve temporibus,

De Anno ac die Dominicæ Passionis.

verisimile est aliqvos repertos, qvi hanc ceremoniarum, rituúmqve perturbationem, qvatenus in ipsis erat, emendare studerent, & qvæ privatim obire poterant sacra legitimis temporibus perficerent. Cujusmodi Paschalis agni cœna fuit: qvam anno suæ Passionis Christus cum Apostolis, atqve aliis etiam fortasse Iudæis pridiè, qvàm cæteri præpostere id facerent, usurpare maluit. Neqve hoc unius, alteriúsve diei discrimen admirabilius esse debet, qvàm qvod Christianis ipsis non modò ante Victoris Papæ decretum, aut Nicænum Concilium; verum etiam aliqvot postea sæculis accidit, ut in religiosissima Paschatis celebritate uno plerunqve mense, nonnunqvam diebus VII, à se invicem differrent. De qvo nonnulla ad Nicephori Breviarium in Προθεωρίᾳ olim adnotavimus. Ubi non solùm inter Hæreticos, sive Qvartadecimanos, & Catholicos, sed inter Orthodoxos ipsos flagrasse istiusmodi dissidia planum fecimus.

UTRUM CHRISTUS EODEM QVO JUDÆI CÆTERI DIE PASCHA CELEBRARIT.

CElebrem per sese qvæstionem insigniorem reddidit Græcorum Latinorúmqve controversia. Nam illi, ut suæ de fermentato pane sententiæ patrocinentur, Christum Dominum non Luna XIV, sed XIII, Pascha egisse pertinacissimè defendunt; cùm nondum Iudæi azymis uterentur. Contrà Latini, ne hoc sibi de Domini exemplo præsidium extorqveri sinerent, negarunt alio, qvàm qvo Iudæi cæteri, die, legitimum agnum comedisse, hoc est XIV Luna sub vesperam. Sed ista Græculæ fæcis opinio, qvatenus Christum sine azymis celebrasse Pascha docet, inscitiæ & absurditatis habet plurimum. Etenim qvocumqve tandem die Pascha Christus obierit, cum unà & Azymorum solennitas delibanda fuerit, non magis sine azymis potuit, qvàm sine agno, solenni huic religioni satisfacere. Proinde non fermentato usus est, ne legem, cujus author erat, infringeret. Sed neqve verum est, qvod Græci, & inter cæteros Cedrenus, ac Nicephorus affirmant; Christum die mensis XIII, non XIV Paschalem obiisse cœnam: neqve id Epiphanius sentit; ut magni qvidam viri crediderunt. Imò verò etiam ante XIII Lunam egisse Pascha statuit: hoc est exeunte Iudaica Luna XII, Nicæna vero XI, ut suo loco declaratum est. Sed obscuritas loci facit, ut iis concedenda venia sit, qvi falsò Epiphanii sententiam interpretati sunt. Verùm omissa Græculorum controversia, qvæ difficultatis habet nihil, in reliqva omni qvæstione tractanda eo breviores erimus, qvod pleriqve suis illam scriptis diligenter explicarunt. Qvamobrem utriusqve partis rationes paucis æstimandæ sunt.

Qvi eadem die, qvâ Iudæi cæteri, Pâscha celebrasse Christum volunt, Evangelistarum trium authoritate nituntur, Matthæi, Marci, ac Lucæ. Qvorum primus Cap. XXVI. 5. τῇ δὲ πρώτῃ, inqvit, τῶν ἀζύμων προσῆλθον οἱ μαθηταί, *Prima die azymorum accesserunt Discipuli.* Marcus vero Cap. XIV, & καὶ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῶν ἀζύμων, ὅτε τὸ Πάσχα ἔθυον: *Prima die azymorum, qvando Pascha sacrificabant.* Deniqve Lucas Cap. XX, 7. ἦλθε δὲ ἡ ἡμέρα τῶν ἀζύμων, ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ Πάσχα: *Venit dies azymorum, in qva oportebat immolare Pascha.* Manifestè primam Azymorum appellant, qvæ à vespera feriæ V cœpit, qva die Pascha de more ab Apostolis præparatum, & Patrifamiliâs denunciatum videtur.

De anno ac die Dominicæ Passionis. Quibus rationibus probatur eadem, qua Iudæi cæteri, die Christum Pascha celebrasse.

Alii verò, qvi cum Epiphanio, cæterisqve gravissimis scriptoribus negant eodem die Pascha celebratum, Joannis testimonium proferunt; qvi id apertè, ac citra ambages significat: primùm C. XIII, 1; πρὸ τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα scribit Christum Paschate suo defunctum; id est *Ante festum Pascha.* Item Cap. XVIII, 28. Iudæos ait ipso die Parasceves *ingredi noluisse Prætorium, ne contaminarentur, sed ut comederent Pascha.* Ad hæc Cap. XIX, 14. *Erat autem Parasceve Pascha, hora qvasi sexta.* Cætera vel testimonia, vel argumenta prætereo. Sunt enim ista præcipua.

Alia sententia qua diverso tempore putat esse celebratum.

Jam in tanto opinionum, authoritatúmqve conflictu, in eo potissimum acqviescendum judico, qvod iis testimoniis approbatur, qvæ in alteram trahi sententiam neqveant, cum cætera, qvæ contraria videntur, conciliari, explicariqve possint. At ejusmodi est posterior illa, qvam Epiphanius secutus est, sententia: cui non pauci, iidemqve authoritate, & eruditione principes suffragati sunt: maximéqve Paulus Burgensis; Paulus Forosemproniensis Episcopus; Joannes Lucidus, Onufrius, Jansenius, Maldonatus noster, & alii. Qvanqvam & ii, & omnes fere, qvi hactenus hanc opinionem amplexi sunt, ad vulgatam illam festorum translationem, & feriarum delectum confugere solent; existimántqve primum azymorum diem nunqvam à Judæis feria VI celebratum. Verùm nondum istud Christi tempore constitutum fuisse, docent ipsimet Hebræi. Ac profectò si rejiciendarum, asciscendarúmqve feriarum ordinaria fuisset illa ratio, atqve ab universis recepta, neqve Christus Dominus, nec ulli omninò Judæi Neomenias, festosqve dies aliter, qvam ex legis istius præscripto celebrassent. Non enim præceps, nec abrupta fuit feriarum illa mutatio; sed jam tum in ipso anni capite provideri, ac designari consveverat. Velut anno Passionis factum esse ex opinione Scaligeri suprà diximus: in qvo cùm Tisri à feria IV in V transiisset, conseqvens fuit, ut & Nisan à VI summoveretur in VII. Hoc igitur si vulgare ac perpetuum esset, nemo à communi consvetudine recederet. Qvocirca extraordinariam qvandam, & singularem perturbationem extitisse verisimile est, qvæ eo duntaxat mense contigerit, qvo Christus passus est: adeo ut non ipse solum cum Apostolis; sed & alii diverso à cæteris die celebrarint. Nam & illud Epiphanii verba ipsa declarant, cum θόρυβον, ac dissensionem in obeunda celebritate incidisse significant.

Præfertur posterior, sed nova quadam ratione declarata.

Hunc in modum explicata à nobis ac defensa communis illa sententia multo qvàm altera probabilior mihi videtur, cum tam diserta expressáqve

Q iij

De Anno ac die Dominicæ Passionis. Refelluntur ea, quæ pro priore sunt allata.

Joannis testimonia sint, nulla ut cavillatio possit eludere. Qvod enim *diem festum Pascha* pro civili ipso die, ac τῆς νυχθημέρȣ posteriori parte sumi qvidam existimant, qvæ à seqventi ortu Solis inciperet; id alii meritò repudiant. Neqve enim commodus hic sensus videtur: *Ante festum Paschatis Christus Pascha celebravit*; qvod ex ista responsione seqvitur. Falsum & illud est, qvod de secundo Joannis testimonio dicitur: *Manducare Pascha*, de qvocumqve victimarum usurpari genere, qvæ per septenos dies immolantur. Qvod ex Deuteron. XVI, 2. & Paralip. L. II. Cap. XXX, ac XXXV comprobare nititur. Nullus est enim scripturæ locus, ubi Paschatis, sive Phase vocabulo holocausta, ac sacrificia cætera significentur: ut sit idem sacrificare, vel manducare Phase, qvod eas immolare ac manducare victimas, qvæ per septenos azymorum dies in Templo mactabantur. Ac Deuteronomii qvidem locus ita concipiendus est: *Immolabisqve Phase Domino Deo tuo: oves, & boves.* LXX καὶ θύσεις τὸ Πάσχα κυρίῳ τῷ Θεῷ σȣ, πρόβατα, καὶ βόας. Jubet nimirum præter Pascha etiam alias immolari victimas; non autem eas victimas appellat Phase. Jam illud, qvod II. Paral. C. XXXV scriptum affirmant; *qvod VII diebus agebatur Phase, & comedebatur Phase*, unde acceperint nescio. Nusqvam enim id legitur. Qvin potius Pascha cæteris ab sacrificiis manifestè discernitur, Cap. XXX. com. 15, & C. XXXV, com. 16, & 17.

Postremò Parasceven Paschæ inaudita qvadam loqvendi ratione dictam volunt Parasceven Sabbati, qvæ eadem & Pascha, sive prima dies Azymorum esset. Neqve enim Paschatis ullam Parasceven fuisse censent; qvoniam nulla pridie illius diei cibaria parabantur; cùm id ipso festo liceret agere. Verùm qvis est, qvi tolerabilem hanc loqvendi formam putet esse; ut Parasceve Paschatis sit Parasceve Sabbati, in qvam inciderit Pascha? Nimium hoc absurdum est. Sed & illud falsissimum, primæ diei Azymorum, cæterorumqve festorum Parasceven nullam fuisse, qvod ex Hebræorum scriptis ab aliis refutatum est, ut in eo commorari nihil sit necesse. Est illud qvidem rectè in annalibus observatum, nulla Parasceve ad cibos in festum diem apparandos opus fuisse, qvod in solis Sabbatis coqvere cibos interdictum esset, liceret in cæteris, in qvo plerosqve viros eruditos hallucinatos esse monuimus. Sed præter cibaria constat alia qvædam præparari oportuisse, qvæ aut absqve servili opere præstari non possent, aut ad ipsius festi celebritatem ineundam anteverti deberent. Qvocirca nihil est, qvod adversus tam evidentem Joannis authoritatem possit excipi. At verò qvæ ex aliis tribus Evangelistis contra hanc opinionem adducuntur, nullo negotio conciliantur. Primam enim illi diem Azymorum vocant eam scilicet, cujus in vesperam Paschæ celebritas, & Azymorum initium incurreret, utiqve ex lege, majorumqve præscripto: qvod animadvertens Lucas prudenter adjecit, ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι, qvasi Scribas ac Pharisæos obliqve notaret, qvi ἐν ᾗ οὐκ ἔδει sacrificaverant. Adjuvat communem hanc interpretationem conjectura illa nostra, qvam anteà proposuimus: ejusmodi tunc fuisse celebritatem Paschatis, ut cum præposterè, ac perturbatè à Concilio denuntiatum esset, atqve etiam illi fortasse præstitutam Neomeniam, Paschatisqve diem retexuissent, pleriqve cum Christo, & Apostolis diem

illum obſervandum putaverint, qvo priùs, & qvidem legitimo tempore *De anno ac die Dominica Paſsionis.* fuerat indictum, neqve vanam illam Magiſtrorum retractationem curaverint. Ex qvo factum ſit, ut Apoſtoli parata apud illum hoſpitem omnia repererint.

Συλλαμβάνεται δὲ τῇ τρίτῃ.] Jam hæc facilia ſunt, intellecta ſemel Epiphanii ſententia. Qvanqvam Librariorum culpa qvædam ſunt concepta perperam; qvæ ex Diagrammate corrigenda ſunt. Cæterum *ἡμερινὴν* eam Lunam vocat, qvæ civiliter ab ortu Solis ad occaſum perducitur; *νυκτερινὴν* verò qvæ noctem occupat. Qva ex obſervatione corruptæ lectionis vitium per ſeſe proditur. Scribe igitur, authore Keplero: *πέμπτῃ τρισκαιδεκάτῃ νυκτερινῇ, ἡμερινῇ δὲ δωδεκάτῃ.* Qvod utiqve neceſſarium eſt, ſi *τετρὰς* fuerit, *δωδεκάτῃ νυκτερινῇ.* Nam hæ ſibi invicem ſuccedunt: ut qvæ *νυκτερινὴ* fuerit, fiat *ἡμερινή.* Notum enim eſt Iudæos à nocte diem auſpicari. Deinde: *προσάββατον τεσσαρεσκαιδεκάτῃ νυκτερινῇ πρὸ δεκατριῶν Καλ.* Nam ſuperior dies *πρὸ δεκατεσσάρων* jam habuit. Item *Σάββατον πεντεκαιδεκάτῃ νυκτερινῇ.* Nam de Nicæna Luna loqvitur, non de Iudaica. Qvæ omnia ex ſuperiori laterculo repetenda ſunt.

Ἐπιφώσκουσα Κυριακή.) Qvi hunc Epiphanii locum percurrit, diligenter id animadvertere debet; qvod ſuperiori diſſertatione copioſè traditum eſt; falſa hæc eſſe, qvæ de Luna dicuntur omnia, & ex Epiphanii hallucinatione profecta; qvi Æqvinoctium à XXV Martii ad XXII; Plenilunium verò ab eadem XXV die ex Nicæna formula, vel potius a XXVI perinde ad XXII transtulerit. Qvo poſito, Cyclorum omnium ac feriarum rationem permiſcuit: Qvæ qvonam pacto corrigi poſſent, & in viam ab errore deduci, ſuprà declaravimus. Igitur ex tot errorum argumentis nata eſt vitioſa illa feria anno Iuliano LXXVI, hoc eſt Dominica Martii XXII, cum revera eſſet feria V. *Ἐπιφώσκουσα* ergo *κυριακὴ* Lunam habuit XV diurnam. Hîc *Ἐπιφώσκουσα* propriè ſumitur. Qvippe XXII die ab ortu Solis cœpit XV diurna: Unde *ἡμερινὴ* pro *νυκτερινὴ* ſubſtituimus. Alioqvin *ἡ κυριακὴ* XV *νυκτερινὴ* dici poteſt, ſi ejus initium ab antecedente nocte reputatur. Neqve vox *Ἐπιφώσκουσα* qvicqvam obſtat; qvæ perſæpe de illuceſcente die, nonnunqvam & de diei Iudaico principio, ſive nocte antecedente ſolet uſurpari. Non qvod lux aliqva ſive Lunæ, ſive ſtellarum ſaltem oriens utcunqve diem auſpicetur, qvod Caſaubonus in Exercit. XVI. Num XV verum exiſtimat: ut cum Lu- *Caſauboni ſententia refellitur.* cas ait Cap. XXIII. 54: *καὶ σάββατον ἐπέφωσκε*, ſic accipiendum ſit, ut ſi dixiſſet, *καὶ ἐπέφωσκεν ἡ σελήνη ἡ ἄγουσα τὸ σάββατον.* Hæc enim ſententia ſubabſurda & ſupervacanea videtur. Verum ſimpliciter, & nullo alio ſubaudito *Ἐπιφώσκειν* eſt *appetere*, vel *inire*, *adventare*. Hoc autem *Quid ſit ἐπιφώσκειν.* ex eo natum arbitror; qvod cum prima, ac naturæ maximè conſentanea diei appellatio lucem ſignificèt, tempúsve ab ortu Solis ad occaſum; pleræqve, poſtea nationes variis temporum initiis conſtitutis diem nihilominus appellarunt, ſpatium illud temporis, qvod ab eo puncto, qvod ſibi ſtatuerant, ad idem punctum revolvitur. Qvare ut in primaria illa, ac naturali diei notione *Ἐπιφώσκειν* proprie dies dicitur, qvod ejus initio Sol oritur: ut & *ἡμέρα, ἀπὸ τῆς ἠοῦς*: Ita translatis ad reliqvas formas diei appellationibus, idem hoc uſurpatum initii vocabulum eſt: etſi minus qvam illic

De Anno ac die Dominicæ Passionis.

propriè. Sive igitur à media nocte; sive à meridie, sive ab initio noctis, diei repetatur exordium, ἐπιφώσκειν ubiqve dies, hoc est inchoari & inire simpliciter dicetur. Qvemadmodum νεομηνίας vox cum nascentem Lunam propriè significet, ad omnia mensium initia, etiam minimè Lunarium transfertur, puta tricenariorum, & Ægyptiacorum. Unde alia est νεομηνία τῆς σελήνης, alia ἡ τῆς σελήνης. Hoc ego sensu τὸ ἐπιφώσκειν Evangelistas simpliciter usos arbitror: Ut cum Matth. Cap. XXVIII, 1. ita loqvitur: Ὀψὲ δὲ τῶν Σαββάτων, τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν τῶν Σαββάτων. Ubi nulla argutatione opus est ut vel dies ipsa à nocte incipiens tùm demum, cùm Sol oritur ἐπιφώσκειν dicatur: Vel ut Luna aut sidera subaudiantur. Nam hic meo judicio sensus est: Confectis Sabbatis, sive hebdomada peracta, die seqventi, qvæ inibat cum feria prima; qvod apertius Lucæ Cap. XXIII, 54. declaratur. Καὶ ἡμέρα ἦν παρασκευὴ καὶ Σάββατον ἐπέφωσκε. Ubi verbum ἐπέφωσκε nullam lucem significat; sed initium. At apud Epiphanium in Expositione fidei; Num. XXII circa Gallicinium τῆς κυριακῆς ἐπιφωσκούσης solvi Paschale jejunium dicitur, hoc est post mediam noctem, à qva diem Christiani inchoant: Item paulo post scribit nonnullos hebdomada sancta vigilare τὴν μετὰ τὴν πέμπτην ἐπιφώσκουσαν εἰς τὸ προσάββατον. Ubi ἐπιφώσκειν videtur proprie sumpsisse, qvasi nox postridie lucescat, hoc est in lucem desinat. Noctem enim intelligit, qvæ Parâsceven præcedit.

Καὶ ὅτι ἀνάστασις καὶ ἰσημερία.] En erroris argumentum. Christum enim, qvem Æqvinoctio ipso resurrexisse didicerat, hoc est XXV Martii, eo die resurrexisse credidit, qvo Diocletiani tempore Æqvinoctium incidit. Nam ex Anatolio, ut opinor, & Alexandrinis veteribus Æqvinoctium Martii XXII statuit; cum Nicænum aliqvot annis postea in vicesimum primum intulerit. Unde qvi successerunt Alexandrini scriptores XII. Kal. hoc est XXI. Martii Æqvinoctium fixerunt: ut inter alios Proterius Alexandrinus apud Bedam Lib. de Æqvinoc. Vernali qvi est Tomo III. Is inqvam XXV Phamenoth, qvi est XII. Kal. Apr. Æqvinoctium collocavit, Leonis Papæ temporibus. Itaqve μνημονικὸν est ἁμάρτημα eruditissimi Kepleri, dum in Eclogis Pag. 193. Proterium ait circa initium Diocletiani Æqvinoctium XI Kal. definiisse: sed Anatolio id convenit, cujus illustre fragmentum describit Eusebius Lib. VII. Cap. XXVI. ex ejusdem Paschalibus Canonibus, qvod, & Beda commemorat Lib. de Æqvinoctio: ubi & Anatolii verba ex depravatissima Ruffini interpretatione perperam accepta alienam in sententiam detorqvet. Qvare cum ex eo Anatolii decreto, tanqvam ex fonte Epiphanii doctrina profluxerit, nobis integrum non est, tam illustrem disputationem silentio prætermittere.

ANATOLII INSIGNIS LOCUS EXPENDITUR.

De Paschate decimaqvarta Christianorum.

Vixit Anatolius Diocletiani fere tempore, genere Alexandrinus, qvi cum ad Synodum Antiochiæ contra Paulum Samosatenum habitam, Laodicea

iter haberet, Episcopus à Laodicenis electus est. Floruit igitur sub Aureliani ac Diocletiani tempora, vir imprimis eruditus, & Mathematicis artibus excultus. Qvi inter cætera Canones Paschales condidit; ex qvibus hæc Eusebius exscripsit: Ἔχει τοίνυν ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει τὴν νουμηνίαν τοῦ πρώτου μηνός· ἥτις ἁπάσης ἐστὶν τῆς ἐννεακαιδεκαετηρίδος, ἀρχή· κατ' Αἰγυπτίους μὲν Φαμενὼθ ἕκτῃ, καὶ εἰκάδι· κατὰ δὲ τοὺς Μακεδόνων μῆνας Δύστρου δευτέρᾳ καὶ εἰκάδι. ὡς δ' ἂν εἴποιεν Ῥωμαῖοι, πρὸ ἕνδεκα Καλανδῶν Ἀπριλλίων. Εὑρίσκεται δὲ ὁ ἥλιος ἐν τῇ προκειμένῃ Φαμενὼθ ἕκτῃ, καὶ εἰκάδι οὐ μόνον ἐπιβὰς τοῦ πρώτου τμήματος, ἀλλ' ἤδη καὶ τετάρτην ἡμέραν ἐν αὐτῷ διαπορευόμενος. τοῦτο δὲ τὸ τμῆμα πρῶτον δωδεκατημόριον, καὶ ἰσημερινὸν, καὶ μηνῶν ἀρχὴν, καὶ κεφαλὴν τοῦ κύκλου, καὶ ἄφεσιν τοῦ τῶν πλανητῶν δρόμου καλεῖν εἰώθασι· τὸ δὲ πρὸ τούτου, μηνῶν ἔσχατον, καὶ τμῆμα δωδέκατον, καὶ τελευταῖον δωδεκατημόριον, καὶ τέλος τῆς τῶν πλανητῶν περιόδου. διὸ καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ τιθεμένους τὸν πρῶτον μῆνα, καὶ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην τοῦ Πάσχα κατ' αὐτὴν λαμβάνοντας οὐ μικρῶς, οὐδ' ὡς ἔτυχεν ἁμαρτάνειν φαμέν. Hæc nos Latinè ita reddidimus: *Habet porrò in anno primo mensis primi Neomeniam; qva totius Enneadecaeteridos initium est, Phamenoth secundum Ægyptios XXVI; secundum Macedones Dystri XXII: Ut autem Romano more loqvar; XI. Kal. Apr. Qvo qvidem die XXVI Phamenoth, Sol non modò primum signiferi segmentum ingressus reperitur; sed etiam qvartum jam in illo diem percurrisse. Atqve hoc primum segmentum dodecatemorion, & Æqvinoctiale, & mensium primordium, ac Cycli caput, & qvosdam velut Planetarum circuitus carceres appellare solent. Qvamobrem qvi in eo primum mensem constituunt, & in eo decimam qvartam Paschalem usurpant, eos non mediocriter aberrare statuimus.* Cum igitur Æqvinoctium Martii XXII fixisset, permirum hoc plerisqve visum est, qvi & recentiores Alexandrinos scriptores, &, qvod caput est, Nicænam Synodum vicesimo primo Martii constituisse meminerant. Qva de re Beda consultus magnopere æstuat; & à Ruffino corrupta, uti dixi, Anatolii verba proferens, alienum iis sensum accommodat. Ruffinus enim ita priora reddidit: *Est ergo in primo anno initium primi mensis, qvando est decem & novem annorum initium, secundum Ægyptios qvidem Phamenoth XXVI; secundum Romanos verò XI. Kal. Apr. In qva die invenitur Sol non solum conscendisse primam partem, verum etiam qvartam jam in eadem die habere, id est in prima ex XII partibus, &c.* Qvæ Beda sic accipit, Æqvinoctium ob Bissextum interdum in XII Kal. interdum in XI incurrit. Nam cum Julianus annus Aegyptiacum & simplicem horis VI superet; Aeqvinoctii μετέμπτωσις fit in anno communi. Qvare fit æqvinoctium anno ipso Bisextili XXI Martii, mane anno primo post bisextum incidet in meridiem. Anno II post bisextum in occasum diei XXI. Anno III in mediam noctem. Anno IV per intercalationem à XXII iterum in XXI & matutinum tempus recedet. Cum igitur in vesperam, vel mediam noctem incidit, ad XI Kal. pertinet; eo qvod nox ipsa Christianorum ritu seqventi feriæ tribuitur. Cum autem ad Meridiem vel matutinum tempus pervenit, Martii XXI, sive XII. Kal. Apr. arrogatur. *Unde,* inqvit, *consultè Anatolius non vetat in XI, sed ante XI. Kal. Apr. Pascha celebrari. Non enim prima sedis aeqvinoctialis tempora, sed ultima signavit: hoc est ea, à qvibus Paschæ celebrationem incipere posse noverat. Cum enim II vel III anno post bisextum Pascha dies Dominicus in*

De quarta decima Paschali Christianorum.

De quarta decima Paschali Christianorum.

XI Kal. Apr. occurrerit, constat nimirum, quod cum Æquinoctio Paschæ dies inchoatur: Cujus cæremoniæ partes celebrantur prima nocte; cum eâdem mediante, vel inchoante perficiatur æquinoctium. Tum vero ritè Pascha peragitur; quia resurrectionis, quæ diluculo facta est, præcipua pars post Æquinoctium celebratur. Hæc ferè Beda Lib. de Æqvin. Qvi sic Anatolii verba declarat: Cum duo sint Æqvinoctio attributi dies, Anatolium de posteriore loqvi; in qvo scilicet nocte illa, qvæ XXI Martii diem seqvitur, Æqvinoctium contingit: Imo verò de vespertino potissimum Æqvinoctio intelligit; qvod Anatolius dicat celebrandum Pascha, qvando Luna Soli opposita è regione deprehenditur; sic ut vernalis Æqvinoctii partem Sol obtineat, Luna vero Autumnalis. *Qvid ergo,* inqvit, *mirandum, si in XI Kal. Æqvin. fieri dicat, cum de illa loqvi se hora declaret, qvando occidente ad vesperam Sole Luna è contrario suum attollit exortum?* Pergit deinde, & qvod Anatolius scripserat: *in XI Kal. Apr. Solem non tantum primam partem τȣ̃ δωδεκατημορίȣ conscendisse, verùm etiam qvadram jam in eadem die habere;* sic exponit. *Qvia qvoties æquinoctiale tempus juxta rationem præfatam in XI Kal. incidit, toties in ipso temporis momento illa quarta pars diei, quæ annuatim accrescere solet, secundum naturam perfecta esse dignoscitur.* Qvare Sol cum æqvinoctium attigit, jam diei qvadrantem absolvit. Qvasi dicat: ab æqvinoctio uno verno ad alterum, dies intercedunt solidi CCCLXV, & horæ VI. Verùm ut qvantum ab Anatolii sensu decerrarit, intelligas, insignis primum ille locus à nobis explanandus est.

Beda sententia declaratur.

Explicatur Anatolii locus à Bedæ sententiam.

Censet igitur Anatolius mensem primum anni primi totius Cycli decemnovennalis νȣμηνίαν habere in XXVI Phamenoth, sive Martii XXII, vel XI Kal. Apr. qva die Sol primum Zodiaci segmentum percurrit. Qvod segmentum primum δωδεκατημόριον, & ἰσημερινὸν, & principium mensium; adeoqve Cycli totius appellat; & ἄφεσιν τȣ̃ τῶν πλανητῶν δρόμȣ; hoc est, velut carceres ex qvibus emittuntur. Nam *absolutionem* Ruffinus non rectè interpretatus est; nisi absolvi stellas sit idem, qvod emitti. Qvanqvam epocha illa, sive punctum æqvinoctiale idem seqventis cursus initium est, & antecedentis terminus. Unde vehementer eos hallucinari docet, qvi in anteriore postremóqve segmento mensem primum, & XIV Paschalem constituunt. Græca enim ad hunc sensum accommodanda esse series ipsa orationis indicat. διὸ καὶ τȣ̀ς ἐν αὐτῷ τιθεμένȣς τὸν πρῶτον μῆνα. Pronomen αὐτῷ ad τελευταῖον δωδεκατημόριον, & τέλος τῆς τῶν πλανητῶν περιόδȣ pertinet. Nec rectè qvidam emendant περὶ αὐτȣ̃. Nam de postremo segmento loqvitur. Pergit deinde: καὶ τὴν ιδ' τȣ̃ Πάσχα κατ' αὐτὴν λαμβάνοντας ȣ̓ μικρῶς, ȣ̓δ' ὡς ἔτυχεν ἁμαρτάνειν φαμὲν. Pro κατ' αὐτὴν, omninò κατ' αὐτὸ legendum affirmo. Nihil enim est qvò commodè pronomen illud referatur. At proxime dixerat, τȣ̀ς ἐν αὐτῷ τιθεμένȣς, videlicet τελευταίῳ τμήματι. Qvod si qvis ad ea, qvæ remotiora sunt, puta μηνῶν ἀρχὴν, & κεφαλὴν, & ἄφεσιν pertinere contendat; contrarium qvidem ejus, qvod pugnamus, qvodqve Anatolium sensisse volumus, ex ea oratione seqvetur. Nimirum non licere XIV Paschalem primo illo die, qvo Æqvinoctium conficitur, sed in superiori Tmemate defigere, ideoqve Pascha XXII die celebrari posse. Si enim nefas est κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν Æqvinoctii, XIV Paschalem ponere, licet igitur

proximo ante illam die, ut citimum Pascha XXII Martii constituatur, qvod & verum est post Nicæni Concilii tempora licitum esse. Verùm hoc Anatolium existimasse, aut ad eam mentem illius referri verba posse, id vero constanter nego. Imprimis enim absurdum est, Pronomen *αὐτὴν* cum iis conjungere, qvæ tanto ante orationis intervallo posita sunt. Deinde refellit eos Anatolius, qvi ante primum segmentum, & Æqvinoctii diem primum mensem celebrabant; qvod non facerent si XIV Paschalem in ipso Æqvinoctiali die collocarent: hoc enim primi mensis initium est. Ad hæc qvæ ex Iudæorum placitis ad suam illam probandam sententiam affert, nullum dubitandi locum relinqvunt. Statuebant enim seniores illi, post commissum Æqvinoctium, ad vesperam, qvo tempore Luna in altero Æqvinoctio è regione Solem respicit: *τὴν τῶν διαβατηρίων ἑορτὴν*, hoc est Pascha Iudaicum agi debere. Hoc autem XIV Luna ad vesperam celebratum est. Ergo XIV in ipsum Æqvinoctium cadere debet, non præcedere: qvia *μετὰ τὴν ἰσημερίαν*, ut sæpius repetit, Iudaicè Pascha peragendum est. Cùm igitur id qvod dixerat ex Iudæorum Doctorum sententia profectum asserat; Iudæi porro XIV negent ante Æqvinoctium indici posse, manifestum est, Anatolium nolle XIV ante ipsum Æqvinoctii diem statuere. Præsertim cum Christiana XIV ex vetustissima traditione in Æqvinoctium ipsum, non ante hunc diem incidere debeat. Qvocirca vitiosa est vulgata illa lectio *κατ' αὐτὴν*, & *κατ' αὐτὸ* rescribendum. Hunc Anatolii locum novissimus interpres (Nam de Ruffino postmodum agemus) magnoperè depravavit. Sic enim vertit. *Quapropter qui principium primi mensis in illo* XXVI *die Phamenoth esse putant, ad* XIV *diem proximè secundum illum, festum Paschatis celebrandum statuunt, eos vehementer errare dicimus.* Putavit *αὐτὸ* ad XXVI diem pertinere, cum de postremo signiferi segmento sit accipiendum. Qvamobrem ex disputatis hactenus apparet, primum mensem Tropicum, sive *Κριῶνα* hîc ab Anatolio intelligi. Neqve enim Lunaris esse potest: cum in Alexandrino Cyclo Neomenia primi mensis Cyclo primo sit Martii XXIII. Nam Alexandrini Cycli annus primus paschalem neomeniam ab hoc die incipit, Latinorum verò post Alexandrinum receptum primus Cyclus iniit Apr. IV, qvi est Alexandrinus Cyclus ultimus, ut alibi, Deo dante, fusiùs docebimus. Cùm igitur Neomenia primi mensis Lunaris ea sit, qvæ post Æqvinoctium proximè seqvitur, apparet cur Alexandrini, & eos secuti Nicæni Patres Cyclum I Martii XXIII statuerint: qvòd videlicet Anatolii, cæterorumqve Paschalis Cycli conditorum vel tempore, vel decreto Æqvinoctii sedes esset Martii XXII. Unde licet Aeqvinoctium in XXI postea transierit, nec citima Neomenia XXII Martii contigerit, nihilominus Cyclum primum veteri statione non dimoverunt. Qvare Neomenia Krionos, sive mensis primi Solaris est citimus terminus Paschalis, sive XIV. qvæ ex Anatolii scito convenit Cyclo V. Nam Cyclus decemnovennalis, sive Paschalis, authore Beda, ad terminos, sive decimas qvartas lunares investigandas accommodatus est: uti Cyclus lunaris ad novilunia. Ideóqve meritò primus Paschalis mensis à prima XIV cœpit; hoc est ab Aeqvinoctii die; qvod Anatolius in Martii XXII constituerat. Indéqve constat non in omnibus Paschalis mensis diebus Pascha celebrari posse; sed Neomeniam ejus excipi, qvæ est, uti dixi, XIV Cycli V. Qvod ipsum &

De quarta decima Paschali Christianorum.

De quarta decima Paschali Christianorum.

Anatolius indicat, cùm eos reprehendit, qvi in superiori segmento, qvod ultimum est, primum mensem, & XIV Lunarem collocant. Conseqvens enim est decimas qvartas Lunares omnes intra primi mensis epocham coërceri. Qvod cùm Beda minus animadvertisset, falsò credidit Anatolium eam primi mensis Neomeniam constituisse, in qvam citimum Pascha conveniret. Nam qvi negat XIV Paschalem ante initium primi mensis incidere, idqve ipsum mensis initium XI Kal. figit, manifestè prohibet ipso mensis initio Pascha celebrari; qvod si fiat, jam XIV extra prioris mensis fines egredi & in ultimum rejici necesse sit.

Nam qvod Æqvinoctio biduum tribui oportere narrat, eóqve qvi posterior est die Pascha celebrari, de qvo & Anatolium loqvi putat, verum id qvidem est Æqvinoctium μετεμπτῶσι in seqventem diem excurrere: sed ex ambobus Politicè ad Æqvinoctii sedem; anniqve cardinem ille deligitur, in qvo præcipuè, & maxima temporis parte retineri creditur: non is in qvem evagandi licentia paulatim effunditur; nec in eo tamen diutiùs consistit; verùm intercalatione subinde velut qvodam fræno revocatur. Cujusmodi ex Anatolii opinione XXII Martii extitisse Beda narrat. Qvod secus se habet. Alioqvi si plerumqve in XXI Martii Aeqvinoctium contineretur, ac nonnisi secundo, vel tertio post bisextum anno ad XXII accederet: imò verò ne utroqve illo anno qvidem civilis diei metas attingeret: hoc est non ultra mediam noctem a. d. XI Kal. Apr. nunqvam Anatolius XXII potiùs, qvam XXI. anni cardinem, ac Paschalem terminum assignasset. Qvemadmodum hoc tempore post Gregorianam recensionem, licet Aeqvinoctium κατὰ μετέμπτωσιν in æqvabili anno ad mediam fere noctem, qvæ XXII. antecedit, perveniat; nihilominus in XXI defixum est; qvod eum diem toto fere Iuliano qvadriennio percurrit. Non est igitur dubitandum, qvin Anatolius XI. Kal. Apr. Æqvinoctium civile statuerit ad eum modum, qvo post Nicænum Concilium in XII. Kalen. translatum est: adeò ut nulla XIV Luna, qvæ ante XI. Kal. accideret, Paschalis haberetur. Id enim Anatolii verba disertissimè testantur.

Sanè si mediam anni Tropici formam seqvimur, cujusmodi est Alphonsina, qvæ cæteris anteponitur, Anatolii tempore Æqvinoctium utriusqve diei partem ex æqvo sibi vendicabat. Vixit enim medio ferè tertio post ortum Christi sæculo. Cumqve anno Christi CC Æqvinoctium vernum contigerit Martii XXI, horis 7. 16. 13″ post meridiem, anno verò CCC Martii XX, horis 13, 22′. 53″: si excessum Alphonsinum ex æqvo partiaris, invenies à meridie ferme XXI Martii ad meridiem XXII Aeqvinoctium ultrò citroqve commeasse. Sed Anatolius Æqvinoctium illud, qvod à majoribus acceperat, in XXII retinuit: cum Ptolemæus toto ante sæculo vernum Aeqvinoctium XXII Martii in meridie observasset, anno Christi CXL, bisextili. Ut hac ratione inter meridiem XXII, & XXIII progrederetur. Qvòd si Ptolemaici, & Hipparchei anni formam, qvæ CCC annis diem unum perimit, Anatolius amplexus sit; cum προήγησις plus minus annorum centum horas VIII postulet, invenies Anatolii ævo Aeqvinoctium in anno bisextili contigisse octo circiter horis ante meridiem diei XXII. proindeqve bellissimè hunc ipsum diem civilem Aeqvinoctio

præ-

præſtitutum. Tametſi fieri poteſt, ut Tropicam illam προέμπτωσιν penitùs diſſimulaverit; ut poſt Nicænum Concilium aliqvot ſæculis ignoratam eſſe conſtat; & ab ipſo Beda præcipuè: qvi propterea multis modis hallucinatus eſt. Nam ex eadem hypotheſi Bedæ ſeculo æqvinoctium longius à XXII receſſerat, & ad XVIII pervenerat. Et tamen ad horologiorum, gnomonumqve fidem provocat; ut æqvinoctium Nicænis ipſis cardinibus adſcribat. *De quartodecima Paſchali Chriſtianorum.*

INSIGNIS ERROR. IMO HÆRESIS SCOTORUM MAXIME. EX FALSA RUFFINI INTERPRETATIONE NATA DECLARATUR. ET ANATOLIUS A CALUMNIA LIBERATUR.

VERUM ut tam abſurdæ interpretationis errorisqve fontem aperiamus; ſcito non tam eam Bedæ hominis eruditiſſimi, & in eo genere exercitatiſſimi culpam eſſe, qvi Anatolii Græca non viderat, qvàm Ruffini Scriptoris, ut omnes norunt, ineptiſſimi, qvi in mutilandis depravandisqve veterum ſcriptis potiùs, qvàm interpretandis ſtilum ſuum exercuit. Hic enim ex Anatolii verbis nonnulla ſuſtulit, qvæ tam Bedæ qvàm aliis qvibusdam turpiſſimi erroris occaſionem dederunt. Cùm enim Anatolius ſcripſerit: *διὸ καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ τιθεμένους τὸν πρῶτον μῆνα, καὶ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην τοῦ Πάσχα κατ' αὐτὴν λαμβάνοντας οὐ μικρῶς, οὐδ' ὡς ἔτυχεν ἁμαρτάνειν φαμέν.* Hoc eſt: *Cùm poſtremus menſis, ultimumqve Zodiaci ſegmentum proximè τμῆμα iſtud ἰσημερινὸν antecedat, vehementer hallucinari neceſſe eſt eos, qvi primum menſem, & XIV Paſchatis in illo utiqve poſtremo ſegmento collocant.* Nam pro *κατ' αὐτὴν*, *κατ' αὐτὸ* legendum eſſe, nemo, ut opinor, negaverit: cùm hæc, inqvam, hujus loci ſententia ſit; Ruffinus ita vertit: *Et ideo non parum dicimus delinqvere eos, qvi ante initium hoc novi anni Paſcha putant eſſe celebrandum.* Ubi hæc verba *καὶ τὴν τεσσαρεσκ. τοῦ Πάσχα*, ac XIV Paſchalis mentionem omnem flagitioſiſſimè ſuſtulit. Atqvi expunctis paucis illis voculis, falſa & abſurda ſententia, ac non modo Anatolii decreto, ſed & Catholico dogmati contraria ſeqvitur: Nimirùm Paſcha in Civili æqvinoctii die, atqve in ipſo termino celebrari poſſe. Qvid eſt Luna XIV Paſchalis? Ea nimirum, qvæ aut in æqvinoctii diem ipſum incidit, aut proximè poſt ipſum. Qvod enim poſt æqvinoctium, non in ipſo æqvinoctio peragendum eſſe Paſcha putet Anatolius, apertè eodem in loco profitetur; cum hoc ipſum, qvod de Paſchatis obſervatione ſcripſerat, Judæos tanto antè pronunciaſſe dicit; videlicet: *δεῖν τὰ διαβατήρια θύειν ἐπίσης ἅπαντας μετὰ ἰσημερίαν ἐαρινήν, μεσοῦντος τοῦ πρώτου μηνός.* Igitur poſt *ἰσημερίαν*, non in *ἰσημερίᾳ* Paſcha tam Judæis, qvàm Chriſtianis incurrit; qvod & ſubinde ruſus inculcat, *τὴν τοῦ Πάσχα καὶ τῶν ἀζύμων ἑορτὴν δεῖν πάντως μετ' ἰσημερίαν ἄγεσθαι.* Atqvi *τὴν ἰσημερίαν* Anatolius Phamenoth XXVI. ſive XI Kal. Apr. conſti-

De quartadecima Paschali Christianorum.

tuit, ibidemqve primi mensis exordium. Negat igitur illo ipso die Pascha ritè celebrari. At verò ex Latina Ruffini versione celebrari potest. Scriptum est enim: *Aberrare vehementer eos, qui ante hoc initium primi mensis Pascha celebrant.* Qvare ipso mensis initio licet; hoc autem est XIV. Luna ex superiori definitione, qvam Nicænum Concilium, & Catholica omnis Ecclesia scivit. Tanti nimirum est cùm cæteris in rebus & officiis, tùm in Scriptoribus interpretandis præstare fidem; qvod sæpe interpres iste neglexit. Proinde vel eo nomine pessimè de Anatolio, deqve Catholico dogmate, atqve omni posteritate meruit; dum Sanctissimum eruditissimumqve Patrem absurdissimi fautorem dogmatis, atqve hæreseos authorem constituit. Qvod ne qvis à me iracundius qvàm verius affirmari putet, consulat qvæ de Scotorum & τεσσαρεσδεκατιτῶν altercationibus à Beda in Eccles. Hist. narrantur. Ex qvibus intelliget, qvi huic errori patrocinarentur, unius potissimum authoritate fretos Anatolii Christiano dogmati restitisse. Qvam qvidem authoritatem non ex ipsis Anatolii fontibus, sed ex lacunis Ruffinianæ interpretationis hauserant.

Luculenta sanè de Paschate controversia illa fuit, qvam ingenti animorum contentione toties agitatam apud Anglos ac Scotos autor est Beda. Sed imprimis Lib. III. Cap. XXV. nobilissima VVilphridi Presbyteri Catholici, & Colmani Episcopi Scoti coram Rege habita collatio describitur. In qva cùm hoc Scotis VVilfridus objiceret, qvòd contra Nicænum Canonem, & Romanæ Ecclesiæ decretum Pascha à Luna XIV ad XX celebrarent: Colmanus ita demum occurrit: *Nunqvid Anatolius vir sanctus, & in præfata historia Ecclesiastica multum laudatus legi vel Evangelio contraria sapuit, qvi à XIV. usqve ad XX Pascha celebrandum scripsit?* Sed & antea Cap. III. ejusdem Libri de Aiduno Episcopo ab Osvvaldo Rege in Angliam è Scotia arcessito scribens, ait illum *Pascha more suæ gentis à XIV Luna ad XX celebrasse, qvod idem Scotorum ac Pictorum natio faceret, existimans se in hac observantia sancti ac laude digni Patris Anatolii scripta secutum.* Vides, opinor, Schismaticos illos omnes præcipuum pervicaciæ, opinionisqve suæ præsidium in Anatolii authoritate posuisse; non illâ qvidem, ut dixi, ex illius scriptis, qvæ nunqvam viderant, sed ex Ecclesiasticæ historiæ, hoc est à Ruffino interpolatæ, fide ac testimonio depromptâ: Redeo ad VVilfridum, qvi Anatolium ita purgat; ut in caussa potiùs prævaricari videatur. Certè hanc illi opinionem tribuit, qvam ne somnavit qvidem unqvam; imò verò, qvæ ipsum, qvod Scoti pugnabant, oppugnabat autem VVilfridus, efficiat, qvod est profectò ridiculum. *Constat,* inqvit, *Anatolium virum sanctissimum, doctissimum, ac laude esse dignissimum, &c.* Mox: *Ille sic in Pascha dominicum XIV Lunam computavit; ut hanc eadem ipsa die more Ægyptiorum XV Lunam ad vesperam esse fateretur. Sic idem XX diem Dominico Pascha annotavit, ut hanc, declinata eadem die, esse XXI. crederet. Cujus regulam distinctionis vos ignorasse probat, qvòd aliqvotiens Pascha manifestissimè ante Plenilunium, id est in XIII. Luna facitis.* Ergo id Anatolius sanxit, Luna XIV ἡμερινῇ, ut loqvitur Epiphanius, νυκτερινῇ δὲ πεντεκαιδεκάτῃ Pascha ritè perfici, qvod merum est Scotorum, & Qvartadecimanorum dogma, horum, inqvam

duntaxat, qvi etsi Dominicum diem celebritati præfinirent, non dubitabant tamen, qvoties Dominica in XIV incideret, eo die festum indicere Non aliud sensisse vel Scotos, vel cæteros ejusdem hæresis ac factionis homines, notius est, qvàm ut res probatione egeat. Certè Scotos ipsos à XIV Luna ad XX celebrasse Beda scripsit, cùm Catholici à XV ad XXI id egerint: ut unius diei discrimen fuerit. Ut igitur Catholicis XV Paschalis ea est, qvæ in XVI desinit, estqve *πεντεκαιδεκάτη ἡμερινή*: Ita *τεσσαρεσδεκατίταις* XIV perinde *ἡμερινὴ*, *νυκτερινὴ* verò XV esse debuit. Nam si XIII *ἡμερινῇ* Pascha anteverterent, non uno die, sed biduo à Catholicis differrent. Verùm ex iis qvæ statim idem VVilfridus objicit, conjici potest, qvid aut ipse senserit, aut sensisse Anatolium existimet; cùm ait Scotos plerumqve Pascha Luna XIII ante Plenilunium celebrasse. Fuit enim hæc Theophili, Cyrilli, ac Bedæ ipsius adeo sententia; Lunam novam nullam dici, *qvæ non ante occasum Solis accendatur*: Adeo ut si post occasum duntaxat Solis accensa sit, hoc est cum Sole conjuncta; tametsi 23 horis postea luxerit, illam, qvam occidente Sole habuit, appellationem retineat. Ut si Sabbato post occasum Solis conjunctio fiat, non seqvente Dominica, sed feria 2 Neomenia statuenda sit: qvod Lib. de Tempor. rat. Cap. XLI. à Beda traditum est ex recentiorum Alexandrinorum placitis. Ex eo porrò, qvod Neomenia nonnunqvam integro die summovetur, necesse est ceteros Lunæ dies tardius succedere; atqve ita si e. c. Sabbato statim post Solis occasum plenilunium commissum sit, appellabitur nihilominus tota illa dies XIV Luna, non Plenilunium: Unde & anterior dies XIII non XIV computabitur. Hæc fuit, uti dictum est, Alexandrinorum sententia, qvam & Hebræi qvidam amplexi sunt. Nam in Glossa Cap. VII Tract. Kiddusch Hahodesch Tomo I. Jad Maimonidæ variæ Doctorum sententiæ de ea re commemorantur. Eandem à Beda propugnatam, & à Fotosempt. refutatam Lib. III. Par. II. pluribus astruit, explicatqve Petrus Pitatus Veron. Cap. IV. & XV. Can. Pasch. Ecclesia verò Catholica minimè seqvitur, qvæ Paschalis festi ratiocinia ad civilem usum & æqvabilem Cyclum, non ad mediorum motuum observationes adstringit. Cæterum ex hac ipsa opinione seqvitur, Lunam XIV nonnunqvam in Plenilunium incidere; ob idqve Plenilunium apud qvosdam Scriptores appellari XIV. Qvod & propter Lunarem *προήγησιν* post Nicænum Concilium accidit, post tria circiter sæcula. Tum enim aureis Numeris iisdem diebus hærentibus, XIV Nicæna Plenilunium est facta, idqve *κατὰ συμβεβηκὸς* ob *ἀνωμαλίαν* sideris: cùm alioqvi neqve Plenilunium ex instituto Ecclesiæ terminus unqvam Paschalis fuerit, nec in XXII Lunam dilatum Pascha: qvæ est hallucinatio Scaligeri à Clavio nostro, & novissimè à Guldino ejusdem Societatis validissimè refutata. Sed ad priorem sensum illa VVilfridi disputatio pertinet. Nam Scotis exprobrat, qvòd cum in XIV Pascha celebrarent, non eam tamen XIV Paschalis rationem haberent, qvam Anatolius præscripserat. Hic enim XIV illam Paschalem duntaxat esse volueat, qvam ad vesperam Plenilunium exciperet, hoc est, ante Solis occasum; alioqvi XIII. non XIV. diceretur. At Scoti nullo istiusmodi delectu, XIV illam Paschali celebri-

De qvartadecima Paschali Britannorum.

De quartadecimaPaschali Christianorum.

tati consecrabant, qvæ in eum diem incideret, post cujus ortum subseqvente duntaxat nocte Plenilunium committeretur; proprereaqve non XV Luna, sed XIV vocaretur, ea verò, qva Pascha peractum fuerat, XIII. Hæc est omninò difficillimi illius loci sententia; secundum qvam Anatolius τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν errori patrocinatur; dum illud statuitur; Paschalem ex ejus instituto XIV illam esse, qvæ in Plenilunium desinit. Qvæ nova est istorum hallucinatio, & in Anatolium conjecta calumnia. Cujus occasionem inde oblatam suspicor, qvòd cùm ex Judæorum Magistris τῆς διαβατηρίων, hoc est typici Paschatis Canonem illum ad illustrandam Christiani doctrinam Paschatis attulisset, qvo præcipitur, ut XIV Luna ad vesperam Pascha celebretur, sub ipsum oppositionis, ac Plenilunii tempus, hoc illi ad Christianum Pascha transtulerunt, rati ex Anatolii decreto XIV die celebrari posse: & qvidem maturiùs, qvàm Judæis liceat, qvod est inauditum, & Anatolio prorsus indignum.

PERGITUR IN EXPLICANDIS ANATOLII VERBIS.

SED illud in Anatolii loco illo difficilius est; qvod addit die Martii XX solem non tantùm segmentum Zodiaci primum ingressum esse: *ἀλλ' ἤδη καὶ τετάρτην ἡμέραν ἐν αὐτῷ διαπορευόμενον*. Ruffinus: *in qva die Sol inveniretur non solùm conscendisse primam partem, verum etiam qvartam jam in eo die habere:* id est, in prima ex XII partibus. Ita apud Bedam legitur, ut & in vulgatis Ruffini codicibus. Porrò Beda per *qvartam*, sive, ut subinde vocat, per *qvadram*, Julianum qvadrantem intelligit. Nam cùm Sol primum Arietis segmentum ingreditur, jam in ea die qvadrantem confecit. Sed hæc interpretatio jocularis est. Neqve enim Græco ipsi convenit. Scribit Anatolius *τετάρτην ἡμέραν ἐν αὐτῷ διαπορευόμενον*: hoc est *qvartam jam diem*; qvemadmodum apud Ruffinum restituendum esse emendatiora qvædam exemplaria persvadent. Tum illud *ἐν αὐτῷ*, ad *τμήματι* refertur, non ad *ἡμέραν*; ut Latinè concipiendum sit, *qvartum jam in ea diem*. Hoc igitur censet Anatolius; Solem XI Kal. Apr. qvartum jam in primo *τμήματι τοῦ δωδεκατημορίου* diem agere. Qvod mirum mihi videtur. Nam hac ratione solem existimavit primum punctum Arietis ingredi XIV Kal. Apr. hoc est XIX Martii. Ex qvo illud suspicari possumus; Æqvinoctialem cardinem non in primo Arietis puncto; sed in IV ab eo constitutum. Qvemadmodum veteres olim in VIII signorum parte Solstitia & Æqvinoctia fieri putabant; ut restatur Plinius Lib. XVIII. Cap. XXV. & Columella Lib. IX. Cap. XIII. ex Eudoxi, & Metonis Fastis; qvod & Sosigenes persvasisse Cæsari videtur. Nam initia mensium qvatuor, qvæ cardinibus proxima sunt, ab VIII ferè parte signorum incipiebant ætate Cæsaris. Apud Geminum *αἱ τροπαὶ χειμεριναὶ* ex Eudoxo qvarto die contingunt, ex qvo Sol Capricornum ingressus est. At secundum Euctemonem primo ipso die. Vernum autem Æqvinoctium sexto ab ingressu Arietis die secundum Eudoxum, cum ex Calippi Parapegmate primo ipso

die committatur. Utrum verò idem de IV ſignorum parte ſibi perſvaſerit Anatolius, cogitandum amplius eſt. Nam illa Bedæ ratio nullo modo probabilis eſt; Anatolium cùm XI. Kal Apr. Æqvinoctium figit, de veſpertino duntaxat loqvi, hoc eſt de eo, qvod accidit cùm Luna ſub occaſum Soli oppoſita eſt; propterea qvòd ex antiqvorum ſententia Patrum ſtatuit ad Paſchalem celebritatem non modò Solem in Æqvinoctio verno, ſed & Lunam in Autumnali ſitam eſſe debere: qvod tùm fit qvando Æqvinoctiale punctum ſub occaſum Solis incidit. Primùm enim non de Chriſtiano Paſchate ex antiqvorum Patrum ſcriptis, ſed Judaico ex Ariſtobuli authoritate iſtud attulit: ὡς ἔῃ ἐξ ἀνάγκης τῇ τῶν διαβατηρίων ἑορτῇ μὴ μόνον τὸν ἥλιον τὸ ἰσημερινὸν διαπορεύεσθαι. Deinde ne hoc qvidem voluit, in Æqvinoctialibus punctis oppoſita ſibi invicem ſidera illa eſſe oportere; ſed ἐν τμήμασι, qvæ latitudinem habent: ut videlicet in primo Zodiaci ſegmento, & in ejus aliqva parte Sol, Luna verò in ſeptimo verſetur. Deniqve qvoties Æqvinoctium in XXII diem incidit, non eſt neceſſe XIV Lunam, aut XV cum eo concurrere. Id enim toto in Cyclo tantùm ſemel accidere poteſt. Qvid autem abſurdius, qvàm Anatolium arbitrari de eo tantùm Æqvinoctiali die loqvi, qvi non amplius, qvàm ſemel toto decemnovennali Cyclo poſſit contingere? Fruſtra igitur alius ejus loci; ſi qvidem minimè mendoſus eſt, ſenſus qværitur ab eo, qvem ipſa præ ſe verba ferunt, ut ingreſſum in Arietem Anatolius in Martii XIX. contulerit. Qva ex opinione aliud qvoddam πόρισμα ſeqvi videtur; qvod hîc paucis explicare operæ pretium arbitror. Qvod enim ex Anatolii verbis efficitur; punctum ipſum τῆς παρόδου in Arietis ſegmentum convenire Martii XIX. ſuſpicari licet Occidentales pleroſqve ac Latinos epocham anni, ſive primi menſis neomeniam in XIX Martii contuliſſe; itaqve citimum terminum in eo die fixiſſe: uti Anatolius in XXII. Nam Latini diu Alexandrino Cyclo rejecto Judaicum retinuerunt; qvi Lunaris à Beda, & aliis dicitur, & triennio differt ab Alexandrino. Nam Alexandrinorum primus eſt XVII Latinorum: XIX autem Alexandrinorum, Latinorum eſt XVI; & VIII eorumdem Alexandrinorum, Latinorum eſt V. Qvi duo poſteriores; hoc eſt Alexandrini XIX. & VIII cùm apud ipſos embolimæi forent, apud Latinos, ut & apud Judæos, erant ſimplices. Erant enim XVI. & V. Ita Latini Paſcha in Niſan Judaico; Alexandrini in Ijar celebrabant; Propterea Paſchalis Neomenia Latinorum erat à III Non. Martias, ſive Martii V. ad Aprilis II. cùm Nicæna ab VIII duntaxat Martii ad Nonas Apr. extendatur. Unde & XIV Paſchalis citima Latinorum erat Martii XVIII. remotiſſima XVI Aprilis; cùm Alexandrinæ & Nicænæ decimæ qvartæ à XXI Martii ad XIV Kalend. Maias ſive Apr. XVIII pertineant. Qvod ex Beda diſcimus, qvi Cap. XLIX de Temp. rat. Latinorum refellit errorem, eorumqve ſigniferi Victorini, qvem Victorium nominat; cujus etiam fragmentum extat in eodem Bedæ capite. Undenam igitur manaſſe putandum eſt, qvòd Latini primi menſis Neomeniam in XIX Martii collocaverint, niſi ex Anatolii decreto, ut qvidem vulgo conceptum eſt: qvo primum Arietis ingreſſum in XIX Martii conjicere viſus eſt? Hinc enim Paſchalem terminum qvæ fuit apud Latinos XV. non XVI. in Martii XIX contulerunt. Nam, ut initio faſſi ſumus, obſcurus admo-

De quartadecima Paschali Christianorum.

Victorini ac Latinorum error.

De quartadecima Paschali Christianorum.

dum & implicatus est Anatolii locus. Siqvidem illo ipso die, qvo Æqvinoctium statuit, Martii videlicet XXII. qvartum jam primi segmenti gradum attigisse Solem indicat. Hoc autem segmentum primum *δωδεκατημόριον, καὶ μηνῶν ἀρχὴν* vocat: *τὸ δὲ πρὸ τούτου, μηνῶν ἔσχατον, καὶ τμῆμα δωδέκατον.* Ergo & tres illi gradus, qvos Martii XIX. XX. XXI. Sol conficit, cum in primo segmento sint, & extra postremum, ad mensem primum pertinent. Qvocirca proroganda erunt mensis primi spatia, ut XIX diem etiam amplectantur. Et cùm subjicit: non mediocriter hallucinari eos omnes, qvi primum mensem, & XIV Paschalem in ultimo illo segmento collocant, intra primum *δωδεκατημόριον*, hoc est à XIX Martii ritè XIV inchoari posse significat. Itaqve parum hæc cohærere videntur. Sed ut obscurior appendix illa sit, caput ipsum opinionis propemodum constat; nimirum cardinem; & epocham anni XII esse Martii, qvam & *κεφαλὴν ἐννεαδεκαετηρίδος* vocat. Igitur *ἐννεακαιδεκαετηρὶς* neqve ab Eusebio reperta, ut Beda Lib. de Temp. rat. Cap. XLII. neqve à Nicæno Concilio, ut qvidam asserunt: cùm Anatolius ejus meminerit, ac diu ante à Metone & Euctemone primum excogitata fuerit, ut Diodorus Siculus, Geminus, & Censorinus affirmant. Qvanqvam alia Lunaris anni, ac mensium dispositio tum fuit. Qvapropter verisimile est Latinis hunc Anatolii locum fraudi fuisse. Atqvi ridiculè admodum Paschalem illum suum Canonem condidit Victorinus. Non solùm, qvod Pascha XVI Luna duntaxat celebrari jubeat, qvod Canoni repugnat: verùm etiam qvòd inutiles aliqvot terminos & otiosos habuerit. Prima illorum XIV fuit, ut dictum est, Martii XVIII: decima qvinta verò prima omnium Martii XIX. qvem & terminum fixerunt. Et tamen nunqvam ante XXII. Pascha celebrabant: cùm citimum Pascha debuerit esse XX Martii. Qvare aut in XXII Lunam prorogabant, aut in secundum mensem. Caussam hujus stolidissimæ rationis Beda putat esse, qvòd ante Æqvinoctium celebrare religioni ducerent. Ego verò cùm Anatolii, tùm Cæsariensis, ac Nicæni Concilii decreto paruisse illos arbitror, neqve præscriptos ab illis, ac communi consensu receptos Paschatis limites transgredi ausos esse: atqve ita Paulus Forosemp. cujus tu Lib. V. consule; ubi aliqvot exempla Paschalium *διαστροφῶν* ac dissensionum proponit.

Ennadecaeteridis vetustas.

Postremò etiam atqve etiam videndum, an Judæi, qvi Epiphanii tempore vixerunt in XIX vel XX Martii epocham anni, æqvinoctiúmve statuerint; qvod Epiphanius ad Christi tempora transferens, anno illo, qvo passus est; crediderit Æqvinoctium in eodem hæsisse die, qvo ab illis suo tempore statutum videbat. Cùm enim Judæi, ut ex Josepho, Philone, & iis antiqvioribus Aristobulis, & Agathobulo constat, non ante Æqvinoctium Pascha suum celebrare voluerint; certum sit autem annum XIX & VIII Cycli, qvi Alexandrinis embolimæus erat, Judæis communem extitisse, conjecturæ locus est, à Judæis Æqvinoctii diem paulo ante Nicæna tempora, & secundum ea, XIX Martii tributum fuisse. Qvam ab illis opinionem Latini una cum Lunari Cyclo traditam acceperint; Anatolii præsertim authoritate freti, qvi primum Arietis ingressum eodem illo die collocare visus est. Sanè non alia probabilior investigari caussa potest, cur vel Judæi, vel Latini tam præfractè decimas qvartas in Martii XVIII retinuerint, nisi qvod Æqvinoctium

citius committi, qvàm Alexandrinis placuerat, falsò ſibi perſvaſiſſent. Qvippe cùm & Judæorum Paſcha in ipſum Æqvinoctii punctum, aut proximè ſaltem ex decreto ſeniorum incidere oporteat: Latini verò poſt Nicæni Concilii ſanctionem Paſchalem terminum tandiu ante Æqvinoctium definire nefas eſſe didiciſſent.

De Æqvinoctiali Paschali Christianorum.

ALTERA, ET PROBABILIOR DE ANATOLII LOCO CONJECTURA PROPONITUR.

SED hæc noſtra conjectura ſi minus eruditorum hominum aſſenſionem obtinuerit, invidiam certè ac reprehenſionem non meretur. Qvo lectoris candore & humanitate confiſus aliam de hoc Anatolii loco ſuſpicionem profetam; qvæ mihi, cùm hæc ſcriberem, veniebat in mentem. Crediderim eqvidem in iis, qvæ locum illum anteceſſerant, diſputaſſe adverſus illos Anatolium, qvi vetus Æqvinoctium, hoc eſt Julianum, die Martii XXV retinebant, nec ante VIII Kal. celebrari feſtum ſinebant, qvæ eſt XXIX Phamenoth; præſertim qvod eodem die CHRISTUM reſurrexiſſe perſvaſum haberent, ex Concilii Cæſarienſis fide, de qvo poſtea. Qvorum ut errorem corrigeret Mathematicis Aſtronomicisqve doctrinis perpolitus Anatolius, Æqvinoctium in XXII Martii committi docuit. Qvo poſito, XXV Martii, ſive Phamenoth XXIX qvartum jam in Arietis ſegmento diem agit. Qvamobrem ſi pro *ἕκτῃ καὶ εἰκάδι*, *ἐνάτῃ καὶ εἰκάδι* ſcripſeris, belliſſimè hunc locum reſtitueris. Invenimus, inqvit, *ἐν τῇ προκειμένῃ Φαμενὼθ ἐνάτῃ καὶ εἰκάδι*, (*ἐν τῇ προκειμένῃ*, qvam ad oppugnandum ſibi propoſuerat, cujusqve in ſuperioribus meminerat.) Solem IV jam diem in ſegmento Arietis proceſſiſſe. Firmat hanc conjecturam noſtram, qvod Anatolium certum eſt de Æqvinoctiali tempore Canones illos inſtituiſſe. Hinc Nicephorus Lib: VI Cap: XXXVI, *καὶ περὶ τῆς ἰσημερίας τοῦ Πάσχα ἀκριβεστάτους ὅρους ὑπέδειξε*. *De æqvinoctio Paſchali accuratiſſimos Canones ſanxit.* Videlicet cùm id, qvod in Cæſarienſi Synodo à Theophilo habita propoſitum fuerat, vulgo omnes opinarentur, Æqvinoctium XXV Martii committi, hoc ipſum corrigens Anatolius Æqvinoctium ex Ptolemaicis Aſtronomicisqve fontibus in XXII Martii tranſtulit. Vides levi voculæ unius commutatione qvanta impeditiſſimo huic loco lux oborta ſit. Ut meritò poſterius hoc veriſſimum, & ad Anatolii mentem aptiſſimum eſſe judicem. Duæ qvippe Paſchatis *διαστροφαὶ* totidem ex Æqvinoctialibus terminis in uſum Eccleſiaſticum irrepſerant. Nam alii cùm *προηγήσεως τροπικῆς* ignari cardinem vernum ibi, ubi à Soſigene ſemel poſitum fuerat, retinerent, Paſcha antè XXV Martii celebrandum minimè putabant: qvibus obviam itum eſt Cæſarienſis Concilii decreto. Alii, ut Judæi recentiores, & qvi Judæos ſeqvebantur, cùm haud dubiè Æqvinoctium, vel ingreſſum Solis in arietem aliqvot ante diebus accidere putarent, Paſcha ſuum anticipabant. Utrosqve in hiſce Canonibus refellit Anatolius. Priores qvidem ea, qvam diximus, Æqvinoctii epocha ſtabilita: Poſteriores verò, cùm

De quarta decima Paſchali Chriſtianorum.

diſputat primum menſem primo ſigniferi dodecatemorio definiri; ſupra qvem poſtremum ſit ſegmentum, menſisqve poſtremus: in qvo Paſchalem XIV ſumere Canonica ſanctio prohibet: qvia, ut hactenus probatum eſt, citimus Terminus in Æqvinoctium incurrit. Et ut poſterior cautio ad Judæos & Chriſtianos Ἰουδαΐζοντας, qvales Occidentales, & Latini fuerunt, propriè pertinet: ita prior adverſus illa pugnat, qvæ in Actis Cæſarienſis Synodi leguntur: qvorum fragmentum apud Bedam reperitur poſt Libellum de Æqvinoctio. In qvibus primùm Æqvinoctium Martii XXV conſtituitur; Tum verò qvoniam CHRISTUS eodem illo reſurrexiſſe die, & ab XI Kal. paſſus credebatur, ideo triduum ad Paſchales terminos arrogatur, ea lege præſcripta, ut ab XI Kal. Apr. ad XI Kal. Maias Paſchalis celebritas obiri poſſit; *ne tantum paſſionis Sacramentum extra limitem excludatur.* Sed ut de Synodalibus illis Actis dicam qvod ſentio; fuit iſtud qvidem Provinciale Concilium Victoris Papæ juſſu à Theophilo Cæſarienſi coactum, qvo tempore controverſia illa de Paſchate Chriſtianum orbem vehementer exagitabat. Sed non omnia, qvæ in Actis illis comprehenduntur, pro fidei decretis habenda ſunt: verùm rationes privatim à Patribus allatæ ſunt pleræqve, qvibus ſententiam ſuam illuſtrarent, qvæ non ipſæ inter fidei dogmata cenſentur. Tum qvod Euſebius Lib: V. Cap: XXII narrat, per idem tempus cùm alibi paſſim, tùm Romæ à Victore de eadem qvæſtione Synodalia decreta edita fuiſſe, qvæ in eandem de Paſchate celebrando conſpirarent ſententiam, non ſic intelligendum eſt, ut qvæ in Actis illis allegarentur omnia à Pontifice Romano probata ſint, & pro Catholicis dogmatibus recepta; ſed ea duntaxat, qvæ ex falſis illis principiis utcunqve deducta, vera ſolidaqve reperta ſunt. Cujusmodi ſanctiones illæ fuerunt: Ut neqve in XIV Luna Paſcha fieret: nec alio, qvàm Dominico die: qvod erat propoſitum. Reliqva, qvæ incidentia dici poſſunt, cùm partim perſpicuè falſa, partim dubia, & Eccleſiaſticis Canonibus contraria ſint, nullius authoritatis ne Cæſarienſes qvidem ipſi Patres eſſe vòluerunt: neqve Victor unqvam approbavit. De qva re ſupra, cùm de Dominicæ tempore Paſſionis actum eſt, adverſus qvorumdam ſuperſtitioſam nimis credulitatem diſſeruimus. Nunc aliud, qvod inſtitutæ diſputationis magis proprium eſt, in iisdem Actis notabimus. Cenſent enim illa Æqvinoctium XXV Martii fieri, qvo hæc pronunciabantur tempore, hoc eſt anno Chriſti CCXCVIII. Qvod qvàm falsò creditum ſit, vel obſervationes ipſæ Ptolemæi, ac Mathematicæ tabulæ demonſtrant, ex qvibus notum eſt, Æqvinoctium tunc in XXII. imò etiam XXI incidiſſe. Sed hoc non urgeo. Eſto XXV Martii dies Æqvinoctii. Jam qvis abſurdiſſimum eſſe, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ repugnare non videt, qvod illi ſciſcunt, Paſcha triduo ante æqvinoctium indici? Vetus eſt Canon, qvi inter Apoſtolicos refertur. *Εἴ τις Πρεσβύτερος, ἢ Διάκονος τὴν ἁγίαν τοῦ Πάσχα ἡμέραν πρὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας μετὰ Ἰουδαίων ἐπιτελέσει, καθαιρείσθω.* Qvare deponendi Patres omnes illi fuerunt, ſi verè pronunciarunt, æqvinoctium in XXV Martii fieri.

Cæſarienſis Synodi decretum expenditur.

Ac ne ſatis qvidem accuratè mihi Paſchalis terminus per illud tempus in XXI Martii poſitus videtur. Etenim anno Chriſti CCC ex Alphonſina methodo æqvinoctium in noctis initium cadit, hoc eſt horam VII à Meridie

XXI. ita ut spatium, per qvod excurreret, fuerit XXII Martii dies: Recti̇us igitur Pascha citimum in XXIII Martii hærere potuit, ubi & Anatolius, aliiqve constituerunt: qvos Nicænum Concilium postea secutum, usurpandæ vetustatis gratia non qvidem citimum Pascha, sed anni primi τῆς ἐννεακαιδεκαετηρίδ☉ initium eodem in illo die XXIII reliqvit. Non malè igitur hactenus operam posuimus, qvi & nobilissimum Anatolii fragmentum, idemqve perobscurum, diligenter exposuimus, & ab egregio, sanctissimoqve Patre tam insignem calumniam, atqve injuriam depulimus. Qva in qvæstione, controversiaqve disceptanda longiores nos fuisse, neqve nos ipsos, qvi id necessario fecimus, pœnitere convenit, neqve lectori, cui consultum volumus displicere. De ebservandtma Paschali Christianorum.

Ἥτις ἐμπίπτῃ διὰ ἐτῶν τελῶν.] Keplerus ἤ τινι legit.

Καὶ ἄλλας καὶ ἔτ☉ τέσσαρας ὥρας.] Cujusmodi XII constat τὸ νυχθήμερον. Nam hora apud Epiphanium duæ sunt æqvinoctiales horæ.

Ὡς εἶναι εἰς τὰ τρία ἔτη.] Vide qvæ superius adnotavimus.

Διὸ παρ' αὐτοῖς πέντε μῆνες.] Caussativa ista particula ægrè cum superioribus cohæret. Fortè idem est qvod διότι vel ὅτι, nec inferendi vim habet, sed novam sententiam inchoat, qva XIV annorum Cyclus exponitur. Qvod si illativam esse mavis, ad antecedentia pertinebit. Nam qvia Lunaris annus dies habet CCCLIV, fit ut tertio & sexto anno singuli menses, & in totum XIV annis, qvinqve menses intercalentur, qvod XI diebus Solaris annus Lunarem superet. Utcunqve sit, XIV annorum Cyclum indicare videtur, in qvo qvini menses inseruntur. Sed utrum in usu politico observatus ille Cyclus fuerit, an penes Synedrium retentus, & ad methodum conformatus, cum plenorum cavorumqve mensium perpetua successione communis annus evolveretur, antea dubitavimus.

Διὰ τὸ ἀφαιρεῖσθαι ἀπὸ τῆ ἡλιακῆ.] Cur XIV annorum orbe Neomeniæ conclusæ sint, caussam ista reddunt; sed pro varia Cycli dispositione diversa fingi potest. Nos duplici ratione Cyclum explicari posse diximus. Prima est, ut annis Lunaribus præcisè trecenti & qvinqvaginta qvatuor dies, horæ octo tribuantur: XIV autem annis dies 5108, horæ 4. Hoc temporis spatio Cyclum constituebant, in qvo solius Lunaris ἀποκαταστάσεως rationem habebant, nec illius ratiocinia cum Sole comparabant. Qvare de ultimo, hoc est XIV anno Solari, & qvidem politico, qvi est CCCLXV dierum, dies qvinqve & horam unam detrahebant: propterea qvod si ex 5104. 4. Julianos XIII eximas, decimus qvartus dies habebit CCCLX, unâ horâ minus; qvo intervallo Lunares Neomenias restitui credebant. Sed hæc τεχνικῶς duntaxat, non politico usu; secundum qvem, si minor hic Cyclus usurpatus fuerit, horæ illæ IV appendices in finem Cycli rejectæ sunt. Itaqve cum post Cyclum Lunarem XIV annorum, de Solis rationibus qvinqve dies, horæ octo reliqvæ forent, qvinqve dies duntaxat superesse sibi persvaserant: qvibus reservatis, post Cyclos minores sextum mensem solidum intercalabant. Ita dies fiebant 30679; Qvorum οἰκονομίαν Typus ille antea propositus ostendit.

Altera ratio: si qvinqve dies solidi ex horis octo conflati XIV annis arrogentur: Qvæ omnia diligenter habes explicata superius. Ubi & ex utraqve methodo Epiphanii verba correximus.

De quartodecimano Paschali Christianorum. Τȣ̃ ὀγδοηκοςȣ̃ τετάρτȣ ἔτȣς.] Menſem illum embolimum XXXI. cùm in fine LXXXIV anni intercalari debuerit, in ſeqventis Cycli primum annum conjici, docet Epiphanius. Atqvi Teſſaracædecaët. poſtremus annus proprio jam embolimo præditus eſt. Duo igitur embolimæi ſeſe proximè ſeqventur. Qvod olim factum eſſe Hebræorum Doctores aſſerunt. Imò verò menſes ipſi embolimi duo ſimul inculcabuntur; eruntqve tria Adarim. Sed tertius anni LXXXV initium erit; ne ſi Niſan pro Adar ſubſtituatur, Epocha relicta, Neomenia in anteriora laxius evagetur. De duobus embolimæis proximè conſeqventibus fatetur Keplerus; poſterius, de tribus Adarim objici poteſt. Sed utrumqve ex Laterculo, & ſuperiori diſputatione commodiſſimè diſſolvitur. Nam aliud eſt Teſſareſdecaëteridas ſeorſim ac ſeparatas intueri, aliud in majore Cyclo aptas invicem, & conſertas. Minores Cycli ſinguli per ſeſe V menſes embolimos in III. VI. VIII. XI. XIV. annis poſtulant; ſed in continua ſerie & in majore Cyclo non ſemper XIV embolimæus eſt. Unde neqve duos Adarim exigit. Poſtremus verò ultimi Cycli annus, qvi eſt LXXXIV. Adar qvidem alterum ſibi vendicat; eo qvod menſis ei XXXI ex Epactis Cyclorum accreſcit; proindeqve VI Embolimæos habere debet, ut cum Solari anno utcunqve Lunaris adæqvetur. Verùm author eſt Epiphanius in LXXXV annum menſem illum eſſe dilatum; qvi cum revera ſit Adar, Niſan à Judæis, ut opinor, eſt factus. Inde accedit, ut Epocham anni ſui anteverterint, & in eodem anno bis Paſcha celebraverint. Qvod uberrimè antea declaratum eſt.

Οἵ τινες ὤφειλον εἶναι.] Mendum hîc eſſe & qvidem duplex ſuperiora ſatis oſtendunt. Primum τελάκοντα μῆνες legendum, non τελακονταεὶς μήν. Deinde falſum eſt ſupra XXX menſes reliqvos eſſe dies XXIV. horas VI. Alioqvi ex Teſſaradecaët. Juliana dierum 5113. 12, relinqvi tantummodo dies oporteret qvatuor, horam unam, eſſetqve Lunaris Teſſaradecaët. dierum 5109.11. Syzygiæ ſingulæ 29. 12. 49′. 35″. $\frac{125}{173}$ Aut ſi de XIV Julianis annis eximantur horæ duæ, ut ſint dies 5113. 10, Teſſaradecaët. Lunares ſingulæ dies habebunt 5109. 9. Syzygiæ 29. 12. 48′. 54″ $\frac{20}{173}$ Qvod ego verum non arbitror. Corrigendus itaqve Epiphanii, aut Librarii ipſius error, & vel εἴκοσι ὀκτὼ ἡμέραι, vel εἴκοσι ὀκτὼ καὶ ὧραι τρεῖς hoc loco ſcribendum. Vide qvæ antea diximus.

N.XXVII Ἕνεκεν τοίνυν τȣ́τȣ.] Non illud ſignificat, qvod arbitratur Keplerus, & qvod prima ſpecie velle videtur, ex hujus Cycli pravitate biduo Judæorum Paſcha legitimum tempus anteceſſiſſe: qvaſi bidui tantum προήγησις à vera XIV facta ſit: Phariſæos verò diei unius ὑπέρβασιν conſtituta, uno die duntaxat anticipaſſe; cum biduo ſolido Chriſtus Nicænam XIV anteverterit. Nam eodem ſenſu hoc loco dixit Judæos προλαβεῖν ἡμέρας δύο, qvo ſuperiore Numero, ἔφαγον τὸ Πάσχα πρὸ δύο ἡμερῶν τȣ̃ φαγεῖν. At illîc bidui anticipatio neqvaqvam ad Nicænam XIV. ſed ad Judaicam, vitioſamqve comparatur, qvæ cùm in feriam V. Martii XIX incideret, Chriſtus cum Judæorum vulgo feria III. Martii XVII Paſcha celebravit. Qvare neqve hoc loco δύο ἡμέρας προὔλαβεν Nicænam XIV. ſed ex Cyclo communi Judaicam. Propterea ſic Epiphanii mens interpretanda videtur: ἕνεκεν τȣ́τȣ, hoc eſt cùm depravata illa methodo, ac Cycli diſpoſitione uterentur, ſecundum qvam XIV Luna biduo cœleſtem, hoc eſt Nicænam anteveniret, animad-

versa labe, Pharisæos, qvoad Plenilunium propius accederent, Pascha in XV Lunam distulisse. Itaqve dupliciter vitiosa Paschatis celebritas fuit: Primum apud eos, qvi feria III. Luna XII Judaica Pascha comederunt, qvod feria V. Luna XIV faciendum erat: Tum apud Pharisæos; qvi ὑπερβάσεως recepta XIV Cycli sui prætergressi sunt. Christus porrò cum majori populi parte feriâ tertiâ celebravit. Ita qvidem Epiphanius, nec aliter interpretari licet, aut ab errore vindicare. Neqve enim feria tertiâ, hoc est qvarto ante Passionem die Christus Paschate functus est; neqve biduo in vinculis habitus; qvod frustra credidit Epiphanius. Nam de σταυρώσεως tempore nobiscum sentit. Emendandus igitur est ad eum modum, qvem supra demonstravimus Pag. 172. *Trium Paschatum vitiatio.*

Ὑπέρβατον προθέντες.] Fortè προσθέντες.

Καὶ ἐκεῖ τὸ Πάσχα.] Qvid hîc audio? ἐκεῖ, id est in horto Pascha manducasse? Minimè id qvidem. Sed vel ἐκεῖ ad superiora pertinet, vel trajectione peccat hic locus. Qvod subjicit: οὐχ ἄλλως ποιήσας, Christum excusat, cur non legitimo tempore Pascha peregerit; qvòd ad publicum & communem usum accommodare se maluerit.

XXVIII. Εὐθὺς πρῶτος Οὐαλεντῖνος.] Hæc ex Irenæo expressa sunt: qvi Lib. II. Cap. XXXVIII. Valentinianos refutat, qvi XXX Aeonum collegium hoc annorum Christi numero fulciebant. Qvippe Christum asserebant anno ætatis XXX passum esse, mense XII. Contra qvos Cap. XXXIX demonstrat, biennio, & aliqvot mensibus prædicasse. Posteaqvam igitur de utroqve anno, tam qvo natus, qvàm qvo passus est Dominus accuratissimè disputavimus, consentaneum est, ut de Paschatum, qvæ post Baptismum Christus obiit, numero difficillimam qvæstionem explicemus. Qvam nos hunc ipsum in locum meritò distulimus; qvòd cum superiori de Passione Christi disputatione connexa, atqve implicata videretur.

QVOT SECUNDUM BAPTISMUM
PASCHATA CHRISTUS OBIERIT.

MITTO veteres illos, non Hæreticos solum, ut Valentinianos, sed etiam Patres, qvi anno ætatis XXX passum Dominum memoriæ prodiderunt: qviqve unum ei duntaxat prædicationis annum assignarunt: ut inter alios Tertul. Lib. con. Jud. Cap. VIII. Item Lactantius Lib. IV. Cap. X. Clem. Alex. Lib. I. & VI. Strom. Africanus apud Hier. in Dan. Cap. IX.

His, inqvam, prætermissis, qvorum opinio manifestè cum Joannis ac cæterorum Evangelio pugnat, tres sunt præcipuæ de Paschatum numero sententiæ. Nam vel tria, vel qvatuor, vel qvinqve statuuntur; qvorum postremum illud est, in qvo, vel sub qvod Christus in cruce suffixus est: qvod proinde σταυρώσιμον dicitur. Ex iis secunda mediæ vetustatis, tertia infimi sæculi: prima veterum propemodum omnium est. Ut igitur plura tribus Paschata post Baptismum elapsa credantur, Evangeliorum testimonio ratum

Trium Paschatum ratio.

fieri videtur, imprimisqve Joannis; qvi distinctius ea cæteris tribus nominatimqve perscripsit. Apud qvem primum Pascha paulò post Baptismum, & miraculum in Cana factum cap. II. com. 13. recensetur. Secundum cap. V. com. I. ubi festum diem à Judæis celebratum ait: qvod de Paschate Irenæus accipit Lib. II. Cap. XXXIX. Tertium est cap. V. com. 4. post saturata qvinqve millia panibus qvinqve, ac duobus piscibus. Qvartum est illud, in qvo passus est. Ad hanc Joannis historiam, & intervalla temporum reliqvorum narrationes, qvæ minus distinctam habent descriptionem temporum, velut ad regulam accommodare nituntur. Nam primum qvidem Pascha solum Joannem commemorasse putant: secundum qvod Joannes adhuc baptizasse legitur, Joan. III. 23. Qvo in vincula conjecto prædicare Christus cœpit, Mat. IV. 11. & Marci I. 14: à qvo tempore tres cæteri res à Christo gestas velut ab initio deducunt. Seqvitur ergo Pascha secundum, qvod cùm Joan. V. tùm Mat. XII. Mar. II. Luc. VI. tacitè significatur, eo qvod Sabbato Deuteroproto per sata transisse dicuntur Apostoli, & spicas vellicasse: qvod tempus in ipsas Azymorum ferias incurrit. Jam tertium præter Joannem Cap. VI. etiam Mat. XIV. Mar. VI. Luc. IX. prodiderunt. Qvippe miraculum illud multiplicatorum panum exponunt, qvod Joannes sub ipsum Pascha contigisse scribit. Huncin modum verè vulgò Paschata digerunt, qvi Harmonias Evangelicas contexunt, nisi qvid paulo ab aliis aliter explicatur, qvod scrupulosius perscrutari otiosum arbitror.

Quomodo plura qvam tria Paschata colligantur.

Scaligeri opinio de qvinq. Paschatibus.

At Scaliger in Lib. VI. de Emend. qvinqve reperiri Paschata vehementius pugnat. Nam præter primum Joan. II. alterum illud esse statuit, de qvo Joan. V. Cui tertium adjungit illud, à qvo per sata iter habuisse feruntur Apostoli. Qvartum est Joan. VI. Qvintum τὸ σαυρώσιμον. Additqve singulorum characteres, ac delineationes: cujus ἀκειβολογίας vanitatem copiosè ante redarguimus.

Veterum consensus de tribus Paschatibus.

Veteres autem, uti dictum est, ad unum omnes, nisi qvi trigesimo ætatis anno passum putant Dominum, tria duntaxat Paschata numerant. Imprimis Irenæus loco citato. Tum Apollinaris Laodic. apud Hieron. in Cap. IX. Dan. Origenes Lib. II. con. Cel. ubi Judam non solidum triennium egisse cum Christo scribit: Eusebius in Chronico. Ubi post XV. Tiberii, ac Domini Baptismum τριετῆ χρόνον τῆς διδασκαλίας διαγενέσθαι ex Joannis Evangelio confirmat. Qvibus accedit Epiphanius.

Sed eorum aliqvi haud satis firma ratione inducti videntur, ut biennio prædicasse Christum asseverarent. Nimirum qvòd apud Isaiam Cap. LXI. com. 2. legitur: ubi Christus missum se à Patre profitetur, *καλέσαι ἐνιαυτὸν κυρίου δεκτὸν, καὶ ἡμέραν ἀνταποδόσεως*, suspicati sunt ἐνιαυτὸν illum δεκτὸν, *annum acceptabilem*, priorem è duobus esse; in qvo contradicente nemine Evangelium prædicarit. Ex qvo ratiocinati sunt alterum ei respondere τὸν ἀντιλεγόμενον. Ita enim Epiphanius præsertim N. XXV. At longè tolerabilius meo qvidem judicio Clem. Alex. aliiqve, qvi ex Esaiæ verbis, ac singularis anni mentione Christi prædicationem annuo spatio definierunt. Nam hoc pacto ἐνιαυτὸς δεκτὸς non Judæorum comparatione, sed ipsiusmet Dei vocabitur; qvo sensu Esai שנת רצון ליהוה dixit. Qvæ rectè D. Hieron. vertit, *annum acceptabilem Domino.* Idemqve in Comm. *annum acceptabilem, &*

diem

diem retributionis, omne prædicationis ejus, quo in carne versatus est, tempus significare docuit. Quo & Apostolus Paulus respexit, cum II. ad Cor. VI. dixit: *Ecce nunc tempus acceptabile.* Hæc Hieron. Quod & ante ipsum Iren. Lib.II.Cap. XXXVIII. docuerat: annum videlicet, quem Propheta vocat acceptabilem, omne ab adventu Christi tempus ad consummationem usque significare. Nec aliud Esaias voluit. Quare quod ex eo PP. quidam argumentantur de uno, vel altero prædicationis anno, quod non sine veniæ præfatione dictum sit, ab Isaiæ mente prorsus alienum videtur. Ac profectò si duo duntaxat ante postremum illud, & ςαυρώσιμον, Paschata transegerit Christus, fieri non potest, ut priorem annum sine ullius offensione, ac contradictione consumpserit. Multas enim, & hostiles vexationes, insidias, contumelias in eum annum conjici necesse est, ut postea declarabitur. Quanquam ne commoda quidem ab illis Paschatum ac temporum instituta distributio. Irenæus primum Pascha statuit illud, cujus meminit Joan. Cap. II. com. 13. Secundum verò ex Joan. V. com. 1. deducit, ubi diem festum Judæorum nominat: quo cum alterum capitis VI. com. 4. confundit; ante quod multiplicatorum panum prodigium accidit: His duobus subjicit τὸ ςαυρώσιμον. Miror hunc Irenæi locum non satis expendisse, qui secundum Pascha ex illius autoritate constituunt istud ipsum, de quo Joan. Cap. V. Ita ut tertium sit cujus Joan. VI. mentio fit. Etenim si duo hæc festa distincta esse credidisset Irenæus, cùm triplex duntaxat Pascha prædicationi tribueret, nunquam prius illud festum Joan. V. Pascha esse dixisset. Sed largius peccat Epiphanius, qui Num. XXV. primum Pascha festum illud facit, in quo vociferatus est Christus: *Si quis sitit veniat ad me, & bibat,* Joan. VII. 37. Alterum verò, de quo in eodem cap. dixit: *Non ascendo ad diem festum istum:* In quo etiam cùm Pharisæi comprehendere illum cuperent, metu repressi sunt, com. 44. Multa sunt à sanctissimis Patribus nonnunquam parum verè, attenteque scripta: quæ quidem præstare velle, religiosi fortasse, sed parum prudentis esse arbitror: vehementius autem accusare, neque religiosi, neque prudentis. Nos ea, qua par est, moderatione in Divinorum hominum, sed hominum, errores ac lapsus non tam inquirimus, quàm oblatos ultrò, ac vel invitis occurrentes, ne cui fraudi sint, patefacimus: tueri autem, ac defendere nihilo magis, quàm eorum vitia, si quæ fuerint, imitari debemus. Ejusmodi sunt in hoc scriptore nostro fortasse nimium multa. Sed inter ea nihil minus dissimulandum est, quàm illa Paschatum distinctio. Primum enim duo illa, quæ Cap. VII. à Christo pronunciata dicuntur, ad idem festum attinent. Deinde non illud Pascha fuisse, sed Scenopegiæ festum docet com. 2. Tertio præposterè hæc Epiphanius accepit. Nam quæ primo loco dicta memorat, exeunte festo; quæ posteriora ponit, ante festum usurpata leguntur. Omitto cætera: nec enim falsitatem illam accuratius libet persequi.

Trium Paschatum ratio.

De tribus Paschatibus falsa Epiphanii ratio.

Quocirca nobis alia duorum Paschatum ordinandorum ineunda ratio est. Sed prius caput ipsum quæstionis intuendum, unde quarti Paschatis firmamentum petitur. Cùm, ut antè diximus, Joannes exactius cæteris tribus Paschata distinxerit ex ejus potissimum authoritate digerenda sunt tempora. Quare si is Cap. V. festi nomine Pascha significarit, de IV. ut minimum Paschatibus confecta res erit: siquidem cum Paschate Cap. VI. com. 3. mini-

Trium Paschatum ratio.

mè confundatur. Ad hæc qvoniam prodigium illud, qvo V. hominum millia panibus V. & duobus piscibus saturavit, idem omnino est, qvod & Matth. Cap. XIV. & Mar. VI. & Lucæ IX. describitur; necesse est Pascha illud, ante qvod miraculum, Joanne teste, contigit, diversum ab eo esse, qvod tacitè à tribus illis Evangelistis exprimitur: cùm scilicet Christus per sata cum discipulis ambulavit: qvod utiqve post Pascha factum est, hoc est Sabbato Deuteroproto. Igitur si iter illud per segetes susceptum post aliud Pascha, qvàm qvod à Baptismo proximum est, incidit, procul dubio plura tribus Paschata constituenda sunt. Sin conciliari ista possunt, ut neqve festus ille dies Joan. V. Pascha sit, & Sabbatum Deuteroproton, de qvo Lucas Cap. VI. statim post primum Pascha successerit, nihil omnino de IV. Paschatum intervallo confici potest. Nam qvod ad festum diem V. Joan. Cap. spectat, multi & gravissimi Patres negant de Paschate locutum Joannem, sed alii Pentecosten, alii aliud festum intelligunt. Qvod autem Irenæi testimonium affertur, jam à nobis contra illius authoritatem præscriptum est, qvòd is nullum aliud Pascha secundum agnoverit, qvàm qvod VI. capite commemoratur; qvo cum festum illum diem Joan. V. confuderit. Qvare hoc ipsum illis Pascha, qvod Joan. V. legitur, facilè remiserim, dum ex Irenæi sententia neqvaqvam a posteriore discernant: neqve plura, qvàm ille, Paschata Christo tribuant. Atenim tria tantum erant festa, qvibus sistere se Hierosolymis oportuit, Pascha, Pentecoste, & Scenopegia: Cùm ergo unum ex illis tribus festum illud extiterit, cujus caussa Christus ascendit; neqve posteriora duo locum istic habeant, necesse est de primo, hoc est Paschate, Joannem locutum. Qvod enim neqve Pentecoste, neqve Scenopegia fuerit, argumento est, qvod superiori capite Christus dixerat com. 35. qvatuor menses ad messem reliqvos fuisse. At hæc meo judicio levissima sunt. Nam ut omittam qvod Maldonatus existimat; proverbium qvoddam inter Judæos ejusmodi versatum; Adhuc menses IV. ad messem supersunt; cùm nihil qvod urgeret esse, significare vellent: Cur fateri cogimur, unum illud festum è tribus fuisse majoribus? Nonne & ad Encænia venisse Christum testantur Evangelia & reliqvos ab eodem verisimile est dies esse celebratos? Qvare nisi ad Pentecosten cum Chrysostomo, Cyrillo, atqve ex recentioribus Maldonato, aliisqve pertinere velimus; at Phurim, sive Sortium festum, qvod Adar 15. celebratum est, nihil vetat intelligi. De qvo eruditè Keplerus in Eclogis. Jam Sabbatum illud Deuteroproton post primum a Baptismo Pascha collocari potest; ut & Keplerus ibidem, & nos ipsi subinde monstrabimus. Unum superest, qvod ex Kemnitio proponit, dissolvitqve Keplerus. Etenim Christus prædicationem exorsus est postqvam Joannes in carcerem est missus, Matt. IV. 12. Marc. I. 14. Conjectus autem est in vincula Joannes post Pascha primum. Nam eo celebrato Joannes Baptizare pergit Joan. III. 23. Qvare Sabbatum Lucæ Deuteroproton: & ille per segetes incessus non potest primo Paschati subjici: qvia jamdudum, cùm hæc agerentur, prædicare Christus cœperat. Ex qvo seqvitur, IV. saltem elici Paschata, ut paulo ante disputavimus.

Paschatum trium certior ratio.

Christus ante Joannis carcerem prædicare cœpit.

Verùm non ante Joannis carcerem prædicandi munus attigisse Christum, ac tanto tempore otiosum ac desidem fuisse, perabsurdum vi-

videtur. Et si verum fateri volumus, Nicodemi illa cum Christo congressio, ejusqve verba ista: *Scimus qvia à Deo venisti magister: Nemo enim potest hæc signa facere, qvæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo:* tùm qvæ superiori capite narrantur, de multis in ipsum credentibus; prædicasse jam Christum, & ad populum fecisse verba demonstrant. Adde his omnia, qvæ ante vinctum Joannem à Christo dicta factaqve cæteri tres aliqvot capitibus complexi sunt. Qvin & Petrus Act. I à Baptismo Christum cœpisse testatur. Idem Euseb. Lib. I. Cap. X. & hoc loco docet Epiphanius. Irenæus enim XXX anno baptizatum putat, & post aliqvot annos cùm jam idoneam ad docendum ætatem esset adeptus, triennem prædicationem inchoasse. Nam qvod ad Epiphan. attinet, supra Num. XXIV postridie ejus diei, qvo baptizatus est, prædicationem illam occœpisse dicit, qvæ ad ἐνιαυτὸν δεκτὸν refertur. Qvid igitur Evangelistis illis faciemus, qvi conjecto demum in carcerem Joanne Christum narrant prædicare cœpisse? Keplero visum est trajectione versiculi unius negotium posse confici. Nam si Matth. IV. ver. 12; *Cùm autem audisset Jesus qvòd Joannes traditus esset, secessit in Galilæam:* Item Mar. I si comma 14 alio trajicias, narrationis ordinem aptissimè contexes. Mihi verò hæc unius versiculi trajectio violenta sanè videtur. Nihil enim clarius est, qvàm qvæ subjiciuntur cum illis ipsis versiculis esse connexa. Satius est igitur commoda aliqva interpretatione loci illius difficultati consulere. Hoc verò perfacile est. Nam Matthæus & Marcus neqvaqvam illud docent; Christum tunc solùm, cùm Joannes in vincula missus est, prædicare in populum, hoc est publicè verba facere cœpisse; qvod ex illis ipsis Evangelistis falsum esse monstratur. Sed hic sensus est; post captum Joannem novum velut initium prædicandi fecisse, ac cùm accuratiùs in illud negotium incubuisse, tùm verò speciatim illud inculcasse: *Pœnitentiam agite: appropinqvat enim regnum cœlorum.* Cujusmodi cohortationem vel nondum antea, vel minus crebrò ac vehementer usurparat, qvod eam sibi Joannes prædicandæ pœnitentiæ provinciam velut propriam, ac peculiarem sumpsisset. Nihil opinor, hac nostra conjectura fingi probabilius potest. Nunc ut Epiphanii, veterumqve de tribus Paschatibus opinio magis illustretur, brevem Evangelicæ narrationis seriem ad illorum intervalla dirigam.

Trium Paschatum ratio.

EVANGELISTARUM NARRATIO AD EPIPHANII SENTENTIAM DE TRIBUS PASCHATIBUS ACCOMMODATUR.

POST Baptismum & XL dierum jejunium ea contigerunt, qvæ Joan. I capite narrantur de Apostolorum vocatione. Inde nuptiæ in Cana Galilææ Joann. II. usqve ad comma 13. qvando Capharnaum cum suis profectus est. Ubi cùm paucis diebus hæsisset Galilæam obiit, ibiqve prædicavit Evangelium Luc. IV. com. 14. Nazarethum petiit, ubi propemodum à civibus occisus est. Post hæc Apostolos denuò vocavit Mar. I. 16. Iterumqve conscensa navi Petrum ac cæteros ad sese

Trium Paschatum ratio. pertraxit. Tum Caphatnaum venit Marc. I. 21. Luc. IV. 31. Ubi in Synagoga Dæmoniacum curat. Inde Petri socrum, ac Leprosum. Seqvitur Matthæi vocatio Matth. IX. Marc. II. Luc. V. Sub hæc accedentes Joannis discipuli cum Pharisæis expostulant cum eo, qvòd ipsius Discipuli minimè jejunarent. Inde primum Pascha post Baptismum Joan. II. Necesse est enim multis antea miraculis editis, ac prædicatione cœpta clatuisse Dominum; ut ex Nicodemi oratione colligitur. Per eosdem Paschatis dies Christus negotiatores à Templo summovit. Postea verò per sata transiit Matth. XII. Marc. II. 23. Luc. VI. 1. Seqvuntur gesta Matth. XII ad 21 comma. Et Marc. III usqve ad 13 com. Luc. VI. ad 12 comma. Apostoli deinceps eliguntur Marc. III. à comma: 13 ad 19. Luc. VI. à 12. ad 16. Matth. X toto capite. Postea partim in monte, partim in loco campestri varios sermones instituit; qvos magna ex parte Matthæus anticipavit Cap. VI. & Luc. VI. Centurionis deinde servum à morbo liberat Luc. VII. à 1 comma: ad 10. Matth. VIII. à 5. ad 10. Tùm viduæ filium ad oppidum Naim, Luc. VII. à comma: 12. ad 18. Inter hæc Joannes jam in carcerem missus Discipulos ad CHRISTUM allegat, Luc. VII. à comma: 19. ad 35. Matth. XI. Seqvitur peccatricis mulieris officium CHRISTO præstitum Luc. VII. comma: 37. Inde domum venit Marc. III. 20. Dæmonium mutum ejicit. Luc. XI. 14. Matth. XII. 22. Ideo Pharisæi in Beelzebub hæc illum facere criminantur. Venit mater cum fratribus Marc. III. 31. Matth. XII. 46. Tum egrediens domo ad mare pervenit. Ubi parabolam sementis, & alia qvædam edisserit. Marc. IV. Matth. XIII: ac fortè etiam qvæ Luc. XI. 33 leguntur. Interim nonnulli ad CHRISTUM accedunt, ac seqvi se velle profitentur Matth. VIII. 18. Post in altum evectus procellam sedat. Marc. IV. Trajecto freto in Gerasenorum agro Dæmoniacum liberat. Matth. VIII. Marc. V. Rediens Archisynagogi filiam curat. Tum sangvinis profluvio laborantem Matth. IX. Marc. V. Luc. VIII. Egressus inde in patriam abiit Marc. VI. Matth. XIII. Apostolos binos cum amplissima potestate mittit. Marc. VI. Luc. IX. Interim Herodes cùm multa de CHRISTI prodigiis accepisset, Joannem à mortuis excitatum putat, & illum videri gestit: at is sese subducit. Qvare sub hæc tempora Joannem interfectum esse credibile est. Ad eandem CHRISTI fugam refero caput IV Joannis; cùm relictâ Judæâ in Galilæam secessit; qvo in itinere cum Samaritana muliere collocutus est. Qvare hiatus ingens est historiæ inter cap. III. & IV Joan. qvòd prioris anni res gestas Evangelistæ reliqvi accuratissimè scripsissent. Caput verò VI. cum IV connexum est. Nam post illa omnia ad festum qvoddam CHRISTUS accessit, qvod à Paschate haud longè aberat: nimirum Phurim, aut aliud qvodpiam. Seqvitur miraculum ingens, cùm qvinqve millia hominum panibus qvinqve, & piscibus duobus saturavit, Joan. VI. Matth. XIV. Marc. VI. Luc. IX: qvando veritus, ne rex à plebe fieret, secessit in montem, & inde in Capharnaum transmisit, qvo etiam tempore super aqvas ambulavit. Sub idem tempus habita est ad populum illa disputatio, qvæ Joan. VI describitur. Inde in terram Genezareth profectus.

Pascha secundum. Seqvitur Pascha secundum Joan. VI. 4. Hinc illa cum Pharisæis altercatio

Matth. XV. Marc. VI. Post in Tyriorum Sidoniorumque fines profectus Chananææ filiam curat, nec non & Dæmoniacum mutum, ac surdum ad mare Galilææ, qvando Pharisæi calumniantes in Beelzebub fieri ista dixerunt. Qvod qvidem bis omninò contigit. primum Matth. IX. Marc. III. deinde Matth. XII. & Marc. VII. Luc. XI. Subjiciendum his omnibus est aliud prodigium, cùm qvatuor hominum millia septem panibus satiavit Matth. XV. Marc. VIII. Inde in partes Dalmanutha proficiscitur. Marc. VIII ubi Pharisæi signum qværunt: Matth. XVI. Luc. XI. qvod & ante petebant, Matth. XII. Invitatur à Pharisæo, & in pluribus differit Luc. XI. Matth. XXIII. Abit trans fretum Marc. VIII. 13 Luc. XII. Matth. XVI. De cavendo Pharisæorum fermento præcipit, Bethsaidæ cæcum curat Marc. VIII. 22. Petrus confessionem edit Marc. VIII. 27. Matth. XVI. Luc. IX. 18. Post dies VIII vel VI transfiguratur Matth. XVII. Marc. IX. Luc. IX. Postridie Lunaticum sanat. Orta inter Apostolos de principatu contentio Marc. IX. 32. Luc. IX. Ad Scenopegiæ festum è Galilæâ profectus Hierosolymam Joan. VII. Unde iterum reversus in Galilæam cùm complerentur dies assumptionis ejus Hierosolymam rediit Luc. IX. 51. Marc. X. 32. qvo in itinere à Samaritanis urbis aditu prohibetur. Pharisæi cum eo de uxore dimittenda disputant Matth. XIX. Marc. X. Parvulis benedicit. Designat LXX discipulos Luc. X. In Encæniis tantùm non lapidatur Joan. X. 22. Tum Zebedæi filiorum postulatio, cùm ante de Passione differuisset Matth. XX. Marc. X. Luc. XVIII. Cæcus ad Hierichuntem sanatur. Inde à Zacchæo publicano domo & convivio excipitur Luc. XIX. Ad Mariæ & Marthæ hospitium divertit. Cætera ad Passionem Domini gesta ex Evangeliis, ac potissimum Joannis aperta sunt hoc est ad tertium, sive *σαυρώσιμον* Pascha.

Ad hunc modum ordinari Evangelica narratio potest; aut ut alia singularum rerum dispositio sit ac descriptio. Neqve enim accuratè modo in ordinem ipsum inqvirimus. Apparet tamen commodissimè res a Christo gestas triplici Paschate concludi. Primum accidit anno Juliano LXXIV Tiberii XV Neomenia Nisan ex Judaico Cyclo vitioso Martii XXX feria IV. Cyclo Lunæ XI. Solis X. Prima dies Azymorum Aprilis XIII. Secundum Pascha Juliano LXXV. Tiberii XVI Neom. Nisan Martii XIX fer. I. prima dies Azymorum Apr. II. Tertium Pascha anno Juliano LXXVI Nisan Martii IX. feria VI. prima dies Azymorum Martii XXIII. feria VI. anno Tiberii exeunte XVII secundum Romanos, vel Judaicè XVIII à Nisan inchoato. *Trium Paschatum characterism.*

N. XXIX. *Εὑρίσκομεν γὰρ καὶ ἐμφερόμενόν πȣ.*] Qvibus in Libris reperisse dicat, non satis declarat. An de hoc suo opere loqvitur Epiphanius, in qvo Librariorum oscitantiam accuset? Verùm ex iis qvæ seqvuntur, videtur *καθόλȣ* Chronologicos, sive Historicos commentarios intelligere. In qvibus si XL Augusti anno natum Salvatorem esse proditum fuit, non adeò recens est illa Deckerii assertio qvæ eum ipsum annum tuetur.

Φάσκȣ γὰρ ὅτι πρὸ δέκα δύο] Mendosus procul dubio iste locus est. Neqve enim opinor, asserebant illi, apud qvos qvadragesimo Augusti anno natum Salvatorem reperit, Natalem ejus XII Kal. Junias, vel Julias accidisse; Sed ut seqventia demonstrant, de Conceptionis die locuti sunt.

Julias accidiſſe, Sed ut ſeqventia demonſtrant, de Conceptionis die locuti ſunt. Qvare reſtituendum verbum eſt συνελήφθη, qvod culpa librario rum effugit. Utinam cætera tam facilè extricare poſſem! qvæ ſunt impeditiſsima. Imprimis enim par illud Coſſ. Σουλπικίου Καμμαρίνου, & Βηττίω Πομπηιανοῦ ὑπάτων nullis in Faſtis reperio (qvos fuiſſe ſuffectos oportet per illa tempora.) Cùm igitur Authores illi, qvos citat Epiphanius, natum dixerint Chriſtum anno Auguſti XL. conceptum verò Junio vel Julio menſe, ac VII duntaxat menſes in utero geſtatum, ſi Natalis eundem cum Ægyptiis & Epiphanio diem ſtatuerint, convenient hi Coſſ. in annum Auguſti XXXIX. Sed Auguſti Imper. annorum diverſa ſunt initia, de qvibus copioſè dictum eſt. Nam aut ab ipſa Julii Cæſaris nece, Juliano II numerantur, aut à ſeqvente, Jul. III. Unde XL Auguſti Julianus eſt vel XLI. vel XLII; in qvorum alterutrum Natalem Chriſti Scriptores illi conjecerant: conceptum autem aſſerebant Jul. XL vel XLI. qvorum aliqvis Suffectos illos Coſſ. habuit. Verùm qvoniam Auguſti annos ab Epiphanio κατὰ περίληψιν numerari docuimus à Kal. Jan. ut annus illius XLII ſit Julianus ille, cujus ab Auguſto menſe XLII Auguſti inierit: Unde ex ejusdem ſenſu XLII Auguſti Coſſ. ſibi vendicat Aug. XIII & Silvanum, hac ratione XL Auguſti cadit in Conſulatum C. Calviſii, & L. Paſſieni, XXXIX verò Aug. XII & L. Sullam Coſſ. habet, qvibus ſuffecti ſunt Sulpicius Camerinus, & Pompejanus ille Bureo: de qvibus circa hos annos nulla in Faſtis mentio. Sed anno demùm Juliano LIV Q. Sulpicius Camerinus & Poppæus Sabinus Coſſ. adſcribuntur. De Βητιέω Πομπηϊανῷ nihil reperio. Qvod nomen mendoſè in dandi caſu ſcriptum eſt. Corrig. itaqve Βητιέω Πομπηιανοῦ: qvod orationis ſeries poſtulat. Alioqvi non ſum neſcius, qvin Latino more Coſſ. nomina per dativum interdum expreſſa legantur. Ut in Vet. Inſcript. Alexand. Chronicon Pag. 497 anno Auguſti XL natum eſſe Chriſtum memorat, monarchiæ XXVIII. Sed mendoſum eſſe locum neceſſe eſt. Qvia pag. 453 annos Auguſto tribuit LVI menſes VI: ex qvibus XIV poſt Chriſti Natalem vixit. Unde XLII agere debuit, qvo tempore natus eſt Chriſtus. Cæterum Cornarius pro Βητιέω Πομπηιανοῦ *Cn. Pompejano* reddidit. Nos Buteonem utcunqve maluimus, qvod Fabiorum cognomen fuit.

Εὑρήκαμεν γὰρ ἀπὸ τούτου τοῦ Προπόσωνος.] Fœdiſſimum hîc mendum eſt, de qvo capillum non promittam, neqve occipiam hariolarier. Qvanqvam ex conſeqventibus qvid ſcribendum fuerit elici poteſt. Etenim ab eo die, qvem iſti Natali præfixerant, ad A.D. VIII Eid. Jan. menſes ait intereſſe VII Lunares, minus diebus IV. Atqvi VI Lunares menſes dies colligunt 177: qvibus additi 26 efficiunt dies 203: qvi de 371 detracti, relinqvunt dies 168. Itaqve 169 die à Kal. Jan. hoc eſt XIV Kal. Julias conceptum eſſe Chriſtum, & 203 poſtea die, ſive VI Jan. natum aſſeverarunt illi, de qvibus Epiphanius loqvitur. Adeoqve ſic concipiendus hic locus fuit; ἀπὸ τῆς πρὸ δέκα δύο Καλανδῶν Ἰουλίων. Vel qvia dies eſt Epiphi XXIV, ἀπὸ τῆς Ἐπιφὶ κδ΄. At Cornarius πρὸ Πίσωνος legiſſe videtur. Qvod non eſt improbandum: Ut ita fortaſſis interpretandum ſit: Ab anno Conſulatus Aug. XIII & Plautii, atqve à XIV Kal. Jul. ejusanni ad XI Tybi, qvo Lentulus & Piſo Coſſ. fuerunt, VII Lunares menſes interceſſiſſe.

Τινὲς δέ φασιν ὡς δέκα μῆνας.] Si natalem Domini XI Tybi, sive Jan. VI constituerint opinionis illius vindices, conceptum ejus ipsis Kalend. Aprilis posuerint oportet. A qvo die ad VI Jan. menses numerantur IX. dies XV. qvi sunt dies in totum 281. Qvod si ex communi sententia in XXV Dec. Natalem contulerint; conceptus Christi cadit in Martii XX. Epiphanius verò pro comperto habuit, Christum natum esse VI Jan. qvæ fuit Ægyptiorum opinio. Qvamqvam utrum ea die sit natus dubitasse videntur: ut Cassianus X Coll. Cap. II significat. Clemens Alexandrinus I Strom. varias ea de re sententias refert. Ut eorum, qvi XXV Pachon natum dicerent, hoc est Maji XX. Basilidianorum, qvi XV Tybi, sive Jan. X. Aliorum deniqve qvi, ut Epiphanius, XI Tybi. Ipse verò Clemens à Natali Domini ad obitum Commodi annos numerat CXCIV. mensem I. dies XIII. Qvod si verum esset, natalis Christi conveniret Athyr XXII. qvi est Nov. XVIII. Commodus enim obiit anno æræ Dionysianæ CXCII Prid. Kal. Jan. Natus igitur erit Christus Juliano XLIII Nov. XVIII. Sed vetus, & ab omni Ecclesia recepta traditio est, Christum Dec. XXV natum esse; qvam nemo prudens temere sollicitaverit. Qvare ridicula, & explodenda est Scaligeri divinatio, qvi in append. Operis de Emend. Temp. & Isag. Can. III ex ephemeriarum, & sacerdotalium functionum orbe Natalem Christi conjiciendum asserit in Sept. exeuntem. Qvod merum somnium est: neqve ulla demonstratione, aut certo aliqvo firmamento nititur. Primùm qvia nondum satis exploratum est, qvæ fuerit apud Judæos anni, ac mensium dispositio. Deinde nec illud certum est, utrum Judas Maccabæus cùm sacrificia, & Sacerdotum functiones instauraret, *ἄνωθεν καὶ ἀπαρχῆς* Ephemeriarum orbem repetierit; an post interruptum *ἐνδελεχισμὸν, ἐφημερίαν* illam substituerit, qvæ priori, sub qva templum ab Antiocho violatum est, successura fuerat. Ad hæc Maccab. I Cap. IV com. 42 Sacerdotum delectum habuisse dicitur; eorum scilicet, qvi integri immaculatiqve forent, qvales nondum fortassis erant primæ vicis Sacerdotes. Postremò baptizatum esse Christum Juliano XXIV. vel ætatis absoluto XXX. sumptum à Scaligero, non demonstratum est; ut suo loco probavimus. Qvod si qvod in illo vicium, & ephemeriarum circuitu momenti ad eruendum Christi annum esse videtur; potest qvilibet nonnullis eodem, qvo Scaliger, jure usurpatis ac positis, qvocunqve libuerit orbem illum ac circuitum deducere. Nam & Keplerus ex eadem illa serie Natalem Domini in XXV die Decembris retinuit.

Natalis Christi dies.

Sed ut ad illam revertar, qvam Epiphanius adduxit, nonnullorum rationem, qvi ex X mense dies aliqvot libasse Christum in utero matris existimarunt, qvòd Sap. VII. 2, scriptum sit: *Decem mensibus concretus in sangvine,* eodem argumento Catholicus Armeniæ usus est in Epistola; qvam citat Scal. in Isag. Can. Pag. 301.

Καὶ περὶ αὐτὴν τὴν ἑνδεκάτην.] Qvoniam natum esse Christum VI Jan. arbitratus est, baptizatum verò VIII Nov. facilè fuit Epiphanio primum illud mutatæ aqvæ miraculum eodem, qvo natus erat, die factum asserere. Verùm cum veteri Ecclesiæ consensione non Jan. VI. sed Decemb. XXV Christi Natalis attributus sit, Baptismus verò Jan. VI. fieri non potest, ut

aut eodem, qvo natus est, aut etiam, qvo baptizatus est, die aqvam in vinum verterit. Alioqvi perabsurdum est, anno demum post baptismum elapso, cùm jam, ut ante docuimus, prædicationem orsus esset, primum ab eo miraculum editum velle. Hoc enim Evangelicæ historiæ manifestè repugnat. multo verò magis, si tria duntaxat Paschata cum veteribus assignemus. Qvamobrem alio die, qvàm VI Jan. miraculum istud accidit; tametsi eodem qvo baptismus die ab Ecclesia celebretur. De qvo vide Perrerium Lib: XI Com. in Dan. & Baron. in Ann.

N. XXX. *Διὸ καὶ ἐν πολλοῖς τόποις.*] Qvod horum fontium historiam, & Epiphanii fidem in dubium revocavit Calvinista qvidam nuperus in Casauboni Defensione, facit impudentissimè. Sed hunc Epiphanii locum pluribus illustravit Heribertus Rosvverdus noster in Talione contra Casaubonum, à qvo injuria notatus erat Illustrissimus Annalium conditor.

Κανᾶ γὰρ ἑρμηνεύεται.] Vocabuli hujus originem à verbo [illegible] deducit, qvod possidere significat.

N. XXXI. *Φάσκει πάλιν ὁ Λουκᾶς.*] Qvomodo cum cæteris Evangelistis Joannes consentiat, ex eo deducit, qvòd Pascha primum, Joan. II. disertè nominatum ab aliis expressum sit, cum Sabbati Deuteroproti mentionem faciunt. Hoc enim post primam Azymorum incidit. Historiam vulsarum spicarum ad primum Pascha meritò refert Epiphanius, ex fine Num. hujus intelligere potes, qvod est Harmoniæ supra à nobis propositæ consentaneum. Jam verò ex hac cæterorum suffragatione Alogorum, Valentinianorum ac cæterorum mendacium convincit, qvi unicum duntaxat Christo Pascha tribuerint. Cum enim eum post primum Pascha vixisse, & per sata transiisse constet, falsum est uno Paschate res ab eo gestas circumscribi debere.

Ἵνα δείξῃ Σάββατον πρῶτον.] De Sabbato Deuteroproto, vide qvæ ad Hær. XXX Num. XXXII. disputavimus; Nam illo loco priorem Epiphanii sententiam, & qvidem probabiliorem exposuimus. Qvæ autem hoc in Numero traditur obscurior est, & à vera vocabuli illius origine, ac notione remotior. Duplex apud Judæos Sabbati genus constituit. Unum antiqvius, & naturale, qvod ab rerum initio conditum est: alterum secundum, & posterioris ordinis; qvia Judæi festa omnia Sabbata vocabant; qvod è Scriptura demonstrat. Mox verò subjicit: *εἰς δὲ ἑπτὰ ἡμέρας πάλιν ἀνακυκλούμενον δεύτερον καλεῖται πρῶτον.* Ex qvibus, ut & ex seqventibus illa Epiphanii sententia posterior elicitur: Sabbatum Deuteroproton, esse Pentecosten; in qva *δεύτερον* illud Sabbatum *πρῶτον* appelletur. Cur autem *δευτερόπρωτον* dicitur, nihil apertum ac liqvidum ex Epiphanii verbis extricare possum: sed illa Maldonati opinioni huic aptissima videtur; qvoniam ex primariis tribus festis, sive Sabbatis, Azymorum, Primitivorum, & Scenopegiæ, proximum à priore & *δεύτερον* sit Pentecostes solenne, ideò *δευτερόπρωτον* appellari. Hæc igitur altera est Epiphanii sententia, ac vocis illius interpretatio, à superiore longè diversa; &, si verum fateri volumus, minus qvàm illa probabilis.

Τοιαύτη ἁγία τοῦ Προσαββάτου.] Prosabbatum nihil aliud est qvam Parasceve; qvo ad hunc locum pertinet nihil. Non enim Azymorum VII in Parasceven necessario convenit, qvam subinde in I. aut II. aut III feriam

eadere poſſe declarat. Aut igitur expungenda iſta vox eſt: aut *προσάββατον* pro VI hebdomadæ diebus, uſurpavit, qvas חול, hoc eſt profanas nominant, qvæqve Sabbatum antecedunt.

Διὰ τὸ μὴ εἰς πλάτος.] Scribe: *διὰ δὲ τὸ μὴ εἰς πλάτος φέρειν τὸν λόγον, ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν.*

xxxiii. *Εἶτά τινες ἐξ αὐτῶν πάλιν.*] Objiciebant Hæretici mendacem fuiſſe Joannem, qvi ad eam Eccleſiam edita ſibi à Domino mandata ſcriberet, qvæ nulla tum eſſet. Reſpondet Epiphanius, hoc ipſo conſtare Propheticum hunc eſſe librum, cùm ad Eccleſiam ſcripſerit, qvam olim futuram cognoſceret, tametſi qvibus ſcribebat temporibus nondum extaret ulla. Sed hæc Epiphanii reſponſio niſi *ἀντιλεκτικῶς*, & ad hominem, ut vulgò loqvuntur, accipiamus, haud ſatis probabilis videtur. Ac longè melius eſt; negare Joannis tempore nullam Thyatiris Eccleſiam extitiſſe; qvod impudenter Hæretici mentiti ſunt.

Νῦν δὲ διὰ τὴν Κύριον ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ.] Duæ illæ qvæ ſeqvuntur notæ temporum vel librariorum vitio, vel authoris ipſius hallucinatione depravatæ ſunt. Hieron. in Script. Eccleſ. Joannem aſſerit Apocalypſin ſcripſiſſe Domitiani XIV, qvi iniit Juliano CXXXIX. Chriſti XCIV, Nonio Aſprenate, & Arricino Coſſ. Qvare vel hoc ipſo anno, vel ſeqventi ſaltem Joannes Apocalypſin ſcripſit. A qvo tempore ad annum CHRISTI CCCLXXV. qvo Epiphanius hoc opus elaborabat, anni ſunt CCLXXXI. non CXII. ut habent Epiphanii verba. Deinde falſum eſt, qvo tempore ſcripta eſt Apocalypſis, Thyatiris Cataphrygas Hæreticos fuiſſe, qvi nondum emerſerant. Nam ut eos qvàm antiqviſſimos faciamus, non ante tempus Antonini eſſe potuerunt; cujus anno XIX Montanus prodiit, ut Hæreſi XLVIII ſcripſit Epiphanius: qvi annus congruit Chriſti CLVI. Atqvi nos ibidem Epiphanium aberraſſe docuimus, nec ante Aurelii tempus exortos Cataphrygas, ejusqve anno XI. ut ſcribit Euſebius. Qvare longè infra illud tempus amandandi ſunt.

Ὃς ἦν χρόνος μετὰ τὴν τοῦ σωτῆρος ἀνάληψιν.] Aliud agens Epiphanius hæc ſcripſit. Non enim poſt *ἀνάληψιν*, hoc eſt aſcenſum Domini, ſed poſt ejus *γέννησιν*, & Natalem XCIII. elapſis annis Apocalypſin Joannes attigit. Verùm perplexè admodum loqvitur Epiphanius: & cùm antea fateri viſus ſit, Joannis tempore nullum Thyatiris veſtigium Eccleſiæ ſuperfuiſſe, mox idipſum poſt Apoſtolorum ac Joannis ætatem contigiſſe dicit: *διὸ καὶ ἐσπούδασε τὸ ἅγιον πνεῦμα ἀποκαλύψαι ἡμῖν, πῶς ἔμελλε πλανᾶσθαι ἡ Ἐκκλησία μετὰ τὸν χρόνον τῶν Ἀποστόλων, τοῦτε Ἰωάννου, καὶ τῶν καθεξῆς*; qvod tempus annis XCIII. *μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀνάληψιν* definit. Si Cataphrygum Hæreſis anno Chriſti CLVI. hoc eſt Antonini XIX. initium habuit, ut cenſet Epiphanius, Chriſtus autem paſſus eſt, & in cœlum ſubvectus anno XXXIV. vel XXXIII. additis CIII. fiunt anni circiter CXXVI. qvibus elapſis Thyatirorum Eccleſiam intercidiſſe putat; qvod ne ipſum qvidem tempus ad Cataphrygum originem convenit. Qvare niſi Librariorum culpâ vitium in numerorum notas incurrerit, Epiphanium errare neceſſe eſt.

Κατ᾽ ἐκείνου καιροῦ.] Scribe, *κατ᾽ ἐκεῖνο.*

Ἐν χρόνοις Κλαυδίου.] Perperam; ut supra monuimus. Nam sub Domitiano relegatus est.

N.XXXIV. Οἵ τινές εἰσιν Ἀσσύριοι.] Persæ ad Euphratem minimè siti sunt. Sed πλατυκῶς pro Persarum imperio Persas usurpavit. Qvatuor Monarchiæ, qvæ Dan. VII capite describuntur, neqve rectè ab Epiphanio numeratæ sunt; & ad Apocal. locum illum nihil omninò faciunt. Nam hæc Joannis visa ad extrema mundi tempora referuntur; qvibus IV. hoc est universi Dæmones, vel eorum præcipui, qvi hactenus alligati fuerant, soluti vinculis in humani generis perniciem grassabuntur. Hæc simplicissima loci hujus expositio qvatuor illas veteres Monarchias excludit; qvæ ne ipsæ qvidem ab Epiphanio ex historiæ veritate proponuntur. Nam ut omittam Assyriorum imperii, qvod jampridem interciderat, mentionem apud Danielem fieri nullam; certè proximi ab Assyriis Medi sunt, inde Babylonii.* Qvanqvam Assyrios, nisi fallor, non veteres illos intelligit, qvorum ultimus Sardanapalus ab Arbace imperio exutus est, sed posteriores, qvi extincto vetere illo, amplissimoqve regno, ex ejus ruinis excitati sunt, ut & Babyloniorum imperium. Sed utroqve videntur antiqviora Medorum initia, si qvid Diodoro, ac cæteris omnibus Historicis creditur. Qva de re ita paucis accipe. Cùm ex omnium fermè Scriptorum authoritate constet, ante Cyrum, & Persas, maxima duo Imperia floruisse, Assyriorum à Nino, & Medorum: Cyrum autem Olymp. LV anno primo, sive ineunte, sive potius labente cœpisse, demus, id qvod alibi demonstrabitur, exeunte anno primo Olym. LV Cyrum Astyagen vicisse, annus hic erit in Juliana Periodo 4155, ante Dionysianam æram 560. Ante hunc igitur annum Assyriorum, Medorumqve tempora collocanda sunt; qvæ ob vetustatem, Scriptorumqve dissensionem parum certa, sic ordinanda putamus. Medorum Imperium Ctesia, & Diodoro testibus CCC fermè ac XVII annos obtinuit. Cœpit igitur anno Per. Jul. 3838. Assyriorum regno mille ac trecentos circiter à Belo tribuimus, præeunte in Chronicis Eusebio. Qvamobrem initium Beli convenit anno Per. Julianæ 2539. Ex iis conseqvens est Medorum primordia centum annis Olympiadas antecessisse, qvarum initium annus est in Per. Julian. 3938. Constituto Medorum imperio, duo qvædam alia paulatim effloruerunt; Assyriorum, ac Babyloniorum, qvæ Assyrii illius maximi ac diuturni velut naufragio disiectas ubiqve tabulas arripuerunt. Qvorum apud exteros Scriptores pertenuis est, & obscura memoria; in Sacris verò literis cùm amborum, tum Babyloniorum præsertim luculenta est, ac freqvens mentio. Sed priores memorantur Assyrii: qvorum primus IV Reg. XV. 19 occurrit Phul, qvi & Belochus dicitur. Hunc à Medis defecisse probabile est. Successit Teglath Phalassar ibid. com. 29. Inde Salmanassar IV Reg. XVII, 3. Tum Sennacherib ejus filius IV Reg. XVIII. 13. Postremus fuit Assar addon Cap. XIX. 37. Jam verò primus Assyriorum principum Phul sub Manahen Israëlis, & Azaria Judæ rege collocatur. Azarias iniit anno Per. Julian. ut arbitramur, 3905. Qvare Assyriorum regnum, qvod sub Azaria fundatum est, longè posterius est Medorum

Assyriorum regnum posterius.

initio, videlicet annis ferè LXX. Ad hæc Ezechias cœpit ex Chronologiæ nostræ ratiociniis Per. Jul. 3987. Ergo annus ejus XIV. qvo Sennacherib interfectus videtur, eſt Per. Jul. 4000. circiter.

At Babyloniorum regnum, ſi à Nabonaſſaro repetas, aliqvot annis poſt Aſſyriorum initium extitit. Cœpit enim Nabonaſſari æra Babylone Per. Jul. 3967. Primus autem è Babyloniis Regibus in Scripturis nominatur Merodach filius Baladan IV. Reg. XX. 12. circa annum Ezechiæ 14. circa Per. Jul. 4000. eodem tempore, qvo Sennacherib, & Aſſaraddon in Aſſyria regnabant. Qvare Merodach iſte vel idem eſt cum Nabonaſſaro, vel potius Baladan Merodachi pater: a qvo Babylonicum imperium ad Nabuchodonoſorem & poſteros usqve propagatum eſt, donec à Cyro & Perſis extinctum eſt. De poſterioribus Aſſyriis ſuſpicor locutum Epiphanium, potiùs qvàm de antiqvis illis. Qvem nos ut ab errore utcunqve vindicemus, qvatenus Medos Babyloniis poſteriores poſuit, ad Darium illum Medum reſpexiſſe credimus, qvi ex multorum ſententia Medorum poſtremus rex fuit, & cum Cyro, Babylone capta, eandem ſolus obtinuit. Qvod etſi neqvàqvam probamus; (Neqve enim Darius ille Danielis Medorum rex fuit) nihilominus ex eo manavit præpoſtera illa regnorum apud Epiphanium diſtributio. Alioqvin certiſſima eſt, & ad Danielis viſionem accommodatiſſima Hieronymi ſententia, qvatuor animalia totidem imperia ſignificare; Babyloniorum, Perſarum, Macedonum, Romanorum. *Babyloniorum regnum.*

Ἐπιτρέπειν τοῖς ἔθνεσιν εἰς πόλεμον.] ὄντες Angeli nationum præſides vincti detinentur, prohibenturqve ne ſubjectos ſibi populos ad bella provocent.

AD HÆRESIM LII. QVÆ EST ADAMITARUM.

Spurciſſimæ hujus Hæreſis authorem Theodoretus facit Prodicum, cujus meminit Clem. III. Strom.

N. II. *Διὰ τὸ εἶναι ἔθμην.*] Heſ. *Εθμὴ ἀτμὸς, καπνὸς λεπτὸς, ἀτμή.*

Δύσιν Καμψαρίων.] Idem Heſ. *κάμψα, θήκη γλωσσοκομεῖον.* Et *καμψία κανᾶ κανίσκια.* Suidas, *Κάψα κίστη, ἢ θήκη.* Igitur Capſarii ſunt *ἱματιοφύλακες*, hoc eſt, ut Gloſſæ reddunt, *veſtiarii.* Supra in Hebion. *olearios* vocabat. Paulus Lib. 3. §. ultim. D. de Offic. Præt. Vig. eadem voce capſariorum appellat.

AD HÆRESIM LIII. QVÆ EST SAMPSÆORUM.

De ea jam in ſuperioribus diximus, ut & de Elxæo, ſive Elxai.

AD HÆRESIM LIV. QVÆ EST THEODOTIANORUM.

Theodoti Coriarii Byzantini meminit Eusebius Lib. V. Histor. Cap. XXVII. & alii citati à Baronio A. 196. Augustinus Theodotionem nominat. Extant Collectanea à Theodoti cujusdam scriptis apud Clem. qvæ non sapiunt Catholicum.

N. I. Οὐκ οἶδα εἰπεῖν ἐν τῷ τοιούτῳ.] Correximus ὁποίῳ. Sub M. Aurelii persecutione istud contigit: ut Baron. ibidem asserit.

N. II. Καὶ ἀγνοεῖ ὁ ἐλεεινός.] Vide Interpretes, imprimisqve Maldon.

N. III. Εἶτα, φησὶ, καὶ τὸ Εὐαγγέλιον.] Vis ista ratiocinationis hujus fuisse videtur. Theodotus ut probaret Christum merum, ac simplicem hominem esse Lucæ verbis utebatur, qvibus Angelus Mariæ dixit, superventurum in eam Spiritum sanctum, non autem in ea futurum, vel, ut paulo post loqvitur, in eam ingressurum. Nam illa verba, ἐπελεύσεται ἐπί σε, adventitium aliqvid, & extrinsecus accedens indicare videntur.

N. IV. Προφασίζεται πάλιν ὁ Θεόδοτος.] Hieremiæ locus ille, qvem Theodotus afferebat, ex LXX. seniorum editione depromptus est: Ἄνθρωπός ἐστι, καὶ τίς γνώσεται αὐτόν; Hebraica vox אנשׁ ambigua significatione occasionem interpretationis illius dedit, ut animadvertit Hieron. *Nam si legamus* אנושׁ *homo dicitur: si autem* אָנושׁ *inscrutabile, sive desperabile; eo qvod nullus cor hominum valeat invenire.* At sancti PP. contrarium ejus, qvod Theodotus pugnabat, ex eodem loco deducunt; Christum non simplicem hominem esse, sed unâ etiam Deum: qvod Hieronymus non probat. *Solent*, inqvit, *qvidam nostri, bono qvidem voto, sed non secundum scientiam, uti hoc loco contra Judæos; qvòd homo sit Dominus æqvè, atqve Salvator, secundum dispensationem carnis assumptæ; nullusq; possit nativitatis ejus scire Mysterium, secundum illud qvod scriptum est: Generationem ejus qvis enarrabit? nisi solus Deus, qvi arcana rimatur, & reddit unicuiqve secundum opera sua. Melius autem est, ut simpliciter accipiamus, qvod nullus cogitationum secreta cognoscat, nisi solus Deus.* Hæc ille. Ad eundem sensum refert etiam Theodoretus. Tertul. verò contra Jud. Cap. XIV. Cyprianus con. Jud. Cap. X. Lactant. Lib. IV. Cap. XIII. & alii, qvos tacito nomine notat Hieron. ad Christi Divinitatem.

N. V. Ἐλέγχῃ δὲ πάλιν, Θεόδοτε.] Ex eo qvod ad Patris dexteram collocatus sit Filius, pari & eadem cum illo dignitate, ac potestate esse dicendus est. Ambros. Serm. III. de Pentecoste. *Ne miremini*, inqvit, *qvod ad dexteram Patris residere dixi Filium; ad dexteram enim residet, non qvia major Patre, sed ne minor Patre esse credatur, sicut Hæretici blasphemare consveverunt.* Idem colligit ad Psalm XVIII. ex illo Psal. 109. loco: *Sede à dextris meis.* Qvibus, & similibus ex locis apparet, falsam eorum esse sententiam, qvi sinistram apud veteres honoratiorem dextra fuisse contendunt. Cujus opinionis autor. Nebriss. Cap. XXXIX. Qvinqvagenæ.

AD

AD HAERESIM LV, QUAE EST MELCHISEDECIANORUM.

N.I. Ἀποσπασθέντες τάχα.] A Theodotianis ortos esse Melchisedecianos censet Epiphanius. Tertull. verò Lib. de Præscript. Cap. LIII etiam Theodotum sectæ hujus authorem constituit, non priorem illum, & Byzantium, sed alterum, qvem ἀργυραμοιβὸν Theodoretus fuisse narrat. Eusebius Lib. V Cap. XXVII Theodoti coriarij discipulum qvendam commemorat Theodotum Trapezitam, à qvo deceptus Natalis confessor insigni miraculo resipuit, cujus & Theodoretus meminit. Hic igitur Theodotus ad magistri sui impietatem hoc adjecit, ut Christo Domino Melchisedecum anteponeret, ut scribit Tertull. Theodoretus verò Melchisedec ex illius sententia *δύναμίν τινα καὶ θείαν, καὶ μεγίστην* extitisse *κατ' εἰκόνα δὲ αὐτοῦ τὸν Χριστὸν γεγενῆσθαι*. At Augustinus & Philastrius nullum Melchisedecianis errorem alium tribuunt; nisi qvod hominem esse negaverint, sed virtutem Dei esse statuerint. Vide Epistolam Hier. CXXVI ad Evagrium.

Τὸ δὲ ἀπάτωρ, ἀμήτωρ.] Perperam Erasmus *ignoti Patris, ac matris*; qva stolida interpretatione mysterium omne sustulit, qvod in harum notione verum Apostolus constituit.

Ἐπὶ ταύτην τελετὴν κατ' ἔτος.] *τελετὴ* hoc loco vel solenne festum, ac celebritatem significat, vel sacrificium. Hesyc. *τελεταὶ, ἑορταὶ, θυσίαι, μυστήρια*. Orus Thebanus apud Etymol. authorem *τελετὰς* appellat *τὰς μείζους, καὶ μετά τινος μυστικῆς παραδόσεως ἑορτάς*. Rectè igitur cum Cornario *festum* hîc interpretati sumus. Tametsi de sacrificio potuimus accipere, qvod Serrario nostro placuit; præsertim cùm Hær. LXXVIII eandem historiam narrans *θυσίας* vocet. *Ἐν Σικίμοις, τοῦτ' ἔστιν ἐν τῇ Νεαπόλει θυσίας οἱ ἐπιχώριοι τελοῦσιν εἰς ὄνομα κόρης.* Qvod verò *ταύτην τελετὴν ἄγουσιν* hoc loco dixit, simpliciter usurpatum puto, pro eo qvod est *ritus illos instaurant*; vel *sacri illius memoriam celebrant*. Potest & *ταύτῃ* pro *ταύτην* legi. Nam de humanis hostiis, qvod suspicatur Serrarius, verum non arbitror; præsertim Epiphanij ævo, sub Christianis principibus, qvi execrandas illas, ac detestabiles ceremonias ubiqve prohibuerunt.

N.II. Καὶ γὰρ καὶ παρά τισι τοῦ Μελχισεδέκ.] Qvæ de Melchisedeci parentibus narrat Epiphanius, redolent Apocryphorum somnia; cujusmodi multa sunt hoc in opere bona fide à sanctissimo Patre descripta, qvæ discutere, aut refellere, otiosi; temere fidem adhibere, parum prudentis fuerit.

Ἐν τῇ τῆς Σαβῆς πεδιάδι.] Ubinam Sabe illa sita sit, divinare utcunqve licet. Josue XIX Cap. II in tribu Simeonis recensentur Bersabee, & Sabee, qvæ ejusdem oppidi nomina R. Isaias, & Mazius esse putant, Qvod si verum est, in Bersabeensi agro Melchisedeci parentes habitaverint.

Σαλὴμ δὲ ἡ πόλις.] Antiqvissima est illa qvæstio, utrum Hierosolyma

an Sicimorum oppidum fuerit Salem Melchisedeci domicilium: de qva vide qvæ Perrerius aliiqve ad Gen. disputant, & novissimè Salianus noster in Annalibus. A. M. 2118. Communis, & vera sententia est, Hierosolyma potius, qvàm Sicimorum urbem fuisse Melchisedeci regiam. Qvod isti pluribus affirmant.

Μετὰ γενεὰς δεκαδύο τῆς τοῦ Λευί.) A Levi ad Sadok filium Achitob, qvi sub Davide summum Sacerdotium tenuit, II Reg. Cap. VIII, 17. *γενεαὶ* sunt XIII non XII. Ab Aarone non VII, sc X numerantur I Par. cap. VI: qvarum Literculum proposuimus.

1 Levi
2 Kaath
3 Hamram
4 Aaron
5 Eleazar
6 Phinees
7 Abisue
8 Bocci
9 Ozi
10 Zarajas,
11 Merajoth
12 Amarias
13 Achitob
14 Sadok

Sadok X est post Aaronem, post Levi XIII. Sed in priori numero *μετὰ γενεὰς δεκαδύο*, infinitè dictum ab erroris culpa Scriptorem vindicat. Hæc autem, *ἑβδόμης δὲ ἀπὸ τῆς Ἀαρὼν διαδοχῆς*, excusari non possunt, cùm sint X. Ad hæc pro *ἑβδόμης* crediderim *ἑπτὰ* scribendum esse, ut ad *μετὰ* referatur. Nam in arithmetica nota deceptus est librarius.

N. III. *Καὶ ὅτι μὲν ὁ Μελχισεδέκ.*] Qvod sit acumen in illa Epiphanij ratiocinatione, vix assequi possim. Ut hominem fuisse Melchisedecum ex Apostolo demonstret, hæc illius verba proponit: *ὁ δὲ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν δεδεκάτωκε τὸν Πατριάρχην.* Ex qvibus ita colligit: *δῆλον οὖν ὅτι ἐξ αὐτῶν οὐ γενεαλογεῖται.* Qvæ nihil ad institutam probationem attinent, nec illis omnino verbis hominem extitisse docet Apostolus. Qvare mendosus hic locus videtur; & ita corrigendus, *δῆλον οὖν ὅτι ἐξ ἑτέρων γενεαλογεῖται.* Nam ex eo, qvod Apostolus dicat, Melchisedecum *οὐ γενεαλογεῖσθαι ἐκ τοῦ Ἀβραάμ*, aut *ἐκ τῶν Λευιτῶν*, utcunqve seqvitur *ἐξ ἑτέρων γενεαλογεῖσθαι*, hoc est externæ, diversæqve ab illis stirpis fuisse.

Ἠλίας ὁ Θεσβίτης.] Eliam è Sacerdotali fuisse stirpe Hebræorum fert opinio: qvi eundem illum faciunt cum Phineez Eleazari Filio. Hanc opinio-

nem refert Kimchius ad Lib. III. Reg. Cap. XVII. nec in ea tamen acqviescit: amplectitur autem Elias in voce Thisbi. Neqve verò id Hebræi veteres omnes arbitrari sunt. Siqvidem ex eodem Davide constat, nonnullos è Tribu Gad; alios e Tribu Benjamin Eliam oriundum putasse. Ipse autem certi nihil affirmat. E Christianis præter Epiphanium, Alexandrinum Chronicon pag. 376. Sacerdotalem Eliæ originem adscribit, additqve Thisbiten dictum à Thisbi Sacerdotali urbe in Arabia. Qvod ex Libro de Vita Prophetarum, qvi Epiphanii nomine inscribitur, mutuatum videtur. Ἠλίας, inqvit, ὁ Προφήτης οὗτος ἦν ἐκ Θεσβῶν, ἐκ γῆς Ἀράβων, ἐκ φυλῆς Ἀαρὼν, Λευίτης, οἰκῶν ἐν Γαλαὰδ, ὅτι ἡ Θέσβις δῶμα ἦν τοῖς ἱερεῦσι δεδομένη. Qvem ad locum Superintendens nescio qvis è Lutheranis qvi novissimè Librum illum de Prophetis interpolavit, mirificè æstuat, ut illas voces ἐκ γῆς Ἀράβων, expungat. Qvas qvidem parenthesi inclusit, ut alienas esse significet. *Si enim*, inqvit, *Thisben in Arabia collocabimus, non amplius ad cives Gileaditicos, vel ad regnum Israeliticum pertinebit.* Hic conjecturam suam adtexit: & videlicet qværenda occasio fuit adversus Monachos declamandi, qvorum inscitiâ intrusas illas voculas suspicatur. Cùm enim ἐκ φυλῆς Ἀαρὼν legeretur, aliaqve ad marginem adnotata foret lectio, ἐκ γῆς Ἀράβων, *ea crescente*, inqvit, *Monachorum barbarie in ipsum authoris contextum recepta fuit.* Sed in ea conjectura summam iste Pastor imperitiam suam, ac levitatem detexit. Neqve enim scivit, Arabiam olim latissimè patuisse, ut non modò Transamnanæ, seu Peræx optimam partem, sed etiam Cœlesiriam ac Damascum complexa sit. Siqvidem regio ipsa Basan, & Galaaditis Arabia continebatur, authore Hieronymo in II. Esa. & in Abdiam: ubi qvæ priùs vocabatur Galaad, eam posteà nominatam Arabiam, & postremò suo tempore Gerasam, observat. De Damasco Tertull. Lib. III. con. Marc. Cap. XIII. *Damascus*, inqvit, *Arabiæ retrò deputabatur, antequam transcripta esset in Syrophœnicen.* Arabiæ itaqve nomine Liber ille de Prophetarum Vitâ Galaaditidem intellexit. At Kimchius, ita nominatum putat: מעיר ששמה תושב היה תחלה ואחר כך ישב בגלעד hoc est, *ab urbe, in qva primum habitavit; unde postea in Galaad migravit.* Qvæ qvidem Davidis verba Elias Levita Hebræus doctissimus neqvaqvam intellexit. Nam illius sententiam sic exponit: והרד״ק פירש שבראשונה ישב בעיר ששמה תושב ואחר כך ישב בגלעד אבל לא פירש למה נקרא מתושבי גלעד Hoc est: *R. D. Kimchi sic interpretatur. Quod initio habitaverit in urbe, cujus nomen erat Toschab: postea verò in Galaad migraverit. Verùm non explicat; qvare dictus sit ex habitatoribus Galaad.* Atqvi aliter, nisi fallor, Kimchius accipiendus est. Non enim censet nomen urbis fuisse תושב, qvod absurdum est, sed ibi, in ea scilicet urbe: hoc est Thisbi, principiò consedisse. Qvare legendum est שָׁמָּה non שְׁמָהּ. Neqve verum est, qvod Elias subjicit; causam à Davide nullam afferri, cur Eliam scriptura dicat esse ex habitatoribus Galaad: cùm expressis verbis hanc ipsam significet: qvoniam Thisbi profectus in Gaaladitidem migraverit. Elias verò Levita urbem in Galaad Thisbi fuisse docet; qvæ cum ab Israelitis post illam Gabionitarum cladem, qva Galaaditæ pariter involuti sunt, Jud. XXI. solo esset æqvata; pleriqve, qvi cædem illam effugerant reversi postea oppidum instaurarunt; ab eoqve casu תושבי גלעד nominati sunt.

Qvorum unus Elias fuit. Nam illis vixiſſe temporibus argumento eſt, qvòd tum ſuperſtes erat Phinees; qvem eundem eſſe cum Elia Magiſtris placet. Hæc Levita. Qvæ ſunt inſulſiſſima. Fingamus enim Eliam eſſe Phinees; qvomodo is ad necem qvæſitus ab Iſraëlitis, ac fuga lapſus credi poteſt, qvi ab illorum partibus ſteterit, iisdemqve præfuerit? Atqvi hanc eandem de Phinees fabulam, qvòd idem ſit cum Elia, habet Hieron. Lib. Qvæſt. Hebr. in Paralip. cujus authoritate fretus Petrus Damianus Epiſt. IV ad Nicol. Pontificem eandem pluribus exponit. Qvod ne refutationem qvidem meretur. Abulenſis ſacerdotem fuiſſe negat omnino: ſed leviſſima conjecturâ; qvòd Galaaditidis incola nominetur. Imò verò ſaltem ex eo contrariæ ſuſpicioni locus; qvoniam מתשבי *ex inqvilinis* fuit; hoc eſt non indigena, neqve ex illa Tribu, ſed peregrinus, & in alieno ſolo degens. Verùm in re dubia utrinqve larga divinandi ac ſomniandi copia eſt. Nos otioſi non ſumus. Qvod ad oppidum verò Thisbi pertinet, de ejus ſitu nemo certi aliqvid prodidit: niſi qvod Tobiæ I ex LXX translatione Thisbi, è qvo oriundus fuiſſe Tobias aſſeritur, in Galilæa ponitur, ſupra Aſer: qvæ in Latina minimè reperiuntur. Sed & Mazius ad XI Joſue Θησβῆς pro Θισβῆς ſcribendum exiſtimat. Joſephus Lib. VIII Cap. VII Thesbonem Galaaditidos urbem Eliæ patriam eſſe dicit.

Ἀδελφὸς γέγονεν Ἰωδαέ.] Hic eſt Joiadas Pontifex, qvi ſub Athalia, & Joas Sacerdotio functus eſt; ſub hoc verò mortuus; cùm vixiſſet annos CXXX. Torniellus anno mundi 3191 mortem illius, Joas triceſimo qvinto ferè, conſignat. Cœpit autem Joas, ex Chronologia noſtra, Per. Jul. 3836; proinde 35 ejusdem convenit in A. Per. Jul. 3870, è qvibus detractis 130. reliqvi ſunt 3740. Itaqve anno Per. Jul. 3741. præter propter natus eſt Jojadas, Roboami 2. annis poſt Templi conditum plus minus XXXI. Qvod ſi Jojadæ frater Elias fuit, & Achimaaz filius, conſeqvens eſt Azariam eundem eſſe cum Joiada. Qvippe Lbri I Par. Cap. VI à Sadok usqve ad Templi excidium Sacerdotum ſeries iſta proponitur.

1	Sadoc
2	Achimaas
3	Azarias
4	Johanan
5	Azarias
6	Amarias
7	Achitob
8	Sadoc
9	Sellum
10	Helcias
11	Azarias
12	Saraias
13	Ioſedec

Fuerit igitur Azarias idem ac Jojadas; qvod nonnullos arbitratos esse testatur Abul. in hunc locum Lib. I. Paralip. Sanè pertricosa res est Judæorum Pontificum successio; qvorum nomina apud Josephum ab iis, qvæ in Lib. Paralip. traduntur, diversissima sunt. Expeditissima conciliandi ratio est; ut plerosqve multiplici nomine præditos affirmemus. Cæterum in Sacerdotali Eliæ, ac Joiadæ stirpe duos prætermisit Epiphanius: Nam Aziam, qvi est in Scriptura Ozi, filium fuisse Phinees tradit, cùm ejus pronepos fuerit. Omisit enim Abisue & Bocci.

Η *μόνον ἐν ταῖς Παραλειπομέναις.*] De Eliæ stirpe in Paralipom. libris qvod sciam verbum nullum. Alioqvin sublata omnis esset illa de Eliæ qvæstio, si de qva tribu natus esset, vel levissimè significaret.

Σαμαρεῖται μὲν γὰρ τοῦτον.] Ita sensisse Judæos declarat Hieron. ad Evagrium Epist. CXXVI. & ex Midrasch Agada docet R. Selomoh in XIV. Gen. nec non & Aben Hezra. Nec dubium est, qvin ex Hebræorum & Latinorum rationibus congruant tempora. Nam Abrahamo supervixit Sem annos XXXV. At ex LXX. seniorum editione neqvaqvam conveniunt; ut rectè colligit Epiphanius. Verùm de has Judæorum, aut Samaritanorum opinione, ac cæteris de Melchisedeco veterum erroribus pluribus agit Hieron. loco citato; copiosissimè verò recentiores sacrarum literarum Interpretes, & Chronologi; ut eo minùs in hac qvæstione commorari necesse sit. N. VI.

Ο*τε γὰρ* Α*βραὰμ ὑπῆρχεν.*] Falsus est aliqvot annis numerus iste. Nam ut ex Genes. XVI. cap. constat, LXXXV. duntaxat annorum erat Abraamus cum Agar ancillam duxit, qvod posterius est expeditione illa contra reges IV.

Καὶ ἐξέβαλεν ἄρτους ἄρτον.] Egregius hic locus ad tuendam ab Hæreticorum calumniis communem PP. omnium authoritatem, ac sententiam; qvi ex illis Geneseos verbis deducere solent, Melchisedecum ad usum sacrificii panem, & vinum protulisse, & eo ipso sacrificio incruentum Christi corporis, ac sangvinis adumbrasse sacrificium. Qvod & Hieron. docet Epistola ad Evagr. & veteres, uti dictum est, propemodum omnes; qvorum testimonia à Catholicis Scriptoribus jamdudum studiosè collecta sunt. Sed eximius atqve imprimis disertus est, qvi mihi fortè nunc occurrit Clementis Alexand. locus Lib. IV. Strom. *Μελχισεδὲκ βασιλεὺς Σαλὴμ, ὁ ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου ὁ τὸν οἶνον καὶ τὸν ἄρτον τὴν ἡγιασμένην διδοὺς τροφὴν εἰς τύπον* Ε*ὐχαριστίας.* Vide August. Epist. XCV.

Ο *δὲ τοῦ* Α*βραὰμ πατήρ.*] Qvod Abraamum anno ætatis suæ LXX. genuerit Thare disertè Scriptura docet; ac tergiversationem omnem excludit. Nec aliter vetustissimi qviqve Patres eum locum interpretati sunt: ut vel contrariæ opinionis patroni fateri coguntur; qvi contra Mosis authoritatem, non LXX, sed CXXX. Thare anno natum Patriarcham videntur asserere. Viderint illi, qvàm rectè tot sæculorum, adeoqve PP. omnium consensum repudient. Nos qvæ ab illis opponuntur tanti esse non credimus, ut propterea lucere meridie negandum sit.

Jam verò hac in generationum descriptione non ab Hebraicis modò

fontibus, ſed etiam à LXX Seniorum numeris, cujusmodi hodiè extant, aberrat Epiphanius. Dabo hîc Hebræorum ac Græcorum ſeriem; ut qvæ obſervanda ſunt facilius qvisqve percipiat.

Hebræorum & Latinorum ſeries.		Ex editione vulgata LXX ſeniorum.		Vixerunt poſt Generationem. Ex Hebræis, & Latinis.	Vita integra
Sem poſt diluvium genuit anno	2	Sem anno	2	500	600
Arphaxad	35	Arphaxad	135	303	338
Sala	30	Cainan	130		
Eber	34	Sala	130	403	433
Phaleg.	30	Eber	134	430	464
Reu	32	Phaleg	130	209	239
Seruch	30	Reu	132	207	239
Nachor	29	Seruch	130	200	230
Thare	70	Nachor	179	119	148
Abraham		Thare	70	135	205
Colliguntur ad Abraami ortum anni 292.		Colliguntur ad Abraami ortum anni 1172.			

Atqvi ex Epiphanii ratione colliguntur anni duntaxat DCCCCXLII à Diluvio ad Abraami ortum. Differentia eſt annorum CCXXX, qvi in LXX ſeniorum Editione ex CXXX Cainan, & centenis Nachoris conſurgunt. Vulgò enim Nachor CLXXIX tribuuntur, ab Epiphanio verò LXXIX. At verò in Præfatione hujus operis, & in Ancorato Num. CXVI easdem illas γενεάς pertexens Cainan inſeruit. Ut illud appareat; LXX Seniorum editionem hac in parte variam & interpolatam fuiſſe. Nam alii codices Cainan aſciſcebant; alii expungebant. Siqvidem apud Euſebium Edit. Græcæ Pag. 9. ex Africano, & LXX Interpretibus, nec non ex Samaritanorum Hebraicis exemplaribus in hujus genealogiæ contextu Cainan omiſſus eſt; nec annorum ſumma DCCCCXLII excedit à diluvio ad Natalem Abraami: qvot videlicet annos Epiphanius hoc loco numerat. Qvare Euſebium hîc qvidem ſecutus eſt.

De Cainano vetus eſt qvæſtio, qvæ à recentioribus variè diſceptari ſolet. Mihi prætermittendus omninò videtur: cùm nec in Hebraica veritate, nec in Latinorum editione extet uſpiam. Qvod enim vitium in Hebræos codices irrepſiſſe nonnulli ſtatuunt; nimis hoc otiosè fingitur. Lucæ authoritas graviorem facit controverſiam. Sed & huic à piis, &

eruditis viris jampridem satisfactum est. Cùm enim Græcorum codices vulgò Cainanum exhiberent, Lucas, qvi Græcis scribebat, non aliunde genealogiam istam, qvàm ex illorum libris exscripsit: ideoqve & Cainanum inseruit, qvem si alioqvi prætermitteret, Græcos ipsos offenderet. Qvare nihil alterutram in partem affirmans, qvas in Græca editione generationes repererat, simpliciter reddidit. Qvemadmodum si qvis Æthiopas Catholicam ad fidem perducere volens, regum illorum successionem ex vulgatis eorum Annalibus excerperet; tametsi qvispiam intrusus in numerum fuisset, non hæc Catholici Scriptoris, sed historiarum & Annalium esse culpa crederetur. Hoc ego cum Perrerio nostro, Jansenio, Genebrardo, aliisqve doctis, & piis Scriptoribus probabile censeo.

Ἔβερ δ' γεννᾷ τὸν Φαλέκ.] Mendum est non Epiphanii, sed Librarii in numerorum nota. Leg. itaqve *ρλδ'* ut ex seqventi collectione perspicuè constat.

Κατὰ δ' ψῆφον ἄλλων ἀντιγράφων.] Qvænam illa sint exemplaria, qvæ ab ortu Sem ad LXXX, vel XC Abraami, annos putent DCXXVIII, hoc est à Diluvio ad Abraami ortum CCCXLVIII, comperire non potui. Neqve enim Hebraica aut Samaritana, aut postremò LXX Seniorum editiones ita numerant. Qvocirca vereor ut integræ sint numerales Epiphanii notæ. Secundum Samaritanos; & nonnulla LXX Interpretum exemplaria, qvæ à Diluvio ad ortum Abraami annos numerant DCCCCXLII, additis CLXXX fiunt; ab ortu Sem ad LXXX Abraami anni MCXXII.

N. IX. *Τὸ γὰρ μυογαλίδιον.*] Nicander Ther.

Τυφλὴν τε, σμερδνὴν τε βροτοῖς ἐπὶ λοιγὸν ἄγουσαν
Μυγαλέην τροχοῇσιν ἐνὶ θνήσκουσαν ἁμάξαις.

Scholia docent in rotarum orbitis deprehensum murem araneum, qvod cæcus sit, illic interfici. At Plinius Lib. IX, C. XVIII. *Iidem ubicumqve sint, orbitam si transiere, moriuntur:* qvasi non obtritu rotarum, sed vi qvadam orbitis ipsis indita conficiantur.

Εἰς λώβησιν κελεφίας.] Diu qvid esset *κελεφίας λώβησις* ignoravimus: tametsi doctissimos plerosqve viros, ac præsertim medicos de ea voce consuluissemus. Qvare Græcum ipsum nomen in Latina interpretatione exprimendum putavimus, & ad marginem hæsitationem nostram ingenuè professi sumus. Inter omnes, qvos adhibui, constabat depravatum hoc esse vocabulum. Qvibus ne assentirer obstabat, qvod aliis in locis sine ulla varietate vox eadem repetita legeretur. Velut Hæresi LXVI, N. IX, & XXVIII, ubi Manichæorum hoc esse decretum asserit, ut qvi hominem occiderit *εἰς κελεφοῦ σῶμα, ἢ εἰς μυῶν, ἢ εἰς ὄφιν* transiret post obitum. Tandem verò à Græcis ipsis didici vulgari Græcorum idiotismo *κελεφὸν* appellari *τὸν λεπρὸν*, & *κελεφίαν* lepram. Qva in significatione vocis acqviescendum arbitror. Neqve enim apud scriptorem ullum vox hæc à me lecta, nec uspiam reperta. Cæterum qvi à mure araneo icti fuerint, hæc ipsa, qvæ narrantur ab Epiphanio, experiri eos author est Aëtius Lib. XIII cap. XIV. *Qvi igitur ab eo morsi sunt,* ait, *bis vulnera manifesta fiunt. Qvadrifido enim ordine vulnera conspicientur. Et sangvis qvidem primùm purus promanat, paulo pòst verò saniosus. Animal enim ipsum putrefactione occidit. Consveverunt enim bullæ exsurgere, qvas si qvis*

dirumpat, carnem subjacentem faculentam videbit per fissuras disparatam. Inflatio autem sequitur demorsos.

Τὸ δικαίωμα ὑπάρχει.] Hebraicum est משפט *mos, consvetudo, proprium qviddam.* Jus in scripturis plerumqve redditur, qvod tamen ad justitiam, & æqvitatem referre non perpetuò licet. Ut cùm I. Reg. Cap. VIII, 11. Samuel Israëlitis regem postulantibus regni jus exponit: *Hoc erit jus regis, qvi imperaturus est vobis.* Τοῦτο ἔσαι τὸ δικαίωμα τοῦ βασιλέως τοῦ βασιλεύοντος ἐφ' ὑμᾶς. Ubi vox ipsa juris non sic interpretanda videtur, qvasi qvæ seqvuntur regibus facere, atqve usurpare licuerit; qvæ magna ex parte iniqva, ac nefaria sunt; sed jus pro prava consvetudine, & περιχρήσει sumitur I: qvemadmodum R. Levi, & R. David explicant: שאין המלך מותר (ait Levi) ואחשוב באיתם הענינים שזכר אבל רצה שמואל ליראם ולבהלם והודיע מה שיעשה המלך כשיתחזק על מלכותו כשיקשה להם מסת שאי אפשר לעשותו מצד משפטי התורה. *Existimo regi neqvaqvam ea licuisse omnia, qvæ commemoravit. Verùm Samuel perterrefacere illos, ac metum incutere voluit: & indicavit qvanam rex facturus esset, ubi semel regnum suum constituisset: qvando durius illis onus imponet, qvàm ex legis præscripto facere possit.*

AD HÆRESIM LVI, QVÆ EST Bardesanistarum.

N. I. De Bardesane meminit Eusebius Lib. V. cap. ultimo, August. Philastrius, Theodoretus, & alii. Vide Ann. Bar. A. CLXXV.

Απολλωνίῳ δὲ τῷ τοῦ Αντωνίνου.] Hic est Apollonius Chalcidensis, de qvo Eusebius in Chron.

Φόρτον ἀσυνείκαστον.] Hoc est qvod nulla conjectura præ copia, ac pretio potest assеqvi. Qvod simplicius mihi videtur, qvàm qvod Casaub. placebat ἀνείκαστον, sic enim legit idem esse, atqve *minimè congruentem.*

AD HÆRESIM LVII, QVÆ EST Noëtianorum.

N. I. Τῆς Εφέσου πόλεως.] Theodoretus Smyrnensem facit.

Διὰ τὸ μηδένα περὶ αὐτοῦ, &c.] Imò diu anteqvam Noëtus emergeret, idem ille error patronos habuerat, ut ex Tertul. Cypriano Ep. LXXIII, Ignatio Epist. ad Philipp. colligit Pammelius, & Baronius. Hos verò Patripassianos appellat Cyprianus, & Marius Victorinus I. Con. Arium.

N. III. Ιδοὺ συνήσει ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός.] Isa. XLII. ita legitur: Ιακὼβ ὁ παῖς μου, ἀντιλήψομαι αὐτοῦ· Ισραὴλ ὁ ἐκλεκτός μου προσεδέξατο αὐτὸν ἡ ψυχή μου· δέδωκα τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτόν. Ubi priora illa, ἰδοὺ συνήσει, nusqvam comparent: qvæ ab Epiphanio constanter præfixa sunt, qvoties Isaiæ locum illum citavit, qvod sæpius fecit. Nam hæc vocabula Ιακὼβ, Ισραὴλ apud LXX. obelo notata sunt, & à cæteris Interpretibus omissa, cùm in Hebræo minimè reperiantur, ut testatur Eusebius L. IX. de Demons. Evang. Jam verò pro his προσεδέξατο αὐτὸν &c. qvædam Edit. habebant olim ὃν ᾑρέτισεν ἡ ψυχή μου, Al. ὃν ᾑρέτισα, εἰς ὃν ηὐδόκησεν, &c.

N. VI. Ωσπερ γε κακῶ κυνὶ ὄνομα λέων.] Insignis ad eandem sententiam locus est

ex Helladii Chrestomathiis apud Photium. Ὅτι τὸ μὴ λέγειν δύσφημα πᾶσι τοῖς παλαιοῖς μὲν φροντὶς ἦν, μάλιστα δὲ τοῖς Ἀθηναίοις. διὸ καὶ τὸ δεσμωτήριον οἴκημα ἐκάλουν, καὶ τὸν δήμιον κοινὸν, τὰς δὲ ἐριννύας εὐμενίδας, ἢ σεμνὰς θεὰς, τὸ δὲ μύσος ἄγος, τὸ δὲ ὄξος μέλι, καὶ τὴν χολὴν γλυκεῖαν, τὸν δὲ βόρβορον ὀχετὸν, &c. Ita apud Hebræos שברירי est cæcus, cùm & radium significet à splendore. Qvòd verò mel acetum apud Atticos dictum sit, id ex Plinio confirmari posse videtur: qvi L. XI. cap. XV, in omni melle qvod per se fluit, acetum dici memorat. Qvanqvam nos *acetum* legendum esse disputavimus ad Themistium.

AD HÆRESIM LVIII, QVÆ EST Valesiorum.

N. I. Καὶ τὸ μὲν ὄνομα Ἀραβικόν.] Imò Latinum; *Valens.*

Καὶ αὐτοὶ δὲ περὶ ἀρχῶν.] Videtur nonnihil deesse, qvòd suspensa sit horum verborum sententia, οὕτως δοξάζουσι.

Καὶ ἐπὶ συμψελίοις δήσαντες.] Aut depravata, aut ignota mihi vox est συμψελίοις. In qva divinationibus ac conjecturis ludere facile est.

N. III. Ὅσοι δὲ εἰς τὸ πρόχειρον.] Exscripsit hunc Epiphanii locum Anastasius Episcopus Nicenus Qv. LXXIX Tom. I Bibl. PP. ubi Mat. locum illum ex cap. XIX plurimorum Patrum collectis sententiis illustrat.

AD HÆR. LIX, QVÆ EST NOVATIANORUM.

DE POENITENTIÆ VETERE IN ECCLESIA RATIONE DIATRIBA.

Qvæ fuerit Novatianorum Hæresis.

ECCLESIASTICÆ rei, functionisqve præcipua pars Pœnitentiâ, ejusqve usu, & administratione continetur. Testantur id imprimis vetera omnia Concilia; & SS. P P. decreta, qvæ in hac una re gubernanda & constituenda potissimum laborant; ac de Pœnitentium variis ordinibus, & gradibus, deqve singulorum tempore, modo, ac ratione studiosè præscribunt. Qvam qvidem Christianæ disciplinæ partem, unaqve & Ecclesiæ potestatem oppugnare, ut olim Novatiani, sic nostrates Hæretici omni ope ac ratione conantur. Qvæ mihi caussa satis idonea visa est; cur de Pœnitentia ipsa ad hanc Novatianorum Heræsim plenius aliqvid vellem uberiusqve disserere. Neqve verò qvæ ad eam attinent, universa complectar; sed ea scilicet attingam, qvæ ad Catharorum Hæresim, atqve Epiphanii disputationem illustrandam neces-

De Pœnitentia ritu in Vetere Ecclesia.

In Novati, et Novatiani nominibus error Veterum.

ſaria videntur. Ac primum de illius ſectæ, ac ſchiſmatis authore, deqve ejus dogmate pauca qvædam e multis libanda ſunt.

In qvo plerosqve veterum Patrum, ac potiſſimum Græcorum aberraſſe conſtat: qvi duos Sectæ hujus architectos in unum miſcent, ſimilitudine nominum decepti; Novatum, & Novatianum. Qvorum ille Africanus Epiſcopus fuit; cujus turpiſſimam, ac flagitioſiſſimam vitam, avaritiæ ſordes, crudelitatem, nefanda parricidia deſcribit Cyprianus Ep. XLIX. Idem verò, cùm in Lapſorum gratiam, qvos Cyprianus diuturniore, ſeverioreqve diſciplina coërcendos decreverat, Feliciſſimus Presbyter ſchiſma conflaſſet, ad hujus factionem adhæreſcens Africanam imprimis Eccleſiam permiſcuit. Inde Romam navigans. Novatianum illic Presbyterum reperit; qvem ob prælatum ſibi Cornelium Papam odio invidiaqve flagrantem animadvertens, communicatis cum eo conſiliis, aliud, & à priore longè diverſum ſchiſma condidit. Non enim Lapſorum ut cauſſam ſuſciperet, eosqve qvamprimùm paci & Eccleſiæ reſtitueret, à Cornelii communione diſceſſit, ſed è contrario qvod nimiam ejus in illis reconciliandis facilitatem lenitatemqve damnaret. Sic igitur Novatianorum ſecta ab ambobus illis authoribus profecta, à poſteriore præſertim, hoc eſt Novatiano, magnum incrementum accepit. Sed Græci, uti dixi, Patres unum duntaxat Sectæ conditorem nominant, Novatum ſive Ναυᾶτον, Romanum Presbyterum: qvemadmodum Euſeb. L. VI. Hiſt. C. XXXV. Theodoretus, Epiph. hoc loco, Gregorius Nazianz. adeoqve Socrates Novatianus & ipſe; & complures alii. Imò etiam è Latinis Auguſt. Lib. de Hær. Philaſtrius, Ambr. in L L. de Pœn. Diſtingvit autem Cyprianus paſſim in Epiſt. & Pacianus, ac Latini omnes, qvi de hac Hæreſi ſubtilius diſputarunt.

Qvod fuerit dogma Novatianorum.

Jam Novatiani dogma qvale fuerit Epiphanius ſtatim initio Hæreſis aperit: nimirum pronunciaſſe ipſum; Nullam ſalutis ſpem ſupereſſe lapſis, qvod unum duntaxat eſſet pœnitentiæ genus in Baptiſmo. Qvod ita Theodoretus concipit: *μὴ χρῆναι τοὺς ἀρνηθέντας σωτηρίας τυχεῖν.* Verùm non ea Novatiani opinio fuit; eos qvi gravioris peccati noxam contraherent, ab omni ſpe conſeqvendæ ſalutis excludi. Nam & illos ad capeſſendam pœnitentiam hortari ſolebant; & ut Divinam clementiam lacrymis ac ſordibus elicerent identidem admonebant. Sed hoc unum negabant, ad Eccleſiæ ac fidelium communionem recipi ampliùs oportere: neqve penes Eccleſiam reconciliandi jus ullum ac poteſtatem eſſe. Qvippe unicam illam peccatorum indulgentiam in illius arbitrio verſari, qvæ per Baptiſmum obtinetur. Declarat hæc Socrates L. IV. C. XIII. Scripſiſſe videlicet Novatum *ταῖς πανταχοῦ Ἐκκλησίαις, μὴ δέχεσθαι τοὺς ἐπιτεθυκότας εἰς τὰ Μυστήρια· ἀλλὰ προτρέπειν μὲν αὐτοὺς εἰς μετάνοιαν, τὴν δὲ συγχώρησιν ἐπιτρέπειν θεῷ τῷ δυναμένῳ, καὶ ἐξουσίαν ἔχοντι συγχωρεῖν ἁμαρτήματα.* Sed & Ambroſius L. I. de Pœnitentia C. II. cùm ita illos redarguit. *Qvid autem durius, qvàm ut indicant pœnitentiam, qvam non relaxent, cùm utiqve veniam negando incentivum auferant pœnitentiæ? Nemo enim poteſt benè agere pœnitentiam, niſi qvi ſperaverit indulgentiam.* Hæc Ambroſius. Qvi paulo pòſt Novatianorum doctores ait, *omnia peccata Stoicorum qvodam more paribus æſtimaſſe menſuris:* hoc eſt, ut ſeqventi capite docet, nullo criminum delectu habito, omnibus ex æqvo veniam negaſſe; itaqve ſenſiſſe

Novatum. Perperam enim, ut monuimus, Novatum pro Novatiano solet usurpare: Cùm hoc, qvod ipse narrat, Novatiano potius congruat, qvi Stoicæ sectæ, ac Philosophiæ sese dediderat. At Novatiani magistri sui acerbum nimis austerúmqve decretum ea moderatione temperarunt, ut gravioribus duntaxat criminibus veniam negarent, levioribus tribuerent. Sic enim Ambrosius: *Sed ajunt se exceptis gravioribus criminibus relaxare veniam levioribus. Non hoc qvidem author vestri erroris Novatus; qvi nemini pœnitentiam dandam putavit, ea scilicet contemplatione, ut qvod ipse non posset solvere, non ligaret; ne ligando speraret à se faceret solutionem. In eo igitur patrem vestrum propria damnatis sententia, qvi distinctionem peccatorum facitis, qvæ solvenda à vobis esse putetis, & qvæ sine remedio esse arbitremini.* Atqve ut propiùs ad ea disputanda veniamus, qvorum caussa longius in hac Diatriba procedere statuimus; Sciendum est, non pro eo, qvod Lapsos ad communionem, & Ecclesiasticam pacem admittendos negarent, Novatum & Novatianum Hæreticos habitos, atqve ab Ecclesia Catholica proscriptos fuisse: sed qvòd nullum ad eos reconciliandos condonandáqve delicta jus in Ecclesia esse perfidiosè, ac crudeliter asseverarent. Qvòd, inqvam, clavium, ut vocant, potestatem Ecclesiæ, ac Sacerdotibus detraherent, ut reliqvos eorundem errores omittam, Novatiani tanqvam Hæretici damnati sunt, Alioqvi Lapsos, hoc est Idololatriæ contagione pollutos, in perpetuum ab Ecclesia summovere nondum pro Hæretico decreto cognitum fuerat. Qvinetiam priscis illis florentis Ecclesiæ temporibus certis peccatorum generibus communione interdictum, & qvidem perpetuò fuisse, qvam-plurima Concilia, ac SS. PP. testimonia declarant. Qvod cùm ad antiqvam Ecclesiæ disciplinam cognoscendam pernecessarium sit, & ad varios usus opportunum, nos qvæ de ea re longo studio, ac diligenti lectione conqvisivimus, in Theologorum potissimum gratiam, paulò accuratiùs explicabimus.

De Pœnitentia ritu in vetere Ecclesia. Novatiani præceptori sui dogma temperant

---

QVIBUSNAM PECCATORUM GENERIBUS, ET QVATENUS NEGATA COMMUNIO SIT IN Ecclesia veteri.

NULLUM esse delicti, flagitiiqve genus, qvod non eadem illa, qvæ ligare ac retinere potest, solvere ac remittere possit Ecclesiæ potestas, neqve probandum hoc loco est, neqve ab aliis, qvàm ab Evangelij, atqve Ecclesiæ desertoribus, in controversiam adducitur. Hujus verò potestatis usum, cùm in ejusdem Ecclesiæ arbitrio positus sit, variè temperatum & administratum esse non dubium est; & ad continendam sanciendámqve disciplinam severioribus interdum legibus, & institutis adstrictum. Qvocirca sub ipsum Christianæ religionis exordium, flagrante peræqve studio pietatis, & improbitatis odio, multo & graviores in delicta pœnæ, & diu-

De Poenitentia ritu in vetere Ecclesia.

cutiores constitutæ sunt. Quæ res eo usqve progressum habuit, ut atrocioribus qvibusdam sceleribus venia, indulgentiáqve funditus denegata fuerit, nunqvam ut cum Ecclesia reconciliari possent. Qvod ut ab hodiernis moribus & institutis abhorrens ne qvis incredibile forsitan arbitretur, authorem dabo Tertullianum, qvi in Libro de Pudicitia claré id, ac disertè testatur. Scripsit autem hunc Librum cùm jam ex Catholico Montani factus esset assecla, adversus Zephyrini Papæ decretum, qvo is adulteros post pœnitentiam admittendos edixerat: *Pontifex scilicet Maximus* (Tertulliani verba sunt) *Episcopus Episcoporum dicit: Ego & mœchiæ, & fornicationis delicta pœnitentia functis dimitto.* Qvod summi Pontificis edictum Tertullianus oppugnans, ex eo redarguit, qvòd cum tria sint gravissima scelera, Idololatria, homicidium, & adulterium, exclusis & in perpetuum rejectis duobus reliqvis, solum adulterij crimen ad veniam exceperit. *Qvid agis*, inqvit, *mollissima, & humanissima disciplina? Aut omnibus eis hoc esse debebis. Beati enim pacifici: aut si non omnibus, nostra esse. Idololatram qvidem & homicidam semel damnas, mœchum verò de medio excipis, Idololatriæ successorem homicidij antecessorem, utriusqve collegam? Persona acceptatio est, miserabiliores pœnitentias reliqvisti. Planè si ostendas de qvibus patrocinijs exemplorum, præceptorum cœlestium, soli mœchiæ, & in ea fornicationi qvoq; januam pœnitentiæ expandas* Hæc Cap. V. At postea C. IX: *Hinc est qvod neqve Idololatriæ, neqve sangvini pax ab Ecclesiis redditur.* Qvæ qvanqvam Montani jam imbutus errore scripserit; ex ipsa tamen argumentandi ratione colligitur, certis criminibus pacis, ac veniæ spem per illa tempora subtractam fuisse. Ut enim ex eo, qvod in Libro de Jejunio contra Psychicos, Catholicos reprehendit, qvod unico Qvadragesimæ jejunio contenti cætera à Montanistis inventa repudiarent, qvadragesimalis jejunii vetustas hoc ipso Tertulliani testimonio contra Hæreticos hodiernos adstruitur: Ita profectò duobus illis saltem, vel tribus initiò peccatis pacem nullam ab Ecclesia concessam, ex ejusdem authoritate, ac ratiocinatione concludi non immeritò potest. Ac nescio an & idem Pacianus Barcilonensis Episcopus docuerit in Parænesi ad Pœnit. qvæ est Tomo III. Bibl. PP. In qva peccatorum genera duo distingvit: Alia qvæ capitalia vocat, qvæqve Joannes Ep. I. cap. V *ad mortem* esse dixit. Ea verò non alia sunt, qvàm tria illa, qvorum Tertullianus meminit, Idololatria, fornicatio, & homicidium, qvæ Act. XV in Synodica illa Apostolorum Epistola nominatim prohiberi putat. *Despectus*, inqvit, *in multis Spiritus sanctus hæc nobis capitalis periculi conditione legavit. Reliqva peccata meliorum operum compensatione curantur. Hæc verò tria crimina ut Basilisci alicujus afflatus, ut veneni calix, ut lethalis arundo, metuenda sunt.* Ac nonnullis interjectis: *Hæc qvicunqve post fidem fecerit, Dei faciem non videbit. Desperavere tantorum criminum rei. Qvid vobis ego feci? Nunqvid non fuit in potestate ne fieret? Nullusne admonuit? Nemo prædixit? Tacuit Ecclesia? Nihil Evangelia dixerunt? Nihil Apostoli comminati sunt? Nihil rogavit sacerdos? Qvid qværitis sera solatia? Tunc decuit, cùm licebat. Dura ista vox est: sed qvi vos felices dicunt in errorem vos mittunt, etc.* Hæc igitur persvadere possunt, in Hispania saltem pristinam illam disciplinæ severitatem Paciani tempore viguisse. Tametsi ne id penitus affirmem, prohibent illa, qvæ proximè subjunxit. *Accipite remedium, si desperare cœpistis; si miseros vos agnoscitis;*

si

fitimetis. Nisi hoc fortasse remedium ad solam Pœnitentiam pertineat, qvæ in eo genere peccati relaxanda nunqvam fuerit. *De Pœnitentiæ ritu in Vetere Ecclesia.*

Ex iisdem, nisi fallor, fontibus Eliberitani Concilii decreta illa profecta sunt; qvorum severitas paulo nonnullis acerbior visa eò demum illos impulit, ut ei Concilio culpam, & errorem affingerent. Contra qvos alii Innocentii decreto pugnant; qvi in Epist. III Cap. II tacito nomine illius authoritatem tuetur, & excusat. Ego tam hos, qvàm illos aberrare censeo. Sed Concilii Canones imprimis animadvertendi sunt. In his multa adversus superiora illa, & atrocissima crimina sanciuntur; ac plerumqve ne in vitæ qvidem exitu communio conceditur. Nam in Primo Canone ita PP. constituunt. *Placuit ut qvicunqve post fidem Baptismi salutaris adulta atate ad Templum Idoli Idololatraturus accesserit, & fecerit, qvod est crimen capitale* (Al.lectio; *qvod est crimen principale, qvia est summum scelus*) *nec in fine eum communionem suscipere.* Rursus Can. II: *Flamines, qvi post fidem lavacri, & regenerationis sacrificaverint, eo qvod geminaverint scelera, accedente homicidio, vel triplicaverint facinus, cohærente mœchia, placuit eos nec in fine accipere communionem.* At Can. III: *Si non immolaverunt, sed munus tantum dederunt, placuit in fine eis præstare communionem, acta tamen legitima pœnitentia. Item ipsi, si post pœnitentiam fuerint mœchati, placuit ulterius his non esse dandam communionem, ne lusisse de Dominici communione videantur.* Rursus Can. VII: *Si qvis fortè fidelis post lapsum mœchiæ, post tempora constituta acta pœnitentia, denuò fuerit fornicatus, placuit eum nec in fine habere communionem.* Tu cæteros consule, qvorum pleriqve ad eandem severitatem implicati sunt. In his Communionis nomine sunt qvi Eucharistiam duntaxat intelligant; qvasi à peccatis exsoluti fuerint illi qvidem, sed Dominici corporis minimè facti participes. Qvibus nullo modo ab eruditis conceditur. Neqve enim veteris Ecclesiæ ritu ambo ista sejuncta fuisse putant: neqve qvisqvam pacem ac reconciliationem cum Ecclesia qvam nos *absolutionem* dicimus, obtinuisse videtur, qvin unà participandorum Mysteriorum jus potestatémqve sit adeptus. Nam post Σύςασιν, qvi qvartus ordo Pœnitentiæ fuit, in qvo solam ad orationis communionem admittebantur; subinde nullo interjecto gradu εἰς τὸ τέλειον, qvod ultimum erat, ac perfectissimnm, pervenire solebant. De qvo sub finem disputationis hujus nonnulla differentur. Videamus nunc qvodnam de iis Innocentii judicium extiterit; imò utrum de illis locutus omninno sit, qvod pleriqve omnes existimant. Hic enim epistola III ad Exuperium Cap. II ita scribit. *Et hoc qvæsitum est, qvid de his observari debeat, qvi post Baptismum omni tempore incontinentiæ, & voluptatibus dediti in extremo fine vitæ suæ pœnitentiam simul, & reconciliationem communionis exposcunt. De his observatio prior durior: posterior interveniente misericordia inclinatior est. Nam consvetudo prior tenuit, ut concederetur eis pœnitentia, sed communio negaretur. Nam cùm illis temporibus crebræ persecutiones essent, ne communionis concessa facilitas homines de reconciliatione securos non revocaret à lapsu, negata meritò communio est, concessa pœnitentia, ne totum penitus nega-*

De Pœnitentiæ ritu in vetere Ecclesia.

retur; & duriorem remiſſionem fecit temporis ratio. Sed poſtqvam Dominus noſter pacem Eccleſiis ſuis reddidit, jam depulſo terrore, communionem dari abeuntibus placuit, & propter Domini miſericordiam, qvaſi viaticum profecturis, ne Novatiani Hæretici negantis veniam aſperitatem, & duritiam ſubſeqvi videamur. Tribuetur ergo cum pœnitentia extrema communio, &c. Hunc Innocentii locum, qvòd in eo genere luculentiſſimus ſit, totum adſcripſimus. Cum autem ad Eliberitani Concilii decreta nominatim reſpexiſſe, cùm hæc ſcriberet, Innocentium putent homines eruditi, mihi qvidem non probant. Nam Eliberitanum Concilium καθόλȣ de iis loqvitur, qvi graviora & capitalia delicta commiſerant; qvæ ad tria genera Tertullianus, & Pacianus revocant; qvos qvidem, qvocunqve demum tempore admitti ſeſe poſtulaverint, repudiandos decernit. At Exuperii ſciſcitatio, ad eos tantum pertinebat, qvi poſt atrocia ſcelera pœnitentiam in extremum vitæ tempus diſtuliſſent. Alioqvi cùm infiniti Canones de Lapſorum, ac qvorumcumqve peccatorum pœnitentia, & reconciliatione conditi fuiſſent, tam ante, qvàm poſt Nicænum Concilium; cúmqve Nicænum ipſum de lapſis recipiendis tam diſertè ſanxiſſet; inepta ſanè fuiſſet Exuperii illa qvæſtio, ſi univerſè atqve infinitè percontatus eſſet. Sed nimirum alia, & à lapſis, ac peccatoribus reliqvis illorum ſeparata cauſſa fuit, qvi pœnitentiam ad inſtantis obitus periculum uſqve diſtuliſſent: qvibus etiam moribundis olim interclusa communio eſt. Qvod Cyprianus Epiſtola LI ad Antonianum evidenter ſignificat. Nam cùm adverſus Novatianos ita ſcripſiſſet: *Miror autem qvoſdam ſic obſtinatos eſſe, ut dandam lapſis non putent pœnitentiam, aut pœnitentibus exiſtiment veniam denegandam:* poſtea iſta ſubjicit: *Et idcirco, frater cariſſime, pœnitentiam non agentes, nec dolorem delictorum ſuorum toto corde, & manifeſta lamentationis ſuæ profeſſione teſtantes, prohibendos omnino cenſuimus à ſpe communicationis, & pacis. ſi in infirmitate, atqve in periculo cœperint deprecari; qvia rogare illos non delicti pœnitentia, ſed mortis urgentis admonitio compellit: nec dignus eſt accipere ſolatium, qvi ſe non cogitavit eſſe moriturum.* De iis & Exuperius interrogaverat, & reſpondet Innocentius; qvibus negatam eſſe Communionem mirum videri non debet, cùm vel Catechumenos, qvi, qvòd nondum Eccleſiæ poteſtati ſubditi eſſent, humanius tractandi fuerant, eadem illa Canonum ſeveritas perſtrinxerit. Nam qvi Baptiſmum in obitum uſqve prorogaſſent, non illis qvidem qvod petebant denegatum fuit; ſed iidem velut infamiæ notis inuſti à Sacerdotio penitus arcebantur; qvos etiam Clinicos nominabant: qvod in cauſſa Novatiani teſtantur SS. PP. & Conc. Neocæſarienſe decrevit Can. XII. De Clinicis igitur, ut ita dicam, pœnitentibus accipiendum eſt reſcriptum illud Innocentii. Vel potius, cùm & de illis agat præcipuè, & eô narratio tota referatur; altiùs tamen negotium repetens, qvid de omni peccatorum genere Eccleſiæ conſvetudo tenuerit, in memoriam revocat: qvod ad Clinicos iſtos ſuſpicamur poſtea fuiſſe reſtrictum. Primùm enim de libidinoſis

Innocentii locus explicatur. (margin, beside "viora & capitalia")

Clinici. (margin, beside "notis inuſti")

& incontinentibus rogatus, de lapsis, hoc est Idololatris nominatim decreta profert. Deinde cùm pœnitentiam sine communione concessam asserit, non tam istud ad clinicos, qvàm ad qvoscumqve peccatores attinet. Atqvi de moribundis duntaxat interrogabat Exuperius, & aliter dubitare, hominis erat parum in Ecclesiæ ritibus eruditi. Qvamobrem verisimile est Innocentium hypothesin ad thesim, hoc est generalem disputationem controversiámqve revocasse: & caussam attulisse cur aliqvando tardis illis pœnitentibus; olim verò etiam qvibuslibet graviorum criminum reis, communionis spes præcisa fuerit. Nimirum, qvo pœnarum metu in officio Christiani continerentur, principio communione prohibitos capitalium, uti dixi, scelerum conscios, nec unqvam sive incolumes, sive moribundos Ecclesiæ restitutos. Postea verò nondum penitus constituta pace, pœnitentiam qvidem illis ac communionem indultam, qvi maturè ad eam petendam accessissent, cæteris in perpetuum rejectis. Ac postremò pacatis Ecclesiæ rebus, etiam tardiores illos instante jam morte communionem impetrasse. Tria hæc necessariò distingvenda sunt Ecclesiæ tempora; ut dissidentes à se invicem gravissimorum Patrum authoritates concilientur. Et qvidem prima illa severissimáqve disciplina sub Apostolorum tempora, & ad Tertulliani ferè sæculum obtinuit, qvæ à Zephyrino Pontifice, qvod ad mœchiam spectat, paululum relaxata, Cypriani temporibus majores ad lenitatem progressus habuit. Fuit enim secundum illud maximè tempus, qvo nullum peccati genus à fructu communionis exceptum est; sed ita tamen, si temporiùs se ad pœnitentiam applicarent. Nam tum eos, qvi in obitum usqve proferrent, penitus interclusos fuisse censeo. Tandem verò ne istis qvidem negari communionem placuit, cum instaurata Ecclesiæ libertate, plurimum de antiqvorum rituum severitate, ac duritia decessisset. Per hæc incrementa paulatim, qvantum arbitror, disciplina processit. Neqve tamen ubivis terrarum, & in omnibus Ecclesiis moribus hæc subinde recepta videntur: & cùm aliæ aliis citius adscivissent, veteris instituti, ac severitatis reliqviæ penes aliqvas diu admodum resederunt. Nondum enim generali aliqva sanctione, qva omnes Ecclesiæ tenerentur, ea res constituta fuerat; aut illam certè tardius regionis alicujus consvetudo atqve usus admisit. Qvam in rem facit Cypriani dictum illud Epist. ad Anton. *Et qvidem apud antecessores nostros qvidam de Episcopis istic in provincia nostra dandam pacem mœchis non putaverunt; & in totum pœnitentiæ locum contra adulteria clauserunt; non tamen ab Episcoporum suorum collegio recesserunt.* Hæc ille Novatianum perstringens; qvod ad intempestivam in lapsos crudelitatem, qvod minimè necessarium erat, dissidium adjunxisset; cùm alioqvi de lapsis qvod vellet privatim sentire potuerit, nec ab Ecclesiæ societate divelli. Qvod de Tertulliano perinde usurpandum erat, si tam iste, qvàm Novatianus hactenus processerent; ut Lapsos reconciliari non oportere dicerent, non autem veniæ tribuendæ jus ab Ecclesia prorsus abjudicassent: qvam ob caussam meritò tanqvam hæretici damnati sunt. Jam verò ex illorum numero, qvod spissius, ac tardius in eam lenitatem infractos esse diximus, Hispanienses Ecclesiæ

De Pœnitentia ritu in vetere Ecclesia.

Triplex severitatis Ecclesiasticæ gradus.

De Pœnitentiæ ritu in vetere Ecclesia.

atqve Antiſtites recenſeri debent; qvos non magis qvàm cæteros omnes, adeóqve Eccleſiam initio totam tuetur excuſatqve Pontifex. Volo enim Innocentii verba prudens lector animadvertat, *obſervationem, ſive conſvetudinem priorem tenuiſſe:* qvod de provincialis Synodi canone ac decreto neqvaqvam diceret; ſed de eo utiqve ritu, qvi totius Eccleſiæ ſit, aut majoris ſaltem partis conſvetudine receptus. Qvocircà præclarè id, qvod ſuperius poſitum eſt, hoc Innocentii teſtimonium confirmat: negatam maximis ſceleribus olim communionem fuiſſe: qva poſtea permiſſa, ſoli illi excepti videntur, qvi ad extremum uſqve vitæ periculum in delicto perſeveraſſent. Unde in Concilio Arelat. I, Can. XXIII: *De his, qvi apoſtatant, & nunqvam ſe ad Eccleſiam repræſentant, nec qvidem pœnitentiam agere qværunt, & poſtea infirmitate correpti petunt communionem; placuit eis non dandam communionem, niſi revaluerint, & egerint dignos fructus pœnitentiæ.*

Eſt aliud inſuper in illo Innocentii loco minimè prætereundum; cùm ait *negatam fuiſſe communionem, conceſſam pœnitentiam; ne totum penitùs negaretur.* Ex qvo ita colligere licet: niſi pœnitentiæ nomine abſolutionem Innocentius intelligat, qvæ à Dominici corporis uſurpandi jure diſtincta ſit; de qvo poſtea dicemus: qvibuſdam peccatoribus pœnitentiam ita permiſſam eſſe, ut ea nunqvam relaxaretur. Sic enim ſeſe res habuit. Non temerè qvivis ad pœnitentiam admiſſus eſt: ut, qvamvis nunqvam in gratiam cum Eccleſia rediturus eſſet, tamen cum aliqvo delectu publicam ad ſatisfactionem, pœnitentiámqve reciperetur. Nam & in publica pœnitentiæ functione, vel citra abſolutionis ſpem, ſuus qvidam erat fructus: qvod imprimis fidelium precibus commendatiores eſſent. Qvòd ſi præterea perpetua illa pœnitentia damnatis gradatim, ut cæteris, ad qvartum, ultimumq; ordinem liceret evehi, qvam *σύστασιν* vocabant, non contemnendum operæ pretium extitit; ſi minùs ad pacem, & Euchariſtiæ participationem, ad interiorem tamen orationis, cæterarúmqve rerum ſocietatem transferri. Qvanqvam vix eſt ut credam perpetuis illis pœnitentibus poſtremum illum gradum patuiſſe: qvin potiùs tribus prioribus definitos illos eſſe ſuſpicor. Ita apud Baſilium Can. LXXIII ad Amphil. qvi Chriſtum negaverit, inter *προσκλαίοντας* in perpetuum relegatur. *Ὁ τὸν Χριστὸν ἀρνησάμενος, καὶ παραβὰς τὸ τῆς σωτηρίας μυστήριον, ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ τῆς ζωῆς αὐτοῦ προσκλαίειν ὀφείλει, καὶ ἐξομολογεῖσθαι χρεωστεῖ, ἐν τῷ καιρῷ ᾧ ἐκβαίνει τοῦ βίου, τῶν ἁγιασμάτων ἀξιούμενος, πίστει τῆς παρὰ Θεοῦ φιλανθρωπίας.* Ancyranum verò Can. XXIII eos, qvi voluntarium homicidium perpetraverint, toto vitæ tempore *ὑποπίπτειν* ſubjicit. *Περὶ ἑκουσίων φόνων, ὑποπιπτέτωσαν μὲν, τοῦ δὲ τελείου ἐν τῷ τέλει τοῦ βίου καταξιούσθωσαν.* Atqvi Balſamo ad Baſilii Canonem non putat illos τῶν *προσκλαιόντων* gradu perpetuò fuiſſe damnatos, ſed reliqvos omnes ex Ancyranæ Synodi præſcripto percurriſſe: qvod haud ſcio an verum ſit; qvoniam Ancyranus Canon ſatis commodè ad eum ſenſum revocari videtur. Hoc verò, qvod ex Innocentii Epiſtola colligitur, etiam Cypriani authoritas comprobat; qvi in Epiſt. ad Anton. duo illa ſic diſtingvit: *Miror*, inqvit, *qvoſdam ſic*

obstinatos esse, ut dandam lapsis non putent pœnitentiam, aut pœnitentibus existiment veniam denegandam. Aliud itaqve fuerit, pœnitentiam concedere; aliud pœnitentes ad spem reconciliationis admittere. Qvod in Novatianis nihilominus reprehendit Ambrosius L. I de Pœn. cap. I: *Qvid autem durius,* inqvit, *qvàm ut indicant pœnitentiam, qvam non relaxent?* Sed alius Ambrosii sæculo jam usus percrebuerat; nullum ut peccatorum genus amplius excluderetur. Nisi forte adhuc in Hispania qvibusdam in locis antiqvi moris vestigium extaret, eóqve sensu Pacianus accipiendus sit, cum tria illa capitalia crimina nullam impetrare pacem; veniámqve pronunciat. Qvorum conscios cum ad procurandum nihilominus remedium hortatur, fieri potest, ut ad capessendam sine ulla spe reconciliationis pœnitentiam impellat. Certè negari non potest; qvin obscurè ac perplexè de hac re Pacianus desputet; adeo ut ex Eliberitano consessu asperiorem illam disciplinam expressisse videri possit.

De Pœnitentia vita in betere Ecclesia.

Ex iis omnibus liqvet, procul à Novatianorum errore ac perfidia Eliberitanos Patres abfuisse; nec aliud omnino nisi aut priscam Ecclesiæ disciplinam, sed usu jam obliteratam, denuò revocasse; aut hærentem adhuc in Hispaniis novis legibus adstrinxisse: cùm capitalium scelerum rei, præsertimqve trium, Idololatriæ, homicidii, & adulterii olim, ut Innocentius docet, communi consvetudine veniam nullam, & absolutionem obtinerent: non qvòd absolvi ab Ecclesia non possent, ut Tertullianus asserebat; sed qvòd ejus, qvam amplissimam à Christo susceperat, potestas usum certis finibus circumscripsisset.

Eleberitanum Concilium à Novatianæ hæresis suspicione vindicatur

Huic tam compertæ exploratæqve doctrinæ nullos acrius repugnaturos intelligo, qvàm qvi antiqvitatis Ecclesiasticæ minùs periti veteris Ecclesiæ formam hodiernis ritibus institutisqve metiuntur: qvibus asperum & inhumanum videtur, homini ulli, qvi commissi criminis dolorem, ac pœnitentiam præ se ferat, pacem, & absolutionem denegari. Qvod ipsum tamen olim certo in hominum criminúmqve genere servatum fuisse tot illa hactenus allata testimonia demonstrant. Qvibus unum alterúmve ad cumulum accedat, ut vel ab invitis assensum res ista mereatur. Ac primùm idem non obscurè Cyprianus indicat; Epistola XIII. Cùm enim Lapsi qvidam libellos à martyribus impetrassent; qvibus freti recipi se in Ecclesiæ communionem impatienter peterent, consultus ea de re Cyprianus ita constituit: *Ut qvi libellos à Martyribus acceperunt, & prarogativis eorum apud Deum adjuvari possunt, si incommmodo aliqvo, & infirmitatis periculo occupati fuerint, non expectata præsentia nostra apud Presbyterum qvemcumqve præsentem, vel, si Presbyter repertus non fuerit, & urgere exitus cœperit, apud Diaconum qvoqve facere exhomologesin delicti sui possint, ut manu eis in pœnitentiam imposita, veniant ad Dominum cum pace.* Hoc illis duntaxat Cyprianus indulsit, qvi libellos à Martyribus accepissent: cæteros, qvi iisce libellis carerent, expectare tandiu jussit, donec Ecclesiæ pax esset reddita. Qvamobrem ne in præsenti qvidem mortis discrimine posterioribus illis pacem tribuit. Alioqvi nihil inter istos & priores interesset, qvos tamen meliori aliqva conditione uti oportuit. At enim Exhomologesis apud Cyprianum Sacramentalem, ut vocant, confessionem non significat, neqve pax absolutióqve illa perinde

Negatam olim etiam in periculo mortis qvibusdam fuisse Communionem

De Pœnitentiæ ritu in vetere Ecclesia.

Sacramenti pars fuit: cum etiam à Diacono manus imponi jubeat, nisi presbyteri copia suppeteret. De exhomologesi dicam posteà pluribus. Qvod ad pacem reconciliationémqve pertinet, sciendum est duplicem in ea partem ac velut fructum extitisse. Nam & à peccatis, hoc est culpa ipsa, qvam diuturna pœnitentia diluerant, absolvebantur, & in integrum restituti ad perfectum cum Ecclesia, fidelibusqve commercium ac Divinorum Mysteriorum communionem adhibebantur.

Aliud severitatis genus, ut non nisi in mortis periculo communionem acciperent.

Cùm igitur ab Antistite, vel Sacerdote pacem acciperent, utrumqve merebantur. Sin nulla Sacerdotum esset potestas, tum Ecclesiæ tantummodo conciliati pacem à Diaconis impetrabant, cujus cumulum à Sacerdote postmodum obtinerent. Qvare Cyprianus libellis Martyrum præditos, si minus utrumqve, alterum certè beneficium conseqvi voluit, qvo Eucharistiæ saltem compotes fieri possent. Neqve enim existimare licet, id qvod hodie fit, prius illos à peccatis absolutos, qvàm pœnitentiâ, hoc est corporum pœnis, ac luctuosis sordibus Ecclesiæ satisfecissent. Huic affines, sed mitiores tamen reliqvæ illæ Canonum sanctiones, ac Patrum decreta sunt, qvæ peccatoribus nonnullis perpetuam pœnitentiam ita præscribunt, nunqvam ut communioem, reconciliationemqve, nisi in fine vitæ perciperent. Cujusmodi sunt Basilii ad Amphilochium Can. LXXIII, Ancryanus XXIII, jam à nobis citati. Accedit & Arelat. I canon XIV. *De his, qvi falsò accusant fratres suos placuit, eos usqve ad exitum communicare.* Toletanum qvoqve I, Can. XIX. sanxit; *ut Episcopi, vel Diaconi filia, si devota fuerit, & peccaverit, & maritum duxerit, &c. si vivente marito secesserit, & pœnituerit, nullo modo nisi vita deficiens, accipiat communionem.* Sed & Valentinum Can. III de iis, *qvi se post unum, & sanctum lavacrum vel profanis sacrificiis Dæmonum, vel incesta lavatione polluerint,* statuit, *ut his juxta Synodum Nicænam, satisfactionis qvidem aditus non negetur, ne infelicibus lacrymis, vel solatii janua desperatione claudatur, acturi verò pœnitentiam usqve in diem mortis, non sine spe tamen remissionis, &c.* In qvo mirum est, cùm Nicænus Canon XI eorumdem reos scelerum duodecim annis duntaxat satisfacere jubeat, atqve ita reconciliari, Valentinos illos Patres, qvi se Nicænam Synodum seqvi profitentur, tanto rigidiores, ac severiores fuisse. Ad hæc in Synodo, qvæ Side in Pamphylia contra Massalianos habita legitur apud Photium P. XVIII decretum est, ut qvisqvis post damnatam hanc hæresin seu verbis, seu factis contagione illius infectum se esse prodiderit, nunqvam in posterum admittatur, qvamvis millies se Pœnitentium gradus omnes expleturum promittat: *μηκέτι λοιπὸν χώραν ἔχειν, μηδ' ἂν μυριάκις ἐπαγγέληται, τὴν τάξιν ἀναπληρῶν τῶν μετανοούντων.* Sic apud Eusebium L. VI Hist. C. *μβ'* vel XXXVI Serapion senex vir egregius, qvod in persecutione lapsus esset, tametsi communionem persæpe postulasset, nunqvam est admissus; *Οὗτος πολλάκις ἐδεῖτο, καὶ οὐδεὶς προσεῖχεν αὐτῷ, καὶ γὰρ ἐτεθύκει:* ut ad Fabium scribit Dionysius Alexandr. qvi Novatiani, adeoq; Cypriani ætate floruit. Addit nihilominus Dionysius moribundum jam Serapionem à se in commnnionem receptum. Hæc & alia superius ex antiqviorum authoritate libata planum istud faciunt, nonnunqvam absolutionem postulantibus, ex usu veteris Ecclesiæ denegatam fuisse; imò verò ne in ipso qvidem mortis peri-

culo plerisqve concessam. Hic justis de caussis ambigitur; utrum austeriore illo Tertulliani sæculo, qvo peccatis qvibusdam spem omnem reconciliandæ gratiæ præreptam docuimus, ne in vitæ qvidem exitu repræsentata communio sit, idqve vulgò ac passim observatum fuerit. Sunt qvi ante Cypriani tempora morem hunc in Ecclesia viguisse censent: qvo qvidem, ut ingenuè profitear, Tertulliani ac reliqvorum, qvi disciplinæ istius meminerunt, propensiora testimonia sunt. Sed & Cyprianus, qvoties instante obitu communionem lapsis impartiri præcipit, tacitè significat, recens illud esse decretum, & χθὲς καὶ πρώην ab Ecclesia constitutum, qvo vetus & contraria sit abrogata sanctio. Primùm enim qvid attinebat lapsis iis, qvi libellorum præsidio niterentur, in mortis tantummodo discrimine Communionem concedere, negare cæteris; si nemini sub mortem neganda pax esset? Deinde cum Romanus Clerus de eodem negotio scribit ad Cyprianum, Epist. XXXI, ex ipsa loqvendi ratione non obscurè idem demonstrat. *Cujus*, inqvit, *temperamenti moderationem nos hic tenere qværentes, diu, & qvidem multi & qvidem cum qvibusdam Episcopis vicinis nobis, & appropinqvantibus, & qvos ex aliis provinciis longè positis persecutionis istius ardor eiecerat, ante constitutionem Episcopi nihil innovandum putamus:* (de lapsis videlicet recipiendis) *sed lapsorum curam mediocriter temperandam esse credimus; ut interim dum Episcopus dari à Deo nobis sustinetur, in suspenso eorum, qui moras possunt dilationis sustinere, caussa teneatur: eorum autem, qvorum vitæ suæ finem urgens exitus dilationem non potest ferre, acta pœnitentia, & professa freqventer suorum detestatione factorum, si lacrymis, si gemitibus, si fletibus dolentis, ac verè pœnitentis animi signa prodiderint, cum spes vivendi secundum hominem nulla substiterit, ita demum cautè, & sollicitè subveniri.* Vides qvàm anxiè, qvamqve solicitè, ac post longam exactàmqve consultationem, eo demum inclinarint, ut periclitantibus, ac desperatis potius, communionem conferrent. De qvo utiqve deliberandum non erat, si tùm legitimum & usitatum esset; neminem in exitu vitæ à communione prohiberi. Eadem ex Dionysii Alexandrini verbis conjectura potest elici, qvi apud Euseb. Lib. VI Cap. μδ, vel XXXVI in illa Serapionis historiâ, de qva superius mentionem egimus; scribit optimum illum senem appropinqvante jam obitu puerum ad Presbyterum misisse. Ἐντολῆς δὲ ὑπ' ἐμοῦ δεδομένης, τοὺς ἀπαλλαττομένους τοῦ βίου, εἰ δέοιντο, καὶ μάλιστα εἰ καὶ πρότερον ἱκετεύσαντες τύχοιεν, ἀφίεσθαι, ἵνα δι' ἐλπίδες ἀπαλλάττωνται. *Mandato à me*, inqvit, *edito, ut qvi ex hac vita discederent*, (pœnitentes scilicet; ac lapsi) *si id postularent, adeoqve ante suppliciter rogâssent, absolverentur, qvò meliori cum spe migarent.* Postremò cum in Ancyrana Synodo Can. antè citato præceptum sit, ut homicidæ non nisi sub mortem reconcilientur, argumento est, olim ne in morte qvidem pacem illis fuisse concessam.

Sed huic assertioni nonnihil refragari videtur, qvod in magna Nicæna Synodo Can. XIII sancitum legitur: Περὶ δὲ τῶν ἐξοδευόντων ὁ παλαιὸς καὶ κανονικὸς νόμος φυλαχθήσεται καὶ νῦν, ὥστε εἴ τις ἐξοδεύοι, τοῦ τελευταίου, καὶ ἀναγκαιοτάτου ἐφοδίου μὴ ἀποστερεῖσθαι. Appellat παλαιὸν καὶ κανονικὸν νόμον, qvo moribundis dandam pacem esse præscribitur; qvod utrum ad ævum Cypriani restringi debeat, amplius cogitandum. Cæterum ad ejus, qvam hucusqve

demonſtravimus ſeveritatis, ac negata communionis fidem pertinet, qvod deinceps uberius diſputandum nobis eſt; publica ſemel pœnitentia defunctis, ſi eadem in crimina relaberentur, omnem ad pœnitentiam, ac pacem aditum majores noſtros intercluſiſſe, aut ægrè admodum ac rarò tribuiſſe.

POENITENTIAM AC PACEM SEMEL, AN SÆPIUS ECCLESIA VETUS INDULSERIT.

NON ad antiqviſſima ſolum, ac ſeveriora tempora dubitatio iſta pertinet, ſed etiam poſteriora, eadémqve commodiora complectitur. Nec de pœnitentiæ genere omni; ſed de illa ſola qværitur; qvæ ob atrociora delicta publicè ſuſciperetur; cui propriè pax & reconciliatio reſpondere dicitur. Eam verò ſemel in omni vita permiſſam, jampridem eruditi viri docuerunt. Nam & iſtud ipſum ex vetuſtiſſimis Patribus Tertullianus, ex poſterioribus, Auguſtinus, & Ambroſius diſertiſſimè teſtati ſunt: Tertulliani ex Lib. de Pœnit. verba ſunt: *Collocavit in veſtibulo pœnitentiam ſecundam, qva pulſantibus patefaciat: ſed jam ſemel, qvia jam ſecundò; ſed ampliùs nunqvam, qvia proximè fruſtra.* Scripſit autem hunc Librum Tertullianus anteqvam ad Montani dogma deſciſceret, ne qvis in eo cavillationi locus eſſe poſſit; idqve ſatis ipſe per ſeſe declarat; qvanqvam utrum Tertulliani ſit, Eraſmus ac Rhenanus ambigunt. Nec diffitendum eſt diſſimili à cæteris ſtylo eſſe conſcriptum, ac paulo diffuſiore, qvàm author ille ſoleat. Sed ſive Tertulliani ſit, qvod veriſimilius cum Pamelio eſſe ſuſpicor; ſive alterius; vetuſtiſſimi planè Scriptoris eſt, & eruditi. Multo id apertius tradit Auguſtinus Epiſt. LIV. à qvo cùm Macedonius qvidam vir primarius qvæſiſſet; Utrum pietatis putaret eſſe, Epiſcopis reorum pœnas deprecantibus annuere, itàqe dubitaſſet: *Nam ſi à Domino peccata adeo prohibentur, ut ne pœnitendi qvidem copia poſt primam pœnitentiam tribuatur, qvemadmodum nos poſſumus ex religione contendere, ut nobis qvalecunqve illud crimen fuerit, dimittatur?* Auguſtinus ita reſpondet: *In tantum autem hominum aliqvando iniqvitas progreditur, ut etiam poſt actam pœnitentiam, poſt altaris reconciliationem, vel ſimilia, vel graviora committant, &c. Et qvamvis eis in Eccleſia locus humillimæ pœnitentiæ non concedatur, Deus tamen ſuper eos ſuæ patientiæ non obliviſcitur. Ex qvorum numero ſi qvis nobis dicat: Aut date mihi eundem iterum pœnitendi locum, aut deſperatum me permittite, ut faciam qvidqvid libuerit, qvantum meis opibus adjuvor, & humanis legibus non prohibeor, in ſcortis, omniqve luxuria, damnabili qvidem apud Dominum, ſed apud homines pleroſq; etiam laudabili. Aut ſi me ab hac neqvitia revocatis, dicite utrum mihi aliqvid proſit ad vitam futuram, ſi in iſta vita illecebroſiſſimæ voluptatis blandimenta contempſero, ſi libidinum incitamenta frænavero, ſi ad caſtigandum corpus meum mul-*

ta mihi etiam licita & concessa negavero, si me pœnitendo qvàm priùs vehementiùs excruciavero; si miserabiliùs ingemuero, si flevero uberiùs, si vixero meliùs, si pauperes sustentavero largiùs, si charitate, qvæ operit multitudinem peccatorum, flagravero ardentiùs: qvis nostrum ita desipit, ut huic homini dicat: Nihil tibi ista proderunt in posterum: vade saltem hujus vitæ suavitate perfruere? Avertat Deus tam immanem, sacrilegámqve dementiam. Qvamvis ergo cautè, salubritérqve provisum sit, ut locus illius humillimæ pœnitentiæ semel in Ecclesia concedatur, ne medicina vilis esset ægrotis, qvæ tanto magis salubris est, qvanto minus contemptibilis fuerit, qvis tamen audeat dicere: Qvare huic homini, qvi post primam pœnitentiam rursus se laqveis iniqvitatis obstringit, adhuc iterum parcis? &c. Augustino suffragatur Ambrosius Lib. II de Pœnit. Cap. X. *Meritò reprehenduntur, qvi sæpiùs agendam pœnitentiam putant, qvia luxuriantur in Christo. Nam si verè agerent pœnitentiam, iterandam non putarent: qvia sicut unum Baptisma, ita una pœnitentia; qvæ tamen publicè agitur. Nam qvotidiani nos debet pœnitere peccati: sed hæc delictorum leviorum, illa graviorum.* Demum Origenes Hom. XV in XXV Cap. Levit. *In gravioribus enim criminibus semel tantum, vel raro pœnitentiæ conceditur locus: ista verò communia, qvæ freqventer incurrimus, semper pœnitentiam recipiunt, & sine intermissione redimuntur.* Qvam cæteri nunqvam iterari contendunt, Origenes interdum, sed raro, plus semel adhiberi significat. Qvare hic locus insignis est. Verùm Alexandriæ, atqve in aliis, si forte, provinciis diversum atqve in cœteris usum fuisse probabile est. Neqve enim opinor, posterioris ætatis rigidior disciplina fuit, ut, cùm antea pœnitentiæ ac reconciliationis iterandæ potestas fieret, ea post primam deinceps negari cœperit. Ita qvidem pronunciandum videtur! nisi aliter Origenis Græca se habeant, aut hic ejus locus interpolatus fuerit. Nam in eo doctorum consentanea judicia sunt; pœnitentiam publicam non amplius qvàm semel impetratam fuisse.

Ex qvo perdifficilis existit qvæstio; qvid illis tandem hominibus factum sit, qvi post priorem pœnitentiam in eadem scelera rursus incurrerent; vetúmne sit ab Ecclesia tejectos illos penitus, nec ad privatam saltem aliqvam receptum habuisse, cujus beneficio in integrum restituti ad divinorum Mysteriorum communionem redirent. Qvi antiqvioris Ecclesiæ formam ac consvetudinem ex hodiernis institutis & moribus æstimare voluerit, facilè mitiorem in partem inclinabit; nec ab omni Ecclesiæ, Sacramentorúmqve consortio repudiatos illos persvadere sibi poterit. Qvam in sententiam copiosè qvidam nuper ita differuit. Triplicem ait apud antiqvos fuisse pœnitentiam: publicam unam ob publica peccata: Alteram privatam ac secretam propter occulta: tertiam ob eadem occulta crimina publicè susceptam. Hanc verò postremam non eum tantum habuisse fructum, ut peccatorum culpam ac sempiterni supplicii noxam abstergeret; sed ut temporarias insuper pœnas dilueret, ac peccatores in integrum cumulatissimè restitueret. Proinde non ejus copiam promiscuè esse factam, neqve qvoties qvisqve peteret, facile permissam; sed in omni vita semel duntaxat. Hæc ille: Ex qvibus, & ex iis, qvæ conseqventer disputat, velle istud videtur; istiusmodi criminum reos post priorem pœnitentiam ad privatam confugisse, ejusqve beneficio nihilominus communionem assecutos esse.

De Pœnitentia veteri Ecclesiæ.

De Pœnitentia ritu in Vetere Ecclesia.

Sed ad veterum Patrum testimonia, ac priscæ illius Ecclesiæ normam, & communem adeo sensum animum adjicienti mihi, parum commodè pleraqve explicata videntur. Etenim si graviorum delictorum conscii citra publicam illam, qvam antea susceptissent, pœnitentiam emergere, & ad communionem pacemqve reverti alterius ac privatæ beneficio potuerint; nónne melior illorum, qvàm cœterorum, conditio fuit, qvibus sine publica pœnitentia reditus in Ecclesiam non patuit? Atqvi nemo tam vecors erit, qvi humaniùs cum illis actum putet, qvi in eadem sæpius incurrissent, & qvidem horrenda flagitia, qvàm cum eis, qvi semel ea commisissent: qvod ex illa opinione conseqvitur. Cujusmodi verò istud est; velut gratiæ, ac beneficii loco publicam illam pœnitentiam ipsis è ac difficiliter indultam? Nam si privatâ & occultâ defungi possent, & in eodem ac cæteri loco esse; qvis non tanto molestiarum ac temporis compendio mallet uti, cupidissiméqve se, publica illa contempta, ad commodiorem alteram, breviorémqve transferret? Volo enim illud mihi respondeant: Qvi atrocioris culpæ conscius tum primùm ad pœnitentiam accederet, utrum absqve publica per privatam restitui potuerit, an necessario usurpanda illa fuerit. Si prius dixerint; si, inqvam, necessariam illis publicam pœnitentiam negaverint, antiqvitatis totius memoria teste refellentur. Siqvidem vetera omnia Concilia; omnésqve Canonum conditores ita publicam lapsis pœnitentiam præscribunt, ac tempus rationémqve definiunt; ita porrò Tertullianus, Cyprianus, Pacianus, antiqvi ad unum omnes eosdem illos hortando, comminando, objurgando vel invitos urgent, & impellunt; ut minimè hoc illis integrum fuisse significent. Restat igitur, nullo ut alio, ac ne privatæ qvidem pœnitentiæ subsidio recipi in communionem Ecclesiæ potuisse concedant. Qvod cùm dederint; tum de illis qvid sentiant reqviram, qvi secundò in graviora peccata lapsi publica uti pœnitentia non poterant; ecqvid eos censeant per privatam pœnitentiam reconciliari potuisse? Nam si istud asserant, necesse erit unâ fateantur, feliciorem multò conditionem eorum extitisse, qvi sæpiùs, qvàm eorum qvi semel in vita deliqvisse it. Qvod qvibus tandem persvadere poterunt?

Publica pœnitentia à qvibusdam peccatoribus non sponte suscepta, sed necessariò peracta.

Explicatur probabilis de proposita qvæstione sententia. Capitalia crimina.

Cùm hic sit qvæstionis controversiæqve status; exponam breviter qvemadmodum res tanta dissolvi meo judicio, explicariqve possit. Principiò peccatorum apud antiqvos invenio genera fuisse duo: Alia mortalia, sive capitalia dicebantur; non ut nos intelligere vulgo solemus, qvæcunqve Dei nos gratia, ac spiritalibus caritatis ornamentis spoliant; sed hujus generis certa duntaxat, qvæ cùm graviora cæteris essent, tum Canonibus ac Synodorum decretis nominatim expressa. Hæc inqvam, capitalia nominabant, qvibus pœnæ à Canonibus singillatim propositæ. Neqve enim vetustissima illa tempora perseqvor, qvibus ea duntaxat capitalia vocabantur, qvæ ab omni spe communionis arcerentur: de qvibus ex Paciano, aliisqve supra diximus. Alia verò leviora, & qvotidiana dicebantur, sive qvæ nos venialia nuncupamus; sive alioqvi mortalia, sed de qvibus nulla nominatim extaret in Conciliorum decretis mentio: Qvale verbi gratia esse potest asperius in qvenqvam maledictum, aut convicium; perjurium, aliàqve sexcenta: qvæ qvanqvam lethalia sint, nullæ tamen iis à Canonibus erant pœnæ

Venialia.

constitutæ. Declarat hoc Origenes loco antea citato verbis istis. *Si vos, inqvit, aliqva culpa mortalis invenerit, qvæ non in crimine mortali, non in blasphemia fidei, qvæ muro Ecclesiastici & Apostolici dogmatis cincta est, sed vel in sermonibus, vel in morum vitio consistat, hoc est vendidisse domum, qvæ in agro est, vel in vico, cui murus non est. Hæc ergo venditio hujusmodi culpa semper reparari potest, nec aliqvando tibi interdicitur de commissis hujuscemodi pœnitentiam gerere. In gravioribus enim criminibus semel tantum, vel rarò pœnitentiæ conceditur locus.* Qvisqvis igitur prioris generis crimen aliqvod perpetrasset, hic ad Antistitem ac Sacerdotem accedens publicæ ab eo pœnitentiæ jus capiebat, præstituto ex Canonibus modo ac tempore; qvo demum expleto à peccatis absolutus, communioni restituebatur, neqve alia ratione, qvam publicè obitâ pœnitentiâ, reconciliari poterat; qvod infinitis locis cùm PP cæteri, tum Cyprianus evidentissimè declarat. Aliorum caussa erat explicatior, qvorum lethalis alioqvi culpa nulla Canonum definitione comprehenderetur; Ideóqve privata pœnitentia satisfaciebant, qvam Sacerdotis prudentia moderabatur. Ac priores illi pœnitentes proprie dicebantur. Concilium Toletanum I Can. II pœnitentes in Clerum cooptari prohibet. Tum ista subjicit: *Eum verò pœnitentem dicimus, qvi post Baptismum aut pro homicidio, aut pro diversis criminibus gravissimisqve peccatis publicam pœnitentiam gerens sub cilicio, divino fuerit reconciliatus altario.* Cæterum post publicam illam pœnitentiam, si iisdem se criminibus obstrinxissent, ab Ecclesiæ aditu, & à Mysteriorum communione penitùs exclusi reconciliari ampliùs non poterant; qvod imprimis Augustinus affirmat. Qvanqvam fieri potest, ut in qvibusdam Ecclesiis pœnitentiam iterare licuerit; cùm id rarô, adeóqve nonnunqvam fieri scribat Origenes. Neqve verò id aut incredibile, aut adeo mirabile videri par est; si qvis animo repetat, qvanta in plerosqve peccatores Canonum austeritas & constantia fuerit, ut qvi semel duntaxat graviora flagitia commisisset, inexpiabilem noxam contraheret; aut inter pœnitentes assiduè degens instante demum obitu pacem perciperet. Ut homicidæ in Ancyrano Can. XXI. Christi negatores in Basilianis Canonibus Can. LXXI; aliaqve id genus, aut iis etiam severiora, qvæ ex superiori disputatione hîc transferri possunt. Accedit, qvod extremo vitæ tempore communione donati sunt; præsertim post Nicænum Canonem editum, qvo moribundis negari viaticum prohibuit; qvod ubiqve terrarum deinceps obtinuit.

De Pœnitentia ritu veteris Ecclesiæ.

Pœnitentia capessenda ritus.

Qvoniam Novatianæ Hæresis cognoscendæ studium, & argumenti dulcedo qvædam eô nos provexit, ut de pœnitentia tam multa verba faceremus; producenda paululum oratio est, ac de celeberrimo illo Nectarii facto, qvo Confessionem ac pœnitentiam abrogasse jactatur ab Hæreticis, postremo disputandum. Cujus historiæ tractatio ad ea, qvæ superius exposuimus, illustranda magnum adjumentum afferet; ne cui nimium hæc aliena ac longinqva forte videantur.

De pœnitentiæ ritu in vetere Ecclesia.

DE MEMORABILI NECTARII CONSTANTINOPOLITANI PRÆSULIS HISTORIA; ET UTRUM ILLE Confeſſionem ſuſtulerit.

NIHIL ad elevandam Confeſſionis authoritatem urgeri ab Hæreticis acriùs ſolet, qvam Nectarii facinus illud, qvod apud Socratem, & Sozomenum memoriæ proditum eſt; qvo ille propter vulgatum Diaconi flagitium Confeſſionis ac pœnitentiæ uſum abrogaſſe fertur. Cui qvidem pleriqve dum occurrere, ac veritati patrocinari ſtudent, in abſurdas, & inextricabiles fabulas æſtu qvodam diſputationis abrepti ſunt. Nonnullis etiam Caſſiodori, atqve Hiſtoriæ Tripartitæ depravatus locus erroris occaſionem dedit; dum ex Latinis interpretibus potius, qvàm ex Græcis fontibus, narrationem iſtam repetunt. Utriſqve verò; ſed noſtris potiſſimùm conſulere hoc capite decrevimus. Nam qvod ad Hæreticos ſpectat, id me, Deo juvante, perfecturum confido; ut inſcitiæ ſuæ monimentum in hac objicienda nobis hiſtoria defixiſſe potius, qvam momentum ullum ad cauſſam ſuam attuliſſe æqvi omnes & iniqvi ſtatuant.

Sed ut à capite ipſo diſputationem arceſſamus; proponam ante omnia, qvæ de hac hiſtoria Socrates, ac Sozomenus ſcriptis commendarunt. Nam ab iſtis in reliqvorum Scriptorum commentarios facti illius eſt derivata memoria. Scribit igitur imprimis Socrates Lib. V. Cap. XIX, ex eo tempore, qvo Novatiani primùm emerſerunt, Epiſcopos pœnitentiarium Presbyterum adjunxiſſe; ut qvi poſt Baptiſmum deliqviſſent ſua apud illum peccata confiterentur. Eundem porrò Conſtantinopoli his de cauſſis abrogatum fuiſſe. Fœmina qvædam primaria ad eum confitendi cauſſa ſeſe contulerat. Cui eum peccata, qvæ poſt Baptiſmum admiſerat, omnia ſingillatim expoſuiſſet, obire pœnitentiam jubetur, ac jejuniis & orationibus aſſiduis inſiſtere. In qvo longius progreſſa (hoc eſt, ut declarat Sozomenus, diutiùs in Eccleſia perſeverans) aliud qvoddam ſcelus ſuum aperuit; ſtuprum videlicet, qvod cum Diacono commiſerat. Τȣ̃το λεχθὲν: hoc eſt: *cum hoc dictum eſſet*; Diaconus in ordinem redactus eſt. Fremente verò, ac tumultuante plebe, & flagrantibus invidia Clericis, Nectarius Eudæmonis cujuſdam Presbyteri genere Alexandrini conſilio, pœnitentiarium Presbyterum ſuſtulit, & unumqvemqve ſuæ conſcientiæ permiſit, ut ex ejus arbitrio de myſteriis uſurpandis apud ſe ſtatueret. Hæc ad verbum Socrates, eadémqve Sozomenus Lib. VII Cap. XVI.

Ex qvibus antiqvatum Conſtantinopoli confitendi ritum, ac pœnitentiæ Sacramentum eſſe ſublatum poſt Calvinium Hæretici omnes colligunt. Noſtri partim confictam hanc â Novatianis Hiſtoricis fabulam opponunt; in eáqve, ut in aliis plurimis, mentitos illos eſſe defendunt; partim non Sacramentalem, ut vocant, Confeſſionem, ac tacitam,

ſed

ſed publicam putant eſſe ſublatam. Sic enim exiſtimant; eos qvi publicè pœnitentiam ſuſciperent, ſua qvædam crimina, qvæ Sacerdos deſignaſſet, propalam, & in freqventi Eccleſiæ cœtu confiteri ſolitos: & eam ipſam publicam confeſſionem antiqvaſſe Nectarium; qvæ non tam ad culpæ promerandam veniam, qvàm ad pœnam ſatisfactionémqve ſpectaret. Etenim matronam illam à Diacono conſtupratam ajunt, cùm ad publicam de more confeſſionem veniſſet, præſcriptos ſibi à pœnitentiario Sacerdote terminos egreſſam, imprudenter inceſtum unà illum patefeciſſe. Alii conſcio, & authore Sacerdote divulgaſſe malunt; qvòd ob eam rem ab officio remotus fuerit. *De Pœnitentia ritu in Vetere Eccleſia.* *Vulgaris opinio de publica Confeſſione.*

Sed de publica confeſſione mox. Illud interim conſiderandum unde tandem acceperint, mandatum mulieri, uti ſua pro concione peccata omnibus ediceret. Duo ſunt in Græca narratione verba, ex qvibus utcunqve deduci poteſt. Nam apud Socratem: *ἡ δὲ προβαίνουσα, καὶ ἄλλο πταῖσμα ἑαυτῆς κατηγόρει.* Qvia *προβαίνουσα* dixit, & *κατηγόρει*, Interpres ita vertit, *Mulier longius in confitendo progreſſa, alterius culpæ ſeipſam inſimulat.* Non rectè, ſi qvid in his video. Neq; enim *προβαίνουσα* ad confeſſionem pertinet; multo minùs ad publicam, qvod de ſuo viri qvidam boni ſolent adtexere. Sed nimirum, ut ex Sozomeno colligitur, cùm in obeunda pœnitentia, in oratione, jejunio, freqventanda Eccleſia, longiùs procederet, alterum nefas interim commiſit, & ſubinde declaravit; *κατηγόρησεν* vel *κατημήνυσεν*, ut habet Sozomenus; non utiqve propalàm, nec in publico conventu, ſed privatim, & coram pœnitentiario Sacerdote, apud qvem identidem peccata deponeret; aut etiam citra Sacramentum cum eo, aut alio colloqvens. Qvidvis deniqve potiùs, qvàm ut publicam ad confeſſionem adactam dixerimus aut mulierem iſtam, aut ullum omnino mortalium. Hoc igitur à Sacerdote, ab Antiſtite, á paucis deniqve flagitio comperto, depoſitus eſt ille Diaconus: ex qvo paulatim percrebeſcente famâ rem ſubodoratus eſt populus. Hinc illæ lacrymæ. Mentiar, niſi manifeſtè is ipſe, cujus authoritate nituntur, Sozomenus falſam illorum conjecturam redarguat. Qvi inſtituendi pœnitentiarii Sacerdotis cauſſas diſputans: *Φορτικὸν, (ait) ἐξ ἀρχῆς τοῖς ἱερεῦσιν ἔδοξεν, ὡς ἐν θεάτρῳ ὑπὸ μάρτυρι τῷ πλήθει τῆς ἐκκλησίας τὰς ἁμαρτίας ἐξαγγέλλειν. πρεσβύτερον δὲ τῶν ἄριστα πολιτευομένων ἐχέμυθόν τε, καὶ ἔμφρονα ἐπὶ τοῦτο τετάχασιν. ᾧ δὴ προσιόντες οἱ ἡμαρτηκότες τὰ βεβιωμένα ὡμολόγουν. ὁ δὲ πρὸς τὴν ἑκάστου ἁμαρτίαν, ὅ, τι χρὴ ποιῆσαι ἢ ἐκτίσαι ἐπιτίμιον θεὶς, ἀπέλυε, παρὰ σφῶν αὐτῶν τὴν δίκην *εἰσπραξαμένους* *Durum*, inqvit, *& intolerandum initio Sacerdotes eſſe judicarunt, ſic tanqvam in Theatro. pro Eccleſiæ cœtu ac concione peccata pronunciare. Qvare Presbyterum qvendam ſecretorum tenacem, ac prudentem ei muneri præpoſuerunt: ad qvem peccatores adeuntes vitæ ſuæ noxas exponerent. At ille pro cujusqve peccato meritas pœnas infligens dimittebat, cùm à ſeipſis illas exegiſſent.* Qvæ Sozomeni verba publicum illud confitendi genus alienum à majorum inſtituto, & à pœnitentiarii illius officio perſpicuè ſignificant. Sed mirum qvàm hæc abſurdè Latini authores interpretati ſint: qvi è Sozomeno hanc hiſtoriam expreſſerunt. Nam in Hiſtor. Tripartita. Lib. IX cap. XXXV *Refellitur.* *F. εἰσπρεξομένους.

X

De Pœnitentia ritu in vetere Ecclesia.

ita ſcriptum eſt: *Qvoniam omninò non peccare divinum, & ultra humanam naturam eſſe cognoſcitur; peccantibus autem, & pœnitentiam agentibus veniam Deus dari præcepit; qvi verò confiteri refugiunt, majus peccatorum onus acqvirunt, propterea viſum eſt antiqvis Pontificibus, ut velut in Theatro ſub teſtimonio Eccleſiaſtici populi delicta pandantur, &c.* Qvæ ſunt veri ſenſus inaniſſima, ac non ſolum à Græcis Sozomeni verbis abhorrent; ſed & pugnant ipſa ſecum. Qvare haud vana ſuſpitio eſt Librariorum culpa vocem aliqvam excidiſſe, atqve ita reſtituendum eſſe: *Propterea viſum eſt moleſtum antiqvis Pontificibus, &c.* Nam alioqvi qvid opus erat ἐχέμυθον Sacerdotem deligere, ſi velut in theatro traducendus eſſet pœnitens, & ab ipſomet, aut â Sacerdote illius peccata publicanda?

Qvæ cùm abſurdiſſima ſint, & iis haud multo meliora, qvæ â nonnullis afferuntur, nos in ea controverſia duo qvædam excutienda duximus. Alterum qvorſum ille Sacerdos inſtitutus; alterum qvatenus illius ſit abrogata functio. Ac de Socratis fide, etſi qvod ad ipſum narrationis caput attinet, nihil hoc loco dubitemus, permulta tamen ad hiſtoriam ab eodem adtexta credimus; ut Novatianorum ſectam, cui erat addictus, commentis ac mendaciis ſublevaret; qvod plerumqve uſurpare conſvevit. Exemplo ſit è multis illud, qvod ſub ſtylum modo ſubiit. Scribit ille Lib. V cap. κβ´ Cæſareæ in Cappadocia eos, qvi poſt Baptiſmum peccaverint, à Communione rejici, qvemadmodum Novatiani inſtituunt. Qvod eſt mendaciſſimum, ut ex Baſilio, ejuſqve pœnitentialibus Canonibus liqvet. Loqvitur verò Socrates de veteribus Eccleſiarum τοπικῶν ritibus; ne qvis poſt Baſilii obitum aliter obtinuiſſe conjiciat. Ejuſmodi igitur, hoc eſt confictum eſſe, vehementer ſuſpicor; qvod ſub Novatianorum duntaxat ortum pœnitentialem Pretbyterum conſtitutum eſſe dixit: qvem cùm ait τῷ κανόνι προστεθεῖσθαι ab Epiſcopis, rectè admodum, & callidè Novatianæ crudelitatis virus inſtillat, qvaſi tum demum totum hoc pœnitentiæ negotium excogitatum fuerit, ac novo canone ſancitum. Neqve enim recte τῷ κανόνι προστεθεῖσθαι accipiunt vulgò cum interprete: ut ſit *Canoni adjicere.* Nam Canonis decreto vult eum Presbyterum adjunctum. Qvare mox ſeqvitur: hunc Canonem ab omnibus aliis receptum, à Novatianis duntaxat repudiatum fuiſſe. Verùm ut de inſtitutionis tempore nihil pugnemus, qvod ad ſummam haud multum intereſt; ſic, opinior, explicare iſta poſſumus: Cùm duo apud veteres eſſent, ut antea docuimus, peccatorum genera: alia graviora & capitalia, qvæ nominatim Canones complectebantur; qvibuſqve publica pœnitentia opus erat; leviora altera, hoc eſt à Canonibus præterita; primis Eccleſiæ temporibus, qvi ſe prioris generis peccatis obſtrinxiſſent, an Epiſcopos utplurimum adeuntes præſcriptam ab iis pœnitentiam explebant. Ac ſi qvis vetuſtiſſima monimenta diligentius exploret, inveniet ab Epiſcopis ipſis adminiſtrata ferme omnia, qvæ ad pœnitentes attinebant, cùm & pauciores adhuc Chriſtiani forent, & rariora delicta, qvæ publicam pœnitentiam exigerent. Poſteaqvam verò pariter & fidelium numerus, & majoris illa pœnitentiæ ſeges excrevit; graviora ſcilicet, capitaliáqve crimina;

Socratis parum ſincera fides.

Explicatur Socratis locus.

cùm unus par omnibus esse non posset Episcopus, vicarium sibi Presbyterum substituit, qvo cum laborem partiretur, qviqve iis potissimum audiendis vacaret, qvi publica pœnitentia ex Canonum sanctione tenerentur. Nam eos, qvi privatam tantummodò desiderarent, à minutioribus Presbyteris absolutos esse credibile fit. Et qvidem olim absente Episcopo nonnunqvam à Presbyteris reconciliari pœnitentes solebant; sed extraordinarium jus illud erat, & identidem ab Episcopo mandatum, non ordinarium, ac certis hominibus in perpetuum attributum. Qvare ut apud Romanos capitalium caussarum cognitio primùm à Senatu, qvoties opus erat, Consulum alteri, ambobùsve, aut aliis Magistratibus committebatur: postea qvæstione publica constituta, singulis criminibus, qvæ qvidem atrociora essent, suus est judex ac Prætor appositus; Sic in Ecclesia qvondam pœnitentium caussas, qvibus vellet, disceptandas mandabat Episcopus: postea certus ac perpetuus graviorum criminum judex, hoc est publicæ pœnitentiæ administrator institutus est. Ejusmodi pœnitentiarius ille Presbyter fuit, orientibus Novatianis, si Novatiano historico credimus, à Catholicis adscitus. Idem postea stupri illius occasione Constantinopoli sublatus; unàqve cum eo pœnitentiæ publicæ usus interruptus est. Pœnitentiæ, inqvam, non Confessionis publicæ, qvæ nulla unqvam in rerum natura fuit. Qvod enim publica duntaxat pœnitentia suppressa sit, vel author ipse post Socratem narrationis illius Sozomenus ostendit: qvi idem, qvod Constantinopoli abrogatum dixerat, alibi terrarum, & in Occidente, ac Romæ potissimum perseverasse docet; qvod cujusmodi esset exponens, nullum alium nisi publicæ pœnitentiæ ritum significat; luctum videlicet, lacrymas cùm pœnitentium ipsorum, cùm Episcopi ipsius, ac totius populi; Ad hæc jejunia, crebras orationes, ac stationes, sexcenta id genus, qvorum in veteribus Conciliis ac sanctorum Patrum monumentis freqvens est & accurata mentio. Nuspiam autem publicæ Confessionis usum ne literâ qvidem attigere Socrates ac Sozomenus; neqve porrò privatæ, vel confessionis, vel pœnitentiæ meminerunt; qvam utramqve salvam atqve incolumem etiam Constantinopoli mansisse nemini dubium esse debet. Neqve qvenqvam moveat, qvòd Socrates subjicit; Eudæmonem istum, qvi Nectario abrogandi pœnitentiarii Presbyteri consilium dedit, hortatum esse, ut unumqvemqve suæ conscientiæ relinqveret; *συγχωρῆσαι δὲ ἕκαστον τῷ ἰδίῳ συνειδότι τῶν μυστηρίων μετέχειν. Ut suapte conscientia fretus, ejusqve secutus arbitrium Mysteria capesseret.* Nam illud inter antiqvitatis Ecclesiasticæ peritos convenit, publicam olim poenitentiam, hoc est poenas ipsas, qvibus satisfaciebant, earúmqve tempus, ac rationem tam constanter ac severè, & ad ungvem observasse priscam Ecclesiam, ut ante justam ac legitimam illius functionem nefas esse putaret ad pacem & Communionem accedere. Hinc acres ac vehementes illæ Cypriani præsertim qverelæ, qvas in Libro de lapsis, & in Epistolis inculcat. *Ante expiata delicta* (ait Libro de lapsis) *ante exhomologesin factam criminis, ante purgatam conscientiam sacrificio & manu Sacerdotis,*

De Pœnitentia vetere in Ecclesia.

Pœnitentia publica non Confessio sublata Constantinopoli.

De Pœnitentia ritu in vetere Ecclesia.

ante offensam placatam indignantis Domini, & minantis, pacem putant esse, qvam qvidem verbis fallacibus venditant. Hanc pœnitentiæ formam cùm Episcopi diligenter exigerent, nec nisi absoluta illa, perfectáqve qvenqvam admitterent, ablata Constantinopoli publica pœnitentia, privatim unicuiqve moderandæ illius ac terminandæ potestas est facta; cum ea tamen cautione, ut nisi ritè, & pro delictorum modo à seipso pœnas repeteret, apud Deum neqvaqvam culpa careret. Aliqvanto difficilius est, qvod Sozomenus disserit. Qveritur enim hoc velut fræno detracto majorem ad omne scelus impunitatem ac licentiam extitisse. *ἐπεὶ πρότερον ὡς ἡγοῦμαι μείω τὰ ἁμαρτήματα ἦν, ὑπό τε αἰδοῦς τῶν ἐξαγγελλόντων τὰς σφῶν αὐτῶν πλημμελείας, καὶ ὑπὸ ἀκριβείας τῶν ἐπὶ τούτῳ τεταγμένων κριτῶν. Qvandoqvidem minora, ut opinor, erant antè peccata: cùm propter eorum verecundiam, qvi illa confitebantur; tum ob eorum, qvi ei negotio præerant, diligentiam, ac solicitudinem.* Verum etsi Novatiani verba præstare nihil necesse sit, possunt ea tamen sic accipi, uti leviora fuisse crimina doceat, qvod & illa confiteri, uni videlicet alicui Sacerdoti, oportuerit, utputa pœnitentiario; & ab eodem inflictas pœnas excipere. Sublata verò pœnitentiâ, tametsi nihilo secius confiterentur, tamen publicè nullam peccati sui significationem dabant; qvod unum pœnitentibus molestissimum erat, & acerbissimum. Qvare *αἰδὼς* illa, & verecundia non tam ad *ἐξαγγελίαν* referenda, qvàm ad publicam infamiam, & pœnam, qvæ graviorum criminum confessionem necessariò seqveretur. Nam aut nulla, aut leviori verecundia deinceps affecti sunt, qvòd scirent publica se ignominia, ac tam diuturno cruciatu cárituros. Ad eam mentem ac sententiam dirigi possunt, qvæ à Chrysostomo cùm aliis in locis, tum Hom. V de Incompr. Dei natura, parum commodè dicta videntur; ubi peccatores ea se lege negat obstringere, ut hominibus, sed ut uni duntaxat Deo peccata fateantur. *Διὰ τοῦτο παρακαλῶ, καὶ δέομαι, καὶ ἀντιβολῶ ἐξομολογεῖσθαι τῷ Θεῷ συνεχῶς. οὐδὲ γάρ εἰς τὸ θέατρόν σε ἄγω τῶν σῶν, οὐδὲ ἐκκαλύψαι τοῖς ἀνθρώποις ἀναγκάζω τὰ ἁμαρτήματα· τὸ συνειδὸς ἀνάπτυξον ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ, καὶ αὐτῷ δεῖξον τὰ τραύματα, καὶ παρ' αὐτοῦ τὰ φάρμακα αἴτησον. Non te,* inqvit, *in scenam ac conservorum tuorum consessum prodire jubeo; neqve hominibus peccata tua patefacere: imò verò conscientiam tuam coram Deo aperi, &c.* Etenim qvod tum pœnitentiæ publicæ usus intercidisset, peccata coram hominibus publicari desierant; hoc est, externo illo sqvallore, ac sordibus, cilicio, volutatione, reliqva omni mœroris ac luctus significatione detegi. Qvanqvam multa sunt à sanctissimis Patribus, præsertimqve à Chrysostomo in Homiliis aspersa; qvæ si ad exactæ veritatis regulam accommodare volueris, boni sensus inania videbuntur. Qvippe declamatorio illo more ad imperitam ferè multitudinem, exaggerandi caussa, & subito qvodam impetu dicendi ac calore profusa feruntur plerunqve licentius. Unde ex aliorum comparatione locorum, vel Conciliorum potius, ac Patrum, temperanda, & in gyrum veritatis revocanda sunt.

Explicatur Chrysostomi locus.

Atqvi innumera sunt antiqvitatis testimonia, qvæ peccatorum con-

fessioni, & qvidem secretæ ac tacitæ, luculentissimè suffragantur: qvæ cum hac una vel altera paulo obscuriore Chrysostomi sententiâ compensari possunt. Nam ut ego paucis absolvam; neqve enim id modo agitur: qvotcumqve veterum PP. scripta sunt, vel Conciliorum decreta, qvibus pœnitentiæ modus indicitur, totidem Confessionis arcanæ firmamenta ac monimenta retinemus. Jubent antiqvissima PP. atqve Ecclesiæ consulta, lapsos pro peccatorum gravitate plecti, & ab Antistitibus, aut Sacerdotibus pœnitendi leges, ac conditiones accipere; ut eorum caussâ cognita, ac prudenter æstimata, levioribus illos, gravioribúsve pœnis coërceant. Qvis nisi insanus aliter id administrari posse putet, qvàm si peccata sua ille ipse, qvi admisit, exponat? Confessione igitur ac declaratione aliqva opus est. Ea verò privata ac tacita, ut hodie est, ita perpetuò fuit; nec ulla unqvam publica usu ac moribus Ecclesiæ recepta; qvod postremo loco demonstrandum suscepimus.

De Pœnitentiariis in veteri Ecclesia.

FUERITNE QVONDAM PUBLICA PECCATORUM CONFESSIO ECCLESIÆ MORIBUS RECEPTA.

INVETERAVIT hæc apud qvamplurimos ætatis nostræ Scriptores opinio; publicam peccatorum confessionem pœnitentiæ partem fuisse; eandémqve perinde ut cætera illius officia communi usu ac consvetudine receptam. Sed cujusmodi demum ea fuerit, qvibusqve definita peccatorum generibus, non eodem modo pronunciant omnes: Verùm alii tolerabilem: alii prorsus absurdum hunc errorem interpretatione sua faciunt.

Fuere qvi nullum peccatorum genus à publicæ lege confessionis exciperent; ne occulta qvidem: qvos prudentiores cæteri meritò rejiciendos putant. Alii publica duntaxat crimina, vulgòqve cognita publicæ illi professioni subjiciunt. Alii deniqve certa duntaxat ex omnibus à pœnitentiæ præsidibus delecta contendunt. Rursus aliqvi pœnitentes ipsos afferunt in concionem productos sua propalam peccata confessos: alii, qvo illorum pudori consuleretur, eas partes Sacerdotibus demandandas putarunt; qvi aut memoriter, aut ex scripto pœnitentium crimina in populum efferrent.

A qvibus omnibus vehementer ego dissentio. Neqve enim adduci possum ut existimem, legem ullam in Ecclesia fuisse unqvam ejusmodi, qvæ peccata proferri publicè decreverit. Fuerit enim interdum aliqvis, qvi abundantia qvadam doloris, ac pietatis delicta sua coram omnibus exposuerit: neqvaqvam tamen id in exemplum consvetudinémqve

De Pœnitentiæ ritu in veteri Ecclesia.

jure potest transferri. Sed ut magis in arcem qvæstionis illius involemus, utriusqve momenta partis & pondera diligenter æstimanda sunt; negantis inqvam, meæ, & affirmantis alterius.

Rationes qvibus publica Confessio probatur.

Hæc igitur ex Nectariana illa historia nata potissimum videtur. Qvam cùm nostri acerrimè ab Hæreticis opponi cernerent, neqve alium exitum difficultatis expedire possent, ingeniosè istud ac solerter excogitarunt. Videbant enim id omnino sublatum à Nectario, unde tanta se invidiæ flamma concitasset. Hoc autem qvid aliud esse, qvàm id ex qvo matronæ stuprum, ac Diaconi flagitium manarat in populum? Eam verò procul dubio confessionem fuisse; qvod ita Latinè apud Socratem legeretur: *Mulier longius in confitendo progressa.* Nefas autem est arbitrari privatam & à Nectario confessionem extortam, & qvod caput est, ab illius successore Chrysostomo minimè revocatam. Ob eas caussas dubium nemini fuit, qvin præter privatam illam, ac legitimam, & verò necessariam, qværenda esset altera, constituendàqve publica. Cui stabiliendæ asserendæqve varia postmodum præsidia conqvisierunt, ex qvorumdam PP authoritatibus: tùm verò exhomologesin illam eò traxerunt; cujus antiqvitas omnis Christiana persæpe meminit. Hæc illorum ratio fuit. Nostra verò est ejusmodi. Cùm de priscis Ecclesiæ ritibus agitur, nihil temerè, nec absqve veterum Scriptorum expressis testimoniis asserendum. Neqve enim id unum intueri satis esse, qvàm te probabiliter è laqveis qvæstionis alicujus explices, qvod in Scholasticis controversiis usu venit; sed qvodcunqve demum, antiqvioris Ecclesiæ moribus adscripseris, hujus ex historia tibi veritatem esse præstandam. Jam verò hic ille Confessionis publicæ mos, qvo de agitur, non modo solidum habet nihil, aut expressum ex omni vetustatis memoria, qvo tueri sese possit, sed multis validissimisqve rationibus evertitur. Sed repugnat præ cæteris gravissima S. Leonis sanctissimi Pontificis auctoritas, qvi hanc profitendorum publicè scelerum consvetudinem tanqvam Apostolicæ regulæ contrariam improbat Epistola LXXX Cap. 2. Cujus verba hic omnino describenda sunt. *Illam*, inqvit, *etiam contra Apostolicam regulam præsumptionem, qvam nuper agnovi à qvibusdam illicita usurpatione committi, modis omnibus constituo submoveri (de pœnitentia videlicet, qvæ ita à fidelibus postulatur) ne de singulorum peccatorum genere, libellis scripta professio publicè recitetur: cùm reatus conscientiarum sufficiat solis Sacerdotibus indicari confessione secreta. Qvamvis enim plenitudo fidei videatur esse laudanda, qvæ propter Dei timorem apud homines erubescere non veretur, tamen qvia non omnium hujusmodi sunt peccata, ut ea, qvæ pœnitentiam poscunt, non timeant publicare, removeatur tam improbabilis consvetudo, ne multi à pœnitentiæ remediis arceantur: dum aut erubescunt, aut metuunt inimicis sua facta reserari, qvibus possint legum constitutione percelli. Sufficit enim illa confessio, qvæ primùm Deo offertur, tùm etiam Sacerdoti, qvi pro delictis pœnitentum precator accedit.* His verborum sententiarúmq; fulminibus commentum illud publicæ confessionis percellitur. Si enim ne volentibus qvidem, atqve ultrò flagitantibus criminum reis, publicè ista pronunciari passus est; eámq; *contra traditionem Apostolicam præsumptionem*

Qvibus rationibus repudianda videatur.

For. qvi

De Pœnitentia in vetere Ecclesia.

esse definit, estne ut rejectum ac damnatum tanti Pontificis judicio morem legitimum aliqvando fuisse putemus, & communi ab omnibus Ecclesiæ jure servatum? Atenim pleriqve sic respondent: Leonem de occultis duntaxat criminibus loqvi, qvæ publicè confiteri nemo debuerit, non autem de publicis, qvæ unica publicæ confessionis seges extitit. Commodius isti sanè, qvi ab hac publici lege dedecoris occulta saltem excipiunt: qvod ne alii qvidem remittunt. Qvorum nonnulla temeritas Tridentini Concilii voce ac decreto notatur. Etenim Sess. XIV Cap. V cùm docuisset publicam confessionem *nullo Divino præcepto mandatam* fuisse, statim adjicit: *Nec satis consultè humana aliqva lege præciperetur, ut delicta, præsertim secreta, publica essent confessione aperienda.* Divinum prorsus ac tanto consessu dignum oraculum, ex qvo non modo de secretorum criminum, sed etiam publicorum publica professione colligi potest, nulla unqvam humana, hoc est Ecclesiastica lege, qvam Divino præcepto Tridentini Patres opponunt, pœnitentibus impositam fuisse, ac ne imponi qvidem prudenter potuisse. Siqvidem vox illa *præsertim* hanc habet vim, ut cætera qvoqve patum consultè pronunciari censeantur, adeoqve qvæ de illis publicè confitendis lata fuerit lex inconsulta sit minimèqve prudens: etsi altera qvæ de secretis idem statueret, prudentiæ minus habeat. Apparet igitur ex Tridentinorum PP. sensu nullam unqvam istiusmodi legem extitisse, qvæ ad publicam qvoruncumqve peccatorum confessionem pœnitentes adstringeret. Qvare Leonis etiam decretum ad omnia peccatorum genera pertinet. Atqve vel ex eo, qvod fateri isti coguntur; publica solùm crimina confitenda fuisse, non occulta, nullam omnino Confessionem publicam lege constitutam esse validissimè probabitur. Etenim cùm ob graviora duntaxat, & capitalia scelera pœnitentia publica præscripta sit, qvi hæc publicè, omnibusqve consciis admisisset, cùm publicè postea pœniteret, qvid ea confiteri necesse habuit, aut qvi tandem in illis publicè profitendis pudor, ac verecundia, cui in abroganda Confessione Nectarius consultum esse voluerat? Qveritur Sozomenus sublato hoc ipso, qvodcunqve tandem Nectarius antiqvavit, velut fræno qvodam detracto, majorem ad omne scelus licentiam homines habuisse; cùm ante τῆς ἐξαγγελίας metus illos, ac verecundia coërceret. Nostri hoc ad publicam Confessionem transferunt. Si, ut volunt, publicorum duntaxat, qvis ille tantus pudor fuerit, non video; aut qvis præcipuus ex ea fructus, qvodve ad deterrendos à flagitiis homines momentum, cùm ignota qvæ profiterentur essent nemini. At seclusa confessione, publicus ille pœnitentium luctus, abjectio ipsa sui, sordes, lamentatio, supplicatio, cæteraqve id genus satis magnam verecundiam præter sensum doloris attulerunt, qvibus refrænari à vitiis, & in officio contineri possent. Qvam & ipsam fateor publicam qvandam peccati professionem fuisse. Ad qvam accesserit sanè nonnunqvam etiam expressa verbis altera, & publica; sed qvam non ulla Ecclesiastica lex præscriberet, ac ne permitteret qvidem fortasse, sed vehemens potius dolor, ac pietatis sensus extunderet. Deniqve qvod à paucis aliqvando factum, idqve perobscurè, colligitur, non id in consvetudinem, ac multo minùs in legem debet referri. Qvod prudentissimè ab eodem illo Tridentino Concilio declaratur his

De Pœnitentia ritu in vetere Ecclesia.

verbis; *Etsi Christus non vetuerit, qvin aliqvis in vindictam suorum scelerum & sui humiliationem, cùm ob aliorum exemplum, & sui humiliationem, tùm ob Ecclesiæ offensæ ædificationem, delicta sua publicè confiteri possit: non est tamen hoc divino præcepto mandatum: nec satis consultè humana aliqva lege præciperetur, &c.* Addam & aliud deniqve, ut qvàm parùm sibi opinio illa constet, omnes intelligant. Qvi pœnitentiæ publicæ partem Confessionem æqè publicam faciunt, iidem majori ex parte occulta crimina palam declarari negant oportuisse. Atqvi sæpenumerò propter occulta solum, & ab ipso, qvi commiserat, sponte prodita, publica est indicta pœnitentia. Caruit tum igitur aliqva sui parte, & qvidem necessaria, publica illa pœnitentia. Qvod autem etiam arcanis sceleribus publicè inflicta pœnitentia sit, fidem faciunt antiqvissimi Canones: imprimis Basilii, qvi Can. LXI ad Amphilochium, de fure sic præcipit. Si qvis sponte sua commissum fateatur, ut uno duntaxat anno pœnitentiam obeat. Sin convictus ac deprehensus fuerit, biennio. In Conc. Carthag. III Can. XXXII decretum est, *ut Presbyter inconsulto Episcopo non reconciliet pœnitentem, nisi absente Episcopo, & necessitate cogente. Cujuscunqve autem pœnitentis publicum, & vulgatissimum crimen est, qvod universa Ecclesia noverit, ante apsidem manus ei imponatur.* Hæc ipsa Concilii sanctio clarissimè significat, alia præter publica fuisse peccata, qvæ pœnitentia coërcerentur: cùm à cæteris publica nominatim excipiat. Deinde nec illud obscurè colligitur, si ulla, qvalem isti fingunt, publica fuisset peccatorum confessio, perrarò tamen usum illius incidisse. Nam si publicè, & in freqventi Ecclesiæ conventu jam ea prodidissent, cur in manifestissimis duntaxat, certisqve criminibus manus iis ante apsidem imponitur? Qvippe omnium sine ullo discrimine pœnitentium peccata jam erant illorum confessione manifesta. Neqve verò dici istud potest, illustri aliqva authoritate veterum ac Patrum niti Confessionem istam publicam. Nam præter Nectarianam, uti diximus, historiam nihil est admodum, ad qvod conjectura illa possit adhærescere. Sed hoc qvàm inane præsidium sit, copiosè demonstravimus. Intellectum est enim, non mulieris publicâ, & Ecclesiastica confessione, sed aliunde stuprum illud esse compertum: totam deniqve publicæ confessionis Tragœdiam ab Interpretis errore derivatam: qvi ad id, qvod Socrates scripserat, *longiùs progressam esse mulierem*, levi additione, sed magna veritatis fraude *confitendi* vocabulum adjunxit. Cætera deniqve ita composita, explanatáqve sunt, nullum ut inde fucum colorémqve sibi ementita illa confessio possit arcessere. Superest Origenis unus alterve locus, qvi publicæ confessionis suspicionem aliqvam possit injicere. Sed si diligentius consideretur, adversus illos ipsos magnopere pugnat, qvi ejus se præsidio defendunt. Origenes itaqve Hom. II in Ps. XXXVII, ea Davidis verba declarans: *Amici mei, & proximi mei adversum me appropinqvaverunt, & steterunt:* hæc ad pœnitentem refert, qvi peccato suo medicinam facere volens amicorum contemptum irrisionémqve negligat. *Si ergo* (inqvit) *hujusmodi homo memor delicti sui confiteatur qvæ commisit. & humana confusione parvipendat eos, qvi exprobrant eum confitentem, & notant vel irrident, ille autem intelligens per hæc sibi veniam dari, &c. Si ergo sit aliqvis ita fidelis, ut si qvid conscius sit sibi, procedat in medium, & ipse sui accusator existat: hi autem qvi futurum Dei ju-*

Publica Pœnitentia propter occulta peccata qvibusdam imposita.

Origenis testimonia pro publica confessione expenduntur.

dicium non metuunt, hæc audientes cum infirmantibus qvidem non infirmentur, cum scandalizantibus non urantur, cum lapsis non jaceant: sed dicant; longè te fac à me, neq; accedas ad me, qvoniam mundus sum; & detestari incipiant eum, qvem antè admirabantur, & ab amicitia recedant ejus, qvi delictum suum noluit occultare: super his ergo conseqventer dicit, qvi exhomologesin, id est confessionem, facit, &c. Sed postea clarius idem declarat, cùm ad sui accusationem, & confessionem adhortans, ita loqvitur: *Tantummodò circumspice diligentiùs cui debeas confiteri peccatum tuum. Proba prius medicum, cui debeas caussam langvoris exponere, &c. ut ita demum si qvid ille dixerit, qvi se prius & eruditum medicum ostenderit, & misericordem, si qvid consilii dederit, facias, & seqvaris: si intellexerit, & præviderit talem esse langvorem tuum, qvi in conventu totius Ecclesiæ exponi debeat, & curari, ex qvo fortaßis & cæteri ædificari poterunt, & tu ipse facilè sanari, multa hoc deliberatione, & satis periti medici illius consilio procurandum est.* Hactenus Origenes. Nullus in omni vetustate locus est, ex qvo validiùs id affirmari putent, qvod de publica Confessione sentiunt. Nam in posteriori maximè sententia delectum peccatorum à Sacerdote faciendum insinuat, qvæ pœnitens ad omnium utilitatem publicè profiteatur. Atqvi nihil istos Origenes adjuvat: imò verò obest vel plurimum: qvandoqvidem de arcanis, occultisq; peccatis, non publicis loqvitur: de iis, inqvam, peccatis ista pronunciavit Origenes, qvibus illa, qvam svadet, confessione patefactis, qvi confitentem amabant, & admirabantur anteà, deinceps velut ab impuro, contaminatóqve discedant, ut in priore loco narrat. Item ejusmodi peccata illa sunt, qvæ confiteri jubet, ut non temerè in publico conventu debeant exponi, sed cum accurrata deliberatione, & Sacerdotis consilio, qvod posterior locus admonet. Qvamobrem occulta illa sunt, non publica atqve manifesta, de qvibus publicè confitendis ne deliberandum qvidem esset, si id publicæ pœnitentiæ ratio & Ecclesiæ lex necessariò postularet. Cùm igitur publicæ Confessionis patroni nullam occultorum criminum, sed publicorum duntaxat, publicam confessionem legitimam fuisse velint; idqve & Leonis Magni decretum, & Tridentini Concilii authoritas evincat: (Neqve enim ejusdem opinionis alios qvosdam moramur, qvi ex arcanis ipsis criminibus qvædam etiam ad publicam professionem designata censent, qvorum est minus tolerandus error) plurimum abest, ut ex illis Origenis testimoniis operæ pretium ullum ad commenti sui patrocinium faciant. Qvæ cùm ita sese habeant, aliter Origenis accipienda illa verba sunt, cùm publicè accusanda, confitenda, aut exponenda peccata dicit, vel exhomologesin instituendam: qvod apud cæteros Patres, imprimisqve Cyprianum freqventer occurrit. Neqve enim perpetuò legitima aliqva peccatorum declaratio, ac singulorum expositio istiusmodi vocabulorum formulis intelligitur; sed ea plerumqve professio, qvæ factis ipsis, ac pœnitentium officiis editur, aut si ore fortassis ac verbis, non ea singulorum criminum condicto loco ac tempore confessio fuit, ut vel ex scripto, vel ex memoria pronunciarentur: sed generalis scelerum agnitio, & improbitatis suæ professio ac detestatio: cujusmodi esse videtur generalis illa Confessionis formula, qvam accuratæ ac privatæ peccatorum explicationi, aut incruento Missæ sacrificio celebrando præmittimus. Neqve tamen

De Pœnitentia ritu in vetere Ecclesia.

Explicantur Origenis loca.

De Pœnitentia veterum in vetere Ecclesia. *Quid sit exhomologesis.*

inficior, qvin exhomologesis interdum veram & Sacramenti propriam, adeoqve privatam peccatorum expositionem significet; sed cautè, ac prudenter in hujus vocis interpretatione versandum est, ut ex ipso narrationis contextu, qvo sensu à Patribus usurpata sit, dijudicare possimus. Qvam ad rem egregius est Tertulliani locus, Lib. de Poenit. cap. IX: *Hujus*, inqvit, *igitur pœnitentiæ secundæ, & unius, qvanto in arto negotium est, tanto operosior probatio est, ut non sola conscientia præferatur, sed aliqvo etiam actu administretur. Is actus, qvi magis Græco vocabulo exprimitur, & freqventatur, exhomologesis est, qva delictum Domino nostro confitemur, non qvidem ut ignaro, sed qvatenus satisfactio confessione disponitur, confessione pœnitentia nascitur, pœnitentiâ Deus mitigatur. Itaqve exhomologesis prosternendi, & humilificandi hominis disciplina est, conversationem injungens misericordiæ ilicem.* Sed de ἐξομολογήσεως notionibus variis jampridem multa sunt à viris eruditis observata. Nos apud Cyprianum animadvertimus exhomologesin pro pœnitentiæ publicæ certa functione sumi, qvæ uni ex qvatuor Pœnitentium gradibus præcipuè conveniret: nimirum ὑπόπτωσιν, qvæ tertio loco numeratur. Nam qvi in eo gradu censebatur, *ἐντὸς τῆς τοῦ ναοῦ πύλης*, intra templi portam admissus, cum Catechumenis facessere jubebatur, ac certis diebus coram Episcopo procidens, impositione manuum, ac solenni precatione impertitus dimitti solebat. Unde ὑπόπτωσις est dicta, qvòd *ὑπέπιπτεν*, hoc est coram Antistite procidebat, qvi cum omni populo procidens & ipse primùm, tum exsurgens, manus, uti dixi, poenitentibus imponebat. Qvod luculentè cumprimis declaratur à Sozomeno Lib. VII. cap. XVI: ubi pœnitentiæ formulam exponit, qvæ Constantinopoli abrogata Romæ perpetuò mansit. Qva in Sozomeni descriptione plurima sunt, qvæ ad omnes poenitentiæ gradus pertinent, non pauca ad ὑπόπτωσιν referuntur. Cur autem exhomologesin huic tertio poenitentiæ gradui potissimum assignem, Cypriani authoritas movet, qvi post alias poenitentiæ functiones exhomologesin collocare solet, & reconciliationi ac communioni propiorem ostendere. Sic in Epistola X ad Clerum. *Nam cùm in minoribus peccatis* (inqvit) *agant peccatores pœnitentiam justo tempore, & secundum disciplinæ ordinem ad exhomologesin veniant, & per manus impositionem Episcopi, & Cleri jus communicationis accipiant, nunc crudo tempore persecutione adhuc perseverante, nondum restitutâ Ecclesiæ ipsius pace ad communicationem admittuntur, & offertur nomen eorum, & nondum pœnitentiâ actâ, nondum exhomologesi factâ, nondum manu eis ab Episcopo & Clero impositâ, Eucharistia illis datur.* Sic Ep. XI. post actam poenitentiam subjicit exhomologesin. Et Ep. XII: *Nam cùm in minoribus delictis, qvæ non in Dominum committuntur, pœnitentia agatur justo tempore, & exhomologesis fiat inspectâ vita ejus, qvi agit pœnitentiam, nec ad communicationem venire qvis possit, nisi prius illi ab Episcopo, & Clero manus fuerit imposita.* Idem in Orat. de lapsis, & alibi sæpius eodem ordine commemorat. Qvinetiam Tertull. Lib. de Poen. enumeratis omnibus poenitentium incommodis ac vexationibus, hæc infert: *Miserum est sic ad exhomologesin pervenire. Malo enim ad miseriam pervenitur: sed ubi pœnitendum est, desinit miserum, qvia factum est salutare.* Ex qvibus perspicuum redditur, ante exhomologesin multas poenitentium actiones alias antecessisse, illam autem ὑποπτώσεως peculiarem esse, qvia σύςασις non jam *miseria* dici

Ea propria fuit ὑποπτώσεως. *Quid sit ὑπόπτωσις.*

poteſt, cùm ſtatus hic pœnitentiæ commodiſſimus omnium extiterit. At ὑπόπτωσις multas acerbiſſimáſqve moleſtias habuit, & majore cum verecundia conjuncta fuit, cum in media populi concione ſiſtens ſeſe peccatorem profiteretur, ac generalem exhomologeſin concipiens lacrymis atqve ejulatibus inſtaret ardentius. Propterea Concilium Ancyranum, ut ſupra vidimus, Can. XIX voluntarii parricidii reos toto vitæ tempore ὑποπίπτειν jubet. *De Pœnitentia veteri Eccleſiæ.*

Atqve eandem eſſe cauſſam ſuſpicor, cur pœnitentium nomine ſæpe illi ſoli comprehendantur à Conciliis, & Patribus, qvi in tribus primis gradibus hærerent. Nam in Liturgiis ac ſacrificiis poſt Scripturarum lectionem, & Divini verbi prædicationem priusqvam ad arcana auguſtioraqve myſteria progrederentur, catechumenos, energumenos, cum pœnitentibus faceſſere Diaconus imperabat. Dionyſius Lib. de Eccleſ. Hierar. Cap. III καὶ μετὰ ταύτας (lectiones ſacras) ἔξω γίνονται τῆς ἱερᾶς περιοχῆς οἱ κατηχούμενοι, καὶ πρὸς αὐτοῖς οἱ ἐνεργούμενοι, καὶ οἱ ἐν μετανοίᾳ ὄντες. Sic in Conſtit. Apoſt. L. VIII, Cap, IX: Καὶ ὁ Διάκονος λεγέτω· ἀπολύεσθε οἱ ἐν μετανοίᾳ. Verbum τοῦ ἀπολύειν *miſſam*, ſive *miſſionem* ſignificat; ut in expoſitione fidei Catholicæ in fine operis hujus videbimus. Pœnitentium itaqve diceſſio fiebat, duntaxat eorum, qvi in tribus primis gradibus cenſerentur; uti veteres Canones nos docent; præſertim Gregorii Thaumaturgi undecimus, idqve pluribus Zonaras, & Balſamo Interpretes obſervant. Nam qvi in qvarto gradu, hoc eſt τῇ συστάσει numerabantur, cum fidelibus perſeverabant: ἡ σύστασις (ait Thaumaturgus) ἵνα συνίσταται τοῖς πιστοῖς, καὶ μὴ ἐξέρχηται μετὰ τῶν κατηχουμένων. Hincmarus in Epiſtola ad Hincmarum Laudunenſem Epiſcopum, qvam Juſtellus citat: *Qvidam jubentur uſqve ad miſſam catechumenorum manere in Eccleſia. Qvidam autem ſola intra Eccleſiam fidelium oratione jungi ſacræ myſteriorum celebritati, à Dominicæ autem menſæ convivio ſegregari.* Qvocirca οἱ ἐν συστάσει ὄντες extra pœnitentium ordinem ex illa Canonum, ac PP. loqvendi ratione ſecreti ſunt. *Pœnitentium nomine vulgo tres primi gradus continentur.*

QVONAM IN POENITENTIÆ GRADU SACRAMENTALIS ABSOLUTIO CONCESSA FUERIT.

EX qvo illa ſanè non levis exiſtit qvæſtio: qvonam tempore, qvôve in gradu poſtremam illam à peccatis abſolutionem pœnitentes obtinerent. Qvòd enim ſubindè poſt editam peccatorum confeſſionem abſolvi non ſolerent, idqve nonniſi expleto pœnitentiæ tempore conſeqverentur, pluribus anteà demonſtratum eſt. Nunc illud meritò dubitatur; utrumnam qvarto inſuper gradu, hoc eſt συστάσει, priùs defungendum illis fuerit, qvàm Sacramentalem, ut vocant, abſolutionem impetrarent: an poſt ὑπόπτωσιν abſolverentur à peccatis illi qvidem; ſed nondum tamen ad Dominici communionem corporis admitterentur. Ac videri ſanè poteſt, poſt ὑπόπτωσιν,

De Pœnitentia ritu in vetere Ecclesia. Videri in tertio gradu collatam.

peccatorum illis veniam, hoc est Sacramentalem illam relaxationem esse concessam. Nam cum tertio ex illo gradu ad σύστασιν emerserant, pœnitentes esse qvodammodo desinebant, ut paulo ante declaravimus. Qvod argumento esse potest, relaxata jam illis, ac condonata esse crimina, propter qvæ in illam obeundæ pœnitentiæ necessitatem incurrerant. Adde omnia illis, uno excepto Domini corpore, cum cæteris fidelibus fuisse communia: locum imprimis, ac tempus orationis. Neqve enim cum pœnitentibus exibant, nec alibi, qvàm ubi fideles cæteri, versabantur. Tum sacrificia ipsa, & Liturgias, qvorum citra communionem, erant participes. Deinde verò nemini dubium illud est, per impositionem manuum; cætera ut omittam, peccatorum illis temporibus tributam esse veniam. Docent hoc innumera Cypriani testimonia, qvorum hactenus pleraqve produximus; in qvibus per manus impositionem pax & reconciliatio, communicatióqve conceditur. Tum in Carthag. Conc. IV, Can. LXXVI de eo qvi pœnitentiam in infirmitate postulat: *Et si continuo*, inqvit, *creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori ejus Eucharistia.* Item Can. LXXVIII. *Pœnitentes, qvi in infirmitate viaticum Eucharistiæ acceperint, non se credant absolutos sine manus impositione, si supervixerint.* In Constit. Apost. L. II, Cap. XLI ἡ χειροθεσία pœnitentibus ἀντὶ τοῦ λούσματος esse dicitur. At verò manus impositio propria τῆς ὑποπτώσεως fuisse videtur. Qvo in gradu pœnitentes sub Episcopi manus subibant: unde τῆς ὑποπτώσεως vocabulum deductum. Atqve hoc ante postremam absolutionem, ac reconciliationem sæpius factitabant. In Laodic. Can. XIX ubi Liturgiarum celebrandarum forma præscribitur, περὶ τοῦ δεῖν ἰδίᾳ πρῶτον μετὰ τὰς ὁμιλίας τῶν Ἐπισκόπων, καὶ τὴν τῶν κατηχουμένων εὐχὴν ἐπιτελεῖσθαι, καὶ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τοὺς κατηχουμένους, τῶν ἐν μετανοίᾳ τὴν εὐχὴν γίνεσθαι, καὶ τούτων προσελθόντων ὑπὸ χεῖρα, καὶ ὑποχωρησάντων, οὕτως τὰς εὐχὰς τῶν πιστῶν γίνεσθαι τρεῖς. Agathense Conc. Can. XV; *Pœnitentes tempore, qvo pœnitentiam petunt, impositionem manuum & cilicium super caput à Sacerdote, sicut ubiqve constitutum est, conseqvantur.* Item Carthag. IV Can. LXXX: *Omni tempore jejunii manus pœnitentibus à Sacerdotibus imponatur.* Itaqve cum ab ὑποπτώσει ad qvartum ordinem, ac postremum migrarent, probabile est per impositionem manuum Sacramentalem illis absolutionem impertitam fuisse. Neqve enim, qvod sciam, antiqvi Canones post σύστασιν pœnitentibus impositam esse significant, sed eam impositionem cum ὑποπτώσει conjungunt. Qvæ conjectura si cui forsitan placuerit, ad nonnulla Patrum loca transferri, accommodariqve poterit, in qvibus pœnitentia sine communione certis peccatoribus concessa legitur. Ut cùm Innocentius Papa scribit, olim iis, qvi reconciliationem sub extremum tempus vitæ postulabant, negata communione, concessam esse pœnitentiam. Nam pœnitentiæ nomine Sacramentalis absolutio potest intelligi, qvam citra Dominici corporis participationem impetraverint: Cyprianus insuper Ep. XI: *Ante actam, inqvit, pœnitentiam, ante exomologesin gravissimi, atq; extremi delicti factam, ante manum ab Episcopo et Clero in pœnitentiam impositam.* Ibi pœnitentia pro absolutione usurpari videtur, ut & alibi passim, qvoties de reconciliatione loqvens iis verbis utitur; *manu in pœnitentiam imposita.* Qvocirca in fine τῆς ὑποπτώσεως fortean manus in pœnitentiam im-

am impolita fuit, hoc est absolutio, reconciliatioqve data pœnitentibus, sic ut tantisper à mysteriis abstinerent. *De Pœnitentia ritu in vetere Ecclesia.*

Verùm ne huic conjecturæ nimium confidam, unum illud facit; qvòd vetustissimi Patres, imprimisqve Cyprianus post exomologesin, extremamqve manuum impositionem statim ad Mysteriorum communionem jus habuisse pœnitentes non obscurè demonstrant. Sic in Epist. X ad Clerum, *Nam cum in minoribus peccatis* Cypriani verba sunt) *agant peccatores pœnitentiam justo tempore, & secundum disciplinæ ordinem ad exomologesin veniant, & per manus impositionem Episcopi & Cleri jus communicationis accipiant, nunc crudo tempore, persecutione adhuc perseverante, nondum restituta Ecclesiæ ipsius pace, ad communicationem admittuntur, & offertur nomen eorum, & nondum pœnitentia acta, nondum exomologesi facta, nondum manu eis ab Episcopo, & Clero imposita, Eucharistia illis datur.* Idem repetit Epist. XI. ac XII. & sexcentis aliis locis. Ex qvibus efficitur, nonnisi peracta pœnitentia, & sub finem συςάσεως postremam illam manuum impositionem, qva Sacramentalis absolutio continebatur, pœnitentes obtinuisse. Nihil enim inter pacem & reconciliationem ac Mysteriorum participandorum jus interponendum videtur: & utrumqve communionis appellatione comprehenditur. Hic igitur ἐπέχω, deqve ea re doctorum, & antiqvitatis Ecclesiasticæ consultorum hominum judicium expecto.

N. 1. Οὗτος ὁ Ναβᾶτος.] De Novati & Novatiani discrimine actum est initio superioris Diatribæ, Qvo tempore verò, qvisqvis ille est, Hæresis author extiterit, dubitat Epiphanius, hæsitationem hallucinatione cumulat: non ejusmodi, qvam ei falsò Scaliger affinxit ad Eusebii annum MMCCLXII *Epiphanius*, inqvit, *parum cautè hanc persecutionem* (Maximini scilicet) *διωγμὸν πρῶτον vocavit, Hæresi LIX. hoc est Novatianorum. Sed multis ejusmodi nævis Epiphanium insignitum esse sciunt, qvi eum legerunt.* Nos non negamus plures apud Epiphanium nævos esse. Sed illud primò constanter, atqve audacter asserimus, illum ipsum Epiphanii castigatorem non nævis insignitum esse aliqvot, sed ulceribus, & carcinomatibus, qvibus non curandis, neqve enim ἰάσιμα sunt, sed amputandis jamdudum navamus operam. Deinde nævum istum, qvem notat, in Epiphanio nullum esse, sed in ipsummet redundare Scaligerum. Qvos enim oculos habuit ille, qvi scribere potuit, Epiphanium Maximini persecutionem primam appellare? Nam Græcè ita legitur: Οὗτος ὁ Ναβᾶτος τῆς Ρωμαίων ὑπῆρχεν ἐν καιρῷ τοῦ διωγμοῦ τοῦ πρὸ Μαξιμίνου γενομένου πρώτου. Qvæ ita Cornarius vertit: *Hic Novatus Romæ fuit, tempore persecutionis, qvæ ante Maximinum prima fuit.* Cui & Nostra interpretatio consentanea est. Non igitur Maximini persecutionem primam appellat, sed eam, cujus tempore exortus est Novatus illam antecessisse dicit. In qvo peccat dupliciter. Primùm qvòd ante Maximini persecutionem Novatianorum Hæresim à Novato conflatam esse significat. Nam aliqvòt annis post Maximini obitum emersit, Eusebius ad annum primum Galli, & Volusiani: *Novatus*, inqvit, *Presbyter Cypriani Romam veniens Novatianum, & cæteros Confessores sibi sociat, eo qvod Cornelius pœnitentes apostatas recepisset.* Idem verò Histor.

Lib. VI. Cap. *μγ* ex Dionyſio Alexandrino refert Novatiani ſchiſma propter eos coortum eſſe, qvi in Decii perſecutione lapſi ad pœnitentiam recepti fuerant. At poſt Maximinum ſucceſſere Gordianus annis VI. Philippus annis VII. Qvos excepit Decius, qvi uno alteróve imperavit anno. Tum Gallus & Voluſianus. Alterum Epiphanii *μνημονικὸν σφάλμα*, qvòd proximè antè Maximini perſecutionem Decii, aut Aureliani *διωγμὸν* collocandum eſſe non ſine dubitatione putat. Nam Maximini perſecutionem ſecuta eſt, ut vidimus, Deciana: Aurelianus verò XX circiter anno poſt Decii mortem imperare cœpit. Ex qvo in alterius hallucinationis ſuſpitionem adducitur Epiphanius, ut Maximinos ambos, nempe ſuperiorem illum, qvi Alexandrum Mammeæ filium occidit, & recentiorem alterum, qvi Diocletiani, & Maximiani perſecutionem propagavit, ſub Conſtantini Imperatoris primordia, inter ſe confuderit. Nam Maximini poſterioris, ſive potius Diocletiani perſecutionem Decius, & Aurelianus antecedunt.

Διὰ λουτρῦ παλιγγενεσίας ταύτης.] Cor. *ταύτην.*

Καὶ μετὰ τὴν μετάνοιαν τὴν μεταμέλειαν.] *Μετάνοιαν* intelligit Baptiſmum, qvod *λουτρὸν τῆς μετανοίας* appellatur, ut à Juſtino con. Tryph.

N. II. *Σφάλλει δ' αὐτὺς τὸ ῥητόν.*] Hunc Apoſtoli locum Veteres omnes ad Baptiſmum pertinere putant. Recentiores qvidam de pœnitentia, etiam qvæ poſt Baptiſmum ſuſcepta ſit, acceperunt. Qvod autem impoſſibile eſſe dixit Apoſtolus eos, qvi baptizati ſemel fuerint, inſtaurari ad pœnitentiam, hîc impoſſibile idem eſſe volunt, qvod difficillimum. Qvo ſenſu Tertul. Lib. de Bapt. qvod in Evangelio ſcriptum eſt: *qvæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia ſunt apud Deum*: his verbis expreſſit: *Perdifficilia penes homines, facilia penes Deum.* Recentiorum interpretum opinionem adjuvant, qvæ de pœnitentiæ vetere in Eccleſia difficultate ſuprâ diſſeruimus.

Ουκ ἐξυδαρευομένη.] Caſaubonus Exercit. I. N. VIII. ridiculè hanc vocem interpretatur. Nam *ἐξυδαρθέισης τὴν μετάνοιαν* dictum putat, pro eo qvod eſt vilem reddere. Sed mirum qvantum hallucinatur. Nam *ἐξυδαρθέισης* eſt *ὑδαρῆ* hoc eſt, dilutiorem ac molliorem fieri. Qva in ſignificatione aliis locis utitur.

Καὶ τὴν φιλανθρωπίαν μὴ ἀνακάμπτουσα.] For. *ἀνακόπτουσα.*

N. III. *Οὗτοι δὲ ὐ βούλονται διδαγμοῖς.*] Cor. *διγάμοις.* Sed religione qvadam inducti communem ac depravatam lectionem repræſentavimus, qvod jam minimè probamus. Cæterum Novatianos cum digamis communicare noluiſſe præter authores illos, qvi de Hæreſibus ſcripſerunt, docet etiam Canon VIII Nicænæ Synodi: qvi de reconciliandis Novatianis editus eſt. Idem & Socrates teſtatur Lib. V. Cap. XXII.

Ὁ δὲ μὴ δυνηθεὶς τῇ μιᾷ ἀρκεσθῆναι.] Depravatus ſine dubio iſte locus eſt. Nam qvæ proximè ſeqvuntur, evidenter demonſtrant id Epiphanium velle: licere non modò poſt conjugis mortem; ſed eo qvoq; ſuperſtite, ſi cauſa legitima qvæpiam interceſſerit, alteras inire nuptias. Nam ſi de ſecundis duntaxat poſt mortem ageret, qvorſum hæc adjiceret, *ἕνεκέν τινος προφάσεως πορνείας*, &c. *ob aliqvam ſtupri, adulterii, vel alterius flagitii cauſſam?* Tũ id clarius ſubinde, cũ dicit, *ἀλλ' ἀπὸ μιᾶς ἀποσχεθεὶς, δευτέρᾳ, εἰ τύχοιεν, νόμῳ συναφθῆναι.* Qvocirca nõ dubito, qvin ita corrigendũ ſit: *τελευτησάσης, ἢ ἕνεκέν τινος*, &c. Ut duo

ſint digamiæ genera: Primum uxore mortua; ſecundum poſt divortium, altera ſibi copulata. Ita qvidem Epiphanius. Sed ut illis temporibus nondum ea res ab Eccleſia definita prorſus fuerit, hodie tamen, præſertimqve poſt editum à ſacroſancta Tridentina Synodo Canonem, aliter ſentire nefas, qvàm ſuperſtite priori conjuge, etiam poſt legitimum divortium, alteris copulari nuptiis nunqvam licere. Qvæ & Auguſtini, Hieronymi, aliorúmqve PP. ſententia fuit. A qva tametſi nonnullorum PP. authoritates ac decreta abhorrere videantur, qvæ apud Gratianum Parte II Cauſſa XXXII; Qvæſt. VII commemorantur: & Cajetanus cum aliqvot recentioribus Theologis contrariam in ſententiam diſceſſerit, longè potior eſt Eccleſiæ totius vox & conſenſio, qvæ Seſſ. XXIV, Can. VII à Tridentino conſeſſu proponitur. Porrò inter veterum teſtimonia, qvibus poſt legitimum illud divortium permiſſa innocentibus conjugibus matrimonia videntur, referri poteſt Arelatenſe primum Concilium Can. X; qvi hic obiter emendandus eſt. *De his*, inqvit, *qvi conjuges ſuas in adulterio deprehendunt, & iidem ſunt adoleſcentes fideles, & prohibentur nubere, placuit ut in qvantum poteſt, conſilium eis detur, ne viventibus uxoribus ſuis, licet adulteris, alias accipiant.* Ubi negationem deeſſe, legendúmqve, *& non prohibentur nubere* contextus ipſe orationis indicat. Nam ſi prohibentur nubere, non conſilium ad illos coercendos, ſed præcepti neceſſitas adhibenda fuerat.

X. VII. *Ὡς γὰρ φησὶν, ὁ πάσσαλος.*] Mutatis, ut ſolet verbis locum iſtum protulit, qvi ita Eccleſ. XXVII. conceptus eſt. *Αναμέσον ἁρμῶν λιθίνων παγήσεται πάσσαλος, καὶ ἀναμέσον πράσεως, καὶ ἀγορασμοῦ συντριβήσεται ἁμαρτία.*

N. IX. *Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ πρώτῃ.*] For. *ἐπὶ τῇ πρώτῃ.* Nam ea conjectura, qvæ eſt ad marginem, ex Typographi hallucinatione conflata eſt.

N. XI. *Ὡς περιτιθέασι τὰ ὑποδήματα.*] Non hæc à Catharis uſurpata præpoſtera veſtitus ratio, ut qvidam exiſtimat, ſed ad ſuperioris dogmatis abſurditatem illuſtrandam ea ſimilitudo refertur. Obſervandum verò *πόδια* (Ita enim hoc loco leg. pro *πέδια*) cum *ὀθωνίοις*, & *βράκαις* promiſcuè accipi: etſi propriè *πόδια* pedum; *βράκαι* feminum tegumenta ſint. Pollux Lib. II. Cap. IV *ποδεῖα* ſcribit eſſe *τοὺς περὶ τοῖς ποσὶ πίλους*, qvæ Æſchylus *πέλυτρα* vocat. Sic Heſyc. *βράκες ἀναξυρίδες*; Et alibi *ἀναξυρίδες φημινάλια βρακία βαρβαρικὰ, ἔνδυμα ποδῶν ὑποδήματα βαθέα ἢ βασιλικά.* Ubi *ἀναξυρίδας*, qvæ femoralia ſunt, calceamenta qvoqve facit, & qvidem *βαθέα*, ut à ſoleis diſtingvat, qvæ plantis pedum ſuppoſitæ. Porrò qvod ait Epiphanius *τὰ ἐξ ἱματίων γεγενημένα*, nos *ἐρίων* vel *δερματίων* aliqvando leg. cenſuimus. Sed fortaſſe retineri ſatius eſt, ut *ἱμάτια* pro pannis ſumantur, qvæ eſt impilium iſtorum udonúmqve materia. Non enim faſcias pedules hîc eſſe puto, ſed *βαθέα ὑποδήματα*, hoc eſt ſoccos laneos, qvibus calceantur, non obvolvuntur pedes.

N. XIII. *Ἔτι δὲ οἱ ἐν τῇ Ἀφρικῇ.*] De Donatiſtis leviſſimè defungitur Epiphanius; qvod illorum fortaſſis errores haud ſatis compererat. Atqvi præter ſchiſma, & pertinacem à reliqvis ſeceſſionem nonnulla de iis peculiaria dici poſſent. Sed ex Optati, Auguſtini, aliorúmqve ſcriptis tùm ex Eccleſ. Annalibus peti omnia poſſunt.

AD HÆRESIM LX. ANGELICORUM.

De his August. Hær. XXXIX: *Angelici*, inqvit, *in Angelorum cultum inclinati, qvos Epiphanius jam omnino defeciſſe teſtatur.* Cultum hic τὴν λατρείαν intellige. Alia τῶν Ἀγγελικῶν notio ab loci cujuſdam nomine prorſus rejicienda.

AD HÆR. LXI. APOSTOLICORUM.

N. III. Καὶ τὰ ἐγκυλίσματα.] Nos pleraq; vocabulorum iſtorum explicavimus, qvomodo potuimus. Felicius id præſtabunt alii, qvibus ea notiora fuerint. Pro ἐγκυλισματα ſuſpicabar leg. χελύσματα, qvæ ſunt Polluci Lib. I. Cap. IX. *ſtatumina.* At pro ὀκνῶν, ὁλκῶν, qvæ inter ναυτικὰ σκεύη ab eodem percenſentur Lib. X. Cap. XXX. Et Suidas ait eſſe τὸ τῆς τρόπιδος ἔκταμα. Poſtremo αὐχὴν Polluci pars eſt qvædam clavi, ſive gubernaculi. Euſtathio verò αὐχὴν & αὐχένιον pro toto gubernaculo ſumitur: qvod huic loco non congruit.

N. VI. Δεῖ δὲ καὶ παραδόσει κεχρῆσθαι.] Inſignis hic locus ad Eccleſiaſticarum Traditionum authoritatem aſſerendam. Cui germanus eſt ille Baſilii ad Amphil. de Spiritu ſancto: τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ πεφυλαγμένων δογμάτων καὶ κηρυγμάτων, τὰ μὲν ἐκ τῆς ἐγγράφου διδασκαλίας ἔχομεν, τὰ δὲ ἐκ τῆς τῶν Ἀποςόλων παραδόσεως διαδοθέντα ἡμῖν ἐν Μυςηρίῳ παρεδεξάμεθα· ἅπερ ἀμφότερα τὴν αὐτὴν ἰσχὺν ἔχει πρὸς τὴν εὐσέβειαν, καὶ τούτοις οὐδεὶς ἀντερεῖ, ὅςτις γε κἂν κατὰ μικρὸν γοῦν θεσμῶν Ἐκκλησιαςικῶν πεπείραται. Vide cætera. Ubi traditiones non illas tantum adſciſcit, & neceſſarias eſſe defendit, qvæ ad ritus cæremoniáſqve pertinent, ſed etiam, qvæ dogmata fidei ac decreta continent.

AD HÆRESIM LXII. SABELLIANORUM.

N. IV. Ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ.] Aliqvot locis Epiphanius Spiritum ſanctum à Patre, & Filio procedere perſpicuè teſtatur, præſertim in Ancorato.

AD HÆRESIM LXIII.

N. I. Καλουμένου τοῦ Συντάκτου.] Hieron. in Ruff. Apol. I: *Pro eruditione qua polles, & inclytus συντάκτης in occidente laudaris.*

AD HÆR. LXIV. ORIGENIANORUM.

Proximum Origenianis τοῖς αἰσχροποιοῖς locum Origeniſtæ ſibi vendicant, ab Origene illo dicti. Cujus errores copioſiſſimè inſectatur Epiphanius. Horum enim præ cæteris acerrimum ſeſe hoſtem perpetuò profeſſus eſt: nec dubitavit vehementes ob id cum plerisqve altercationes ſuſcipere, adjutore uſus Hieronymo ac Theophilo: ac præcipuè Joannem Hieroſolymitanum & Ruffinum agitavit. Sed & una illa cauſſa fuit, cur à Chryſoſtomo diſſentiret; qvòd is ante generalis Synodi decretum damnare nollet

Origenem. Vide quæ Hieron. contra Ruffinum, Joannem Hierosolymitanum scripsit, nec non & Socratem; Sozom. Niceph.

N. I. Ἐν χρόνοις Δεκίου τοῦ βασιλέως.] Vixit quidem Origenes extrema jam ætate sub Decio, & ad Gallum ac Volusianum usqve pervenit. Sed cur floruisse, aut celebrem fuisse sub illo potius, qvàm sub interjectis Imperatoribus dixerit, satis mirari non possum. Nam à Severi temporibus deinceps summa in omnium admiratione fuit. Lege Eusebii Historiæ Lib. VI. ubi Origenis res gestas accuratissimè perscripsit. Invenies non modò apud Christianos, sed & apud Imperatores ipsos plurimum gratia & commendatione valuisse. Nam & à Mammæa Antiochiam accitus dicitur, & ad Philippum, ejusqve conjugem literas dedit. Qvid igitur attinebat, nominatim Decii, & qvidem unius mentionem facere? Qvin & illud auget admirationem, qvod Lib. de Pond. & Mens. p. 174. scripsit Epiphanius, Origenem ab Imperatoris Decii tempore, ad Gallum, & Volusianum, & ultrà floruisse. Anno Severi decimo Leonides Origenis pater martyrium obiit, cùm Origenes XVII ætatis agebat annum, ut author est Eusebius Lib. VI. Cap. II. Fuit is annus Christi circiter CCII. Nam Severus, anno ferè CXCIII. imperium exorsus est. Hoc si ita est, natus erit Origenes anno Christi CLXXXVI. Vixit autem annis LXIX, ut idem Lib. VII. Cap. I. testatur. Qvare moritur anno CCLIV, vel seqventi, qvo Gallus & Volusianus interempti sunt. Jam Decii primus annus incidit in Christi CCLI. qvo qvidem Origenes LXVI annum attigerat. Non igitur ab illo demum tempore γνωρίζεσθαι, vel ἀκμάζειν cœpit. Eqvidem vereor ne hîc qvoqve hallucinatus Epiphanius Decium pro Severo sumpserit. Nam in Libro de Ponder. & mens. postqvam insignes aliqvot Martyres, qvi sub Decio passi fuerant, percensuit, veluti Babylam, Fabianum, Alexandrum; subjicit: καὶ αὐτὸς δὲ Ὠριγένης πολλὰ πεπονθὼς εἰς τέλος τοῦ μαρτυρίου οὐκ ἔφθασεν. Tum reliqvam narrationem subtexit de profectione in Palæstinam, deqve XXVIII secessu in urbe Tyro, qvæ hoc loco uberius exeqvitur. Atqvi hæc diu ante Decium accidisse necesse est. Videtur ergo pro Severo imprudenti obrepsisse Decius.

Τάχα δὲ ἐν Ἀθήναις.] Si id verum est, diversam hanc ab illa profectionem oportet fuisse, cujus meminit Eusebius Lib. VI. Cap. XVII. qva sub Alexandro Imper. jam ætate, & eruditione firmatus Origenes in Græciam è Palæstina perrexit. Qvinetiam narrat idem Cap. XXV. Athenis commentarios in Ezechielem illum absolvisse.

Καὶ γὰρ καιρῷ ποτε.] Qvando ista contigerint nonnisi conjectura conseqvi possumus. Qvæ nisi me fallit, sub Severo hæc passus est Origenes adhuc adolescens. Vide Eusebii Cap. III. Atqve iccirco qvidem à Gentilibus adrasum esse suspicor, qvod Ægyptiorum Deorum ministri rasi essent, ut Synes. Lib. de Encom. Calvitii, Plutar. Tract. de Iside, aliiqve complures significant.

N. II. Ἀλλ' οὐκ ἔμεινεν αὐτός.] Hanc Origenis historiam, ac lapsum revocant in dubium Annales Ecclesiastici, anno CCLIII. Num. CXX. & deinceps: Imo, qvod amplius est locum istum, qvo narratio illa continetur, suspectum reddunt, qvasi ab aliqvo perperam sit insertus. Qvorum hoc posterius perspicuè falsum; alterum non satis probatum, utrumqve

levioribus conjecturis innixum est, qvàm ut vetustissimo, sanctissimóqve Patri fides hac in parte derogetur. Commentum est, inqviunt, & affectata calumnia, qvod de Origenis lapsu à nonnullis jacitur. Cur ita tandem? Qvoniam Scriptorum veterum nemo, qvi vel pro Origene Apologias ediderunt', vel ipsum è contrario scriptis suis oppugnarunt, ejus rei meminit. Atqvi nos Epiphanium opponimus, qvo neqve antiqviorem authorem, neqve graviorem reqvirere debemus; qvi de Origene velut compertam rem, miniméqve dubiam, illud ipsum retulit. In qvo magnoperè ponderandum istud est; qvoties ejusmodi aliqvid proponit Epiphanius, qvod ad alicujus, etiam alioqvin Hæretici, ac nefarii hominis, invidiam, ignominiámqve pertinet; id si dubiæ minimeqve constantis famæ sit, nonnulla cum excusatione, ac titubanter ab illo significari; atqve hoc imprimis caveri, ne incerta re commemoranda certam alicui infamiam, ac dedecus imponat. Hoc verò loco nullam istiusmodi cautionem adhibuit, sed, cùm de lapsu & injecto ture constaret, hoc unum excepit, qvod si verum est, ad sublevandum Origenem valet, nonnullorum jactari sermonibus', neqvaqvam Origenem ipsum tus adolevisse, sed cùm ejus digitis esset impositum, in subjectum aræ forum à Gentilibus excussum fuisse. Qvòd igitur in sacrificium ac majorem sceleris partem consenserit Origenes, minimè dubitavit Epiphanius: utrum expressum hoc ab invito facinus ejusdem manu administratum fuerit, id verò dubitavit. Cæteri qvi vel antiqviores Epiphanio, vel illius temporis suppares erant, partim Origenis amore dissimularunt; partim qvod ad rem minimè faceret, scibendo prætermiserunt. Atqve Eusebius qvidem, utpote Origenis admirator, consultò ut omitteret, fecisse videtur. Nam nihil eorum tacuit, qvæ ad illius commendationem; nihil attulit, qvod ad minuendam existimationem valeret. Reliqvi tam fautores, qvàm adversarii Origenis, cùm de impiis ejus dogmatibus, atqve erroribus in certamen disputationémqve venissent, facilè contempsere cætera. Ac profectò de eo crimine sileri à sanctissimis viris æqvissimum fuit; cujus tantopere illum pœnituisse scirent: ne hominis memoriæ insultare, obtrectariqve velle potiùs, qvàm errores damnare viderentur. De aliis, qvorum scripta non extant, pronunciare nonnisi temerè possumus. Altera in Annalibus conjectura non plus veritatis, minus etiam probabilitatis habet. Falsissimum enim est intextam hanc Epiphanio laciniam esse, cùm neqve de stylo ipso dubitari possit, & qvibus id argumentis efficitur, levia sint, imò nulla. Epiphanius, inqvit, Libro de mensuris ac ponderibus planè contraria docuit. Scribit enim: *Floruisse Origenem à temporibus Decii usqve ad Gallum, & Volusianum.* Ubi vox, *floruit*, non idem est ac *vixit*, sed splendorem ex doctrina qvæsitum significat. At si tum lapsus esset Origenes, non illum floruisse diceret Epiphanius. Verùm *ἀκμάζειν* & florere apud Chronologos nihil aliud est, qvàm commendari vulgò, & in aliqva propter eruditionem, aut virtutem nominis claritate versari. Hanc verò doctrinæ famam ac splendorem Origeni neqve prior illa Idololatriæ culpa, qvam pœnitentia diluerat, eripere debuit; neqve posterior tot ac tam multiplicium hæreseum infamia potuit opprimere. Deinde falsò Decium pro Severo hic usurpatum ab Epiphanio paulo antè docuimus. Secundum

hæc Auguſtinus nobis objicitur, qvi cùm de Origene omnia ſit ex Epiphanio mutuatus, de turpiſſimo illo lapſu verbum nullum aſperſit. Sed utrum hoc Epiphanii adverſus Hæreſes luculentum opus ab Auguſtino lectum fuerit, propter eas cauſſas dubitari poteſt, qvæ in præfatione, qvam Operi ipſi præfiximus, ad lectorem pluribus ſunt à nobis expoſitæ. Fruſtra igitur; ut qvidem apparet, ſolicitata eſt in Annalibus narrationis illius, iſtiúsqve loci fides: cùm nulla ad eam labefactandam ſatis firma ratio ſit allata.

De Pœnitentia ritu in vetere Eccleſia.

N. II. O δὲ βουλόμεν☉ εἰς ἐκείνυ.] Vulgata eſt hiſtoria illa de ſeceſſu Tyrio, déqve XXVIII. annis ibi transactis ab Origene, cùm ſacros codices interpretaretur. Qvam ex hoc Epiphanii loco, & ex Lib. de pond. ac menſ. Chronologi atqve Hiſtorici tranſtulerunt. Sed hæc vellem iſti accuratiùs expendiſſent, ac cum geſtis Origenis, & Euſebii Lib. VI. contuliſſent. Non enim dubitamus, qvin mera fabula ſit: idqve certis atqve evidentibus argumentis poſſit oſtendi. Nam hæc in Tyrum profectio contigit, ut teſtatur Epiphanius, poſt Origenis lapſum, cùm jam Presbyter ordinatus eſſet. Non illud jam repeto: Origenis calamitatem videri ex Epiphanii mente ſub Decio collocandam, paucis ante illius obitum annis. Fingamus diu ante contigiſſe. Duo ex Euſebio certa ſunt: Origenem eo tempore Presbyterum Cæſareæ eſſe factum; qvo Zebinus Phileto mortuo Antiochenam ſedem obtinuit: cùm in Græciam per Palæſtinam iter faceret, qvod Lib. VI. Cap. XVII. narrat. Item poſt annum Alexandri decimum Cæſaream profugientem ibidem diutius hæſiſſe. Apud Euſebium in Ghronico Zebenus poſt Philetum Antiochenus Epiſcopus factus eſt, anno Alexandri VII. qvi eſt Chriſti CCXXVIII. cùm Origenes annum ageret XLIII: Annus verò decimus Alexandri, Chriſti eſt CCXXXI, Origenis XLVI; à qvo ad ejus obitum, qvi anno Chriſti CCLIV. accidit, anni ſunt non plures XXIII. Meminit hujus ſecundæ in Palæſtinam profectionis idem Euſebius in Chronico ad annum Antonini XI. Verùm ante hoc tempus, hortante Ambroſio, Commentarios in ſacram Scripturam elucubraſſe, idqve partim Cæſareæ, partim alibi feciſſe, non obſcurè ſignificat Euſebius Cap. XVII. Ubi eodem tempore, qvo authore Ambroſio in commentando erat occupatus, proficiſcentem illum in Græciam narrat Cæſareæ ordinatum eſſe Presbyterum. Qvocirca falſum eſt Origenem totos XXVIII. annos Tyri conſediſſe, ibiqve Commentariorum ingentem illam molem edidiſſe. Hoc enim Alexandriæ, Cæſareæ, Athenis diverſis temporibus egit: uti Cap. XVIII. ſcribit Euſebius. De Tyrio ſeceſſu nulla eſt apud Euſebium qvod ſciam mentio. Hieron. duntaxat Epiſt. LV. de erroribus Orig. ad Pamm. *Centum*, inqvit, *qvadraginta anni prope ſunt, ex qvo Origenes mortuus eſt Tyri:* qvod idem in Catalogo Script. Eccl. commemorat. Veriſimile eſt igitur Origenem, cùm in Decii perſecutione affecta jam ætate lapſus eſſet, in Palæſtinam receſſiſſe, ac Tyri mortuum 'eſſe.

N. III. Ὅθεν τὸ πρῶτον αὐτοῦ ἐπιμελῶς.] Agit de his Origenis editionibus accuratiſſimè Libro de Pond. & Menſ. ubi qvæ Exapla, & Octapla fuerint exponit. Vide qvæ ad N. XIX. ibidem obſervamus.

N.VIII. *Ὡς γάρ τινες ἡμᾶς βούλονται.*] Qvantum hæc vocabula duo *γενητὸν*, & *γεννητὸν* ſcribendi, pronunciandiqve affinitate conjuncta ſint, tantum ſignificationis uſu ac proprietate diſtant. Nec eſt ulla vox, in qva uberiorem cavillandi & calumniandi materiam nacti ſint Ariani; ut ex Anomæorum Hæreſi infra conſtabit. Nam *γενητὸς factum* ſignificat, qvod creatarum rerum proprium eſt; *γεννητὸν* verò *genitum* eſt; qvod Filio Catholica veritas tribuit.

N. XII. *Τῶν Ὠριγένους Ἐπιτομή.*] Hic eſt Methodius ille Olympi Lyciæ, deinde Tyri Epiſcopus, qvi inter cætera de Reſurrectione contra Origenem opus ſcripſit eximium; & ad extremum noviſſimæ perſecutionis, ſive, ut alii affirmant, ſub Decio & Valeriano, in Chalcide Græciæ martyrio coronatus eſt. Hæc Hieronymus Cat. Vir. Illuſtr. Socrates Lib. VI. Cap. *ιγ* qvatuor recenſet, qvi adverſus Origenem præcipuè ſtylum exercuerint; qvam ipſe *κακολόγων τετρακτὺν* impudenter appellat. Primus eſt Methodius; ſecundus Euſtathius Antiochenus: tertius Apollinaris: qvartus Theophilus. Addit, Methodium poſtea, veluti palinodia recantata, qvem accuſarat Origenem commendaſſe Dialogo illo, qvem inſcripſit *Ξενῶνα.* Sed Socratis calumniam ac mendacium ex Hieronymo convincit Baronius A. 402. N. 5. Scribit enim ille Apol. I. in Ruff. Euſebium Methodio in VI. Libro Apologiæ iſtud exprobraſſe. *Qvid modo auſus eſt Methodius nunc contra Origenem ſcribere, qvi hæc & hæc de Origenis locutus eſt dogmatibus?* Qvod ab Ariano homine objici dicit clariſſimo, & eloqventiſſimo martyri.

N. XVII. *Πρόκλου τοῦ αὐτοῦ.*] Mendoſa eſt hæc Inſcriptio. Neqve enim ex ullius Procli diſputatione qvæ ſeqvuntur excſcripta ſunt; ſed ex ejuſdem Methodii lucubratione, qvam adverſus Origenem Dialogi more conſcripſerat. In qvo loqventes introduxerat Aglaophontem, Proclum, Auxentium, & ſemetipſum. Vide infra Numero XL. Fit & Theophili poſtea mentio; qvod tamen appellativum puto eſſe non proprium. Qvocirca poſt Origenis verba è Comment. in primum Pſalmum adducta, hoc ipſo Numero deinceps Proclus pro Origene verba facit: Unde titulus *Πρόκλος* ei præfixus erat poſt *τοῦ αὐτοῦ.* Nam *τοῦ αὐτοῦ* ad Methodium pertinet. Librarius autem, qvòd *Πρόκλου* nomen legiſſet, auctoris alicujus eſſe credidit, cùm interloqventis perſonæ ſit.

Ὑφ᾽ οὗ καὶ συγκρατεῖται τὸ σχῆμα.] Major hîc, ut opinor, hiatus eſt, qvàm vulgò codices præferant. Nam ſi ſuperiora Procli ſunt, ut eſſe videntur, Origeni patrocinantis, cùm ſeqventia adverſus eundem Origenem apertè pugnent, haud pauca deſiderari neceſſe eſt, qvibus Proclus cauſſam ſuam explicarit.

N.XVIII. *Ἔλαιον ἐγχέεσθαι προσέταξεν.*] Plinius Lib. XV. Cap. XVII. de oleo: *Exiſtimatur & oleum vindicando à carie utile eſſe. Certè ſimulacrum Saturni Romæ intus oleo repletum eſt.*

N.XIX. *Καθάπερ καὶ ἡ σοφία διὰ Σαλομῶντος.*] Igitur Sapientiæ liber Salomoni ab antiqviſſimo Patre tribuitur. Vide & Num. XXXV.

Οὐδὲ γὰρ εἶναι τὸ σύνολον.] Parum integer hic locus videtur. Sed hujus ſententiam reddidimus.

N.XXI. *Καθάπερ ἐλέχθη, ὦ Ἀθηναγόρα.*] Suſpicor Methodium ſcripſiſſe *τοῦ Ἀθη-*

ναγόρα. Ex Athenagoræ, inqvit, sententia Diabolus spiritus est, &c. Qvod apud Paulum Leopardum Lib. XIX Emend. Cap. IX. postea reperimus; qvi & Athenagoræ ex Orat. pro Christ. verba citat, qvæ Methodius descripserat: *ἐναντίον τὸ περὶ τὴν ὕλην ἔχον πνεῦμα, γενόμενον μὲν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καθὰ οἱ λοιποὶ ὑπ' αὐτοῦ γεγόνασιν Αγγελοι, καὶ τὴν ἐπὶ τῇ ὕλῃ, καὶ τοῖς τῆς ὕλης εἴδεσι πιστευσάμενον διοίκησιν. τοῦτο γὰρ ἡ τῶν Αγγέλων σύστασις τῷ Θεῷ ἐπὶ προνοίᾳ γέγονε τοῖς ὑπ' αὐτοῦ διακεκοσμημένοις· ἵνα τὴν μὲν πολυτελικὴν καὶ γενικὴν ὁ Θεὸς τῶν ὅλων πρόνοιαν,* &c. Ex qvibus leg. apud Epiphan. *γενικὴν* pro *γενετικὴν.* Cætera apud Leopar. vide.

Ὥσπερ καὶ οἱ μετὰ ταῦτα σαρκῶν.] Fuit hæc vetustissimorum Patrum ferè omnium sententia; filios illos Dei, qvi Gen. VI filias hominum adamasse dicuntur, Angelos fuisse. Vide Justinum Apolog. I. qvi Dæmones ab illis progenitos asserit. Sed & Clem. Alex. Strom. 3. ob intemperantiam ac libidinem excidisse cœlo putat. Item Tertull. de Virg. vel Lactant. &c. Nam corporeos esse pleriqve persvasum habuerunt: Ut inter cæteros Augustinus; qvi Lib. II de Trin. Cap. VII Angelos scribit corpus suum, cui non subduntur, sed subditum regunt, in varias mutare species.

N.XXXII *Ἐσομένης γὰρ καὶ μετὰ τοῦτον.*] Hic perspicuè post Judicium homines terram habitaturos asserit: non ut Chiliastæ ad aliqvot duntaxat sæcula; sic ut interim suprema illa felicitate, hoc est aspectu Dei carerent: verùm ut & perpetuò in terra degerent, & summa nihilominus illis ac perfecta beatitate fruerentur.

N.XXXV. *Ἐπεσε δὲ ὀκλάσασα ἡ ποθητή.*] Cor. *παθητή.*

Num. XXXVIII. *Καὶ ἵνα μὴ εἴπῃς ὅτι οὐκ ἀεί.*] Desunt nonnulla. Ac fortè ita rescribendum *ὅτι ἀεὶ διαλαμβάνει σκοτεινῶς.*

N. XL. *Λοιπὸν τοῦ Μεθοδίου.*] Hactenus Proclus. Deinceps Methodii partes sunt, qvi adversus Origenem disserit; cujus Patrocinium â Proclo susceptum paulo post indicat. Verùm si Procli est ea disputatio, qvæ à Num. XVII. ad hunc usqve pertexitur, non video qvemadmodum Origenis caussam defendat; cum ejus dogma validissimè refellat, & resurrectionem corporum affirmet. Sed neqve Methodii conseqvens refutatio ad antecedentem Procli sermonem pertinet; & Aglaophontis orationem convincit, qvæ nulla hic extat. Hic igitur hæreo. Atqve aut transposita, aut omissa pleraqve istic fuisse verisimile est. Qvæ, si Methodii liber extaret, discerni, emendariqve possent.

N.XLV. *Λέλυται καὶ τὸ εἶναι.*] Expuncta vocula *εἶναι* utcunqve sententia cohærebit.

N.XLVII *Ἀλλ' οὐδὲ ὁ Απόστολος ὑποτίθεται.*] Methodius ita de Apostoli raptu sentit, ut in cœlum primo, tum in Paradisum terrenum sit evectus: qvod uberius declarat.

N.LVII. *ΟΥ γὰρ ἐφ' ἡμῖν ὅλως.*] Præclara, & Catholica Apostolici illius dicti sententia, qvam Methodius exponit; & adversus hodiernæ Hæresis inscitiam, atqve improbitatem observanda diligenter: qvi concupiscentiam, & qvæ ex illius contagione invitis nobis obrepunt, verè esse peccata definiunt: qvo nomine non jam *καθαροὺς*, sed *ἀκαθάρτους* & impurissimos se esse meritò profitentur.

N. LXIII. *Ὑπὸ τοῦ μακαρίτου Μεθοδίου.*] Notabis Methodium alio nomine dictum Eubulium.

Πάντως που καὶ ἔπη τοσαῦτα.] Ἔπη sunt verba, non versus.

Εἰ γάρ ἐστιν ἀληθὲς ὃ περὶ σοῦ ᾄδεται.] Hic ille locus est, ex qvo Ruffinus Origenis adamator, & ab Hieronymo, atqve Epiphanio ob id alienus, asserebat Epiphanium jactasse VI librorum milia ab Origene conscripta se legisse. Qvod nugacissimi ac vanissimi hominis commentum refellit Hieronymus Apol. II in eundem. Nusqvam enim aut de librorum numero affirmavit Epiphanius, aut totidem à se lectos confirmavit. Addit Hieron. de Origenis scriptis Eusebii testimonium.

N. LXIX. *Καὶ διαιρεῖν εἰς δώδεκα ὁδούς.*] Cùm rubrum mare trajecerunt Judæi, totidem impressas vias, qvot erant Tribus, Hebræorum traditio est, qvam Origenes memorat, Homil. V in Exodum, & Kimchius in Psal. CXXXVI.

N. LXX. *Ὡς καὶ ὁ καλλίων μακαρίτης.*] Cor. *ὡς καὶ κάλλιον ὁ μακαρίτης.*

Ἔστιν ἰδεῖν τὰ ἐπίχειρα.] Fortè *τὰ ἐπὶ χεῖρα*: hæc qvæ præ manibus habemus, ac de qvibus agimus.

N. LXXI. *Καὶ Σολομὼν ἐν Παροιμίαις.*] Longius arcessita hæc loci hujus interpretatio, & ad Græcam editionem accommodata. Nam Hebræa nullam sententiæ illius significationem præferunt. Hortatur sapiens, ut rusticæ rei, & agriculturæ diligens habeatur ratio.

Φασὶ γὰρ οἱ Φυσιολόγοι.] Μυωξοῦ meminit in Ancorato.

AD HÆRESIM LXV. PAULI SAMOSATENI.

N. I. *Ἐν ἡμέραις Αὐρηλιανοῦ.*] Imò verò sub Gallieno post Demetriani obitum. Eusebius Lib. VII. Histor. Cap. XXII. Imposuit Epiphanio qvod sub Aureliano damnatus, & Episcopatu dejectus est; adeoqve Aureliani decreto, qvod Christiani Antistites impetrarunt. Sed Episcopatum aliqvot annis antè ceperat.

Τὴν αἵρεσιν τοῦ Ἀρτέμωνος.] Meminit Eusebius Lib. V. Cap. XXVII. Niceph. Lib. IV. Cap. XX. Vide Aug. in Hæresi Paulianorum.

Ὥσπερ ἀμέλει καὶ ὁ Σαβέλλιος.] Novati nomen perperam irrepsit. Nam Novatiani, qvod Trinitatem attinet, nihil à Catholicis dissenserunt: ut in Annalibus docuit Baron. A. 265.

N. II. *Τἀληθῆ δὲ, ὅτι οὔτε περιτομήν.*] Frustra igitur in ejus Hæresi Philastrius circuncisionem illum docuisse confirmat; qvod neqve Augustinus, neqve Synodica illa Antiocheni Concilii, qvod adversus eundem celebratum est, nec alius qvisqvam prodidit.

Ὡς δὲ οἱ ἄλλοι Ἐκδόται.] Paululum diversa sunt veterum interpretum verba, qvæ in variis Bibliorum lectionibus circunferuntur. Nam ex Aqvilæ
N. IV. editione ita concipitur: *ἀπὸ μήτρας ἐξωρθρισμένου σοι δρόσος παιδιότητός σου.* E Symmacho verò: *ὡς κατ᾽ ὄρθρον σοι δρόσος ἡ νεότης σου.* Ex qvinta deniqve: *ἐκ μήτρας ἐπὶ ὄρθρου σοι δρόσος ἡ νεότης σου.* LXX ad sensum potius, qvàm ad verba respexerunt. Qvàm autem variæ tam nostrorum qvàm Rabinorum sint de eo loco sententiæ, ex illorum Commentariis repetere licet. Hebræa ita

hodie concipiuntur מרחם משחר לך טל ילדתך Hoc eſt: Ex utero, ante Auroram, vel ab Aurora; tibi ros nativitatis tuæ. LXX legerunt ילדתיך *genui te*. Hinc apud Epiphanium pro *ἱελεδέχεθ* fortaſſe ſubſtituendum eſt *ἱελεδίθεχ*; ut in Hexaplis Octaplisve colon illud repræſentabat; in qvo Hebraica Græcis characteribus ſcripta legebantur. Jam illud *λαατὰλ* Epiphanius vertit *καὶ περὶ τῆς δρόσου παιδίον*. Qvæ ſunt duo ac diverſa vocis ejusdem gloſſemata. טל rorem ſignificat. טלי vel טאלי vel טליא puerum, & infantem; ſed Chaldaicè non Hebraicè. Qvare nihil ad hunc locum poſterior iſta notio pertinet.

N. V. *Λέξειε δ' ἄν τις ἐνδέξως.*] Angelos ante mundi procreationem à Deo factos eſſe pleriqve veterum Patrum, præſertim Græcorum arbitrati ſunt; & inter cæteros Gregorius Nazianzenus Orat. XXXVIII. Qvam ſententiam Theologi qvidam temerariam, & hoc tempore etiam hæreticam pronunciare non ſunt veriti. In qvibus prudentiam ac moderationem meritò deſiderat Vaſqvez in I Par. Diſp. 224: ubi validiſſimè demonſtrat, nec erroris damnandam illam eſſe, neqve ab Eccleſia rejectam; tametſi longè ſit altera probabilior, qvæ Angelos negat ante cœli creationem eſſe productos, qvod Epiphanius amplectitur.

Ἀποστελλῆς γὰρ, φησί.] Nimis otiosè locum hunc è Pſalmo 147 ad Dei Verbum retulit. In qvo neqvaqvam audiendus eſt.

N. VIII. *Οὐδὲ ταυτοούσιος, ἀλλ' ὁμοούσιος.*] Difficile eſt *ταυτοούσιον* Latinè ſic exprimere, ut ab eo qvod eſt *ὁμοούσιον* diſtingvas. Significat autem eſſentiam ac ſubſtantiam ita penitus eandem, ut ne perſonarum qvidem diſcrimen admittat.

AD HÆRESIM LXVI. MANICHÆORUM.

N. I. *Διά τινα Οὐετερανόν.*] Veteranum Actuam appellat; hoc eſt qvi militia defunctus legitimam miſſionem impetraſſet.

Ἐπονομάσας δὲ ἑαυτῷ τὸ τοῦ Μάνη.] Elias in Tisbi mirum eſſe ſcribit, qvod cum Judæi מינין vocent Hæreticos, in Græcorum commentariis ſcriptum ſit Hæreticum qvendam extitiſſe, qvi Manes diceretur, ejusqve ſectatores מינין

Ὃς καὶ αὐτὸς δοῦλος ὑπῆρχε Σκυθιανοῦ.] Errat itaqve Theodoretus, qvi Manen cum Scythiano confundit, ut & Suidas, cum tanto ante Scythianus extiterit.

Ὁ μὲν εἰς ἐπὶ τὴν Αἰλάν.] Lib. III Reg. Cap. IX. 26. Claſſem qvoqve fecit Rex Salomon in Aſion-gaber, qvæ eſt juxta Ælath in litore maris rubri in terra Idumææ LXX. *Αἰλὰθ* non *Αἰλών*. Joſephus Lib. VIII. Cap. VI. Aſion-gaber ait Berenicen vocari, haud procul Elana urbe. Sed hallucinatus eſt, ut opinor, Joſephus. Nam Aſion-gaber in Idumæa ponitur. Berenice verò à Ptolemæo in Africa ipſa, longe ſuperior, ac Thebaidem ex adverſo reſpiciens; qvod Epiphanii deſcriptioni congruit, qvi Berenicen tertium Rubri maris portum enumerat.

N. II. *Εἰς Ὑψηλὴν πόλιν.*] Stephanus *Ὑψηλὶς Κώμη Αἰγύπτου.*

Καὶ βίβλους τέσσαρας.] Apud Suidam IV librorum iſtorum author fuiſſe

dicitur Terebinthus, sive Buddas; qvorum etiam ordo aliter instituitur. Nam Primus est Mysteriorum. Secundus Evangelii. Tertius Thesauri. Qvartus Capitum.

N. III. Περὶ τοῖς χρόνοις τῶν Αποσόλων.] Commodè istud accipiendum est, ut Apostolorum tempora vocet, qvæ illis proxima sunt. Nam ut Apostolos viderit Scythianus neqvaqvam procedit, uti postea constabit, cùm de Manichæi tempore disputabitur.

N. XI. Ηρέμα πῶς ἐν ᾧ ἑαυτῷ.] Cor. ἠρέμα πῶς ἐν ᾧ, &c.

N. XII. Διὸ ἀυτοὶ οἱ Μανιχαῖοι.] Verti potest: *Ob id Manichæi super arundines cubant.* Nam *Mattarij* propterea dicti, qvod in mattis dormirent. Aug. V. con. Faustum Manich.

Θωμᾶς δὲ ἐπὶ τὴν Ιουδαίαν.] Corrigendum ex Theodoreto videri possit ἐπὶ τὴν Ινδίαν. Nam ut Christum imitaretur, cognominem illius Apostolo discipulum in Indiam allegavit. Verùm etiam infra N.XXXI Thomam istum Pseudapostolum in Syriam destinatum scribit.

Ελεγε δὴ ἑαυτὸν ὁ Μάνης.] Imo & Christum seipsum esse dixit: Theodor.

N. XX. Ιάκωβος ξύλῳ πληγείς.] Hierosolymitanorum Antistitum cathalogus iste ex Eusebii Chronico, & Historia descriptus est: qvem & Alexandrinum Chronicon, & Nicephori perinde Chronicon exhibet. Ex qvibus omnibus, hoc est ex Eusebianis fontibus emendandus est Epiphanii Laterculus; velut cum tertium numerat Iudam, qvi ab Eusebio & cæteris Justus appellatur. Item IV Zacharias ab Epiphanio; ab aliis Zacchæus vocatur. Sunt & alia qvædam in nota temporum ab Epiphanio, vel potius à Librario commissa: qvæ ut accuratiùs disqvirantur. primùm è Nicephoro eundem illum Catalogum cum singulorum Antistitum annis exscribemus: ut & Nicephorum eadem opera castigemus.

INDICULUS HIEROSOLYMITANORUM ANTISTITUM.

	Episcopi	Anni, qvibus sederunt.
I	Jacobus Domini Frater	XXVI
II	Symeon Cleophæ F.	XXIII
III	Justus	VI
IV	Zacharias	IV
V	Tobias	IV
VI	Benjamin	II
VII	Joannes	II
VIII	Matthæus	II
IX	Philippus	I
X	Seneca	IV
XI	Justus	IV
XII	Levi	II
XIII	Ephraim	II

XIV

	Episcopi	Anni, qvibus sederunt.
XIV	Joseph	II
XV	Judas	II
XVI	Marcus	VIII
XVII	Cassianus	VIII
XVIII	Publius	V
XIX	Maximus	IV
XX	Julianus	II
XXI	Gajanus	III
XXII	Symmachus	II
XXIII	Cajus	III
XXIV	Julianus	IV
XXV	Elias	II
XXVI	Capito	IV
XXVII	Maximus	IV
XXVIII	Antoninus	V
XXIX	Valens	III
XXX	Dulichianus	II
XXXI	Narcissus	IV
XXXII	Dius	VIII
XXXIII	Germanio	IV
XXXIV	Gordias	V
XXXV	Narcissus secundus martyr	X
XXXVI	Alexander martyr	XV
XXXVII	Mazabanes	IX
XXXVIII	Hymenæus	XXIII
XXXIX	Zabdas	X
XL	Hermon	IX
XLI	Macarius	XX
XLII	Maximianus	VI
XLIII	Cyrillus, qvo ab Arianis pulso, substituti sunt tres	
	Arsenius	
	Heraclius	
	Hilarius	
	Secundum qvos iterum Cyrillus restitutus in II. Synodo sub Gratiano.	

Hæc Nicephori Chronicon. At Eusebius Lib. IV. Cap. V. & in Chron. negat constare, qvot annis Hierosolymis Episcopus qvisqve sederit. Illud extra

controversiam esse, brevi admodum tempore præfuisse: adeò ut ad postremam Judæorum obsidionem, quæ sub Adriano contigit, Episcopi fuerint omninò XV. Itaque unde singulorum annos expiscatus sit Nicephorus, divinare non possum. Pessimè tamen conceptos esse non dubium est. Imprimis Jacobo annos tribuit XXVI. Symeoni XXIII: quod utrunque falsum. Jacobum eodem anno, quo Christus in cœlum ascendit, ordinatum Hierosolymorum Episcopum docet Eusebius in Chronico. Neque enim verum est, quod Alexandrinum asserit; tum à Petro ordinatum esse, cùm is Romam proficisceretur. Occisus est autem anno Neronis VII. testibus eodem Eusebio, & Hieronymo in Script. Eccles. Longè enim aberrat Alexandr. Chron. quod Vespasiani I. Indict. XI. Galba & Tito Ruffino Coss. Jacobi necem consignat P. 581. Jam verò si, ut antea pluribus declaratum est, Passio Domini in annum Julianum LXXVI. congruat; Neronis verò VII Juliano CV. Dionysiano LX. inierit; Jacobus XXX. plus minus annis Pontificatum tenuit. Symeon porrò cùm ab Eusebio in Chronico Trajani X. in crucem actus dicatur, hoc est Christi CVII. annos solidos XLVII. exegit in Episcopatu. Insequentes verò V. Pontifices ad annum Trajani XIX. non amplius X. annis præfuerunt: si verum scripsit Epiphanius. Nam XVIII. annos illis attribuit in Chronico Nicephorus. Secundum quos octo è circuncisione reliqui sunt Episcopi ad extremam usque Judæorum cladem, quæ Adriani XVIII. ab Eusebio ponitur. Atqui XVIII. Adriani iniit anno Christi CXXXV. Ergo Episcopi illi VIII. non ultra XX. annos sedem illam obtinuerunt. Sed mendosus est Epiphanii locus: in quo scriptum est *μέχρι ἑνδεκάτȣ Ἀντωνίȣ*. Ubi primùm pro *Ἀντωνίȣ Ἀδριανȣ̃* substituendum. Tùm *ἐννεακαιδεκάτȣ* pro *ἑνδεκάτȣ*. Eusebius enim, ex quo ista transtulit Epiphanius, anno Adriani XIX. Marcum post XV. Judaicæ stirpis Antistites, primum è gentibus Hierosolymitanam Ecclesiam rexisse scribit. Sed illud Epiphanio caussam attulisse videtur erroris; quod idem Eusebius Lib. IV. Hist. Cap. V. cùm Hierosolymitanos omnes Episcopos recensuisset; subinde Adriani XII annum commemorat, quo Xysto defuncto Telesphorus successit. Unde collegit superiora ad annum XI. pertinere. Sequuntur Episcopi V. quos ad X. Antonini Pii pertexit Epiph. At Eusebii Chronicon solū Marcum ad annum usq; Antonini XIX. perducit; quo demum Cassianum sufficit. Qua ratione XXII. annos Marcum oportet sedisse. Præterea inter Julianum, & Capitonem Eusebius, & Nicephorus Eliam ponunt, quē prætermisit Epiphanius. De Narcisso, ejusque admirabili sanctitate vide quæ Eusebius Lib. VI. prodidit.

Οὐȣ̃ ἀπὸ ἀναλήψεως Χριςȣ̃.] Manichæorum origo diligenter est in Fastis adnotata, velut insignis quædam labes Christiani nominis ac calamitas. Sed de anno ac tempore Scriptores mirificè dissentiunt. Epiphanius noster *πλατυκω̃ς* Aureliani & Probi temporibus emersisse scribit. Quæ enim ab Ascensione Christi temporis ratio ponitur, mendosissima est, & subinde castiganda. Supra Numero I. in IV. Aureliani Imp. annum conjecerat. In Lib. verò de Pond. & Mens. anno IX. Gallieni tribuit. Eusebius in Chron. anno II. Probi, Olymp. CCLXIV. anno secundo, Antiochenorum CCCXXV. prodiisse Manichæorum Hæresin notat; & æras aliquot civitatum adjicit; quibus Christi annus CCLXXVIII. adscribitur. Leo Magnus Homil. II. de Pentecoste: *Manichæus ergo magister falsitatis Diabolicæ, & conditor*

superstitionis obscœnæ, eo tempore damnandus innotuit, quo post resurrectionem Domini ducentesimus, & sexagesimus annus impletus est, Probo Imperatore, Paulinóque Consule. Obscurissima sunt Aureliani, Probi, iisque proximorum Imperatorum tempora: summa Consularium Fastorum varietas, nec in annis ac Consulatibus digerendis qvisqvam unus cum altero consentit. Itaqve perplexum, & intricatum totum istud negotium est. Probum, ac Paulinum Coss. Cassiodorus Aurelio, ac Marcellino Coss. subjicit. Fasti Siculi post Aurelianum ac Marcellinum Tacitum, & Æmilianum collocant; qvibus Probum Paulinúmqve subtexunt: qvos posteriores Onufrius injuria prætermisit, suffectósqve credidit. Nam pro ordinariis in omnibus Fastis agnoscuntur. Sed si ante Tacitum II. & Æmilianum ponantur, ad Aureliani Imperium, non Probi, pertinebunt. Ideoque in Annalibus Ecclesiasticis cum Aureliani VII. componuntur, anno Christi 277. Etenim post Aurelianum Tacitus seqvitur, qvi nonnisi mensibus VI. imperium tenuit. Secundum qvem creatus est Probus. Qvod si post Tacitum, & Æmilianum, Probus ac Paulinus substituantur, jam istis Coss. Probus Imperator annum Imperii secundum inierit; qvod Eusebii Chronologiæ consentaneum est; qvi anno Probi II. Manichæorum originem assignat. Qvod fortasse verius est. Sed in Onufrii Fastis duo in Probi Imperatoris annis omissa sunt paria Coss. qvanqvam in superioribus annis unum compensaverat. Ita uno duntaxat anno sublato, cum æra Dionysiana conciliatur, qvod pleriqve Fasti expunctis duobus Consulatibus obtinent. Deqvo aliâs opportuniùs. Qvàm absurdè de initio Probi Imperatoris Emendat. Temp. Lib. V. disputet Scaliger, suo loco discutietur.

Ad Manichæum, sive Manetem, qvod attinet, variæ sub idem ferè tempus eruptiones monstri illius fuerunt; & insignibus alicujus facinoris notis celebratæ. Qvæ caussa fuit, cur non iisdem Imperatoribus, atqve Coss. hæresis istius origo mandaretur. In annis Christi longiùs abhorrent Epiphanius, & Leo M. Probus enim ac Paulinus Coss. incidunt in annum ferè Christi 277. in ærâ Dionysianâ: qvo ex numero XXXI. annis deductis. 246. anni reliqvi sunt ab Ascensione Domini: totidem scilicet, qvot ex aliorum sententia posteriore in numero ponit Epiphanius. Prioris autem epocha non ἀπὸ τῆς ἀναλήψεως, sed ἀπὸ τῆς συλλήψεως, vel γενέσεως arcessenda videtur. Deniqve apud Leonem pro CCLX. legendum CCXL. Nam rotundus hic numerus est à Christi Ascensione deductus. Cæterum ex hac Epiphanii putatione non mediocriter id, qvod supra plenius ostendimus, astruitur; Christi Domini Passionem & Ascensionem in Julianum LXXVI. incurrere.

Καὶ ἀπὸ τότε, καὶ ἕως δεῦρο.] In Chronico Nicephori pro Bazas, Zabdas legitur. Item pro Maximo, Maximianus; perperam. Maximo Cyrillus successit, qvo ab Arianis extruso (ait Nicephorus) tres ejus loco ordine subrogati, Arsenius, Heraclius, Hilarius. Posteà Cyrillus in sedem restitutus secundæ Synodo interfuit Gratiano imperante. Hæc Nicephorus. Hieron. in Supplemento Cyrillos IV. enumerat post Maximum. Aliis unum per ea tempora Cyrillum fuisse placuit. De qvo consulendi Annales Baroniani A. CCCLI. Agitur & de Cyrillo Hær. LXXIII.

Βασιλεὺς δ' οἱ καθεξῆς.] Probum Imperatorem prætermiſit hîc Epiphanius, an Librarius, qvem Lib. de Pond. recenſet. ei qve annos ſex & menſes duos attribuit: Aureliano vero annos V. menſes VI. quot Euſebii Chronicon numerat. De qva re ſuo loco videbimus. Ita Aureliani qvarto, Probo & Paulino Coſſ. Manichæorum hæreſis emerſit.

Ὡς εἶναι ἀπὸ τῦ εἰρημένε Μάνη.] Annus hic, qvo hæc commentabatur Epiphanius, Chriſti eſt CCCLXXVI. Valente Imper. V. & Valentiniano Juniore II. Coſſ. cùm ſuperiore anno mortuus eſſet Valentinianus ſenior; poſt Conſulatum Gratiani III. & Eqvitii. Mortuus eſt enim Novemb. XVII. expletis in imperio annis XII. minus C. diebus. Qvare caſtigandus Socrates, qvi annos XIII. imperaſſe ſcribit; qvod neqvaqvam procedit. Nam cœpit anno CCCLXIV. poſt biſextum. Itaqve annus æræ Dionyſianæ CCCLXXVI. Valentis eſt XIII. Gratiani vero IX. exiens: qvi Imperator à Patre renunciatus eſt anno CCCLXVII. ut initio hujus operis adnotavimus ex Socrate. At Valentinianus Junior VI. poſt Patris obitum die Imperator à militibus eſt ſalutatus, eodem authore Socrate, nec non & Ammiano Lib. XXX. Cùm adverſus hanc Hæreſin ſcriberet, tertium jam annum in hoc opere verſabatur Epiphanius. Qvippe anno CCCLXXIV. ſcribere eſt aggreſſus, ut in Præfatione docuit. Sed ab ortu Manichæorum ad hunc ipſum annum mendoſiſſimè numerantur anni LXXVII. pro qvibus annos CVII. reſcribendos in margine cenſuimus. Pendet ea numerandi ratio ex Imperatorum annis, de qvibus, maximéqve ſuperioribus, ſumma eſt, ut antè monuimus, Annalium diſcrepantia: de qva alio in loco ſtatuemus. Interim ſi Aureliano V duntaxat annos, cum menſibus aliqvot arrogemus, atqve illius anno IV. Manes prodierit, Probo & Paulino Coſſ. eſto annus iſte Chriſti CCLXV. Hinc igitur ad CCCLXXVI. anni numerantur CII. Qvos ita ex Epiphanii mente partim hoc ipſo loco, partim Lib. de Pond. diſpenſare poſſumus. Aurelianus poſt eum annum, qvò primùm Manes extitit, vixit annum I. Menſes VI. Tacitus M. VI. Probus A. VI. M. IV. Carus cum filiis A. II. Diocletianus A. XX. Conſtantinus A. XXXII. Colliguntur ab anno IV. Aureliani ad Conſtantini obitum anni LXIII. Obiit Conſtantinus ex omnium ſententia anno CCCXXXVII. A qvo ad annum CCCLXXVI. reliqvi ſunt XXXIX. qvi ad LXIII. adjuncti ſummam conficiunt annorum CII.

N. XXI. Ἤδη δὲ ἀνδράσι μεγάλοις.] Theodoretus Scriptores, qvi adverſus Manichæorum ſectam commentarios ediderunt, recenſet iſtos, Titum Boſtrenorum Epiſcopum, Diodorum Tarſenſem; Georgium Laodicenum Arianum, Euſebium Phœnicem (hoc eſt Emeſenum.) Qvod ad Euſebium Cæſarienſem attinet, Socrates Lib. I. Cap. XVII. ſcribit jejunè admodum in Eccleſiaſtica hiſtoria Manichæorum ab illo mentionem eſſe factam. Qva de cauſa totam ejus hiſtoriam ex Archelai ſcriptis uberius exponit. Qvare præcipuo aliqvo Libro Hæreſin iſtam oppugnaſſe videtur Euſebius. Sed qvod Origenem adverſus Manichæos elucubraſſe aliqvid Epiphanius affirmat; temporis ratione ipſa refellitur. Mortuus enim eſt Origenes annis fere XX. anteqvam

Manichæorum superstitio in lucem emergeret. Siqvidem grassante Severi persecutione, anno ejus imperii X. qvi est æræ Dionysianæ CCII. ætatis annum exegetat XVII. ut Eusebius asserit Lib. VI. Cap. III. Obiit verò anno ætatis LXIX. impetante Gallo, eodem authore Lib. VII. Cap. I. Additis igitur annis LII. ut LXIX. impleantur, mortuus est æræ communis anno CCLIV. diu ante Manichææ factionis ortum.

N.XXII. *Ει δὲ ἐκ φύσεως, καὶ κατὰ συμπάθειαν.*] Terræ motus naturalibus ex caussis oriri nimis *ἰδιωτικῶς* negare videtur. Qvod & apud Philastrium legimus.

N.XXIII. *Εν τῇ δ᾽ ἀρχῇ δὲ τῆς κοσμοποιΐας.*] Qvo anno post orbem conditum Abelum Adamus genuerit, Moyses tacuit. Hîc anno centesimo necatus dicitur, cùm ætatis ageret XXX. Unde LXX. circiter anno natum oportuit. Sed hæc meta divinatio est. Porrò *ἑκατοστὸν*, pro *ἕκαστον* emendandum esse nemo non videt.

N.XXV. *Αρχὴ τῶν τοῦ Μάνειτος.*] Primus portentosæ illius Hæresis oppugnator, ob idqve singulari laude dignus, Archelaus extitit: qvi habitam à se cum impostore disputationem in commentarium redegit, omniaqve nefariæ superstitionis arcana patefecit. Ex hac Archelai collatione cæteri deinceps hauserunt omnes, qvi hæretici illius historiam, ac dogmata scriptis prodiderunt. Meminit Archelai in Scriptoribus Eccles. Hieronymus.

N.XXVII *Ομοῦ καὶ ὁ θερισμὸς ἄρχων.*] For. *θεριστής*.

XXVIII. *Ει τις λούεται εἰς τὸ ὕδωρ.*] Cor. *εἴ τις λούεται, εἰς τὸ ὕδωρ.* *Si qvis lavat, in aqvam suam constringit animam.*

N.XXX. *Ενετείλατο δὲ τοῖς ἐκλεκτοῖς.*] De Manichæorum Audientibus & Electis agit pluribus in locis Augustinus, præsertim contra Faustum: Item Ep. LXXIV.

XXXIII. *Εἶτα πάλιν ἐλθὼν εἰς τὰ μέρη.*] Leviculè hîc hallucinatur. Etenim Marcus Cap. V. 1. *τὴν χώραν τῶν Γαδαρηνῶν* appellat. Matth. *Γεργεσηνῶν*. Lucas Cap. VIII. 26. *Γαδαρηνῶν*. Latinus Interpres ubiqve Gerasenorum. Gerasa & Gadara aliis oppida duo; aliis unum & idem fuisse videtur. Vide Jansenium Cap. XXX. Concord. A qvibus transamnana qvædam regio nomen accepit.

N XL. *Επειδὴ γὰρ ὁ Ματθαῖος.*] Chrysost. Hom. XXIX. in Mat. duos Evangelistas ita conciliat; ut Lucas eum tantummodo commemotaverit, qvi ab molestiori esset Dæmone correptus.

XLVIII. *Φαύλων δὲ χωρίων.*] Depravata ista sunt: nisi fortè *μετάστασιν τῶν χωρίων* dixit pro *εἰς τὰ χωρία.*

N.L. *Οπερ κατήντα εἰς πενταχιλιοστόν.*] Si Christus anno ætatis XXX. baptizatus est, isqve à mundi conditu fuerit V M. DIX annus, natus erit ex Epiphanii sententia, anno mundi V M. CDLXXX. Varias ex LXX. seniorum ratiociniis annorum summas ab orbe condito collectas fuisse Græci demonstrant. Nam præter hanc Epiphanii, Martyrologium Romanum aliam instituit, secundum qvam ad Christi Natalem anni numerantur 5199. Præter hanc tres alias in usu esse reperimus. Prima est qvæ Christum anno 5493. vel 5494. natum putat: qvæ a nonnullis Antiochena nominatur. Secunda; qvæ Christi nativitatem in annum 5500. conjicit, qvam Æthiopicam appellant. Tertia, qvæ & omnia celeberrima est & usitatissima, ab orbis

initio ad Christi Natalem annos putat 5509. De iis aliâs uberius differemus.

LXXVI. *Φησὶ δὲ ὁ αὐτὸς Μάνης.*] For. *ᾔδειν τὰς ἡμετέρας*; ut seqventia persvadent.

LXXXII. *Ὑπὲρ τὸ μέτρον τῶν ἓξ σταδίων.*] Hieronymus Epist. XV. ad Algasiam Qv. X. iter Sabbati ex Hebræorum traditione duobus pedum milibus definit. Hebræi verò Magistri duo cubitorum milia constituunt, qvod & certius videtur. Nam ita docet Elias in Thisbi vocabulo תחום. Cujus moduli definitio ex Cap. Exod. XIX. 12. & potissimum ex Josue III. com. 4. petitur. Ubi inter Arcam & populum totidem cubitorum intervallum esse præcipitur. Ut nimirum eô Sabbati die liceret accedere, ut interpretatur R. Selomoh. Jam cubitus ex Vitruvio Lib. III. Cap. I. sesqvipede constat; sive palmis VI. hoc est digitis XXIV. Herodotus in Clio stadium VI. esse jugerum scribit, id est *ὀργυιῶν* centum: *ὀργυιὰν* pedum VI. sive cubitorum IV. Ex qvo seqvitur in stadio pedes esse DC. cubitos CD. Unde MM. cubitorum, sive pedum MMM. stadiis V. respondent: qvantum inter Hierosolyma, & Oliveti montem intervallum fuit; ut Josephus Lib. XX. Cap. VI. testatur. Ideò Act. Cap. I. com. 12. Sabbati iter appellatur. Apud Columellam paulo major est mensura stadii. Nam Libro V. Cap. VII. actum definit pedum esse CXX. jugerum verò duos actus continere; & esse pedum CXL: semijugerum autem à Gallis *arepennem* vocari: stadium deniqve passus habere CXXV. hoc est pedes DCXXV. Passus enim qvinis pedibus constat. Unde mille passus pedes habent VM. Gregorius verò Turonensis Lib. I. Hist. Cap. VI. arepennes uni stadio tribuit V. Qva ratione in arepennem LXXX. imputandi sunt cubiti, sive pedes CXX. qvot à Colum. tribuuntur. Ita qvinta parte major erit arepennis Herodoti plethro, qvod jugerum pleriqve vertunt. Sed de *πλέθρου* varietate totaqve hac metiendi ratione pluribus agere, neqve otii nostri est, nec instituti.

LXXXIV *Νῶε γὰρ σωθεὶς ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ.*] Historiam hanc & orbis partitionem exponit in Ancorato pluribus, â Num. CIV. Rhinocorura cur Hebraicè נחל Neel appellari putet Epiphanius, LXX. Interpretes fecerunt; qvi Esa. XXVII. 12. qvod scriptum est עד נחל מצרים ad torrentem Ægypti, verterunt *ἕως Ῥινοκορούρων*: ut Salianus noster observat Tom. I. Ann. Hieronymus ad hunc locum: *Pro torrente Ægypti LXX. Rhinocoruram transtulerunt, qvod est oppidum in Ægypti Palæstinæqve confinio, non tam verba Scripturarum, qvàm sensum verborum exprimentes.* Unde sic illud accipiendum est apud Epiphanium: *Ῥινοκορούρα γὰρ ἑρμηνεύεται* Νεὲλ, ut idem sit, atqve alio vocabulo nominatur. Neqve enim tam imperitus Hebraismi, aut Hellenismi fuit, ut *Ῥινοκορούραν* idem ac נחל significare crederet.

Καὶ Μαρειανδύνην.] Mariandynorum regio, qvod sciam, in Bithynia est, non in Africa. Aut igitur alienum in locum irrepsit; aut aliter ea vox conformanda videtur. Nimirum *ἀπὸ τῆς Μαρείας λίμνης*, ut sit *Μαρειανή*, vel aliqvid ad eum modum inflexum. Nam Maria Stephano *Μάρεια πόλις & λίμνη* est, qvæ & Maræotis dicitur in Ægypto, de qva Strabo Lib. XVII. Adjuvat conjecturam nostram, qvod *Μαριανδυνή* per ι. simplex; apud Epiphanium verò per diphthongum scribitur, ut *ἀπὸ τῆς Μαρείας* originem duxerit. Possumus & *Μαρεωτικὴν* legere, qvod eodem recidit.

Nam Mareotica Ægypto contribuitur, & cum Libya copulari solet.

Λεπτημαγνην.] Leptis nomine duæ censentur urbes in Africa apud Plinium, Melam, &c. altera cognomento magna; altera parva dicitur. A priore formatur per inflexionem Leptimagnensis apud Cyprianum in Episcop. Sententiis de Hæreticis baptizandis sub finem. Videtur igitur apud Epiphanium *Λεπτιμάγνην* substituendum, aut certè *Λεπτιτάνην*.

Καὶ τῆς ἔσω Γαδείρης.] Qvasi Gadira regio qvæpiam Africæ sit, aut Mauritaniæ: qvemadmodum & Tingitanæ Hispaniæ nomen impositum; ut Hispania Transfretana, vel Tingitana diceretur, in Notitia. Fortasse sic interpretari commodius licet; ut *χώρας* subaudiatur, *μέχει χώρας τῆς ἔσω Γαδείρης*, qvæ citra Gades regio sit.

Ἀλαβαστρίτην.] Leg. *Ἀλαβαστρῖτιν.* Sed ubi terrarum ista provincia sit, mihi nondum satis explicatum. In Syria, vel finitimo aliqvo ad Orientem tractu positam esse demonstrant adjunctæ regiones cæteræ. Atqvi Ptolemæo *Ἀλαβάστρα* Ægypti urbs est, & Alabastrinus in eadem Ægypto mons. Plin. Lib. V. Cap. IX. *Ab iis oppida Mercurii, Alabastron, Canum.* Verùm extra fines Ægypti, hoc est ultra Rhinocoruram Alabastritis Epiphanii debet esse: neqve tamen in Phrygia, ubi ejusdem nominis oppidum collocat Stephanus, ibidemqve *λίθον διάσημον* reperiri scribit, hoc est Alabastriten. Qvare amplius de ea regione cogitandum. Apud eundem Stephanum invenio *Ἀλαβάστριον πόλις Συρίας* ex Charace, VIII. Chronicon. Cujus ex affinitate vocis vide an ad hunc Epiphanii locum emendandum compendii aliqvid possit fieri.

Καὶ Ὁμηρῖτιν, καὶ Ἀξωμῖτιν.] Homeritarum regio in Æthiopia censetur apud Steph. Plinius Lib. VI. Cap. XXVIII. inter Arabiæ populos Homeritas recenset, ac numerosissimos esse scribit. Ptolem. locum illis in Arabia Felice tribuit, & qvidem in intimo recessu, haud procul ab Arabici freti faucibus, qvibus cum Rubro mari committitur. Nec abhorret Procopius, qvi Lib. I. de Bello Persico pag. 32. in eodem tractu ponit Homeritas. Qvibus oppositos esse narrat in altera continente trans fretum Æthiopas, qvi Auxomitæ vocantur. *Ὁμηριτῶν δὲ καταντικρὺ μάλιστα ἐν τῇ ἀντιπέρας ἠπείρῳ Αἰθίοπες οἰκοῦσιν, οἳ Αὐξωμῖται καλοῦνται, ὅτι δὴ αὐτοῖς τὰ βασίλειά ἐστιν ἐν Αὐξώμιδι πόλει.* Vides apud Procopium Auxomitas ab Homeritis longo intervallo distinctos, non pro iisdem usurpatos, ut nonnulli scripserunt. Ac qvod ad Homeritas attinet, de Arabicis istis accipiendus est Epiphanius. Sed in Axomitide vix est ut ab errore possit excusari. Nam *Ἀξωμῖτις* sive Auxumitis, ut vidimus, in Æthiopia, non in Asia situm habet, ut vel Epiphanius ipse initio hujus Operis, & in Sethianis docet, cùm de propagatione gentium agit. Qvamobrem Africæ regiones, & ad meridiem sitas cum Asiaticis, & Orientalibus permiscuit. Nisi fortè Auxumitas, qvemadmodum & Homeritas, in Arabia qvoqve collocandos qvispiam putet, unde in Æthiopiam transfretarint. Nam & Æthiopas constat ab Arabibus propagatos, idqve vel appellatio ipsa probat. Etenim *Ἀβασηνοί*, qvod nomen Æthiopes hodie sibi vendicant, in Arabia turifera apud Stephanum positi sunt. Vide qvæ Scaliger ad Computum Æthiop. observat Lib. VII. de Emend. Temp.

Καὶ Βούγεαν καὶ Λίβαν.] Bugeam nusqvam alibi reperio. Nisi qvod Estheris

Cap.XII. 6. Aman Bugæus appellatur. Sed pro Βυγαῖ☉ Αγαγαῖ☉ qvidam rescribunt non rectè. Potest enim ignoti cujusdam loci nomen esse, & qvidem in Syria. Nam qvod Macedo ejusdem libri Cap. XVI. com. 8. Aman esse dicitur, haud vana suspicio est; Interpretem Græcum, qvi sub Ptolemæo Rege Græcam interpretationem edidit, Macedonis nomen generalius usurpasse pro peregrino, & Europæo, hoc est ab Europæis oriundo, qvi in Syria, Asiaqve consedissent; cùm ab Asiaticis Græci tum omnes Macedones vocarentur, uti Christiani à Turcis vulgò Franci, Mahumetani à nostris Turcæ nominantur. Qvam conjecturam indicat Serrarius noster. Jam Liba, qvantum ex Geographis colligi potest, nulla in Orientis isto tractu reperitur. Nisi qvòd apud Polyb. Lib. V. Mesopotamiæ oppidum ejus nominis est. Sed regionis non oppidi hoc loco esse propria videtur appellatio.

Μάγαρδες.] Qvinam sint Magardes qværant qvibus otium est, & utrum Illyrici, Pannoniæqve populi sint. Nam & Magares Turcæ passim Hungaros vocant; & μαγαρισμὸς à Græcis vulgo Μαωμετισμὸς appellatur. Sed hæc longè Epiphanii temporibus recentiora fortasse non congruunt. Qværendum igitur ampliùs.

Τῆς τε τῶν Σκόπων.] Non malè, ut opinor, Σκότων pro Σκέπων reposuimus. Scoti ab Hispanis ortum habuerunt. At Franci Epiphanii tempore prope Rhenum circa Frisiam, & Bataviam habitabant.

Num. LXXXV. Καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν.] Illud ἴσως non ἀπορητικῶς sumi puto; sed idem esse atqve æqvaliter. Qvod ait καθ' ἑκάστην ἡμέραν lucernas arsisse, de nocte, qvæ νυχθημέρου pars est, dubium est nullum. Sed utrum interdiu qvoqve luxerint non adeò constat. Lyranus, & Abulensis ad Lib. I. Reg. noctu diuqve pariter arsisse scribunt, sed noctu plures, de die pauciores, hoc est, ut Josephus asserit, Lib. III. Cap. IX. qvatuor. Qvorum opinio authoritate Scripturæ nititur. Si qvidem Exodi XXX. com 8. tam manè componi lucernæ, qvàm ad vesperum collocari dicuntur. *Qvando componet lucernas, incendet illud, & qvando collocabit eas ad vesperum, &c.* qvod intelligi non potest, si vespere duntaxat accendi lucernas moris fuerit. Verùm noctu duntaxat luxisse perspicuè docetur Exodi XXVI. com. 21: ubi de lucerna ita præscribitur: *Et collocabunt eam Aaron & filii ejus, ut usqve manè luceat coram Domino;* LXX. ἀφ' ἑσπέρας ἕως πρωΐ. Idipsum & ex Lib. I. Reg. Cap. III. com. 3. deducitur. *Lucerna Dei anteqvam extingveretur,* inqvit, *Samuel dormiebat in templo Domini, ubi erat Arca Dei.* Qvi locus olim in Latinis codicibus mendosè legebatur hoc modo: *Nec poterat videre lucernam Dei anteqvam extingveretur*, adversus & Hebraicam fidem, & Græcorum interpretationem. Qvod vitium olim jam subodoratus erat Lyranus, & à Clemente Pontifice novissima recensione sublatum est. Qvare frustra Ribera noster Abac. II. ita obsoletæ huic lectioni patrocinatur, qvasi ו copulativum in Hebræo redundet: *Et non poterat videre, & lucernam Dei.* Sed eos Commentarios ante correctionem scripsit Ribera. Hodie verò cum Hebræis, & Græcis, Latini codices verba illa, *Lucerna Domini anteqvam extingveretur*; alteri commati tribuunt. Hieronymus in Tradit. Hebr. hunc ipsum locum declarans, hæc scribit: *Qvod verò ait: Et anteqvam lucerna Dei extingveretur in templo Domini, ubi erat arca Dei, Samuel dormiebat. Anteqvam lucerna Dei extingveretur, intelligi oportet; anteqvā lux*

diurna fieret, qvando eadem extingvenda erat lucerna. Sic enim à Domino per Moysen jussum erat; ut eadem lucerna luceret usqve manè. Igitur noctu duntaxat ardebant lucernæ, qvæ sub vesperam accendebantur, manè componebantur. Qvæ duo plurimum discrepant. Aliud, inqvam, est *collocare lucernas*, aliud *componere*. Prius illud est candelabro lucernas imponere, & accendere. Ideo Cap. illo XXVII. Exodi com. 21. ubi Latinè sic legitur: *Et collocabunt eam Aaron, & filii ejus*, Hebraicè scriptum est יערך ordinabit, in candelabro nimirum. At Græcè *καύσει αὐτὸ* (videlicet oleum) *Ἀαρὼν, καὶ υἱοὶ αὐτοῦ ἀφ' ἑσπέρας ἕως πρωΐ.* Sed in illo loco, qvem Abulensis ex Cap. XXX. com. 8. profert, pro Latino *componendi* vocabulo, Hebraicè היטיב, qvod est aptare, ac repurgare, vel potius recondere, Græcè *ἀποσκευάσαι*, hoc est in loco suo, ac theca, vel cella reponere. Sic componere mortuum in lecto, qvod nos dicimus *agencer*. Ibidem verò pro eo qvod Latinus Interpres habet: *qvando collocat eas ad vesperum*, Hebraice scriptum est העלות hoc est attollere, imponere candelabro: LXX. *ἐξάπτειν*, accendere. Sic Lib. I. Reg. eo loco, qvem adduximus: *Lucerna Dei anteqvam extingveretur*, in Reg. est *κατασβεσθῆναι*. In Editione Sixti *ἀποσκευασθῆναι*. Ex qvibus apparet idem esse collocare lucernas, qvod attollere super candelabrum & accendere: contra verò componere idem esse atqve extinctas detrahere, & suo loco reponere. Erant enim exemptiles lucernæ, qvæ candelabro sub noctem impositæ, diluculo demerentur. Exod. XXV. Cap. XXXVII. *Facies & lucernas VII. & pones eas super candelabrum.* Lib. II. Par. Cap. XIII. v. 11: *Estqve apud nos candelabrum aureum, & lucernæ ejus, ut accendantur semper ad vesperam.* Si ad vesperam accendebantur, ergo interdiu erant extinctæ, non modo IV. ut Josephus credit, sed omnes septem.

Οὐ γέγονε γὰρ τὸ Σάββατον.] Huic affine est qvod R. Mose ben Maimon Parte I. Jad. Tract. de Sabbato Cap. II. §. III. scribit הנה למדת שאין משפטי התורה נקמה בעולם אלא רחמים וחסד ושלום בעולם *Ecce*, inqvit, *didicisti, Legem nunqvam omnino crudelem, & inhumanam esse; sed misericordiæ, benignitatis, ac pacis plenissimam.* De Sabbato verò loqvitur, qvod ægrotorum caussa, ac propter pia qvædam ministeria solvi posse pluribus declarat.

AD HÆRESIM LXVII. HIERACITARUM.

Authoris hujus Sectæ nomen variè concipitur etiam hîc ab Epiphanio. Nam aut Hierax, aut Hieracas vocatur. Qva posteriori appellatione censetur apud Hilarium Lib. VI. de Trinit. & Aug. Lib. de Hæres. Sanè si Hieracas appellandus sit, Græcè fortasse scribendum erit *Ἱερακᾶς*. Sed nihil in editione nostra mutandum censuimus. Neqve verò satis rectè ad eum modum inflecti putem posse *ὁ Ἱέρακας τοῦ Ἱέρακα.* Sed vel *Ἱεράκας τοῦ Ἱεράκα*, vel *Ἱερακᾶς, τοῦ Ἱερακᾶ.*

AD HÆRESIM LXVIII. MELETIANORUM.

De Meletianis Actis, ac tota Schismatis historia, qvam hîc proponit Epiphanius, qvid sentiendum sit, in Baronianis Annalibus explicatur anno CCCVI. qvibus ego libentissimè subscribo. Certissimum enim est, à

Meletiano aliqvo scriptore falsa Meletii acta conscripta fuisse; in qvibus turpissimam hominis infamiam, & execrabilia facinora dissimulare conatus est. In ea cùm imprudens incidisset Epiphanius, veram ac sinceram illam esse narrationem frustrà credidit. Qvod utinam ei in mentem non venisset! Pessimè qvidem de humano genere merentur illi, qvi sacrosanctam historiæ veritatem mendaciis aspergunt suis. Sed multò detestandi magis ac publicè coërcendi videntur, q.i ad falsitatem, impietatis ac sacrilegii crimen adjungunt: dum res Hæreticorum hominum, eorundemqve caussas, ac personas stilo suo non modò sublevant; sed etiam contra fidem veritatis exornant. Cujusmodi ætate nostra complures Historiæ prodeunt, à Catholicis, ut videri volunt, & Romanæ communionis hominibus editæ: sed qvæ Genevensi aliqvo conventu meditatæ, dictatæqve videantur. Qvarum prædicandarum finem nullum Hæretici ipsi faciunt Catholici: non ut suspectas solùm, sed ut impias, ac damnatas execrantur. Ejusmodi Meletiana illa fuit Historia, qvæ sanctissimum virum in errorem adduxit. Nam qvalis revera Meletius fuerit, qvæve concitandi schismatis occasio, ac progressio, multo certiùs ex Athanasii scriptis, atqve ex Nicæni Concilii Synodicis literis intelligi potest. Vide omnino qvæ illîc à Baronio accuratissimè disputantur.

N. I. *Τοῦτο γὰρ ἔθος ἐπὶ τὸν ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ.*] Sic in magno Nicæno Concilio Can. VI. *τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω τὰ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Λιβύῃ, καὶ Πενταπόλει, ὥστε τὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἐπίσκοπον πάντων τούτων ἔχειν τὴν ἐξουσίαν.* Porrò in iis provinciis recensendis, qvæ Alexandriæ contribuuntur, animadvertendum est, distingvi ab Epiphanio *τὴν Μαρεώτην* & *τὴν Μαρεώτιδα*. Ptolemæus Lib. IV. Mareotidem & Maræotam ita discernit, ut Maræotis oppidum sit Libyæ Nomidis, haud procul ab Oasite: At *ὁ Μαρεώτης* provincia sit, sive Nomus ac præfectura ad Mariam, sive Mareotidem lacum, qvæ in Ægypto censetur. Plinius verò Mareotas velut populum qvendam in Mareotide Libya collocat Lib. V. Cap. VI.

N. II. *Παραπεσόντες οὖν καὶ θύσαντες.*] Tametsi impetrandæ pœnitentiæ caussa ad Martyres iccircò confugisse videri possint, qvòd iidem illi Episcopi forent, à qvibus id obtineri debuit: nihilominus veterem ad ritum fortassis istud pertinet; qvo lapsos ad Martyres adiisse scimus, ut ab iis libellos ac literas ad Antistites peterent, qvorum beneficio in integrum restituerentur. De qvibus freqvens est apud Cyprianum, Tertull. ac cæteros mentio.

Οὐ μὴν ἵνα ἕκαστος ἀξιωθῇ.] Clerici post pœnitentiam publicam ad Communionem Laicam nonnunqvam redacti. Aliàs honore ac dignitate salva, ab omni functione duntaxat, & administratione summoti sunt. Ancyranum Conc. Can. I. Presbyteros sacrificatos, qvi postea ad certamen redierint, jubet *τῆς μὲν τιμῆς τῆς κατὰ καθέδραν μετέχειν, προσφέρειν δὲ αὐτοὺς, ἢ ὁμιλεῖν, ἢ ὅλως λειτουργεῖν τι τῶν ἱερατικῶν μὴ ἐξεῖναι.* Qvod idem Can. seqventi de Diaconis constituitur: cum eo, ut si qvos Episcopus humilitatis, pœnitentiæ, ac cæteris id genus officiis insignes animadverterit, cum eis mitius atqve humanius possit agere. At Leo Papa Ep. III. Clericos ab Hæreticis revertentes post pœnitentiam, sine ulla spe promotionis in eodem manere ordine decrevit, in qvo fuerant. At olim Clericis ægrè indulta pœnitentia. Ideo in Arausi-

cano I. Can. 4. nominatim cavetur: *Pœnitentiam desiderantibus etiam Clericis non negandam.* Verùm qvi pœnitentiam aliqvando publicam obiissent, ordinari nefas erat. Conc. Tolet. I. Can. 2. Hinc Optatus Milevitanus Lib. II. *Invenistis*, inqvit, *pueros. De pœnitentia sanciastis, ne aliqvi ordinari potuissent.* Ita vel pueri, qvi coacti pœnitentiæ speciem adumbrarant, à sacris ordinibus rejecti. In Carth. V. Can. XI. decretum est, ne Presbyteris, vel Diaconis gravioris culpæ convictis, ideoqve deponendis, manus tanqvam pœnitentibus, vel tanqvam fidelibus Laicis imponatur. Qvò & Augustini locus ille pertinet Lib. I. de Bapt. con. Donat. Cap. I. *Nam sicut redeuntes, qui priusqvam recederent baptizati sunt, non rebaptizantur: ita redeuntes, qvi priusqvam recederent ordinati sunt, non utiqve rursus ordinantur: sed aut administrant, qvod administrabant, si hoc Ecclesiæ utilitas postulat: aut si non administrant, Sacramentum ordinationis suæ tamen gerunt, & ideo eis manus inter laicos non imponitur.*

N. III. Τȣτέςι λωδίκιον, ἤτȣν παλλίον.] Pallium enim pro qvavis veste, etiam stragula sumitur.

Γίνε) ᵹ Πέτρον μαρτυρῆσαι.] De Petri successore dicemus ad seqventem Hæresim, N. XI. Nam & plurimum in ea narratione falsus est Epiphanius.

Εν τοῖς Φαινησίοις μετάλλοις.] Meminit in eadem persecutione declaranda Phænesiorum Metallorum Eusebius VIII. Libro in appendice, vel Cap. XVII: τοῖς κατὰ Φαινὼ τῆς Παλαιςίνης χαλκȣ̃ μετάλλοις τȣ̀ς πάντας παραδίδωσι. Qvàm horrenda hæc metalla fuerint, docet Athan. Epist. ad Solit. P. 658. ubi Eutychium Hypodiaconum ab Arianis scribit ad metalla damnatum, καὶ μέταλλον ȣ̓χ ἁπλῶς, ἀλλ᾽ εἰς τὸ τῆς Φαινῶ ἔνθα καὶ Φονεὺς καταδικαζόμενος ὀλίγας ἡμέρας μόγις δύναται ζῆσαι. Vide Ortelium.

N. V. Ηδη δὲ ὁ μακαρίτης.] Ex eadem officina conseqvens historia prodiit; Meletiani videlicet cujuspiam nebulonis. In qva primum illud falsissimum est, superstite adhuc Alexandro Meletianos cum Arianis conspirasse; qvod Alexandro demum mortuo contigisse docet Athanasius Apol. II. Pag. 603. Nam Alexander nondum V. mensibus post Nicænum Concilium expletis moritur. Post ejus obitum, cùm Meletius per idem ferè tempus excessisset, Meletiani ab Eusebio Nicomediensi solicitati cum Arianorum factione coierunt. Qvæ historica series Meletiani impostoris fabulam jugulat.

Ην δὲ Παφνȣ́τιος.] Alius hic esse debet à magno illo Paphnutio Thebaidis Episcopo, qvi Nicænæ Synodo interfuit, qviqve & ipse Confessor extitit, Constantino Imp. carissimus. Hic enim in Conciliabulo Tyrio pro Athanasio adversus Arianos restitit. Fortasse verò Meletianus iste, qvi hanc fabulam concinnavit, in Paphnutii nomine fucum posteris fecit, ut Paphnutium è Meletianorum grege qvempiam cum altero illo Confessore, & insigni viro confuderit. Sanè Paphnutios aliqvot Episcopos recenset Athanasius in Apologia; sed qvi ipsius caussæ faverint. Unum verò Monachum, qvi insidiarum calumniarúmqve contra se ab Arianis & Meletianis excogitatarum particeps fuerit; cujus Epistolam in Apol. II. profert. Postremo Callinici Meletiani in eadem Apol. meminit: eumqve cum Isione, & Eudæmone subornatum ab Eusebianis scribit, ut falsorum criminum reum sese ad Imper. deferrent.

N. VI. Οἱ κατὰ Μελήτιον.] Meletianos Episcopos intellige, non Meletium, qvi jam è vivis excesserat. De hujus historiæ mendacio ad seqventem Hæresin dicetur.

N. VIII. Κατεάξαι κανδῆλαν.] Qvænam ea vox sit nondum comperi. Certum est ποτήριον μυστικὸν fuisse. Vide Athan. ipsum in Apol. Theodoretum, & alios.

Καὶ μέχρι ἐν τοῖς μέρεσι τῆς Ἰταλίας.] Neqve illud verum est, tot annos in Galliis hæsisse. Non enim amplius qvàm annos II. Menses IV. exulavit, ut testatur Theodoretus. Vide Ann. Eccles. A. 338. Reliqva narrationis hujus, qvæ in seqventi Numero haud sincera sunt, ex Historiis Ecclesiasticis, & Annalibus Baronianis luce clariora sunt. Qvæ tu illînc repetes. Sub Constantino Imperatore ante relegationem Athanasii, Arsenii drama contigit, non post illius obitum.

AD HÆRESIM LXIX. QVÆ EST Arianorum.

N. I. Ὅσαι γὰρ Ἐκκλησίαι τῆς καθολικῆς.] Singularem tunc temporis Alexandriæ morem hunc fuisse, vel saltem paucis in Ecclesiis usurpatum, ex eo conjicias, qvod tam expresse istiusmodi consvetudinis, tanqvam Alexandrinæ Ecclesiæ peculiaris, meminit: Uti nimirum plures in eadem urbe Tituli forent, qvibus singulis suus attributus esset Presbyter, qvi Ecclesiasticas functiones illîc obiret. Sed alibi tamen jampridem institutum idem fuerat: velut Romæ: ubi per Titulos distributi Presbyteri suos qviqve populos regebant. Ad eos Episcopi Dominicis diebus fermentum, sive benedictum panem in communionis symbolum mittere consveverant. Innocentius ad Decentium Cap. V. *De fermento verò, qvod die Dominico per Titulos mittimus, superfluè nos consulere voluisti: cùm omnes Ecclesiæ nostræ intra civitatem sint constitutæ: qvarum Presbyteri, qvia die isto propter plebem sibi commissam nobiscum convenire non possunt, ideo fermentum à nobis confectum per acolythos accipiunt, ut se à nostra communione, maximè illa die non judicent separatos.* Qvod à Melchiade constitutum fuisse Liber Pontificalis Damasi tradit. Laodic. Conc. Can. XIV. Eulogiarum istarum meminit: περὶ τοῦ μὴ τὰ ἅγια εἰς λόγον εὐλογιῶν κατὰ τὴν ἑορτὴν τοῦ Πάσχα εἰς ἑτέρας παροικίας διαπέμπεσθαι. Sed de hoc ritu pluribus in Eccles. Ann. Baronius A. 313. Non dubito majoribus duntaxat in urbibus plures intra pomœria Titulos fuisse; cùm intra eadem septa contineri, unáqve convenire non possent: adeóqve Presbyteros singulis Ecclesiis impositos. In minoribus autem, ac minus freqventibus oppidis unam duntaxat Ecclesiam extitisse, in qvam universi confluerent. Cujusmodi Cypri urbes erant. Unde qvod Alexandriæ receptum erat, velut popularibus suis peregrinum, & inusitatum, adnotavit Epiphanius. Hinc origo Parœciarum, qvod vocabulum à rusticanis Ecclesiis ad urbicas translatum. παροικία propriè χώραν omnem regionémqve significat, qvæ ab urbe distans Ecclesiæ certæ contribuitur: qvemadmodum olim Romæ singulis viciniis πάγοι, sive colles constituti fuerunt à Servio Tullio Rege, tanqvam κρησφύγετα, sive receptus ac perfugia, qvo se ab ingruenti hoste tutarentur.

rentur. In iis collibus arx collocatæ: Θεῶν ἐπισκόπων τε, καὶ φυλάκων τοῦ πάγου, ὡς ἔταξε θυσίαις κοιναῖς γεραίρειν, &c. ait Halicarn. Lib. IV. Imo verò & pagi singuli curatores suos habuerunt, qvos ἐπισκόπους, & περιπόλους idem auctor appellat. Qvibus Christianorum in agris Parœciæ qvam-simillimæ fuerunt. Nam & illic ἐπίσκοποι, sive potius χωρεπίσκοποι olim præfuerunt; qvos *Episcoporum vicarios* Latinæ qvædam Canonum interpretationes vocant: aliæ *regionarios*, seu *vicanos*, longè qvàm illæ rectius. Fuit eorum dignitas, & potestas Presbyteris simplicibus, ut videtur, amplior, & Episcopali suppar. Nam & inferiores ordines ab iis collatos esse constat. Qva de re obscurus est Ancyrani Concilii Can. XIII. Χωρεπισκόπους μὴ ἐξεῖναι Πρεσβυτέρους ἢ Διακόνους χειροτονεῖν· ἀλλὰ μηδὲ Πρεσβυτέρους πόλεως, χωρὶς τοῦ ἐπιτραπῆναι ὑπὸ τοῦ Ἐπισκόπου μετὰ γραμμάτων ἐν ἑτέρᾳ παροικίᾳ. Vetat Presbyteros ac Diaconos à Chorepiscopis consecrari. Sed obscurissima sunt qvæ subjunxit: ἀλλὰ μηδὲ Πρεσβυτέρους: qvorũ duplex potest esse sensus. Aut enim eandem urbanis Presbyteris potestatem adimit, qvod otiosum, & ineptum videtur. Qvis enim Presbyteros à Presbyteris ordinatos unqvam audiit: aut ejus rei potestatem illis ab Episcopo per literas esse factam? qvod Canon excipere videtur. Vel certè Chorepiscopos prohibet Urbicos Presbyteros ordinare sine Episcopi consensione ac literis, idq; in aliena Parœcia: atq; ita Balsamo: qvod ne ipsum qvidem probatur. Nam si Presbyteros, aut Diaconos penitus ordinare vetitum est; qvid attinet de urbanis Presbyteris nominatim meminisse? Mendosum igitur esse Græcum Canonem oportet: cujus sententiam ita Latina Editio concipit: *Vicarius Episcoporum, qvos Græci Chorepiscopos vocant, non licere vel Presbyteros; vel Diaconos ordinare: sed nec Presbyteris civitatis, sine Episcopi præcepto, amplius aliqvid imperare: nec sine authoritate literarum ejus in unaqvaq; parochia aliqvid agere.* Qvod si in Græco Canone verba illa expunxeris: ἀλλὰ μηδὲ Πρεσβυτέρους πόλεως, sensus erit aptissimus; qvo interdictum Chorepiscopis est Presbyterorum, ac Diaconorum ordinatione, nisi id per Episcopos licuerit. Qvod cum Antiochenæ Synodi decreto geminũ est: qvæ Can. X. ita sanxit: Τοὺς ἐν ταῖς κώμαις, ἢ ταῖς χώραις, ἢ τοὺς καλουμένους Χωρεπισκόπους, εἰ καὶ χειροθεσίαν εἶεν Ἐπισκόπων εἰληφότες, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ Συνόδῳ εἰδέναι τὰ ἑαυτῶν μέτρα, καὶ διοικεῖν τὰς ὑποκειμένας αὐτοῖς Ἐκκλησίας, καὶ τῇ τούτων ἀρκεῖσθαι φροντίδι, καὶ κηδεμονίᾳ· καθιστᾶν δὲ Ἀναγνώστας, καὶ Ὑποδιακόνους, καὶ Ἐπορκιστάς, καὶ τῇ τούτων ἀρκεῖσθαι προαγωγῇ, μήτε δὲ Πρεσβύτερον, μήτε Διάκονον χειροτονεῖν τολμᾶν δίχα τοῦ ἐν τῇ πόλει Ἐπισκόπου, ἧ ὑπόκειν(ται) αὐτός τε, καὶ ἡ χώρα. Εἰ δὲ τολμήσειε τις παραβῆναι τὰ ὁρισθέντα, καθαιρεῖσθαι αὐτὸν καὶ ἧς μετέχει τιμῆς· Χωρεπίσκοπον δὲ γίνεσθαι ὑπὸ τοῦ τῆς πόλεως, ἧ ὑπόκειται, Ἐπισκόπου. Qvem Canonem sic Latinus Interpres reddidit: *Chorepiscopi, tametsi manus impositionem ab Episcopo susceperunt, & ut Episcopi sunt consecrati, tamen placuit sancta Synodo eos modum propriũ retinere, & gubernare adjacentes sibi civitates, & esse contentos propria solicitudine, & gubernatione, qvam susceperunt. Constituere autem his permittitur Lectores, & Subdiaconos, atq; Exorcistas: qvibus sufficiat istorum tantum graduum licentiam accepisse. Non autem Presbyterum, non Diaconum audeant ordinare præter conscientiam Episcopi civitatis, vel Ecclesiæ, cui adjacens invenitur; seu ipse, seu regio, in qva præesse dignoscitur, &c. Chorepiscopus autem ab Episcopo civitatis, vel loci, cui idem adjacet, ordinandus est.* Poterant itaqve Sub-

De Chorepiscopis.

De Chorepiscopis. diaconos, ac minores Clericos ordinare, & verò Presbyteros, ac Diaconos, si ab Episcopo fieret potestas. Qvare amplius qviddam erant, qvam Presbyteri, &c, si verum qværimus, Episcopi erant; cùm ab alio, qvàm ab Episcopo ordinari Sacerdotes ac Diaconi saltem neqveant. Sic enim argumentari licet. Cùm in secundo Apostolicorum Canonum præscriptum sit; ut ab uno Episcopo Presbyter, & Diaconus, ac reliqvi Clerici ordinentur; Chorepiscopi autem Subdiaconos, inferioresqve cæteros per sese, Presbyteros ac Diaconos permittente Episcopo consecrare potuerint, necesse est illos Episcopos fuisse. Atqve hoc perspicuè Canon Antiochenus significat, cùm ait εἰ καὶ χειροθεσίαν εἶεν Ἐπισκόπων εἰληφότες. Qvod Dionysius Exiguus ita vertit: *qvamvis manus impositionem Episcoporum perceperint, & ut Episcopi consecrati sint.* Sed & Neocæsariense Concilium Can. XIII. cùm prohibuisset, ne ἐπιχώριοι Πρεσβύτεροι (qvos *Presbyteros ruris* interpretatur Dionysius: alia Canonum Editio *conregionales*) ἐν κυριακῷ τῆς πόλεως coram Episcopo, vel urbis Presbytero oblationem facerent, & sacris operarentur, eodem Canone, secundum Latinas Editiones, vel seqventi, ut Græci codices habent, Chorepiscopis id permittit, qvod τοῖς ἐπιχωρίοις Πρεσβυτέροις negaverat: Οἱ δὲ χωρεπίσκοποι εἰσὶ μὲν εἰς τύπον τῶν ἑβδομήκοντα, ὡς δὲ συλλειτουργοὶ διὰ τὴν σπουδὴν εἰς τοὺς πτωχοὺς προσφέρουσι τιμώμενοι. Non igitur Presbyteri simplices erant: alioqvi nihil aliud essent, qvàm ἐπιχώριοι Πρεσβύτεροι; & cùm συλλειτουργοὶ nominantur, qvæ vox utplurimum Episcoporum collegas significat, ad eam dignitatem pertinuisse videntur. Sanè in subscriptionibus Conciliorum nonnunqvam Episcopis accensentur Chorepiscopi: ut in Ephesina Synodo P.322. Cæsarius Chorepiscopus: & Neocæsariensi, Stephanus Chorepiscopus Cappadociæ. In Antiocheno verò Canone VIII. Chorepiscopis concessum, ut pacificas literas tribuere possint. Postremò Leo Papa Ep. LXXXVIII. de iisdem illis agens: *Nam qvamvis,* inqvit, *cum Episcopis plurima illis ministeriorum communis sit dispensatio, qvædam tamen authoritate veteris legis, qvædam novella, & Ecclesiasticis regulis sibi prohibita noverint: sicut Presbyterorum & Diaconorum, aut Virginum consecratio: sicut constitutio altaris, ac benedictio, vel unctio, &c.* Qvanqvam hâc eadem Epistola Leo Chorepiscoposin Presbyterorum ordinem redigit, cùm ita loqvitur: *Chorepiscopos (qvi juxta Canones Neocæsarienses, sive secundum aliorum decreta Patrum iidem sunt, qvi & Presbyteri) vel Presbyteros destinarent.* Nisi fortè hæc, qvæ parenthesi clauduntur, ab otioso aliqvo ad marginem adscripta postea in contextum irrepserint: qvod verum puto. Nam etsi Canone Neocæsariensis Synodi XIII. Chorepiscopos ad exemplum septuaginta constitutos esse decretum sit, tamen differre plurimùm à Presbyteris, iisqve antecellere docuit Canon idem, qvem supra commemoravimus. Extat inter Pontificum Decretales Epistola Damasi V. de Chorepiscopis: in qva vehementer ordinem illum exagitat, negatqve funditùs, à Presbyteris ulla ex parte discrepare. Sed multa sunt, qvæ suspectam illius Epistolæ fidem non obesæ naris hominibus reddant. Nam ut de stylo ipso, scribendiqve genere nihil hîc dicam: nonne falsissimum est, qvod ibidem refertur, Chorepiscopos tàm a Romana sede, qvam à totius orbis Episcopis abrogatos, ac ministerio prohibitos fuisse? Vel unius Leonis Epistola, qvam proximè citavimus, argumento esse potest, non

modò non antiqvatos a Romano Pontifice Chorepiſcopos, ſed aſcitos eſſe, ac certa diſciplina conſtrictos: cum ſuis ſe finibus continere jubentur; nec ea qvæ Pontificum propria ſunt uſurpare munera. *Qvamvis*, inqvit, *cum Epiſcopis plurima illis miniſteriorum communis eſt diſpenſatio.* Qvod ad reliqvos ſpectat totius orbis Epiſcopos, à qvibus prohibitos eſſe dicit; tantum abeſt, ut id verum ſit, ut in OEcumenica Synodo Chalcedonenſi inter Clericos recenſeantur Can. II. Εἴ τις Ἐπίσκοπος ἐπὶ χρήμασι χειροτονίαν ποιήσαιτο, &c. καὶ χειροτονήσειεν ἐπὶ χρήμασιν Ἐπίσκοπον, ἢ Χωρεπίσκοπον, ἢ Πρεσβυτέρους, ἢ Διακόνους, &c. & in Epheſina, uti diximus, inter Epiſcopos ſubſcripſerit Cæſarius Chorepiſcopus. Qvinetiam in Capitul. Caroli Imper. Capit. IX. de Chorepiſcopis ex Antiochena & Ancyrana Synodo decretum inſcritur; ut appareat etiam tum in Galliis fuiſſe Chorepiſcopos. Nam & ad Gallicanos Epiſcopos Leo Papa de iisdem ſcripſerat. Non minus falſum eſt, qvod illic ſuppoſititius Damaſus affirmat: non licuiſſe Chorepiſcopis Subdiaconos ordinare, contra Antiocheni Concilii canonem, & Leonis epiſtolam; qvi Presbyterorum duntaxat, ac Diaconorum conſecrationem adimit. Atenim epiſcopos illos non fuiſſe etiam rationibus ibidem oſtenditur. Primùm qvòd ab uno Epiſcopo ordinari ſolerent, cùm à Patribus edictum ſit, ut qvi ab uno, vel à duobus ſunt ordinati Epiſcopis, nec nominentur Epiſcopi. Deinde qvòd Eccleſiaſticæ ſanctiones prohibeant in villa, vel in caſtello, aut in exiguo aliqvo oppidulo Epiſcopum conſecrare. At, inqvit, Chorepiſcopus eſt villanus Epiſcopus. Igitur contra Canonum auctoritatem eſt Chorepiſcoporum inſtitutio. Sed qvod ad Chorepiſcoporum ordinationem attinet, fuerintne ab uno duntaxat, cujus in Diœceſi erant, Epiſcopo conſecrati, an à pluribus, nihil in omni antiqvitatis memoria ſatis expreſſum nobis occurrit. Qvòd ſi Damaſo illi credimus, non ſolùm Epiſcopi tum erant; ſed à pluribus etiam Epiſcopis ordinabantur. Qvod ex Antiocheni Canonis verbis affirmat; qvoniam ita ſcriptum eſt: εἰ καὶ χειροθεσίαν εἶεν Ἐπισκόπων εἰληφότες. *Videtur*, inqvit, *mihi qvòd tunc non ab uno, ſed à pluribus ordinabantur: qvia nullatenus diceret Epiſcoporum, ſi ab uno fieret talium ordinatio, cùm Epiſcoporum pluraliter dictum ſit.* Sed genitivum illum Ἐπισκόπων aliter Latini interpretes acceperunt: ut nimirum χειροθεσία Ἐπισκόπων non illa manuum impoſitio ſit, qvam plures Epiſcopi faciunt, ſed qva fiunt Epiſcopi. Qvare ſi verum eſt, qvod Epiſtola iſta narrat, non ab uno tantùm conſecrati fuerint Chorepiſcopi. Verùm perturbatè admodum, ac perplexè loqvitur; cùm eosdem, qvos Epiſcopos fuiſſe tunc aſſeruerat, neſcio qvo pacto ſubinde neget Epiſcopos fuiſſe. Sed Antiocheni Canonis authoritas opponitur: cujus ea clauſula eſt, Χωρεπίσκοπον δὲ γίνεσθαι ὑπὸ τοῦ τῆς πόλεως ᾗ ὑπόκειται Ἐπισκόπου. *Chorepiſcopus autem ab Epiſcopo civitatis vel loci, cui idem adjacet, ordinandus eſt.* Hinc illæ lacrymæ. Atqvi cùm ab Epiſcopo, cui ſubjectus eſt, ordinari jubet, non alios excludit, qvi unà manus imponant; ſed hoc ſolum præcipit, ut ordinationis præſes ac moderator ille ſit, cujus in ditione verſatur: ut ejus hortatu, invitatuqve adhibeantur alii: ut eodem inconſulto, ut injuſſu deniqve Chorepiſcopus non fiat. Qvam hujus Canonis

De Chorepiſcopis.

Chorepiſcopi ab uno, an à pluribus Epiſcopis ordinati.

De Chorepiscopis.

esse sententiam declarat Balsamo, cùm ait, Chorepiscoporum hac appendice refrænatam arrogantiam, qvi propriis contemptis Episcopis a Metropolitano, vel Patriarcha ordinari sese vellent, qvo minùs in suorum potestate forent. Ideo constitutum, ut ab Episcopo suo consecrarentur. Etenim simillimum qviddam videtur ac cùm dicitur, a Metropolitano provinciales omnes Episcopos ordinari; ex veteri Canone, qvi in Chalcedon. Concilio Actor. XIII. Pag. 389. ita concipitur: *ὥστε ἐν μιᾷ ἑκάστῃ τῶν ἐπαρχιῶν τὸ κῦρος ἔχειν τὸν τῆς μητροπόλεως, καὶ αὐτὸν καθιστᾷν πάντας τοὺς ὑπὸ τὴν αὐτὴν ἐπαρχίαν Ἐπισκόπους*: *Ut in unaqvaqve provincia jus ac potestatem Metropolitanus habeat, idemqve cunctos, qvi in eadem provincia sunt, Episcopos ordinet.* Sic ejusdem Concilii Actor. XVI. cum ex II. Synodi decreto Constantinopolitano Archiepiscopo concessum dicitur, ut Ponticæ, Asianæ, Thraciæ Diœceseos Metropolitani duntaxat ab eo consecrentur: *χειροτονεῖσθαι τοὺς Μητροπολίτας τῶν προειρημένων διοικήσεων παρὰ τοῦ Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως*; non statim conseqvens est, solum Archiepiscopum manus imponere; sed *τὸ κῦρος ἔχειν*: ut Nicænus Canon IV. loqvitur: *τὸ δὲ κῦρος τῶν γινομένων δίδοσθαι καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τῷ Μητροπολίτῃ.* Ad eundem itaqve modum Chorepiscopus à pluribus ordinari potuit: præeunte ac moderante scilicet Episcopo. Alterum qvod in illa Damasi Epistola proponitur, cautum esse, ne in vicis agrisve constituerentur Episcopi, sententiam nostram majorem in modum confirmat. Est enim Laodiceni Concilii Canon LVII: *Ὅτι οὐ δεῖ ἐν ταῖς κώμαις, καὶ ἐν ταῖς χώραις καθίστασθαι Ἐπισκόπους, ἀλλὰ περιοδευτάς· τοὺς μέντοι προκατασταθέντας μηδὲν πράττειν ἄνευ γνώμης τοῦ ἐν τῇ πόλει.* *Qvod non oporteat in villulis, & in agris Episcopos constitui; sed visitatores. Verumtamen jampridem constituti nihil faciant præter conscientiam Episcopi civitatis.* De Chorepiscopis præscribere videtur, qvos Episcopos agnoscit: sed usurpari id amplius vetat, neqve deinceps iis in locis Episcopos eligi. Qvam qvidem sanctionem neqvaqvam observatam fuisse satis ea demonstrant, qvæ ex Antiocheno Concilio, & aliorum Patrum decretis attulimus.

Ad summam Chorepiscopi *τῆς χώρας*, qvæ olim propriè *παροικία* dicebatur, Episcopi, ac rusticanis Ecclesiis præpositi fuerunt. De qvorum institutione Balsamo ad XIV. Can. Neocæs. Concilii ita disputat: Episcopos in locum Apostolorum XII. successisse, qvibus ligandi, solvendiqve potestas est data. Sed cùm ad Evangelii prædicationem, cæterasqve functiones obeundas Apostoli minimè sufficerent, adhibitos in consortium certos homines, qvi *Discipuli Domini* vocarentur: qvi qvidem remittendorum peccatorum potestate carerent. Horum ad similitudinem *Chorepiscopos* fuisse suffectos, qvi Ecclesiasticas pecunias in pauperes dividerent. Unde neqve Presbyteros ac Diaconos ordinare possunt, neqve peccata remittere, qvemadmodum nec LXX. Discipuli poterant. Hæc ferè Balsamo. Ubi qvod remittendorum potestatem peccatorum Chorepiscopis adimit, ac solis Episcopis tribuit, qvo sensu dictum sit paulo post declarat: *Ὅτι οἱ ἱερεῖς οὐ δύνανται δέχεσθαι λογισμοὺς, καὶ ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ ἐγχωρηθῶσι ταῦτα παρὰ τοῦ Ἐπισκόπου.* *Non possunt Sacerdotes, ut nec Chorepiscopi confessiones excipere, neq; peccata remittere, nisi ab Episcopo potestatem prius impetraverint.* Atqve hoc de pu-

publica pœnitentium reconciliatione potiſſimum intelligendum eſt: qvam ab Epiſcopo tribui Canones præſcribunt: Velut in Carthag. III. Can. XXXII. *Ut Presbyter inconſulto Epiſcopo non reconciliet Pœnitentem.* Leo qvoqve Pontifex Epiſt. LXXXVIII. inter ea, qvæ ſoli Epiſcopo conceſſa, Chorepiſcopo negata dicit; hoc ipſum recenſet: *Neqve*, inqvit, *publicè qvidem in Miſſa qvenqvam Pœnitentem reconciliare.* Qvod unà cum cæteris in Epiſtolam ſuam Damaſus ex illa Leonis tranſtulit. D. Chorepiſcopu.

Mihi verò Chorepiſcoporum origo iiſdem ex cauſſis profluxiſſe videtur; ob qvas Alexandriæ Laurarum, ſive Eccleſiarum diviſiones inſtitutas Epiphanius ſcribit, itidemqve Romæ Chriſtiana plebs in Titulos diſtributa fuit. Cùm enim Epiſcopi urbana plebe regenda paſcendaqve diſtricti, in agros excurrere, atqve Eccleſiaſtica munera, & Sacramenta ruſticanis hominibus impendere minùs poſſent, vicarios eòdem Chorepiſcopos allegabant; in qvos magnam juris poteſtatisqve ſuæ partem transferrent: nonnullis ſcilicet exceptis, ac ſibi reſervatis, qvorum uſus ac functio minùs urgeret; qvæ ab Leone, & illo Damaſo commemorantur. Qvamobrem antiqviſſima eſſe debet Chorepiſcoporum inſtitutio, adeoqve altera illa Titulorum in urbibus diviſione vetuſtior. Siqvidem initiò unus oppidanis omnibus par eſſe poterat Epiſcopus. Hinc eſt qvod in Neocæſ. Can. XIII. unum duntaxat urbis *κυριακὸν* nominatur, in qvo vicanis Presbyteris, præſentibus urbicis, ſacris operari non licet. Atqve hæc Epiphanii tam accurata de Alexandrinæ Eccleſiæ pluribus Eccleſiis obſervatio rem nec alibi paſſim, nec olim uſurpatam, ac receptam fuiſſe demonſtrat. At in agris Parœciarum Eccleſiarumqve divortia primitùs inſtituta nemo prudens negaverit. Qvibus adminiſtrandis, ac gubernandis Chorepiſcopi, tanqvam ruris Epiſcopi, præpoſiti ſunt, cum ampliſſima qvondam, ut vidimus, facultate, optimáqve lege. Qvam deinde poteſtatem Epiſcopi conſtringendam, ac certis conditionibus temperandam putarunt: donec Epiſcopali dignitate, ac conſecratione privati primùm; deinde prorſus abrogati fuerunt. Pro iis enim *περιοδευτὰς* creari Laodicenum Concilium decrevit: qvos Latina interpretatio, *Viſitatores* appellat: *Circitores*, aut *Luſtratores* vocare poſſis; ut eſt in Gloſſario Vet. Balſamon ad Laodic. Can. illum LVII. *Περιοδευταὶ δέ εἰσιν οἱ σήμερον περιβαλλόμενοι παρὰ τῶν Ἐπισκόπων Ἔξαρχοι. Οὗτοι γὰρ περιοδεύουσι, καὶ ἐπιτηροῦσι τὰ ψυχικὰ σφάλματα, καὶ καταρτίζουσι τοὺς πιστούς.* In Concilio Chalcedon. Act. IV. *ὁ εὐλαβέστατος Πρεσβύτερος, καὶ περιοδευτὴς Ἀλέξανδρος.* Item Actor. X. in Libello contra Ibam à Clericis Edeſſenis oblato: *Βαλέντιόν τινα ἐπίρρητον ἄνδρα, οὗ πάντες οἱ συγκωμῆται κατεβόησαν ἐγγράφως καὶ ἀγράφως μοιχείαν, καὶ ἀρσενοκοιτίαν, ἐχειροτόνησε Πρεσβύτερον, καὶ περιοδευτήν. Ibi Procuratorem* Latinus interpres vertit: Alibi *circuitorem.* Fuit igitur *περιοδευτὴς* Presbyter, & qvidem *ἐν κώμαις* Chorepiſcopo ſubſtitutus. Cæterum cùm Eccleſiaſticæ opes ac pecuniæ, qvæ magna ex parte in uſus pauperum inſumebantur, ruſticis qvoqve prædiis continerentur, inde factum arbitror, ut earum rerum curatio Chorepiſcopis mandaretur. Qvocirca peculiaris hæc ipſorum functio fuit; ut Neocæſ. Canon XIII. admonet. Ad qvem Balſamon *τὰ κυριακὰ, καὶ πτωχικὰ χρήματα* diſpenſari ab illis adnotat. Zo-

Origo Chorepiſcoporum.

περιοδευταί.

De Chorepiscopis. naras qvoqve: *τὰς γὰρ τῶν Ἐκκλησιῶν, ὧν προΐσαντο, προσόδους εἰς πτωχοὺς ἀναλίσκειν ὤφειλον, καὶ προνοεῖσθαι αὐτῶν.* Tum verò Damasus: *Sed qvia, Deo gratias, modo necessarii, sicut in primitiva Ecclesia, propter studium, qvod erga pauperes exigebant, non sunt, &c.* Cor. *exhibebant* ex Latina Canonis Neocæs. interpretatione, qvam ex Dionysio Exiguo Damasus ille descripsit; ut vel ex hoc ipso vetustatem ejus agnoscas, qvemadmodum & ex illa loqvendi ratione; *sicut in primitiva Ecclesia:* ac postremò etiam ex eo, qvod sub Epistolæ finem de Paulo ita loqvitur: *Cùm etiam egregius prædicator dicat:* qvomodo Paulum *ἀντωνομαστικῶς* Gregorius in Homilia XXXVII. in Evang. vocat. Qvæ omnia, ut & alia sexcenta, recentiorem authoris ætatem detegunt. *Πτωχικῶν χρημάτων*, & certorum hominum, qvi pecunias illas administrabant, meminit Synesius in luculenta illa Epistola LXVII. Utputa Lamponiani Presbyteri, & ante hunc Dioscori Episcopi: de qvo ista scribit: *πολλὴν οἶμαι χάριν ὀφείλειν αὐτῷ τοὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ συμπτώχους, ὧν τοὺς ἀγροὺς ἐκπονεῖ.* Finem de Chorepiscopis disputandi facerem; nisi ad eorum functionem illustrandam pauca qvædam superessent, qvæ prætermitti nefas arbitror. Imprimis Basilius Epistola, qvam Balsamon inter Decretales posuit, antiqvissimum hunc in Ecclesia ritum fuisse docet, ut qvi ad Ecclesiæ ministerium adhiberentur, à Presbyteris & Diaconis ante omnia probati Chorepiscopis commendarentur. *οἱ τὰς παρὰ τῶν ἀληθινῶς μαρτυρούντων δεξάμενοι ψήφους, καὶ ὑπομνήσαντες Ἐπίσκοπον, οὕτως ἐνηρίθμουν τὸν ὑπηρέτην τῷ τάγματι τῶν ἱερατικῶν.* Cui consvetudini derogatum à Chorepiscopis qveritur, qvi omnem ad sese adsciscendorum Ecclesiæ ministrorum authoritatem transferrent: ac postremo Presbyteris & Diaconis permitterent, ut qvos vellent etiam indignissimos cooptarent. De Subdiaconis, cæterisqve minoribus Clericis duntaxat iis loqvitur, qvi in paganis censerentur Ecclesiis. Subdit enim: *Διὸ πολλοὶ μὲν ὑπηρέται λογίζονται καθ' ἑκάστην κώμην.* Ad hæc Gelasius Cyzicenus Lib. III. de Conc. Nicæno Can. LIV. LV. & seqventibus multa de Chorepiscopis scitu digna continet, qvæ tu consule.

Καὶ ἀμφόδων, ἤτοι λαβρῶν.] Scribe *λαυρῶν.* Nam oscitantia Librarii hunc errorem peperit. In scriptis codicibus vetustioris notæ, nec non & in antiqvioribus qvibusdam excusis litera *υ* ad instar *τοῦ βῆτα* caudata pingitur. Unde ab imperitis exscriptoribus importunè prior in posteriorem commutata sæpiùs: velut hoc loco contigisse imperitus & ipse sit qvi dubitet. Qvocirca vana & ridicula est Tremellii, sive Francisci Junii conjectura, qvi in Londinensibus Bibliis ad Genes. Cap. VIII. in notis marginalibus mendosa hac Epiphanii lectione freti de origine vocis, *labari*, seu *labori* Constantiniani, & *libertinorum* Actor. VI. nugas meras effutiunt. *Labra*, inqviunt, *Ægyptiis dicitur tota παροικία, qvæ uni Synagogæ subest, inqvit Epiphanius κατὰ Ἀρειομανιτῶν: & Lubra Synagoga loco editiore sita: atqve exinde Lubratenu, vel Lubratenum ad Synagogam Ægyptiorum pertinentes. Actor. VI. qvi Libertini vulgò appellantur. Hinc qvoqve nomen labarum, signum pensile, qvod præferebatur regibus, ex Armeniorum & Persarum usu, qvia exemptile erat, & de conto suo descendebat, amovebaturqve commodè.* En Criticum acumen. De Labaro, deqve

Lubare monte qvantum hallucinentur, diximus ad initium operis hujus. Cætera non melioris judicii sunt; qvæ vitiosa Epiphanii lectione nituntur. Qvanqvam ne ipsum qvidem Epiphanium intellexerunt. Neqve enim ille dixit, totam *παροικίαν*, qvæ uni Synagogæ subest, Lubram ab Ægyptiis appellatam. Nec de Synagoga mentionem ullam attigit; sed de Catholicorum Ecclesia. Tùm ut *λάβραν* non *λαύραν* legendum putemus; non eo vocabulo *παροικίαν* universam seu vicinam eidem Titulo contributam significari docuit, sed *ἄμφοδον*, hoc est vicum unum: qvæ est propria *τῆς λαύρας* notio Hesych. *λαύρα, ῥύμη στενὴ, δι᾽ ἧς ὁ λαὸς εἰσέρχεται (ἢ φλὸξ) οἱ δὲ τόπους πρὸς ὑποχώρησιν ἀνειμένους· οἱ δὲ ἄμφοδα, οἱ δὲ στενωποὺς, καὶ δίοδοι.* Sic Alexandriæ *λαύρα τῶν εὐδαιμόνων*, in qva delicata omnia, & ad luxum facta vendebantur; apud Athen. Lib. XII. Vide Suidam, & Eustathium. Hoc vocabulum ad Monachorum *μάνδρας*, sive *μονὰς* translatum norunt vel pueri.

Γενομένου ὑοῦ Οὐαλεριανοῦ.] Falsum. Constantii Chlori genus Trebellius in Claudio ita describit. *Claudius, Qvintillus, & Crispus fratres fuerunt. Crispi filia Claudia: ex ea & Eutropio nobilissimo gentis Dardanæ viro Constantius Cæsar est genitus.* Itaqve *Claudii* pro *Valeriani* scribere voluit Epiphanius. Qvanqvam enim non ipsius Claudii, sed ejus fratris nepos fuerit, à plerisqve tamen, qvi vel Constantio ipsi, vel Constantino, ejúsve posteris adulabantur, ad Claudium origo generis refertur. Ecce tibi vel Trebellius ipse paulo ante Constantium Claudii *nepotem* appellat, & *Augustæ fuisse familiæ* scribit. Nam & Eutropius disertè Claudii per filiam nepotem Constantium facit: & Eusebius in Chronico: ac postremo Julianus *ὁ παραβάτης* in duobus Paneg. Constantii Constantini F. ad qvos de Constantii genere disputavimus.

N.II. *Σὺν τῇ νῦν κτισθείσῃ.*] Hujus Ecclesiæ meminit Athanasius Apol. I. Nam illius caussa calumniam ab Arianis passus est, qvòd Synaxibus illic habitis Encænia prævertisset; idqve Imperatoris injussu. *Ἐπειδὴ δὲ καὶ περὶ τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας κατειρήκασιν, ὡς δὴ συνάξεως ἐκεῖ γινομένης πρὶν αὐτὴν τελειωθῆναι.* Postea hunc eundem *ἐπώνυμον* Constantii *τόπον* appellat; nempe qvod Cæsarea dicta sit: alioqvi Constantianam Basilicam nominatam crederem, nisi prius illud nomen indicaret Epiphanius. Sed hanc Basilicam olim *Ἀδριανὸν* appellatam fuisse testatur: fortè qvòd ab Adriano erecta. Cujusmodi Templum illud fuit Tiberiade ab eodem Imperatore conditum; qvod *Ἀδριάνειον* vocabant; qvodqve Josepho Comite in Ecclesiam mutatum scribit Hær. XXX. N. XII. Ex qvo videri potest etiam hoc loco *Ἀδριάνειον* legendum. Cæterum Adrianum titulos in operibus non amasse prodit in ejus vita Spartianus.

Γρηγορίου τοῦ Μελητιανοῦ.] Gregorium Cappadocem intelligit; qvi ex Antiochena Synodo Alexandriam missus, & Athanasio deposito successor datus est. Sed idem posteà in Sardicensi Concilio redactus in ordinem, Athanasius verò sedi suæ restitutus. Qvanqvam Socrates, & Sozomenus Gregorium, qvòd Arianorum caussam parùm strenuè promoveret, ab Arianis ipsis remotum asserunt.

Ἄλλαι δέ εἰσι πλείους.] Theonæ dictam Ecclesiam condidit Alexander, cui successit Athanasius, ut Apol. prima testatur ipse. At præter istas, qvas

Epiphanius recenſet, alia fuit ἡ καλουμένη Κυρίου, *Domini;* pro qvo Latinus Interpres *Qvirini* reddidit; qvaſi eſſet Κυρίνου. Locus eſt in Epiſt. ad Solitarios pag. 632.

Ἑκαςος δὲ τούτων δῆλον.] Leg. fortè δῆλον ὅτι. Porrò in ſingulis iis Eccleſiis qvilibet Presbyter privatas Synaxes agebat. Sed cùm Athanaſii opera magna indies ad Eccleſiam acceſſio fieret, arctiora illa templa eſſe cœperunt: adeo qvidem ut in Synaxibus, qvæ qvadrageſimæ tempore fiebant, pleriqve in conferta turba propemodum eliſi ac præfocati fuerint: ἐν ταῖς συνάξεσι τῆς τεσσαρακοςῆς: ubi Interpres aliud agens *Pentecoſten* vertit. Ideo in Paſchali celebritate pervicit populus, ut in majori illa Eccleſia, qvam Cæſaream vocabant, tametſi dedicata nondum eſſet, Synaxis fieret, ad eámqve ex omnibus Eccleſiis fideles concurrerent. Narrat id Athanaſius Apol. I.

Ἄλλοι δὲ Καρπώνη.] Qvi ab Alexandro ob Arianam perfidiam ejectus ab Eccleſia à Gregorio in Athanaſii locum intruſo ad Julium Papam miſſus eſt, ut ipſemet Julius in Epiſtola teſtatur, qvam in Apol. II. deſcripſit Athanaſius.

Καὶ γὰρ ὁ Κόλλουθός τινά.] Meminit hujus Epiſtola Synodalis ab Alexandrino Concilio in cauſſa Athanaſii ſcripta, apud eundem Athanaſ. Apolog. II. Hic cùm Presbyter eſſet, pro Epiſcopo ſeſe geſſit, & ordinationes inſtituit. Sed ab Hoſio, & Alexandrino Concilio priſtinum in ordinem compulſus eſt. Idem & Hæreſin peculiarem tenuit; *ut Deum malorum factorem non eſſe diceret:* ut Auguſtinus & Philaſtrius docent. Qvod de iis malis accipiendum eſt, qvæ per ſeſe bona, ideo mala dicuntur, qvod ad malorum pœnas infliguntur.

N. III. Ἡμιφόριον γὰρ ὁ τοιοῦτος ἀεί.] Ἡμιφόριον idem eſt qvod Heſychio, ac Suidæ ἡμιφάριον, hoc eſt ἥμισυ ἱματίου. Palladius in Hiſtoria Lauſiaca, qvem citat Meurſius: πάντα αὐτῆς (de Melania Juniore) τὰ σηρικὰ ἡμιφόρια καλύμματα τοῖς θυσιαςηρίοις ἐδωρήσατο. Utraqve voce dimidiata veſtis exprimitur. Colobium *curtam tunicam* interpretari poſſis. Propriè qvidem qvæ manicis careat, ac decurtata ſit. De qva nonnihil ad Themiſtium diximus. Sed non minus aptè ſic appellari videtur, qvid non ultra pectus, atqve humeros pateret, qvaſi dimidiatum eſſet pallium. Siqvidem κολοβιῶνα latum clavum nominari cenſet Acro; cui reſpondere dicit indumentum illud ex purpura, qvod à cervice ad pectus extentum geſtabant Principes. Ergo propterea κολόβιον, & ἡμιφόριον vocatum eſt; qvia juſtæ veſtis more neqvaqvam extendebatur. Aliud eſt ὠμοφόριον Epiſcoporum, de qvo Germanus Conſtantinopolitanus.

Σεκουνδον γὰρ τὸν Πενταπολίτην.] Fuit iſte Ptolemaidis Epiſcopus, qvi cum Theona, qvod Arium damnare nollet in Nicæno Concilio damnatus eſt, homo teterrimus. Cujus ſparſim Athanaſius meminit.

N. IV. Εὐθὺς τελευτᾷ ὁ ὁμολογητής.] Tanto ante Alexandri mortem & Nicænum Concilium deceſſiſſe Meletium putat. In qvo vehementer errat; ut ſupra demonſtratum eſt in Meletianorum Schiſmate.

N. V. Ἅμα Λουκιανῷ ἐν Νικομηδείᾳ.] Luciano ſanctiſſimo Martyre, qvem nihilominus Ariani patronum autoremqve ſuum jactabant. De qvo paulo poſt.

N. VI. Καὶ πᾶν κακὸν κινεῖ.] Leg. ex Theodoreto Lib. I. Cap. V. ubi hæc eadem epistola continetur, *παντα καλων κινει*. *Omnem movet rudentem.* Notissimum est Proverbium.

Καὶ Θεοδόσιος καὶ Παυλῖνος.] Leg. Θεόδοτος non Θεοδόσιος, ex Theodoreto Lib. I. Cap. V. & Niceph. Lib. VIII. Cap. IX. Fuit hic Laodiceæ Episcopus; Paulinus Tyri; Athanasius Anazarbi; Gregorius Beryti; Aëtius Lyddæ.

Σὺν Λυκιανιςὰ, ἀληθῶς Εὐσέβιε.] Emendandum *συλλουκιανιςά*. Nam Luciani Martyris discipulos se esse gloriabantur. Alexander Episcopus Alexandrinus in Epist. ad Alexandrum Constantinop. Lucianum perstringit, qvasi Pauli Samosateni dogma secutus esset: ob idqve à tribus deinceps Antiochenis Episcopis ab Ecclesia rejectum asserit. Hunc Ariani certatim asciscere sibi ac vendicare studebant: adeo qvidem, ut in Antiochena Synodo fidei formulam tanqvam ab illo conceptam ediderint. Sed Lucianum ab ea calumnia purgat Baron. in Notis ad Martyrolog. & in Annal Ecclesf. A. 311. & 318. Ubi Lucianum docet in confutanda Sabellianorum Hæresi longiùs progressum contrariam in partem paulo vehementiùs incubuisse, &, ut personarum discrimen adstrueret, nonnulla jecisse, qvæ Ariani postmodum exorti suum in usum transtulerunt. Qvod idem plerisqve veterum Patrum cùm in hoc negotio, tùm in aliis fidei Christianæ capitibus usuvenit: ut ante errorum atqve Hæreseon, qvibus ea singillatim oppugnabantur, originem, nondum satis illustrata, ac patefacta rei veritate, qvædam suis scriptis asperserint, qvæ cum orthodoxæ fidei regula minimè consentiant. Ne ab hoc Trinitatis Mysterio, ac qvæstione discedam; observavimus jamdudum Justinum Martyrem Dialogo cum Tryphone de filio Dei idem propemodum cum Arianis sentire. Nam Pag. Edit. Paris. 119. Verbum Dei, ac Filium, etiam anteqvam carnem susciperet, inferiorem esse Patre censuit: qvem & veteribus apparuisse dicit, & subinde commemoratis exemplis ita colligit: *δι' ὧν ἀποδέδεικται ὑπὸ τῷ Πατρὶ, καὶ Κυρίῳ τεταγμένος, καὶ ὑπηρετῶν τῇ βουλῇ αὐτοῦ.* Deinde qvoties in Scriptura legitur: *Ascendit Deus ad Abraam:* vel, *Locutus est Dominus ad Moysen:* vel, *Descendit Deus, ut videret turrim:* vel, *Clausit Dominus arcam deforis*, ac reliqva id genus; negat de Patre ipso debere accipi; qvi neqve moveatur loco, neqve locutus cuiqvam fuerit: sed ad Filium pertinere. Nam si ejus ipsius, qvem miserat, Filii splendorem Judæi ferre minimè potuerunt, qvomodo Patris ipsius majestatem, gloriamqve sustinerent? Proinde neqve Abraam, neqve Isaac, neqve Jacob, neqve mortalium ullus Patrem ipsum ac rerum omnium Dominum vidit: *ἀλλ' ἐκεῖνον τὸν κατὰ βουλὴν τὴν ἐκείνου καὶ Θεὸν ὄντα υἱὸν αὐτοῦ, καὶ Ἄγγελον ἐκ τοῦ ὑπηρετεῖν τῇ γνώμῃ αὐτοῦ.* Sed illum, qvi ex ipsius voluntate Deus est, ejusqve filius & Angelus, qvòd illius voluntati morem gerat. *Justinus cauti legendus.*

Qvæ Justini verba Tertullianus imitatus est Lib. II. contr. Marc. Cap. XXVII. Mirum est Arianos, cùm insaniam suam veterum Patrum testimonio corroborare cumprimis cuperent, Justinum præteriisse. Sed ab omni, uti dixi, culpa tam hic, qvàm Lucianus, aliiqve liberandi sunt, qvi nondum agitatâ, explicatâqve controversiâ, parum de ea commodè pronunciasse videntur. Simile qviddam de Dionysio Alexandrino tradit Basilius Epist. XLI. & alibi.

N. VII. Οὐδ' ὡς Οὐαλεντῖνος προβολήν.] Hieron. Apol. II. in Ruff. *Habetur Dialogus apud Græcos Origenis, & Candidi Valentinianæ Hæreseos defensoris (in qvos duos Andabatas digladiantes inter se spectasse me fateor. Dicit Candidus; Filium de Patris esse substantia, errans in eo, qvòd προβολὴν asserit. E regione Origenes juxta Arium & Eunomium repugnat, eum vel prolatum esse, vel natum, ne Deus Pater dividatur in partes.* Marianus Hieronymi Scholiastes προβολὴν hîc esse credit *excellentiam*, & ἐξοχήν: & errare propterea Candidum, qvòd Patrem excellentiorem Filio diceret. Sed aliud est προβολὴ qvàm *excellentia*. Neqve enim rectè qvispiam προβολὴ dici potest; hoc est excellentiâ majore præditus. Itaqve προβολὴν Valentinus productionem ejusmodi vocabat, qva procreatum ab Æonibus Jesum asserebat. Nimirum composito ac constituto Pleromate, & Æone restituto, de communi omnium voluntate, cùm unusqvisqve qvod habebat præstantissimum conferret, novum qvendam prodiisse fœtum, videlicet Jesum, sive Christum, & Salvatorem. Vide Hæres. XXXI. Num. XIII; ubi Æonas omnes ait προβαλέσθαι πρόβλημα εἰς τιμὴν καὶ δόξαν τοῦ Βυθοῦ. Hæc est Valentiniana προβολή. Alioqvi προβολὴν *Verbi productionem* appellare nihil prohibet. Et à Gregorio Nazanz. cæterisqve Patribus Verbi προβολεὺς Pater nominatur.

N. VIII. Ἄρειος Εὐθάλης.] Scribe Ἀειθαλῆς, & Ἀχιλλᾶς. Apud Theodoretum Lib. I. Cap. IV. in fine Epistolæ Alexandri ad ὁμώνυμον Constantinopolitanum subjieiuntur eorum nomina, qvi ob Hæresin excommunicati sunt, atqve ex Presbyteris solus Arius nominatur: Diaconi verò IX. Ἀχιλλᾶς Εὐζώιος, Ἀειθαλᾶς, Λούκιος, Σαρμάτης, Ἰούλιος, Μηνᾶς, Ἄρειος ἕτερος, Ἑλλάδιος.

Θεωνᾶς Λίβυς.] Fuit hic Episcopus Marmaricæ. De Pisto mentio est in Epistola Julii Papæ, qvam Apologiæ II. Athanasius inseruit. Ubi damnatus esse dicitur ab Alexandro Episcopo Alexandrino, & Nicæna Synodo; atqve à Secundo Pentapolitano restitutus: neqve cujus ordinis fuerit exprimitur. Episcopum fuisse docet Epiphanius, qvem etiam Alexandriæ collocatum esse ab Arianis scribit. Verùm nullus eo nomine Alexandrinam Ecclesiam tenuit. Etqvidem κατέστησαν simpliciter idem esse potest, atqve *ordini suo ac dignitati restituerunt.* Ita Julius Papa οὐδὲ ἠρνοῦντο τὸν Πιστὸν ὑπὸ Σεκούνδου ἐσχηκέναι τὴν κατάστασιν. Sed qvòd inter Episcopos ab Epiphanio referatur, excusari non potest.

N. IX. Ὡς οὖν οὕτω παρεκινεῖτο.] Multum in historiâ Meletii lapsum esse supra vidimus. Largius in Arianæ Hæresis descriptione peccavit vir alioqvi diligentissimus. Nam qvæ deinceps exponit, ea post Nicænum Concilium acciderunt, anno undecimo; hoc est Christi CCCXXXVI. At Epiphanius Arium ante Nicænum Concilium excessisse putat. In qvo Scriptorum omnium consensu refellitur. Nimis illud notum est: viventem adhuc Arium à Synodo damnatum, & post aliqvot annos Eusebii operâ restitutum Constantinopoli mortuum esse. De qvo Socrates, Ruffinus, Theodoretus, Sozomenus, & ante omnes Athanasius. Ex qvibus corrigendus Epiphanius, qvi ex falsissimis qvbusdam actis, aut historiis ista descripsit. Sanè cùm primùm Alexandrinos illos tumultus, & Arii da-

mnationem optimus Imperator accepit, literas ad Alexandrum & Arium acriores dedit; & Hosium Cordubensem Alexandriam misit; qvi orientem illam procellam componeret. Qvod ubi minimè processit, tùm demum Nicænam Synodum coëgit: ac postremò anno, uti diximus, undecimo à peractâ Synodo Arium Constantinopolim per literas evocavit. Hæc temporibus discreta confudit ac permiscuit Epiphanius.

Ὅμως δὲ ζήλῳ ἐπαρθείς.] Edita est hæc Constantini ad Arium, & Arianos Epistola à Federico Morello Anno M. D. XCV. Ex qva emendandus hic Epiphanii locus. Leg. itaqve hunc in modum ejus initium. Κωνσταντῖνος Σεβαστὸς μέγιστος Ἀρείῳ καὶ Ἀρειανοῖς. qvæ est inscriptio. Deinde Κακὸς ἑρμηνεὺς αὐτόχρημα, &c.

Ἄγε δὴ ἄδδες Ἄρειε.] Corr. ex eadem Epistola Ἄρες Ἄρειε.

N.X. Ἀποδὺς αὐτοῦ τὰ τέλη.] Τέλη hîc pro *intestinis* sumuntur.

N.XI. Ἐν τῷ αὐτῷ ἔτει παύεται.] Qvinqve mensibus post Niçænam Synodum, ait Athanas. Apol. II. & Theodoretus. Sed qvæ de Alexandro successore tam hoc loco, qvàm in superiore Hæresi Num. VI. narrat Epiphanius, cum historiâ nullo modo consentiunt. Hoc enim constat mortuo Alexandro, nullum alium successisse præter Athanasium: idqve communi omnium ordinum voluntate ac suffragio; uti Synodica Alexandrini confessus Epistola testatur apud Athan. Apol. II. Frustra igitur Epiphanius Achillam Alexandro subrogatum dicit. Nam post Petrum sedem illam tenuit, & successorem habuit Alexandrum: seditqve annum duntaxat unum; ut Nicephorus in Chronico scripsit. At Epiphanius Achillæ, qvi post Alexandrum à Catholicis substitutus est, menses tribuit tres: eodémqve tempore Theonam à Meletianis ordinatum asserit; qvod nemo alius prodidit.

Ἐπεὶ οὖν ἐλθόντος Ἀθανασίου.] Nimis impudenter, & protervè Camerarius in Appendice ad Nicephori Chronicon de Athanasio suum interponit judicium; & qvanqvam ingenti animo veritatis patrocinium suscepisse fateatur, plus illum tamen, qvàm oporteret, suis indulsisse cupiditatibus, & sacra profanis aliqvando miscuisse docet. Qvis Lutheranas istas fæces rantum sibi audaciæ sumere miretur potiùs, qvàm communi pietatis nomine succenseat?

N.XII. Καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ Κωνσταντίου.] Simile huic, ac longè etiam honorificentius & uberius ejusdem Imperaroris elogium extat apud Nazianzenum in priore στηλιτευτικῷ: qvod oratorio more, ac dicendi impetu, & calore profusum magis, qvàm ex rei veritate profectum videtur.

N.XIII. Δεύτερον ἔτι ἐνίσχυσε.] Non ab Eusebio, sed ab Eudoxio, qvi Constantinopolitanam sedem occuparat, baptizatus est Valens. Qvare pro ΕΥσεβίου. leg. ΕΥδοξίου.

N. XVII. Καὶ οὐχ ὅτι Ἄγγελοι ὑπάρχουσι.] Scrib. ὑπερέχουσι.

N. XXI. Μετὰ ἑξήκοντα δύο γενεάς.] Ab Adamo ad Abrahamum γενεαὶ sunt XX. Ab Abrahamo ad Christum XLII. hoc est ter qvatuordecim.

N. XXIII. Τοῦ ταύτης ὁρμασοῦ.] Leg. videntur ἁρμοσοῦ. Nisi fortè γλωσσηματῶδες qvoddam vocabulum sit. Qvippe Hær. LXXVIII. Num. XIII. ὁρμασθῆναι ca-

dem in ſignificatione dixit, & Num. XVI. Theclæ *ὀρμαςὸν*, hoc eſt *ſponſum* appellat.

N.XXV. *Ἐν δὲ τῷ Ἑβραϊκῷ λέγει.*] Latiſſimè hic locus expenditur in Ancorato. Hebraica vox קנה *posſidere* ſignificat. Ideò Aqvila *ἐκτήσατο* vertit. At exemplaria Græca vulgò *ἔκτισε* jam tum olim, ut hodiéqve præferunt. Qvam lectionem haud probat Hieron. ad XXVI. Cap. Eſa. com. XIII. ubi ait, qvædam exemplaria malè in Proverbiis pro poſſeſſione habere creaturam. Verum antiqviſſima eſt Græcorum codicum illa lectio; qvam pleriqve omnes Patres agnoſcunt, etiam illi, qvi ante Arianos extiterunt; uti Clem. Alexandr. in Protreptico. Ignatius Epiſt. IV. ad Tarſenſes. Tertullianus Lib. contr. Hermog. Cap. IX. Cyprianus Lib. II. Teſtimon. adverſus Judæos Cap. I. ut Athanaſium, Gregorium Nazanz. ac cæteros omittam. Qvorum alii de creatâ ſapientiâ locum illum accipiunt: alii ad increatam referunt. Qvæ nos Sacratum literarum Interpretibus enucleanda relinqvimus. At Epiphanius novam qvandam Hebraico verbo notionem affingit; ut idem ſit קנני atqve *ἐνόσσευσέ με*: qvaſi ſcriptum ſit קנני à duplicante Aiin. Nam קנן eſt *nidificare*, ſive *nidos conſtruere*: Qvod non idem eſt ac *fœtus excludere*, vel *producere*, ut arbitratur Epiphanius. Ideo nullus huic argutiæ locus eſt.

N.XXVI. *Ἀλλὰ πάντως ἐρεῖς μοι.*] Obſervanda hæc Epiphanii ad Arianorum objecta reſponſio: cùm ait *οὔτε θέλοντα, οὔτε μὴ θέλοντα* Patrem genuiſſe Filium. Nam vetuſtiſſimos Patres ſatis conſtat hac in parte non ſine cautione legendos; qvi nonnunqvam Patrem aſſerunt voluntate ſua Filium produxiſſe. Ita Juſtinus, ut ſuprà monuimus, *κατὰ βουλὴν Θεὸν ὄντα υἱὸν αὐτοῦ* dixit. Cæterum Auguſtinus Sophiſticæ illi Arianorum cavillationi ingenioſè ac ſubtiliter occurrit. Tract. contr. ſerm. Arian.

N.XXXII. *Ἀλλ' ἐρεῖ μοι πῶς εἶπεν.*] Vide Concilii Aqvileienſis Acta: vbi Ambroſii operâ Palladius & Secundianus Ariani Epiſcopi damnati ſunt: qvi inter cætera Dei filium verum Deum fateri compulſi miris tergiverſationibus eludunt.

N.XLI. *Εἰ δὲ ἐν κόσμῳ ἦν.*] Novâ qvadam ratione Joannis illa verba declarat: *ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονε*: *qvi ante me factus eſt*; ut interpres noſter reddidit: qvaſi *γέγονεν* idem ſignificet ac *fuiſſe*; ſive profectum aut alicubi verſatum eſſe. Qvo ſenſu prius Joanne Dei filius extitit, propterea qvòd ſæpius, vel anteqvam humanam carnem indueret, veteribus Patriarchis apparuit. Tertull. II. contra Marc. Cap. XXVII. *Nam & profitemur Chriſtum ſemper egiſſe in Dei Patris nomine; ipſum ab initio converſatum; ipſum congreſſum cum Patriarchis, & Prophetis*; & cætera, qvæ cautè, uti dixi, legenda ſunt; ut & Juſtini locus ille, ex qvo Tertullianus iſta ſumpſit. Idem porrò, ſed longè prudentiùs, docet Auguſtinus contra Adiman. Cap. IX. *Qvia ipſe Filius*, (inqvit) *qvi eſt Verbum Dei, non ſolum noviſſimis temporibus, cùm in carne apparere dignatus eſt, ſed etiam prius à conſtitutione mundi, cui voluit de Patre annunciavit; ſive loqvendo, ſive apparendo, vel per Angelicam aliqvam poteſtatem, vel per qvamlibet creaturam*, &c. Sed eam qvæſtionem uberius exponit Lib. II. de Trinit. Redeo ad Epiphanium; qvi *ἐγένετο* (ſic enim legit, pro *γέγονεν*) idem eſſe putat atqve *acceſſit* & *advenit*. Qvod mihi qvidem

qvidem non probat. Ac si Græci vocabuli vim consideres, *γέγονε* idem esse potest, ac *productus*, vel *genitus est*: qvod Dei filio convenit. Nam ante Joannem genitus est: aut certè idem est, atqve extitit. At noster Interpres alio sensu, *factus est*, vertit. Qvasi id velit Joannes; ante me factus est, id est majori qvadam in excellentia, ac dignitate constitutus. Potest & ad Divinam prædestinationem, ac *προορισμὸν* revocari: de qva Paulus Rom. I. com. 4.

N. XLIII. *Φασὶ γὰρ πάλιν.*] De hoc Marci testimonio disserit Athanasius Orat. IV. adversus Arianos; Auguft. Lib. I. de Trinit. cap. XII. Hilar. IX. de Trin. & alii complures.

N.L. *Τὸ δὲ ἀληθὲς, καὶ ἀπαρεμφάτως.*] Leg. *ἀληθῶς*. Porrò *ἀπαρεμφάτως* idem est ac simplici, non allegorico sensu, sed propriè, & sine alterius rei significatione.

N.LX. *Καὶ μετ' οὐ πολλὰ εἰπών.*] Comma istud in Hebræo non reperitur; sed in Græcis duntaxat Editionibus; Deut. XXXII. 43: aliter tamen expressum, qvàm hîc ab Epiphanio concipitur: hoc scilicet modo: *ΕΥφράνθητε οὐρανοὶ ἅμα αὐτῷ, καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες Ἄγγελοι Θεοῦ*; qvod est comma 42. Tùm 43. *ΕΥφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐνισχυσάτωσαν αὐτῷ πάντες υἱοὶ Θεοῦ.* Epiphanius verò sic invertit: *προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες υἱοὶ Θεοῦ: ἐνισχυσάτωσαν αὐτῷ πάντες Ἄγγελοι Θεοῦ.* Communem lectionem confirmat Apostolus ad Hebr. Cap. I. 6. Augustinus in Locutionibus tam hanc, qvàm Epiphanianam commemorat. Nos hanc ipsam, prout ab Epiphanio reddita est, in vetustissimo Bibliorum Græcorum Codice manu exarato reperimus ex Bibliotheca Christianissimi Regis: ut minimè dubitandum sit, eam qvorundam exemplarium lectionem fuisse. Nam & Theodoretus in Qvæstionibus eam agnoscit: & Sixtianarum Editionum Scholia in aliis Codicibus illam ipsam inveniri testantur. Qvorum tamen insignis hallucinatio est, dum vulgatam alteram ab Epiphanio hac in Hæresi comprobari dicunt. Qvod secus se habet.

Qvod ad sententiam attinet, si ea verba interpretatur Epiphanius: ut *ἐνισχυσάτωσαν αὐτῷ* sit idem, ac *roborent, vel confortent ipsum.* Sed nullus Hellenismus patitur *ἐνισχύειν τινὶ* transitivè sumi, pro eo qvod est roborare aliqvem. Qvare Sixtiana & Complutensia meliùs: *Et confortentur, vel roborentur in ipso.* Qvomodo autem Epiphanius exponit, legendum videatur *ἐνισχυσάτωσαν αὐτόν.* Sanè Theodoretus *ἐνισχυσάτωσαν αὐτοὺς* in suis codicibus habuit; ejusqve loci sensum ad Epiphanii mentem accommodat: cùm de Angelis exponit; qvorum ea functio est, uti sanctos viros, cujusmodi erant Apostoli, ac Patriarchæ, ope ac præsidio suo tueantur. Qvin & Christo Domino nascenti ac morienti præsto fuerunt. *κἂν τῷ πρὸς τὸν Διάβολον ἀγῶνι παρῆσαν τῶν Ἀγγέλων οἱ δῆμοι· προσελθόντες γὰρ, φησὶν, Ἄγγελοι διηκόνουν αὐτῷ· καὶ τῷ πάθει δὲ παρῆσαν, καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν τῷ τάφῳ προσήδρευον.*

N.LXII. *Ορῶσα ἤδη τὴν θεότητα.*] Prudenter hic locus explicandus est. Non enim soluta est post mortem corporis cum Divinitate conjunctio: Sed qvod anima vitaqve destitutum est, ab ipsa qvodammodo divinitate corpus est relictum.

N.LXX. *Οὐκ ἴσασι δὲ ὅτι καὶ ὑπόστασις.*] De his vocibus *ὑποστάσεως* & *οὐσίας* accurate disputatur in Annal. Eccles. 62. à N. 187.

N.LXXII *Λέγουσι γὰρ πάλιν.*] De hoc Apostoli loco vide Hilarium Lib. XI. de Trinit.

LXXVI. *Πάλιν λέγουσι.*] Vide eundem Hilar. Lib. VII. de Trin.



AD LIBRUM TERTIUM.

AD HÆRESIM LXX. AUDIANORUM.

N. IX. ΦΑσκοντες ἀπὸ Κωνσαντίου.] Imo Κωνσαντίνου. Jactabant Hæretici, ac *Τεσσαρεσκαιδεκατῖται* Nicænos Patres in Constantini gratiam legitimam Paschatis celebritatem nova sanctione perturbasse. Qvos refellit Socrates Lib. V. Cap. XXIII. *Καὶ οὐχ ὥς τινες ἐπεθρύλλησαν ἡ ἐπὶ Κωνσαντίνου σύνοδος τὴν ἑορτὴν ταύτην παρέτρεψεν.*

Οτι ὅτε τὰ γενέθλια.] An nativitatis diem, an Imperii natalem intelligat, dubitari potest. Incidit enim Nicænum Concilium in eum annum, qvo Constantinus Vicennalia celebravit, adeoqve natalem imperii diem exqvisitiore pompa, & apparatu coluit.

Εν τε χρόνοις Αλεξάνδρου.] Qvænam sub Alexandro Alexandriæ Episcopo Paschales istæ turbæ fuerint, nusqvam à me lectum, vel auditum. Sed neqve qvis Crescentius ille fuerit: Qværant amplius eruditi.

N. X. *Εἰς τοῦτο δὲ οἱ αὐτοὶ Αὐδιανοί.*] Constitutiones Apostolicas ad erroris sui patrocinium adferebant Audiani. Qvo in libro statutum erat, uti Pascha eodem tempore celebraretur, qvo illud fratres obirent, qvi è circuncisione in Christum crediderant. Cujus dicti sententiam ejusmodi esse volebant; ut Judaico ritu, hoc est XIV. Luna, Christiani Pascha facerent. Contra qvos Epiphanius aliter decretum exponit: Nimirum pacis & concordiæ studio constitutum ab Apostolis, ut qvandiu *οἱ ἐμπερίτομοι* Christiani Hierosolymis præsiderent (qvod ad Adriani usqve tempora perseveravit) ab iis ne dissentirent reliqvi; ac vel aberrantes seqverentur potiùs, qvàm Ecclesiæ concordiam solverent. Addit & alia qvædam ex eodem Constitutionum libro, qvæ paulo post videnmus. De Apostolicis iisce Constitutionibus dubitatum à nonnullis præfatur Epiphanius. Qvo eodem nomine circunferuntur hodie in octo Libros distinctæ, qvæ à prioribus illis, ac nihilominus dubiis, qvarum meminit Epiphanius, diversæ videntur. Etenim qvinqve ex illis sententiæ hoc

& seqventi Numero citantur: qvæ in vulgatis nusqvam reperiuntur: imo verò contraria qvædam in iis leguntur. Nam Lib. V. Cap. XVI. de Paschatis celebritate Catholicum dogma propalam edicitur: uti post Æqvinoctium instauretur. Tum ne cum Judæis agatur. οὐδεμία γὰρ κοινωνία ἡμῖν νῦν πρὸς αὐτοὺς· πεπλάνηνται γὰρ καὶ αὐτὴν τὴν ψῆφον, ἣν νομίζουσιν ἐπιτελεῖν. & alia qvædam: qvæ aut a superiori sanctione discrepant; aut si in antiqvis illis Constitutionibus legebantur, mirum est hoc tam præsenti ac diserto testimonio usum non esse contra Audianos Epiphanium: qvi Judæorum more celebrandum Pascha iisdem ex Constitutionibus affirmabant. Apparet igitur aliud fuisse constitutionum genus, qvam qvibus hodie Clementis nomen inscribitur.

Ἵνα δείξωσι τὰς ἀπὸ τῆς περιτομῆς.] Falsum est decrevisse unqvam Apostolos, ut Judaico ritu Pascha celebraretur, aut cum iis etiam Christianis, atqve Episcopis, qvi Judaicè, ac minimè legitimo tempore fungerentur. Qvæ enim est ista ratio; aut qvid in mentem Epiphanio venit, ut ab Apostolis constitutum istud assereret: oportere Christianos omnes, ac τὸν πάντα κόσμον cum recutitis Pascha facere? Nimis hoc absurdum decretum fuisset. Non negamus aliqvot saltem Apostolos initio ad Judæorum se tempus accommodasse; qvod de Joanne Polycarpus, & Polycrates, Asiaticiqve omnes contra Romanos Pontifices excipere solebant: ut Eusebius, aliiqve veteres testantur. Verùm id ulla constitutione definitum ab Apostolis negamus omninò. Qvin potius contrarium ab iisdem illis constat fuisse traditum. Cujus παραδόσεως meminit Eusebius Lib. V. Histor. Cap. XXIII. Nam cùm dixisset Asianos ἐκ παραδόσεως ἀρχαίας XIV. Luna Judaico more Pascha peregisse, ὁποία δ' ἂν ἡμέρα τῆς ἑβδομάδος περιτυγχάνοι; subdit mox; in cæteris omnibus per orbem Ecclesiis ἐξ Ἀποστολικῆς παραδόσεως contrariam fuisse consvetudinem. Socrates verò Lib. V. Cap. XXII. scribit Tessarescdecatitas jactare se celebritatis suæ formulam à Joanne didicisse: Contrà Romanos, & Occidentales omnes suam sibi ab Apostolorum Principibus traditam asserere. Ἀλλ' οὐδεὶς μὲν τούτων ἔγγραφον ἔχει παρασχεῖν τὴν περὶ τούτων ἀπόδειξιν. Qvam eandem Petri ac Pauli traditionem Catholici in Britannia contra Scotos urgebant. Vide Bedam Lib. III. Histor. Angl.

Ὅτι κἂν τε πλανηθῶσι.] Si vel aberrantes illos, qvi Judaicè celebrabant, imitari jubent Apostoli, rectè id ab Audianis allatum est ad sui ac Judaici Paschatis præsidium. At Epiphanius κατ' οἰκονομίαν, & ad tempus duntaxat institutum hoc fuisse censet.

Ἐξ αὐτῶν δὲ τῶν ἐκεῖσε εἰρημένων.] Qvæ seqvuntur, mirum in modum implicata sunt, & obscura. Suspicabar hactenus ἀντίθεσιν illam, de qva loqvitur, de Audianis intelligendam, qvibus Constitutionum istarum Decreta refragantur. Qvid enim aliud facerem, in tam abrupta inconditaqve sententia? Verùm attentius in eum locum incumbens ex conseqventibus didici alium esse sensum: qvem tibi paucis exponam. Cùm Audiani ad Judaicam Paschatis consvetudinem adstruendam locum qvendam ex Apostolicis Constitutionibus proposuissent, qvi hoc ipsum disertis conceptisqve ver-

bis testificari videretur; Epiphanius adversus legis verba legis sententia pugnavit, & ad tempus duntaxat, ac tuendæ concordiæ gratia, *κατ' οἰκονομίαν* decretum illud extitisse docuit. Cujus defensionis illustrandæ caussa alteram iisdem in Constitutionibus *ἀντινομίαν*, & conflictum inesse demonstrat, qvatenus diversæ sanctiones sibi invicem repugnare videntur; cùm revera non discrepent, si non tam verba, qvàm sententiam spectes. *νοήματι δὲ πᾶσα ἡ ἀλήθεια ἐστὶ τοῦ κηρύγματος.* Sic enim hæc interpretanda credimus. Est autem legum ille conflictus ejusmodi. Jubent Apostoli Azymorum ipso die jejunia, & pervigilia à Christianis obiri. Item: qvo illi tempore conviviis, & hilaritatibus vacant, lugere, ac jejunare Christianos, & contrà lugentibus illis epulari, ac lætitiæ se dedere. Alia porrò lex Dominicis diebus jejunare prohibet. Qvamobrem si in Dominicam primus apud Judæos Azymorum dies inciderit, ex posteriori lege jejunare nefas fuerit: qvod prior tamen constitutio præscribit. Vides manifestam *ἀντιλογίαν*. Ejusmodi est illa de Paschate Judaicè celebrando sanctio, in qva, perinde ut in altera, Legislatoris mentem ac sententiam considerare debemus. Ea verò sic interpretanda est. Qvoties ante vernum Æqvinoctium qvartadecima Judaici Nisan incidit, atqve illi Pascha suum celebrant, Christiani solennia jejunia proseqvi debent. Sin, ut sæpe fit, post Æqvinoctium festum illum diem obeant, eodem die Christianis Pascha suum agere ac lætari licet. De qvo ad seqventem Numerum plura dicemus.

Φάσκουσι γὰρ τὴν ἀγρυπνίαν φέρειν.] *Ἀγρυπνίας* interpretor *vigilias*, & *stationes*, qvæ à jejunis obiri solebant, de qvibus alibi. Jam *μεσαζόντων τῶν ἀζύμων* nihil aliud est, qvàm ipso die Azymorum: sive, ut Hebræi dicunt, בעצם היום. Sic enim usurpare solet Epiphanius. Ita Num. XII. *μέσον ἄγεται τὸ θῦμα.* Et *μεσαζούσης τῶν δύο δρόμων νυκτός τε, καὶ ἡμέρας*: ut suo loco dicemus. Chronologi nostri labentem diem, aut annum appellant.

N. XI. *Ἐκ τελῶν γὰρ συνέστηκεν.*] Atqvi duo tantùm hîc apertè ac distinctè commemorat: Solis cursum, propter Dominicum diem: & Lunarem ob XIV. Lunam. Qvæ & Ambrosius Epistola ad Episcopos Æmiliæ complexus est: *Duo sunt,* inqvit, *observanda in solennitate Pascha; Qvartadecima Luna, & primus mensis, qvi dicitur Novorum.* Verùm in solari cursu duo continentur; primus mensis sive Æqvinoctium, & feria. Qvare tria hæc celebritatis illius velut *οὐσιώδη* discernit explicatqve Hæresi L. Num. III. Qvartamdecimam Lunæ diem, Æqvinoctium vernum, & Dominicam.

Ὥσπερ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις οὐ φυλάσσεται.] De qvo freqventes Catholicorum partim qverelæ adversus Christianos Judaizantes; partim in illos ipsos Judæos insultationes. Vide Constantini Augusti Rescriptum ad Christianos ex Nicæna Synodo. Extant & veteres Canones, qvibus nominatim istud vetitum est. De qva re ad Hæresin LI. in Diatriba de Judæorum anno copiosè diximus.

Καὶ μετὰ τῶν ἐχθρῶν.] Fortasse leg. *καὶ εἰ μετά*: &c. Sententia verò ex Latina interpretatione perspicua est.

Καὶ ὅταν αὐτοὶ πενθῶσιν.] Non qvod XIV. Nisan jejunaverint. (Neqve enim inter dies תעניות, sive Angariatum refertur.) Sed qvod exacto illo ipso die Paschalem agnum cum Azymis, & lactucis agrestibus comederent: Exod. XII. 8. & 18. Erant enim Azyma mœroris ac luctus indicium. Itaqve Deuteron. XVI. 3. vocatur לחם עני, *panis afflictionis*. Epiphanius autem XIV. Nisan *πένθιμον* diem facere videtur; qvi dies *συνεκδοχικῶς* Pascha dicebatur; qvòd sub ejus vesperam agnum immolarent; eodemqve, occaso jam Sole, vescerentur; *ἐπιφωσκούσης*, id est ineunte jam XV. Qvem qvidem diem Azymorum primum nominabant: & hunc ipsum lætum ac genialem illos habuisse testatur Epiphanius, ut postea videbimus. Atenim Azymis septem totos dies vescebantur; Deuter. XII. 19. Ea verò mœrorem ac tristitiam significant. Nihilominus tamen XIV. diem ad vesperam, aut ineuntem XV. huic doloris significationi eximit Epiphanius: reliqvum diei; adeoqve cæteros omnes, Azymorum usu consecratos hilaritatibus & conviviis attribuit. Cujus ea causa reddi potest; qvòd epulum Paschale cum reliqvo omni apparatu; tùm lactucis agrestibus ad Azymos panes adhibitis, luctuosum qviddam & acerbum repræsentabat. Qvod à primo die Azymorum, & insequentibus aberat. Eôdem & illa Magistrorum observatio pertinet: septenos qvidem totos dies fermentato vesci nefas fuisse: at ineunte duntaxat XV. & exacta XIV. hoc est in Paschali convivio, Azyma vi ac necessitate legis usurpasse. Extra hoc tempus neglectis Azymis, aliis seminibus, aut fructibus vesci potuisse. R. Mose ben Maimon Tomo I. Jad. Tractatu de Fermentato & Azymo Cap. VI. §. I. אבל בשאר הרגל אכילת מצה רשות: רצה אוכל מצה רצה אוכל אורז או דוחן או קליות או פירות אבל בליל חמשה עשר בלבד חובה. *Veruntamen in reliqvo celebritatis tempore Azymorum esus duntaxat permittitur; ut qvi velit Azymo vescatur: qvi malit, oryzam vel milium edat, aut polentam, aut fructus. At in nocte XV. duntaxat Azymis uti oportet.* Qvod de VII. die Azymorum, qvam עצרת, sive collectam vocabant, potissimùm observant, eo freti Scripturæ testimonio; qvod cùm Exodi XII. 19. scriptum sit: *Primo mense, qvartadecima die mensis, ad vesperam, comedetis Azyma, usqve ad diem vigesimam primam ejusdem mensis, ad vesperam. Septem diebus fermentum non invenietur in domibus vestris:* idqve Deuteron. XVI. 3. repetatur, tamen ejusdem capitis commate 8. sex tantùm diebus azyma comedi jubeat. Unde R. Selomo ad eum locum ista scribit למד על אכילת מצה בשביעי שאינה חובה מכאן אתה למד לששת ימים שהרי שביעי בכלל היה ויצא מן הכלל ללמד שאין אכילת מצה בו אלא רשות ולא ללמד על עצמו יצא אלא ללמד על הכלל כלו יצא מה שביע רשות אף כלם רשות חוץ מלילה הראשון שהכתוב קבעו חובה Hoc est: *Docet de manducatione azymorum in die VII; qvemadmodum non debita ac necessaria sit. Inde igitur disce, qvod ad VI. dies attinet; qvoniam ecce septimus dies cum in summa comprehenderetur, ab ea exceptus est: ut ostenderet, azymorum in illo die manducationem permissam duntaxat fuisse. Neq; verò ut de hoc solo die doceret istud, ideo exceptus est; sed ut idem de tota dierum summa intelligendum relinqveret: nimirum uti septimo die permissum est solùm azymis vesci, ita reliqvis omnibus*

permiſſum eſt (non imperatum) *excepta nocte prima, qvam ſcriptura azymorum uſu obligari voluit.* Hæc ille. Qvod ex eodem R. Salomone Gloſſa Cap. VII. Tractatus Kidduſch hachodeſch evidentius his verbis affirmat: שרי מחצית הלילה הראשון של פסח עד יום האחד ועשרים אכילת מצה רשות ובלבד שלא יאכל חמץ. *Qvoniam ecce à media nocte prima Paſchali usq; ad XXI. diem manducatio azymorum permiſſa; ea lege duntaxat, ut fermentato non veſcantur.* Ex iis liqvet, cur Paſchalis cœna luctus & ſolicitudinis argumentum habuiſſe, reliqvi dies azymorum hilares ac læti ab Epiphanio fuiſſe dicantur.

Μετὰ γὰρ ἑσπέραν παρελθόντος.] Negationem expungendam eſſe cenſueram; ut ita ſcripſerit Epiphanius, παρελθόντος τοῦ Σαββάτου δύναται ἔργον ἐπιτελεῖν. Nam illud οὐ ex ſuperiori genitivo repetitum videtur. Et verò cauſſam ejus, qvod proximè dixerat, poſteriore hoc membro reddi ſtatueram: Nimirum cur appetente Dominicæ veſpera immolare Paſcha liceat; qvoniam jam Sabbatum præterierit; qvo evoluto jam ad opus fas ſit aggredi. Atqvi hæc ſententia falſam, & abſurdam rationem continet; qvaſi Sabbato ſacrificare vetitum fuerit. Fateor. Sed eam tamen Epiphanii verba ipſa præ ſe ferunt. Cujus erroris ſuſpicionem ab eo removere ita poterimus, ſi recepta negationis particula ſenſum hunc eliciamus: Dominicæ appetente veſperâ, Paſcha immolari licuiſſe. Nam poſt veſperam, deſito jam Sabbato, opus iſtud, nempe mactationem agni, non licebat exeqvi: propterea qvòd immolandus agnus fuit בין הערבים *inter duas veſperas;* id eſt ab hora IX. ad XI. ut Joſephus exponit, Lib. VII. ἁλώσ. Cap. XLV. vel XVII.

Ἄρα γὰρ αὐτῶν θυσάντων.] Poſtridie ſcilicet, ac poſt epulum Paſchale.

Νοήματι δὲ πᾶσα ἔστη ἡ ἀλήθεια.] Jam horum verborum paulo antè declarata ſententia eſt. Vult enim in Apoſtolicis illis Conſtitutionibus Legiſlatoris mentem potiùs, qvàm verba ipſa ſpectari. Qvod ut oſtenderet, ἐναντιοφανὲς qviddam attulit, qvod in iiſdem Conſtitut. præſcribitur. Nimirum qvod in una ſanctione jubent, qvo die Judæi primùm azymis veſcuntur, & lugent, epulari Chriſtianos: cùm autem epulantur illi, viciſſim jejunare iſtos, ac lugere. Altera verò lege præcipitur, ut ne Dominico die jejunetur unqvam. Qvæ duo invicem repugnant, ſi ad verba duntaxat reſpicias. Interpretatione igitur adjuvanda ſunt. Eadem itaqve ratione prius illud decretum, de celebrando cum Judæis Paſchate, ſi in verbis ipſis hæreas, abſurdum, & ab Eccleſiaſtico ritu prorſus abhorrens videtur. Ideò mens ejus ac ſententia magis, qvàm voces attendendæ ſunt. Sententiam ergo deinceps explicat. Qvam priusqvam attingimus, obſervabis priorem illam ἀντινομίαν, & contrariarum legum conflictum, qvem in exemplum allatum eſſe diximus, minimè hoc loco diſſolvi. Non enim explicat, qvomodo ab generali illa de jejunio conſtitutione Dominica dies excipienda ſit. Sed καὶ τὸ σιωπώμενον eximi Chriſtiano more ſignificavit. De qvo nemo dubitabat. Qvocirca qvæ ſeqvuntur ad ἀντινομίαν alteram, ac qvæſtionis caput ipſum attinent: atqve illud explanant, qvo ſenſu Apoſtolicum illud decretum

accipiendum sit, cum Judæis Pascha esse celebrandum. Non enim perpetuò cum illis peragendum est: sed tùm videlicet, cùm post Æqvinoctium illi suum Pascha celebrant. Alioqvi, si, uti sæpenumero faciunt, Æqvinoctium antevertant, imitandi non erunt. Est igitur legis ista sententia, ut Æqvinoctio commisso cum Judæis Pascha celebretur. His, qvæ hactenus dicta sunt, subductis omnibus, ea de Apostolico illo decreto Epiphanii sententia colligitur: Primis Ecclesiæ temporibus, præsertim qvandiu Episcopi ex Circumcisione Hierosolymis præfuerunt, statutum esse, uti Pascha cum Judæis obiretur, hoc est Luna XIV. qvamcumqve in diem incideret, dummodo confecto jam Æqvinoctio contingat. Ita enim illud, qvod eædem Constitutiones jubent, accidet, ut lugentibus Judæis, hoc est, qvo die azyma cum lactucis agrestibus comedunt, epulentur Christiani. Alterum autem, ut illis vicissim epulantibus, lugeant isti, obtineri non potest, nisi postridie Paschatis Christiani, sive primo die Azymorum Judaicorum, jejunatum per illud tempus in Ecclesia fuisse velimus. Qvod est falsissimum. Certum enim est totis illis qvinqvaginta diebus, qvi ad Pentecosten intercedunt à Paschate, jejunium ab Ecclesia esse sublatum. Tunc igitur solum evenire illud potuit, ut epulantibus Judæis, Christiani jejunarent, qvoties ante vernum Æqvinoctium à Judæis Pascha perageretur: qvia nondum Christiani jejunium solvebant. Verùm nulla tam enucleata hujus, & superioris Numeri declaratio potest excogitari, qvin plurimum adhuc difficultatis supersit. Qvis enim Pseudodiataxes istas inter se conciliare possit, cùm aliàs Pascha Judaicè celebrandum esse definiunt, qvamvis aberrent Judæi: aliàs Judæis Azyma peragentibus, jejuniis ac vigiliis operari Christianos? ac reliqva ad eum modum, qvæ nulla interpretatio ab errore mutuaqve contentione vindicare potest.

N. XII. Παρ' ἡμῖν δὲ ἡ μία.] Sex dies hebdomadem faciunt, adnumerata Paschatis celebritate, qvæ hebdomadem terminat.

Τουτέστι τῆς σελήνης.] Hæc est glossa, qvam ex communi sententia ad scripturæ locum adtexuit. Neqve enim Lunæ scriptura hoc in negotio meminit, sed mensem duntaxat nominat. Nos de Judæorum anno suprà disseruimus.

Καὶ ἐὰν μὲν ᾖ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ.] Non unius diei Paschatis, sed totius hebdomadis rationem habet Ecclesia, qvam *Xerophagiæ*, aut *sanctam*, aut *Pascha* etiam appellarunt, ut ad finem hujus operis adnotamus. Si igitur XIV. Luna in feriam secundam inciderit, aut in reliqvos hebdomadæ dies ad Sabbatum usqve: hebdomas Xerophagiæ celebratur, & à feria secunda ejus initium ducitur. Totam hanc hebdomadem θῦμα προβάτου, *mactationem agni* nuncupat: qvia in apparatu celebritatis & immolationis dies aliqvot à Judæis olim positi. Nam μέσον ἄγεται, ut supra docuimus, nihil aliud est, qvàm *celebratur, peragitur*. Sic illud Joan. VII. 14. ἤδη δὲ τῆς ἑορτῆς μεσούσης accipi potest. Cæterum Dominicæ, sive feriæ primæ hoc loco non meminit, qvod ab ea nunqvam Xerophagiæ hebdomas inire possit, cùm Dominico die jejunare non liceat. Et tamen si in eam XIV. Lunæ dies inciderit, postridie Xerophagiam inchoabant. In Tessarescædecatitarum Hæ-

resi, qvæ est qvinqvagesima, Num. II. de diebus agit, qvos ante Paschatis solenne tam Judæi, qvàm Christiani celebrabant. Reprehendit enim Hæreticos, qvi ad unum diem respectum haberent, cùm à decimo die agnum deligi asservariqve Lex præceperit. Unde qvinqve ab illis dies observari debuerant. De Judæis enim, ac Judaizantibus Qvartadecimanis loqvitur. Porrò Judæi cùm decima qvarta die ad vesperam Pascha peragerent, & decima die agnum caperent, V. solidos dies religioni Paschatis attribuebant. Imò verò cùm exeunte XIV. agnum immolarent, ineunte vespera XV, hujus hoc est XV. partem libabant, adeóqve VI. dies observabant, non unam duntaxat. Qvare nos eo loco, id est pag. 421. V. 2. ἡ αὐτὴ πεντεκαιδεκάτη ἐπιφώσκουσα pro τεσσαρεσκαιδεκάτη rescribendum putamus. Qvam emendationem sententia ipsa postulat.

Ουτε γὰρ ἐξ ἑκκαιδεκάτης.] Multùm implicatus, ac salebrosus hic locus est; qvinetiam superiori doctrinæ minimè consentaneus videtur: qva definitum est, si in aliqvam è sex hebdomadæ feriis XIV. Luna ceciderit, hebdomadem Xerophagiæ inire ab secunda feria. Fingamus itaqve Lunam XIV. in Sabbatum incurrere: incipiet Xerophagiæ, sive Paschatis hebdomas ab anteriore feria II. ut dictum est. Atqvi hæc ipsa IX. est Luna, non X. Qvod si, ut Scaligero, Calvisio, aliisqve visum est, diffundendum sit Xerophagiæ initium in feriam II. alterius hebdomadis, itidemqve Pascha à Luna XV. in XXII. transferendum, Xerophagia à XVI. Luna inchoanda fuerit; qvod legitimum esse negat Epiphanius. Qvare vix est ut expedire nos ex his laqveis possimus. Sive enim Xerophagiæ prima dies in illa hypothesi sit feria secunda, ab Luna IX. hebdomadem sanctam auspicabimur: sive in seqventem feriam secundam differatur illius initium, in Lunam XVI. incidet. Hæsimus hîc aliqvandiu, donec certam viam ac rationem invenimus, qva conciliari hæc inter se, explicariqve possent. Hoc igitur ad eum nodum dissolvendum occurrit. Epiphanius Lunam ἡμερινὴν ἀπὸ νυκτερινῆς discernere solet, ut in Hær. LI. N. XXVI. Nam illîc qvæ νυκτερινὴ exempli caussa ἑνδεκάτη fuerat, seqventi luce ἡμερινὴ δωδεκάτη dicitur: & qvæ ἡμερινὴ δωδεκάτη dicitur post vesperam νυκτερινὴ τρισκαιδεκάτη nominari incipit. Nam à vespera diem exorsi sunt Judæi: ideò prius nocturna, qvàm diurna Luna censetur. Qvamobrem etsi νυκτερινῆς, atqve ἡμερινῆς vocabula non expresserit, ὁμωνύμως usus videtur σελήνης vocabulo. Nam cùm negat à IX. Lunæ Xerophagiæ principium deduci, sed à decima, ne sibi contrarius ipse sit, de νυκτερινῇ interpretandus est. Nunqvam enim Paschalis hebdomas à feria secunda inchoari potest, qvæ sit ἐνάτη νυκτερινὴ, & ἡμερινὴ ὀγδόη. Contrà verò cùm à XVI. Luna ejusdem hebdomadis initium repeti negat posse, Lunam ἡμερινὴν intelligit, qvæ sit νυκτερινὴ XVII. Nam in superiore illa hypothesi, in qva Luna XIV. in Sabbatum convenit, Xerophagiæ hebdomas init à feria II. anteriore, qvæ est ἡμερινὴ ἐνάτη, νυκτερινὴ δωδεκάτη. Qvod si XIV. Luna Dominicæ conveniat, seqventi die, qva est Luna XV. ἡμερινὴ, & νυκτερινὴ XVI. initium erit hebdomadis sanctæ. Vides igitur necessariò in Luna IX. νυκτερινὴν, in XVI. ἡμερινὴν accipiendam esse. In qvo illud animadvertendum, licet in Hæresi LI. ita νυκτερινῆς, & ἡμερινῆς vocabula sumpserit, ut â νυκτερινῇ semper ordiatur; ac tametsi Luna ἡμερινὴ à seqvente νυκτερινῇ nun-

qvam appelletur, hoc in loco tamen Epiphanium ſive errore, ſive de induſtria *ἐνάτην* illam vocare, qvæ ſit octava *ἡμερινὴ*, & in *ἐνάτην νυκτερινὴν* deſinat. Ad ſummam hebdomadis ſanctæ prima dies à Luna IX. diurna ad XV. diurnam inchoari poteſt; aut, qvod idem eſt, â Luna X. nocturna, ad nocturnam XVI. Qvæ cauſſa fortaſſe fuit, cur ita conciperet, *ἀπὸ δεκάτης, ἕως ἐπιφωσκούσης πεντεκαιδεκάτης*. Ubi *ἐπιφώσκουσαν* non jam ſimpliciter accipio, pro *ineunte, appetente*, aut ut ad Lunæ lucem, qvæ ſub veſperam oritur, pertineat, ſed pro *ἡμερινῇ*. Nam cùm dicit *ἀπὸ δεκάτης*, nec *ἐπιφωσκούσης* adjecit, ſignificat non illam diurnam, ſed nocturnam intelligendam. Ac meritò videtur Epiphanius primam Xerophagiæ diem *δεκάτην νυκτερινὴν* feciſſe; qvòd functio ipſa Xerophagiæ, id eſt aridorum eſus, exeunte jam die, ac ſub veſperam uſurparetur, commodùm illuceſcente X. Luna.

Μεσαζούσης τῶν δύο δρόμων.] Mira eſt horum verborum obſcuritas. Nam hoc prima ſpecie ſonant, qvod ne intelligi qvidem poteſt: XV. Lunam, vel cum ea decimam, inter duo noctis ac diei curricula interceptam eſſe: Aut certè *τὸ νυχθήμερον* inter duos, Solis videlicet ac Lunæ, curſus interjici. Qvæ nullus Oedipus divinare poſſit. Nos pro eo ac ſuperiora interpretati ſumus, *μεσαζούσης* hoc loco non interjectum qviddam, ſed labentem noctem ac diem accipimus. Conſtitutum enim eſt ex Epiphanii ſententia, hebdomadem Xerophagiæ à Luna X. *νυκτερινῇ* ordiendam eſſe: ita ut citimus ejus terminus ſit dies illa, cujus in nocte X. Lunæ principium eſt: remotiſſimus verò terminus ſit Luna XV. *ἡμερινή*. Itaqve ſpatium illud, qvod hebdomadis caput percurrit, à nocte incipit, hoc eſt à Luna X. nocturna, & die terminatur, nempe Luna diurna XV. Proinde nox & dies impenduntur, & *μεσάζουσι*; qvæ qvidem utriusqve ſideris propria ſunt. Nox enim *σεληνιακῷ*; dies *ἡλιακῷ δρόμῳ* tribuitur.

N. XIII. *Καὶ συναναλαμβανομένου τοῦ αὐτῶν.*] Collectis ſuperioribus numeris ſumma fit dierum XIV. Sed ad eam XV. dies accenſetur, ob cauſſarum concurſum, qvæ ſunt ſolennitatis illius *συστατικαί*: præſertim ob Dominicam diem, qva Chriſtianum Paſcha celebratur. Hîc *ἐπίφαυσις πεντεκαιδεκάτης* eſt XV. dies, ſive diurna Luna XV. qvemadmodum paulo poſt *ἐπιφώσκουσα ἑκκαιδεκάτη* Luna diurna XVI. ut ex ſuperioribus neceſſariò colligitur.

Τοῦ γὰρ ἐνιαυτοῦ.] Paſchalis diei varietas & *ἀνωμαλία* ex Solis & Lunæ, ut antè dixit, inæqvali curſu proficiſcitur. Nunc utriusqve modum ac diſpoſitionem explicat, & ad fontes ipſos digitum intendit, propoſito annorum orbe, in qvem diſſimiles illi motus incluſi æqvabili varietate temperantur. Ea eſt Octaeteris Lunaris, Syzygias complexa novem ac nonaginta: in qvibus tres ſunt embolimææ in annis VIII. nimirum 3. 6. & 8. Numerus dierum 2922. qvi eſt Octaeteridis Julianæ, ſive duorum Julianorum luſtrorum modus. Annus Lunaris communis 354. diebus præciſè definitur. Itaqve ab Solari diebus XI. & qvadrante ſuperatur. Antiqviſſima eſt Octaeteris iſta, & à Græcis olim uſurpata: qvam eâdem planè ratione, qva hîc Epiphanius, exponit Geminus, vetus & eruditus ſcriptor, Pag. 129. Cujus inventorem Cleoſtratum Tenedium Cenſorinus facit. Sed eadem, utpote vitioſa, caſtigata ſæpius, & interpolata fuit. Etenim octo anni Lunares, dies colligunt ferè 2923. Qvare Octaeteris illa abeſt à Lunari modo ſolido die, & horæ

ferè 12. Nam Syzygia Lunaris dies habet 29. hor. 12.44'. Annus Lunaris dies 354. hor. 8. 48. 38''. &c. Itaqve Octaëteris Lunaris dierum est 2923. hor. 11. 51'. &c. Qvam ob causam post Hentecaëteridem, sive duas Octaëterides, appendices dies tres intercalari solebant, qvo seqventis Octaëteridis Neomeniam attingerent. Sed cùm totidem diebus à Solis rationibus aberrarent, in vigesima Octaëteride mensem unum tricenarium expungebant, ita ut Octaëteris illa nonnisi duos embolimæos menses haberet. Hæc Geminus, qvæ alibi fusius, & opportunius tractabimus. Ubi Lunarem apud Græcos anni popularis formam contra Scaligeri conjecturas affirmabimus.

Comperta jam octaëteridnm labe, Græci ad Enneadecaëteridas, & longioris anni spatia confugerunt. Sic apud Christianos in negotio Paschali primùm usurpari captæ Octaëterides tam simplices, qvàm geminatæ, sive Heccædecaëterides. Etenim Dionysius Alexandrinus Octaëteridis Canonem instituit. Hippolytus verò Heccædecaëterida, qvam in Libris de Emendat. Temp. Scaliger exponit. Qvas omnes methodos postremò Enneadecaëteris exclusit, ab Alexandrinis, & Anatolio non illa qvidem excogitata, ut parum prudenter pleriqve scripsere: multo verò minus ab Eusebio Cæsariensi reperta: sed ab iis omnibus ad usum Paschatis translata. In Octaëterides, aliæqve Cyclorum inutiles formæ paulatim obsoleverunt. Qvanqvam nonnullos adhuc Bedæ temporibus Octaëteridas retinuisse testatur ipse Lib. de Temp. ratione Cap. XLIV. Sed pauci illi erant, & obscuri. Qvamobrem satis eqvidem mirari non possum, Epiphanium hoc loco ad Paschalem methodum explicandam solius Octaëteridis mentionem fecisse, eamqve tam diligenter exposuisse; qvasi hac una Paschalium Neomeniarum disciplina contineretur. Nam Enneadecaëteridem hoc loco ne commemoravit qvidem. Tametsi Nicænum illud decretum de celebrando Paschate tantoperè prædicet, & ab Hæreticorum inscitia impudentiaqve vindicare studeat. Atqvi nihil ad festi illius ordinationem insignius ab illa Synodo profectum est, qvàm qvod XIX. annorum Circulo constituto dissidium omne sustulit: qvod his verbis testatur Ambrosius: *Inter illa fidei, ut vera, ita admiranda decreta, etiam super celebritate memorata, congregatis peritissimis calculandi, decem & novem annorum collegère rationem, & qvasi qvendam constituère circulum, &c.* Nihil erat igitur, qvod inanem & absurdam Octaëteridis periodum à situ revocaret Epiphanius, dum communem Cycli Paschalis methodum, & à Catholicis receptam adversus Hæreticos declarat. Nec accuratior est Sozom. Lib. VII. Cap. XVIII. qvi eandem Octaëteridem ad Paschatis negotium sic accommodat, qvasi utriusqve sideris ratiociniis cumulatè satisfaciat.

Καὶ συμβαίνει κατὰ τὸν ὄγδοον.] Deest Octaëteridi secundum medios motus ad solidum mensem complendum biduum ferè. Nam Epactæ anni octavi sunt XXVIII. Octaëteris Lunaris accurata dierum est 2923. 11. 51'. hoc est horarum ferè XII. ut ait Geminus. Itaqve minor est Octaëteris Epiphanii Lunari Octaëteride sesqvidie. Et tamen præcipitatur Embolismus, qvod minimum absit ab integra Syzygia. Qvod etiam in Enneadecaëteride servatur. Nam Embolismus tertius ab Alexandrinis, & Latinis, & in omni adeò Cyclo, octavo anno collocatur. Octavo, inqvam, non nono: etsi

contrarium Mathematici qvidam eruditiſſimi, ac Computorum Scriptores aſſerant. Qvod adverſus illos breviter hoc loco demonſtrandum eſt.

DE DUPLICI CYCLO, ET EMBOLISMORUM RATIONE.

DUPLEX apud veteres Computi Magiſtros olim Cyclus extitit, cum Aurei Numeri faſtis adſcriberentur: alter decemnovennalis, alter Lunaris. Decemnovennalis, ut Beda ſæpiùs inculcat, ad methodum Qvartadecimarum Paſchalium inventus eſt, ut ſtato die qvolibet anno per orbem redirent. Hujus initium eſt, authore Beda, à Paſchali menſe, hoc eſt à citimo Termino, qvi eſt XII. Kalend. Apr. Martii XXI. Cujus primus annus aureum Numerum habet XIX. initqve ex A. D. Prid. Non. Apr. ſive Aprilis IV. cui in vetere Kalendario adſcriptus eſt aureus Numerus XIX. Qvippe Cyclum Decemnovennalem non ab aureo Numero I. ac XXIII. Martii, ſed à XIX. inchoatum fuiſſe, & ab Aprilis IV. eruditè probat Petrus Pitatus Veronenſis Canonum Paſchalium Cap. VI. & antè illum docuit Paulus Foroſempron. primæ partis, Libro VI. Nec aliter Beda cùm aliis in locis; tum Libro de Temp. ratione Cap. LIV. ubi Cyclum Lunarem cum Decemnovennali proponens, annum illius primum cum Decemnovennalis Cycli qvarto conjungit, & à Kalend. Januariis inchoari dicit. Eſt autem Januariis Kalendis affixus Aureus Numerus III. Igitur primus eſt XIX. à qvo qvartus eſt tertius. Qvod in ſeqventibus Cyclorum numeris conſtanter tenet. Exempli cauſſa annus Cycli Lunaris XVI. Bedæ eſt decemnovennalis XIX. qvi à XVI. Kal. Januar. incipit, Dec. XVII; à qvo incipit annus cui Numerus aureus convenit XVIII. Proinde aureus numerus XVIII. eſt XIX. Cycli Decemnovennalis. Poſtremo cum Decemnovennalis Cycli primo anno Lunaris XVII. componitur, ejusqve initium ſtatuitur Nonis Decembris (Corrige VIII. Id. Decemb. Nam ex compendio notarum profectus eſt error: cùm ſcriptum eſſet VIII. ID. qvod Nonas Dec. Librarius eſſe credidit.) At qvi annus ab VIII. Id. Dec. auſpicatur, Numerum aureum exigit XIX. Satis igitur conſtat Cyclum Decemnovennalem ab aureo Numero XIX. initium capere. Cujus hæc afferri cauſa poteſt. Romani aureorum Numerorum, ac Cycli Decemnovennalis methodum ab Alexandrinis acceperunt. Qvi cum Thoth ſuum, adeoqve anni principium ab Auguſti XXIX. ducerent, aureos numeros indidem inchoabant. Hos imitati poſtea Latini, qvi à Paſchali menſe, hoc eſt Martio, vel Aprili ſacrum annum ordirentur, aureos Numeros, qvos cum Alexandrinis ad usqve exeuntem Auguſtum communes habuerant, toto anno pertexebant. Igitur anno Dionyſiano CCLXXXIV. Cyclo Decemnovennali XIX. Alexandrini ab Auguſti XXIX. die Cyclum primum numerare cœperunt: Romani verò totum annum Julianum aureo Numero XIX. conſignarunt. Pòſt anno CCLXXXV. cum Alexandrinis aureum numerum I. exorſi ſunt. Ex qvo

Cyclus XIX primus omnium eſt.

factum apparet, ut Cycli XIX. primus annus fuerit aurei numeri XIX. Nam qvòd doctissimi qvidam aureum Numerum 3. initium Decemnovennalis Cycli constituunt, propterea qvòd Kal. Jan. affixus est, contra Bedæ, aliorumqve veterum id authoritatem asserunt; neqve illud animadvertunt, Cycli XIX. initium non à Januario, sed ab Aprili, hoc est ab ea Luna, qvæ in Aprilem desinit, ex illorum sententiâ deduci. Hinc annum primum ex Dionysii instituto veteres illi dicunt à Prid. Non. Apr. inchoari, & in Martii XXII. desinere, eiqve CCCLIII. dies duntaxat competere, qvod in eum Lunæ, sic enim vocant, saltus incurrat, qvæ est unius die superflui ἐξαίρεσις, Tum secundum annum inire Martii XXIII. & dierum esse CCCLIV. atqve ita deinceps: ut Beda, Pitatus locis citatis, aliiqve definiunt.

Lunaris Cyclus. Alter Cyclus Lunaris appellatur; qvi ad Lunam Epactarum ac regularium beneficio indagandam accommodatus est, qvod Aurei Numeri præstare non possunt. Qvi cùm ex Alexandrinorum Kalendario translati sint, ac per contextum Latini anni diffusi, cujus aliud initium, alia mensium dispositio est; qvæ ex illis Epactæ communi methodo consurgunt, eruendis Noviluniis usui esse neqveunt. Qvare tria de aureo Numero detrahenda sunt, ut per Epactas, ac regulares Novilunia conseqvamur. Atqve in hunc modum diminuti numeri Cyclum Lunarem efficiunt. Veluti Kal. Jan. Aureus Numerus III. adscriptus est: de qvo subductis tribus, respondent è Cyclo Lunari XIX. qvæ undecim additis, XXX. Epactas conficiunt. Hæ uno regulari addito, XXXI. complent, qvæ Novilunium indicant. Itaqve nulla id inscitia factum est, duplex ut apud Latinos Cyclus esset, qvod ridiculè sibi persvadet Scaliger V. de Emend. Temp. ubi de Epocha Lunari Constantinopol. disserit. Hoc enim necessario ab illis instituendum fuit, posteaqvam semel Alexandrinorum aureos numeros in Julianum Kalendarium transtulerunt; ubi Epactæ ex illis numeris erutæ, & ad dies appositæ complementa eorundem esse non poterant regularibus adjectis, qvod ut obtinerent, tria aureis numeris detrahenda fuerunt. Qvam ob caussam Lunaris iste Cyclus est dictus; non ideò qvod Decemnovennalis, sive aureus numerus Novilunia non ostenderet. Etenim iisdem illis diebus, qvibus adjunctus erat, Nicæni Concilii tempore, Novilunia committebantur; sed qvod indagandæ ex methodo computandæqve Lunæ, ut vocant, ætati minimè esset idoneus, nisi ternario minueretur: propter Romani, & Alexandrini anni discrepantem formam, initiaqve diversa. De qvibus uberior aliàs instituendus est sermo.

Initium Cycli Lunaris. Cæterum Lunaris iste Cyclus à Januario mense ducit exordium, ut Beda non uno loco testatur. Qvi Lib. de Temp. rat. Cap. LIV. illius omnes annos exponit. Qvorum primus non decemnovennali qvarto committitur, qvi est aureus numerus III. Kal. Jan. affixus. Secundus à XII. Kal. Jan. Dec. XXI. atqve ita deinceps reliqvi ab ea syzygia ferè omnes inchoantur, qvæ in Januario desinit. Constat igitur in Cyclo Lunari, perinde ut in decemnovennali, primum annum esse numerum, ut ita dicam, Lunarem XIX. qvi ad Kal. Jan. adnotatur.

Annus octavus embolimæus fuit. His animadversis annum Enneadecaëteridis octavum intercalarem fuisse defendimus, qvi aureum numerum habuit VII. qvi est à primo, sive

sive XIX. uti dictum est, octavus: qvod de Cyclo decemnovennali, qvo de agitur, potissimum asserimus. Fuere qvippe Enneadecaëteridis anni isti septem embolimæi, 3. 6. 8. 11. 14. 17. 19. qvibus aurei Numeri in Kalendario respondent, 2. 5. 7. 10. 13. 16. 18. qvoniam, ut sæpe docuimus, numerus XIX. Cyclum ducebat, qvo secundus erat tertius. At insigni Mathematico placuit hunc embolimæorum ordinem esse, 3. 6. 9. 11. 14. 17. 19. qvibus aureos istos numeros attribuit 2. 5. 8. 11. 13. 16. 19. qvoniam Cycli decemnovennalis initium ab aureo numero 3. & Kal. Jan. arcessit. Atqvi decemnovennalis ab Aprili, non à Januario, ex Veterum præscripto repetendus est. Et ille ipse embolimæorum ordo mensium, qvem proposuimus, Bedæ, Pitati, Pauli Forosempr. aliorumqve Computi artificum authoritate nititur. Vide Cap. XLIII. de Temp. ratione apud Bedam Tom. II. Idem & certissima ratione ad hunc modum colligitur. Embolimæum, opinor, annum in Cyclo Paschali eum omnes intelligunt, qvi, ut primus seqvêntis anni mensis intra Paschales terminos coërceatur, mense uno fit auctior. Ejusmodi autem anni illi sunt VII. qvos enumeravimus, hoc est aurei in Kalendario numeri 2. 5. 7. 10. 13. 16. 18. non autem 8. 11. 19. Etenim cùm aureus Numerus VII. in usu est, qvem Cycli decemnovennalis octavum esse volumus, primus mensis incipit Martii XVII. ideoqve embolimæus esse debet: alioqvi seqvens annus à Martii VI. inchoandus erit, cui aureus Numerus VIII. affixus est, anno decemnovennalis Cycli nono. Hoc autem Paschali Canoni; ac Nicænis decretis repugnat; ac Latinorum, hoc est Judaizantium, peculiaris error ille fuit: qvem ut evitemus, decimus tertius nempe mensis ad annum VIII. accedat oportet, uti nonus, cui numerus aureus VIII. tribuitur, in Aprilis V. summoveatur, à qvo primus Paschalis mensis incipiat. Eadem & undecimi ratio est, cui Numerus aureus convenit X. Hic enim cùm à XIV. Martii ineat, decimi tertii mensis Neomeniam in Martii III. conferet. Qvare intercalandus hic erit, ut annus XII. à II. Aprilis incipiat. Deniqve XIX. annus cùm à qvarto die Aprilis exordiatur, embolimum mensem non continet, sed eundem seqvitur. Siqvidem XVIII. aureus numerus, qvem Cycli decemnovennalis decimum nonum statuimus, Martii XVI. competit, à qvo annus incipiens necessariò tertiumdecimum mensem sibi vendicat, cujus Neomenia Martii V. minimè Paschalis est, ac proinde primi mensis, & anni Neomenia in Aprilis IV. diffundetur. Ita enim existimandum est: Embolimæos menses in Paschali Cyclo eos esse, qvi in finem anni conjecti Neomeniam seqventis anni proximè præcedunt: ut & Pitatus ad idem negotium observat Cap. VI. Qvanqvam aliter apud Computorum artifices dispensari menses Embolimæos didicimus ex Beda Cap. illo XLIII. Lib. de ratione temporum, ac per varios anni Juliani menses dissipari: Verùm in Paschali hoc instituto embolimus ille mensis procul dubio censendus est, qvi primum mensem Cycli ἀμέσως antecedit. Qvo qvidem statuto, nullum jam dubium est, qvin embolimæorum series ejusmodi sit, qvalem à Veteribus Computistis accepimus, in qva octavus annus, non nonus intercalaris mensis appendicem excipiat. Nam & propterea Enneadecaëteridem in Ogdoadem, & Hendecadem partiri solent, uti Beda facit Lib. de ratione temp. Cap. XLIV. & Ogdoadi tres embolimos menses, hendecadi qvaternos attri-

Cc

buunt. Hinc Africanus apud Hieron. in Cap. IX. Dan. *Græci*, inqvit, *& Judæi per octo annos trium mensium ἐμβολισμοὺς faciunt.* Ac tametsi mensis integer non octavo anno, sed nono ex diebus residuis consurgat, nihilominus qvòd & proxime solidam ad Syzygiam appendices illæ dies accedant, & qvòd ex superiorum annorum ratiocinio semper aliqvid superfit, qvo defectus ille compensetur, octavo anno intercalaris adjungitur.

Embolismi præcipitatio. Qvod autem nondum justo dierum numero ex Epactis collecto nonnunqvam embolismos anteverti, ac præcipitari diximus, illustrari potest ex Judaici Cycli dispositione, qvalem Glossa primæ partis Jad R. Mose Tractatu Kiddusch hachodesch describit Cap. I. §. 2. Nimirum Epactas anni I. & II. in Cyclo Judaico cum Epactis V. mensium anni tertii ad XXVI. dies accedere: ideoqve ad complementum embolismi mensis triduum ex annis seqventibus mutuò accipi. Postea ex residuo anni III. & ex quarto ac qvinto una cum mensibus V. anni sexti, colligi dies ferè XXXIII: ex qvibus compensato triduo illo, qvod anticipatum fuerat, secundus embolismus inseritur. Deinde ex epactis mensium VII. anni sexti, & anni septimi, nec non & V. mensium anni octavi, XXII. ferè dies confiunt. Neqve tamen differtur embolismus: sed VIII. dies ex annis seqventibus repræsentantur, ut solidus mensis intercalari possit. Tum verò ex residuo VII. mensium, & annorum duorum, videlicet IX. ac X. itidemqve mensium V. priorum anni XI. dies colliguntur XXXIII. qvibus octo detractis, qvos superior embolismus exhauserat, qvinqve & viginti restant, ad qvos complendæ syzygiæ V. alii dies anticipantur, & undecimo anno Adar inseritur. Eadem est anni XIV. ratio. Confiunt enim dies XXXIII. ex qvibus V. diebus exemptis, qvi in antecessum usurpati fuerant, relinqvuntur XXVIII. dies, & biduum ad embolismum cumulandum à seqventibus sumitur. Deinde anno XVII. Epactæ ad dies XXXIII. perveniunt restitutoqve biduo illo mutuatitio, ex XXXI. reliqvis intercalatur Adar, & unus dies superest. Itaqve in fine Cycli XXVII. dies restant: & nihilominus VII. intercalatur embolismus, anno XIX. Hæc Glossa de Cycli Judaici contextu. In qvo nondum expleta Syzygia versuram fieri, & anticipari dies aliqvot vides: contra qvam Scaliger Lib. VII. de Emendat. in Comp. Judaico Cyclo embolismos præcipitari nimis imprudenter negat. Qvanqvam Glossa ista Lunarem annum præcisè dierum CCCLIV. constituit, neqve appendices horas, ac minutias complectitur, qvæ toto Cyclo collectæ dies conficiunt VI. cum horis XXI. & minutis 51'. qvibus primi ac postremi embolismi defectus compensatur. Qvamobrem rudis est & adumbrata Cycli Judaici ista descriptio, & ad faciliorem methodum, ac popularem captum apposita: cùm interim alia sit apud Judæos Epactarum annorumqve conformatio. Qvod idem de Epiphanii Octaëteride pronunciare licet, qvam vel nulli, vel, si fortè, paucissimi, post Nicænum Canonem conditum ad Paschalem usum adhibuerunt. Hanc nobis de embolismis disputationem peperit Octaëteridis Epiphanianæ dispositio. Qvæ tandiu hîc habere locum debuit, dum

uberiore à nobis Commentario, qvem de temporum doctrina meditamur, eadem illa pertractetur.

Γινον) ἐπακταὶ ϛη.] Corr. ιζ.

Ἐν τούτοις δὶς τρισὶν ἐμβολίμοις.] Ne hoc qvidem verum, aut satis accuratè dictum: dissensionem omnem, qvæ Christianos inter, ac Judæos, & cæteros intercesserat, hoc est Hæreticos Tessarescædecatitas, aut qvi in primi mensis epocha à Nicæno canone discedebant: qvales Latini, & Occidentales pleriqve, atqve imprimis Scoti fuerunt: in tribus Octaëteridis embolimis consistere. Duplex apud Christianos Paschatis depravatio fuit. Altera planè Judaica, & Asiaticorum olim propria, qvi XIV. Luna, qvamcumqve in feriam incurreret, Pascha celebrabant. Altera, qvæ in primi mensis Neomenia contra Canonem committeret, dum illam citius antevertebat: adeo ut XIV. Luna Æqvinoctium præcederet. Qvam διαστροφὴν novo errore cumulabant, ut in termino ipso, si in Dominicam incideret, celebritate fungerentur. Posteriores isti cum decemnovennali Cyclo, Judæorum instar, uterentur, in duobus duntaxat annis ab Alexandrinis, & Nicæna sanctione dissidebant, Cyclo nimirum VIII. ac XIX. Nam Lunari Cyclo, non aureis numeris utebantur. Itaqve tribus Cyclis ab Alexandrinis discrepabant. Ut exempli caussa, Alexandrino numero I. respondebat aliorum XVII. Item Alexandrinorum VIII. istorum V. decimonono Alexandrinorum Judaicus XVI. Indeqve cùm Alexandrini anno Cycli decemnovennalis octavo, cui numerus aureus VII. ad Aprilem usqve convenit, mensem intercalarem adtexerent, qvi à VI. Martii exorsus in Aprilis IV. desineret, ac postridiè, hoc est Aprilis V. annum nonum inchoarent, Judaizantium factio pro embolimæo communem usurpans annum, primum mensem inchoabat Martii VI; cujus XIV. Paschalis Martii XIX. competebat. Idem anno XIX. contingebat, qvem Alexandrini Pridie Non. Apr. inchoabant: alii III. Non. Martias. Nam Alexandrini XIX. annum, cui Numerus aureus XVIII. responder, embolimæum constituebant, eiqve mensem illum arrogabant, à qvo Judæi annum suum ac primum mensem auspicabantur. De qva re & anteà disserui- mus, & agetur alibi copiosius. Qvocirca non in tribus Octaeteridis embolimæis annis, sed in uno solùm Judæi & Hæretici à Catholicis discrepabant, hoc est in octavo.

N. XIV. Ἐστι γὰρ τῷ ὄντι.] Hæc Epiphanii fortasse temporibus. At ætate Theodoreti Audianorum ista disciplina in licentiam ac libidinem desciverat.

AD HÆRESIM LXXI. PHOTINIANORUM.

N. I. Οὗτος δὲ ὡρμᾶτο.] Ὁρμᾶσθαι sæpissimè apud Epiphanium & alios idem valet atqve *oriri*; qvod & nos hoc loco verum existimavimus. Sed cum Photinus non Sirmio, sed ex Gallogræcia oriundus fuerit, ut in Lib. de Script. Eccles. scribit Hieronymus, consultius arbitror *prodeundi* vocabulo uti, qvàm *oriendi*. Qvare ita potiùs interpretandum fuit. *Hic Sirmio prodiens, &c.* Sic enim Hieronymus: *Photinus de Gallogracia Marcelli discipulus, Sirmii Episcopus ordinatus, &c.*

Ἀπὸ τῆς ἐν Σαρδικῇ.] Bis condemnatum esse Photinum tradit Epiphanius:

primùm in Sardicensi Synodo: tùm in Sirmiensi, cùm Imperatori Constantio libellum obtulisset. Utrunqve sub Constantio celebratum. Ideo corrigendus Hieronymus, qvi a Valentiniano Imper. pulsum ab Ecclesia Photinum affirmat. Nisi post Sirmiensem Synodum occultos conventus habuisse dixerimus, & à Valentiniano proscriptum fuisse. Qvod ex eo deduci potest, qvod in Epistola Synodica Concilii Aqvileiensis ad Gratianum, Valentin. & Theodosium Imp. Ambrosius ac cæteri Episcopi ita sub finem scripserunt: *Photinianos qvoqve, qvos & superiori lege censuistis nullos facere debere conventus, prout jam & Sacerdotum Concilio sententia in eos lata est. Petimus insuper, ut qvoniam in Sirmiensi oppido adhuc conventus tentare eos cognovimus, clementia vestra, &c.*

Αὐυσίῳ Διακόνῳ τῦ Βασιλέως.] Videtur Βασιλείου leg. Sed nonnihil suspensos nos tenet, qvòd hic Basilii Diaconus appelletur, nimirum Ancyrani, qvi actoris partes sustinebat: ac proinde suspectus esse Photino Diaconus illius poterat.

Καλλικράτῃ Εκσκέπτορι.] Επαρχ© Præfectum Prætorio significat. Cornarius verò *Præsidem* reddit. Crediderim Præfectum Prætorio Illyrici fuisse.

Καὶ Βασιλείῳ Μεμοραδίοις.] Fortasse Μεμοραρίοις qvasi *Memorarios* vocet, qvi sunt *Memoriales*: qvorum proprium munus erat leges & rescripta excipere, ac perscribere. Aliud est Μεμοροφύλαξ, & μεμορίτης in Concilio Chalced. Act. IV. hoc est ὁ ἐν μεμορίοις κατοικῶν. Qvi ad Memorias Martyrum, & in Ecclesiis ibidem collocatis habitat.

Νοταρίοις τῦ Βασιλείυ;] Cor. Βασιλέως. Habuerunt tamen in Conciliis & Episcopi notarios suos, atqve Exceptores, ac fermè Diaconos, ut ex Chalced. Conc. constat. Sed & apud August. Lib. III. contra Crescent. Cap. XXIX. in Actis Consularibus sub Zenophilo, Nundinarius Silvani Cirthensis Donatistæ Diaconus Exceptor dicitur.

AD HÆRESIM LXXII. MARCELLIANORUM.

N. II. Ἀντίγραφον Ἐπιςολῆς.] Edidit hanc fidei professionem Marcellus, postqvam ab Arianis sede sua pulsus Romam ad Julium Papam confugit, ab eoq. una cum Athanasio restituturus est. Vide Annales Baron. A. CCCXLI. Qvi de hoc ipso libello dubitat, isne sit, qvem Julio tùm obtulit, cùm in eo nulla sit τῦ ὁμοουσίυ mentio. Verùm non semper in Catholicæ fidei Professionibus, aut in convincendis Hæreticis, recenti adhuc in Nicæno Concilio, tessera illa fidei, ac τῦ ὁμοουσίυ clara & diserta confessio solebat exigi. Exemplo sit Ursacii & Valentis Arianæ factionis principum libellus, qvem Julio Papæ obtulerunt, qvo & erroris sui veniam deprecati sunt, & Ario damnato Catholicam fidem professi. Extat apud Athanasium Apol. II. In eo verò de ὁμοουσίῳ verbum nullum. Nam & in Concilio Aqvileiensi, in qvo adnitente Ambrosio Palladius, & Secundianus Episcopi damnati sunt, cùm tam studiosè id ageret Ambrosius, ut ab iis indicium aliqvod Arianæ professionis eliceret, ideoqve variis interrogationibus lacesseret, nullam Consubstantialis mentionem attigit: sed hæc tantum communia; ecqvid Filius immortalis, bonus ac verus esset, ac reliqva generis ejusdem. Qvinetiam Athanasii Symbolum cum

ſit qvædam fidei expoſitio ab eo edita, qvi τὸ ὁμοούσιον acerrimè propugnaret, ejusdem vocabuli mentionem omiſit.

N. V. Ὑπὸ δὲ ἄλλων πάλιν.] Utcunqve licuit ex corruptiſſimo loco ſententiam extudimus. De his autem, qvos nominat, Acacio, Baſilio, Georgio, ac reliqvis, agetur in ſeqventi Hæreſi pluribus.

N. VI. Ταῦτα μὲν οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα.] Aſterius Sophiſta Chriſtianam fidem amplexus nonnulla ſcripſerat Arianæ perfidiæ conſentanea. Qvæ cùm refutaſſet Marcellus, longiùs progredi, & in Sabellianam Hæreſim deſciſcere viſus eſt. Qvæ omnia copioſiſſimè habes in Annal. Eccleſiaſt. expoſita.

N. X. Καὶ προστάτης.] *Defenſorem* reddidimus. Nam *Præſidem* cum Cornario interpretari non placet. Fuit autem Defenſor non ordinis, ſed officii nomen, qvod Laici gerebant, qvi Eccleſiæ jura in civili foro propugnabant. Concilium Milevitanum Can. XVI: *Placuit etiam, ut petatur à glorioſiſſimis Imperatoribus, ut jubeant judicibus dare petitos ſibi Defenſores Scholaſticos, qvi in actu ſint, vel in officio defenſionum cauſſarum Eccleſiaſticarum, more Sacerdotum Provinciæ, ut iidem ipſi, &c. habeant facultatem ingredi Judicum Secretaria.* Meminit & Carthagin. V. Canone IX. & Africanum Tomo I. Conciliorum Can. XLII. & alibi paſſim. Zoſimus Epiſt. I. *Sanè ut Defenſores Eccleſiæ, qvi ex Laicis fiunt, ſupra dictâ obſervatione teneantur, ſi meruerint eſſe in ordine Clericatus.* Ἔκδικος à Græcis vocatur. In Concilio Chalcedon. Can. II. recenſentur οἰκονόμος, ἔκδικος, παραμονάριος. Qvamobrem προστάτην eundem eſſe ſuſpicamur, atqve Ἔκδικον. Tametſi Balſamo ad Africanarum Synodorum Canones, qvi in unum miſti ſunt, ad Canonem LXXVIII. qvi eſt inter Africana Concilia, qvæ ſub Cœleſtino, & Bonifacio celebrata ſunt, qvadrageſimus ſecundus, dubitat utrum Defenſores, & Ἔκδικοι ante hoc Concilii tempus ulli fuerint. Σὺ δὲ γίνωσκε ὅτι ἡ δόσις τῶν Ἐκδίκων, ἢ καὶ Δεφενσόρων λεγομένων, εἴτε ἀπὸ τοῦ παρόντος Κανόνος ἔλαβε τὴν ἀρχήν· εἴτε καὶ πρὸ τούτου ἐπεγινώσκετο, διὰ τῶν ἐπιλογῶν τῶν κατοικούντων ἑκάστης πόλεως ἐγίνετο. Sed diu ante Defenſores extitiſſe veriſimile eſt, eosdemqve προστάτας in illa ſubſcriptione nominari.

AD HÆRESIM LXXIII. QVÆ EST SEMIARIANORUM.

N. I. Καὶ Γεώργιος ὁ Λαοδικείας τῆς πρὸς Ἀντιόχειαν.] Hunc locum integrum non eſſe ſuſpicari aliqvis poſſit. Nam Laodicea Syriæ nihil ad Daphnen pertinet. Antiochia porrò Syriæ caput cognomento ἐπὶ Δάφνης, ab amœniſſimo ſuburbio, à Latinis etiam *Epidaphnes*, ut apud Plin. Lib. V. Cap. XXV. Tacitus Lib. II. Ann. ait *Germanico ſepulcrum Antiochiæ conſtitutum, ubi crematus: tribunal Epidaphnæ, qvo in loco vitam finierat.* Nimirùm qvod ἐπὶ Δάφνῃ, vel ἐπὶ Δάφνης crebrò nominaretur, vulgi conſvetudine factum, ut una voce Ἐπιδάφνη Daphne ipſa diceretur: qvemadmodum ex duabus iſtis Homericis vocibus εἰν Ἀρίμοις, *Inarimen* conflaſſe Virgilium Grammatici ſuſpicantur. Qvare non aſſentior Ortelio, qvi apud Tacitum, & Plinium pro *Epidaphne*, vel *Epidaphnes* reſcribendum credit Latinis vocibus, *apud Daphnen*. Ex iis meritò conjici poteſt, apud Epiphanium inverſo verborum ordine ita legi potiùs oportere, τῆς πρὸς Δάφνῃ Ἀντιοχείας, qvàm τῆς πρὸς Ἀντιοχ.

Δαφ. Neqve tamen propterea explicatior hic ipse locus fuerit. Qværendum enim præterea, cur Laodicea τῆς Αντιοχείας appelletur? An hoc existimandum est; Antiochiam, vel Daphnen pro regione ipsa, & Cœlesyria nonnunqvam usurpari? qvod seqventia docent, cùm addit ἤγουν τῆς Κοίλης Συρίας. Daphnensium qvidem Comitatensium inter legiones Notitia meminit. Dicerem Antiocheni alicujus Episcopi nomen hic desiderari, si qvis occurreret Semiarianorum fautor, & signifer: cujusmodi nullum reperio. Imò verò Eudoxius, qvi Antiochenam sedem post Leontii obitum occupavit, Basilii, ac Georgii Laodiceni per illa tempora hostis acerrimus fuit. Vide Sozom. Lib. IV. Cap. XII. & seqventibus. Credat igitur aliqvis ab Epiphanio τὴν ἐπὶ Αντιοχείᾳ Δάφνην pro Cœle Syria hoc loco sumi; qvod novum mihi, & inauditum esse fateor. Qvod nisi cui conjectura ista placeat; simplicissima, & fortasse vera ratio est, ut Laodicea cognomento *Daphnes* appellata videatur, qvod ei loco longè nobilissimo ac celeberrimo propinqva foret, πρὸς διαστολὴν Laodiceæ alterius; imò plurium aliarum cognominum. Inter hanc verò, cui & *Cabiosæ* nomen inditum, & Antiochiam ad Orontem, interjecta fuit Daphne. Qvod ut expressius declararet Epiphanius, adjecit ἤγουν Κοίλης Συρίας, ne qvis Phrygiam putaret, aut aliam qvamlibet.

N. II. Η *ἁγία* Σύνοδος.] Magna nobis non solum de Epiphanio nostro, sed de omni etiam antiqvitate & historia benè merendi opportunitas hoc in loco præbetur, ubi de Ancyrana ac Sirmiensi Pseudosynodis, aliisqve Semiarianorum conventiculis agitur. Qvorum acta, & tempora sic apud veteres perinde ac recentiores confusa, perturbataqve sunt, nulla ut historiæ pars impedita magis ac difficilis appareat. Dicam non jactantiæ caussa; sed ut eruditi Lectoris studium excitem, fortassis audacius; ab hinc mille ac ducentis propemodum annis liqvidam ac sinceram illorum rationem ignoratam fuisse. Qvod nisi certissimis argumentis indiciisqve monstravero, nihil ego deprecabor, qvin id vanissimè à me dictum omnes arbitrentur. Proponam igitur imprimis qvemadmodum ab antiqvis Historicis ea referantur: tum qvid à recentioribus memoriæ proditum sit: ut amborum falsitate convicta, veritas ipsa à situ & obscuritate vindicetur.



DE SIRMIENSI ET ANCYRANA PSEUDOSYNODO, ALIISQVE SEMIARIANORUM ACTIS, SOCRATIS, SOZOMENI, CÆTERORUMQVE NARRATIO.



UBI se Ariana perfidia in orbem Christianum effudit, scissa est in varias in partes, ac multiplicium sectarum, & factionum sunt nata divortia. Ut de cæteris modo taceam, insignis potissimum fuit Photini Sirmiensis impietas, qvi Sabellii, & Samosateni dogmata jam olim damnata longo intervallo renovavit. Cujus Hæ-

De Sirmiensi & Ancyrano Conciliis.

resin ordine LX. posuit ac refutavit Epiphanius. Hunc ut opprimerent Ariani, ac tantam à se invidiam, ignominiamqve depellerent, utiqve se tandem Catholicos esse profiterentur, Constantii Imper. jussu Sirmium, qvæ urbs est Pannoniæ, Orientales convocantur Episcopi: qvemadmodum Socrates Lib. II. Cap. XXIII. Sozomenus Lib. IV. Cap. V. aliiqve narrant. Qvod iidem contigisse volunt post Consulatum Sergii & Nigriani, qvi est annus Christi CCCLI. Affuere Synodo imprimis Orientales Episcopi, Marcus Arethusius, Georgius Alexandriæ, Basilius Ancyræ Episcopi, Pancratius Pelusii; Hypatianus Heracleæ. Ex occidentalibus verò eâdem infectis labe, Valens Mursorum Episcopus; nec non & Osius Cordubensis Ecclesiæ Catholicæ per illa tempora columen, qvi eò licet invitus accessit. In hoc Concilio condemnato Photino triplex edita est ab Arianis fidei formula; Prima Græcè à Marco Arethusio concepta, qvam Socrates Cap. XXV. & ante eum Athanasius Libro de Synodis Græcè referunt; Latinè verò Hilarius Libro de Synodis. Duæ aliæ Latinæ sunt; qvarum prima à Socrate, & Athanasio iisdem locis descripta continetur: postremam, qvæ in Ariminensi Synodo à Valente recitata postmodum est, & à Catholicis rejecta, habet Socrates Cap. XXIX. meminit & Athanasius Lib. de Synodis. Duæ itaqve tum formulæ Sirmii promulgatæ sunt. Nam tertiam Arimini postea publicarunt. In eadem Synodo Basilius Ancyranus cum Photino coram Imperatore congressus est; cujus disputationis mentionem in Photiniana Hæresi facit Epiphanius. Hosius verò diu cum Arianorum perfidia, & Imperatoris crudelitate luctatus, ac dirissimis tormentis excarnificatus, postremo eidem impietati subscripsit. Secundum hæc Constantius occiso Magnentio, cujus cædes Constantio VI. & Gallo II. Coss. qvi est annus CCCLIII. accidit; ac reliqvis Tyrannis felicissimè compressis, aut extinctis, Gallo insuper necato, Constantio VII. & Gallo III. Coss. anno CCCLIV. demum Arbetione, & Lolliano Coss. anno CCCLV. Romam ut triumpharet profectus, Mediolani Synodum cogit adversus Athanasium. Cui cùm acerrimè refragarentur Catholici Episcopi, præsertim Eusebius Vercellensis, Dionysius Mediolanensis, Paulinus Treverensis, Lucifer Calaritanus, exulare jussi sunt. Eodem anno & Liberius Romanus Pontifex, qvi Julio successerat, qvòd Athanasium condemnare nollet, relegatus est; ut iidem Historici cum Theodoreto & Athanasio testantur. De Liberio verò etiam Ammianus Lib. XV. His ita confectis Imperator anno seqventi tertio Kalend. Majas Romam sese contulit, ut idem Ammianus author est Lib. XVI. Qvi cùm illic diutius commorari vellet, auditis Barbarorum incursionibus IV. Kal. Jun. in Illyricum profectus est. Cùm autem Romæ adhuc Imperator degeret; hoc est ante IV. Kal. Junias, Eudoxius Germaniciæ in Syria Episcopus, cùm de Leontii Antiochiæ Episcopi morte renunciatum esset, missione à Constantio impetrata, in Syriam perveniens Antiochenam sedem occupat. Qvam dignitatem adeptus totus in id incumbit, ut Aëtium cognomento ἄθεον, & Anomæorum principem pristinum in gradum restitueret. Hic enim à Leontio Diaconus ordinatus, pro eo qvod filium Dei ex nihilo creatum, & Patris dissimilem assereret, damnatus, & ejectus fuerat. Cujus impietatem cùm fo-

Socrates Lib. II. C. xxix.

De Sirmiensi & Ancyrano Concilio.

veret Eudoxius, frustra illum restituere, ac revocare conatus, ut scribit Socrates, palam nefaria ejus dogmata prædicare cœpit; eo sanè confidentius, qvod Osii Cordubensis literas jactitaret, qvibus eidem errori subscripserat.

Sozom. Lib. IV. Cap. XII.

Qvæ cùm Georgius Laodicenus animadvertisset, literas Ancyram ad Basilium dedit; qvi tum fortè ad dedicandam, qvam construxerat, Ecclesiam complures ex finitimis Episcopis convocarat. Habito itaqve Ancyrano Concilio, lectisqve Georgii literis, decretum illud fidei conditum est, qvod Epiphanius, & Hilarius commemorant; in qvo suppressa *τοῦ ὁμοουσίου* voce, *ὁμοιούσιος*, hoc est, similis Patri substantiæ Filium esse professi sunt. A qvo Semiariani dicti. Tum legati Sirmium ad Imperatorem à Synodo missi, Basilius Ancyræ, Eustathius Sebastæ, Leontius Cyzici Episcopi. Qvorum studio Constantius revocatis, qvas Asphalio Eudoxii presbytero, & Aëtii fautori dederat, literis, alias adversus Eudoxium ad Antiochenos scripsit. Subjicit his Socrates Ariminensis Concilii narrationem: in qvo fidei Ἔκθεσις illa ab Ursacio & Valente proposita est, qvæ Sirmii antè concepta fuerat. Sozomenus autem Liberii ab exilio revocati, ac Romam redeuntis historiam pertexit.

QVA IN RE HODIERNI SCRIPTORES ANNALIUM AB ANTIQVIS ILLIS DISSENTIANT.

QVOD de Sirmiensis adversus Photinum Concilii tempore Socrates ac Sozomenus tradiderunt; nimirum Sergio ac Nigriano Coss. celebratum fuisse, qvi est annus æræ Christianæ C C C L I. id in magnis Annalibus ad Annum CCCLVII. duobus, vel tribus præsertim argumentis refellitur. Qvorum authoritatem secuti reliqvi Ecclesiasticæ historiæ, temporúmqvè conditores, cùm erroris eosdem illos Scriptores insimulant, tùm anno Christi CCCLVII. Constantio IX. & Juliano Coss. damnatum in Sirmiensi Conciliabulo Photinum asserunt. Argumenta porrò, sunt ejusmodi: Imprimis Socrates, ac Sozomenus testantur, Osium Cordubensem ad Sirmiensem Synodum invitum accessisse, ibiqve vi ac tormentis extortam ab illo Athanasii damnationem. Atqvi nonnisi relegato jam Liberio, postqvam insuper annum jam integrum Sirmii esset à Constantio detentus, cum Arianis communicavit Osius; qvod Athanasius docet Epist. ad Solitarios. *καὶ ἀντὶ ἐξορισμοῦ κατέχει τοῦτον ὅλον ἐνιαυτὸν ἐν τῷ Σιρμίῳ. Exilii loco annum integrum Sirmii illum detinet.* Liberius autem, ut ex Socrate, & Ammiano liqvet, non ante Christi annum CCCLV; Arbetione scilicet, & Lolliano Coss. in exilium abiit; cùm Mediolanum, ubi tùm Constantius erat, Româ esset excitus. Athanasius verò eodem illo Libro scribit Osium ex Hispania primum Constantii literis accitum Mediolanum venisse; indidemqve in patriam ab illo remissum: paulo post iterum evocatum anno toto Sirmii maceratum, cruciatumqve demum succubuisse. Qvod si anno

duntaxat CCCLVI Constantius, ex qvo Sirmio in Italiam profectus erat, Roma in Illyricum reversus est, uti supra disputatum est, apparet non ante CCCLVII. annum, confecta jam Osii annua Sirmii relegatione, Sirmiensem Synodum obiri potuisse, cui Osius suffragaror accesserit. His duabus rationibus; qvòd & post Liberii exilium, & post annuum carcerem ad consenriendum adactus sit Osius, tertiam adjunxit ex Hilario; qvi Libro de Synodis Sirmiensem affirmat post triennium esse celebratam, ex qvo Saturnino Arelatensi Episcopo Ariano à Catholicis est negata communio. Manifesta verò Saturnini defectio tùm contigit, cùm expugnato Magnentio Constanrius Arelatam sese contulit. Constat autem ex Ammiano Lib. XXII. Constantium nonnisi anno Christi CCCLIII. se VI. & Gallo II. Coss. Arelatam venisse, ibidemqve natalem suum VI. Id. Oct. celebrasse. Unde perspicuum est anno demum CCCLVII. triennio jam absoluto, Sirmiensem Synodum peractam fuisse. Qvæ qvidem omnia sic in Annalibus digeruntur.

De Sirmiensi & Ancyrano Concilio.

Anno CCCLIII. Constantio VI. & Gallo II. Coss. victo Magnentio Constantius in Gallias profectus, Arelate hiemem traduxit. Ubi Concilio Arianorum coacto damnatur Athanasius: Paulinus Treverensis, una cum aliqvot Catholicis Episcopis exilio mulrati.

Anno CCCLIV. Constantio VII. & Gallo III. Coss. Gallus Cæsar Constantii jussu necatur. Athanasius Alexandriæ vexatur.

A. CCCLV. Arbetione, & Lolliano Coss. Mediolanense Concilium indicitur ac celebratur in caussa Athanasii, præsente Constantio. Qvi Catholicos ac sanctissimos Episcopos illius damnarioni subscribere recusantes in exilium ejicit; nimirum Vercellensem Eusebium, Dionysium Mediolanensem: ac postremò Liberium Papam, qvem Roma Mediolanum acciverat. Sub hæc Osius ex Hispaniis accersitus, frustràqve solicitatus in patriam rediit.

A. CCCLVI. Constantio VIII. & Juliano Coss. Athanasius Syriano duce grassante Alexandria pulsus, eiqve substirutus Georgius. Constantius Mediolano Romam pervenit tertio Kal. Majas. Ibi a Matronis interpellatus Liberium Edicto revocat. Eudoxius Germaniciæ Episcopus audita Leontii morte Roma Antiochiam advolans sedem occupat. Constantius IV. Kal. Jun. Urbe digrediens in Illyricum festinat.

A. CCCLVII. Constantio IX. & Juliano II. Coss. Sirmiense Concilium coram Constantio celebratum. In qvo primùm damnatus Photinus, & à Basilio Ancyræ Episcopo confutatus. Tum fidei formulæ tres conscriptæ. Prima auctore Marco Arethusio Græca. In qva damnati inter cætera, qvi ex alia substantia, & non ex Deo Filium extitisse dicerent. Haber hanc Athanasius Lib. de Synodis, Hilarius Lib. de Synodis, & Socrates. Secunda Latinè primum edita, & Græcè postmodum conversa apud Athan. & Socratem extat. Qvæ τῆς οὐσίας, & ὁμοουσίου, nec non ὁμοιουσίου vocabula commemorari vetuit; Patrem verò majorem esse Filio decrevit. Hanc fidei professionem ab Osio & Poramone conscriptam prodit Hilarius. Ex qvo facilè colligitur, hanc esse fidei ἔκθεσιν, cujus approbatio vi ac tormentis ab Osio est expressa. Sed Osii lapsum compensavit Semiarianorum propemodum Catholicum

De Sirmiensi & Ancyrano Concilio.

decretum in Ancyrana Synodo, cui Basilius præfuit. In qvo adversus Sirmianam perfidiam Orientales professi sunt, Filium per omnia, adeoqve secundum substantiam, esse Patri similem. Qvam professionem valde commendatam, ac notis illustratam in Gallias misit Hilarius. At Basilius cum Semiarianis sociis Sirmium reversus, & cum Valente, Ursacio, cæterisqve germanis Arianis congressus est. Qui ita demum inter se Constantio annitente consentiunt, ut sublato substantiæ nomine, Filium per omnia Patri, similem esse profiterentur. Hinc tertia illa fidei formula manavit, qvam Valens ad Arminense Concilium detulit, ut Epiphanius hac ipsa in Hæresi testatur. Qvam qvidem apud Socratem habes, adscriptis Coss. nominibus: qva de caussa Catholicorum omnium, præsertim Athanasii, risu ac ludibrio est excepta. Eodem anno liberius Berœa revocatus Sirmii primæ illi formulæ subscripsit, qvæ Græcè à Marco contra Photinum scripta fuerat; non secundæ. Qvo impetrato Romam remittitur.

A. CCCLVIII. absolutâ Sirmianâ Pseudosynodo, Constantius Nicomediam alteram indicit. Sed ea terræ motu prostrata, mox etiam Nicæa, qvò conventum transferri placuerat, eâdem ruinâ subversa.

A. demum CCCLIX. bifariam distributis Episcopis, eodem tempore Arimini ac Seleuciæ in Isauria Synodi celebrantur. Hanc illorum temporum historiam, cujusmodi in Annalibus traditur, cùm in cæteris Nicolaus Faber vir eruditissimus non improbet, in hoc dissentit uno, qvod tertiam fidei professionem, cui Coss. additi sunt, negat in Sirmiensi Synodo fuisse conflatam. Itaqve duas duntaxat priores editas tum esse censet, cùm adversus Photinum Ariani convenerunt. Postremam verò Sirmii illam qvidem editam, sed in fortuito Episcoporum concursu, non legitimo, indictoqve Concilio. Sic enim existimat in illa Præfatione, qvam Hilarii fragmentis præfixit: Constantium literis ad Ancyranum Basilium scriptis, mandasse ut de loco cogendæ Synodi cum Orientalibus deliberaret. Sed cùm inter illos convenire non posset, Basilium ad Imperat. venisse Sirmium, ibiqve Marcum Arethusium, Valentem, aliosqve reperisse. Tunc collatis capitibus, & conspirantibus ad Nicænam fidem evertendam animis, statuisse ut Nicææ Synodus haberetur. Pòst cùm eandem urbem terræ motus afflixisset, statuisse, ut Episcoporum pars Ariminum, pars Seleuciam sese conferret. Ac per idem tempus Sirmii novam ac tertiam fidei formulam à Marco Arethusio fuisse conscriptam; ut ex Germinii Epistolâ, qvæ in Fragmentis legitur, Nicolaus Faber observat.

REFELLITUR HISTORICA SUPERIORUM OMNIUM NARRATIO.

FUIT hoc igitur hactenus persvasum omnibus, ab una eademqve Sirmiensi Synodo condemnatum esse Photinum, & sive tres, sive duas saltem fidei formulas esse profectas. Qvarum adversus Photini dogmata prior edita est; in qva Deo nomen οὐσίας attributum est, qvam neqve collatari, ne-

qve contrahi posse decreverunt. Qvam etiam Græcè a Marco Arethusio scriptam testatur Socrates Lib. II. Cap. XXV. Altera Latino sermone tradita, Valente, Ursacio, Germinio, ac cæteris Episcopis præsentibus, ut inscriptio ipsa fert. In qva *οὐσίας* nomen nec non & *ὁμοουσίου*, atqve *ὁμοιουσίου* vocabula, qvòd in sacris literis non extarent, obliterata sunt, & in perpetuum proscripta. Nam de tertia merito, ut postea videbimus, Nicolaus Faber repugnat, qvam alii eadem illa in Synodo putant esse conscriptam. Hanc Socratis, Sozomeni, aliorumqve, ut mox constabit, hallucinationem, novis erroribus recentiores historici cumularunt. Qvorum non minimus ille est, qvòd Ancyranam Semiarianorum Synodum, qvæ adversus secundam Sirmiensem formulam habita est, in eundem annum conjiciunt, qvo à Sirmiensi Concilio damnatus est Photinus, nempe Christi CCCLVII. Verùm nos ex antiqvis Patribus primum illud odorati sumus;, tres omnino conventus Episcoporum eodem in Sirmiensi oppido, non iisdem temporibus celebratos fuisse. Qvorum primus Synodicus & indictus fuit, cùm adversus Photinum Imperatoris literis acciti sunt Episcopi: Reliqvi duo fortuiti, minimeqve Conciliorum loco ac nomine censendi: in qvibus pauci duntaxat Episcopi, qvi fortè ad Imperatorem accesserant, communicatis consiliis nova fidei decreta condiderunt. Qvocirca primùm omnium contra Photinum Sirmii Concilium generale Constantii jussu celebratum; de cujus anno postea constituemus. Ibi formula illa fidei edita, de qva proximè diximus. Deinde diversis temporibus aliæ duæ ab Ursacio & Valente, aliisqve Arianis Episcopis conscio Imperatore prodierunt. Hoc ne temere contra communem tot Scriptorum consensionem attulisse videar, proponam breviter, qvibus id argumentis fretus affirmare non dubitem. De Sirmiensi & Ancyrano Conciliis.

Horum itaqve primum est; qvòd istud ipsum Basilius Ancyranus, ac cæteri Semiarianorum principes, qvi Ancyranæ Synodo subscripserunt, disertè testati sunt in Epistola Synodica, qvam Epiphanius descripsit. Qvam qvidem in hanc ferè sententiam exorsi sunt: Optasse id sese qvidem, ut post expositionem illam fidei, qvæ Antiochiæ in Encæniis edita est, *καὶ μετὰ ταῦτα κατὰ Σαρδικὴν, καὶ τὴν ἐκεῖ αὖθις ἀνθήσασαν πίστιν, καὶ ἔτι μετὰ τὰ ἐν Σιρμίῳ ἐπὶ Φωτεινῷ γεγενημένα: post Sardicensem fidei professionem, eaq; qvæ Sirmii contra Photinum decreta sunt,* Ecclesia conqviesceret. Tùm aliqvot interjectis, ea se perpolire atqve explicare voluisse demonstrant, qvæ in superioribus Synodis constituta erant, ut Antiochena, & Sardicensi, *ἣν ἀνείληφεν ἡ ἐν Σιρμίῳ Σύνοδος; qvam,* inqviunt, *Sardicensis Concilii fidem Sirmiensis Synodus amplexa est,* vel *repetiit.* Qvare Sirmiensem Synodum Ancyrana illa Synodus approbavit. Eadem verò è contrario formulam fidei alteram, qvam in Sirmiensi Concilio omnes editam opinantur, non modò non recepit; sed ad eam evertendam, ac profligandam est potissimum coacta. Qvod in Libro de Synodis docet Hilarius: ubi Ancyranam Synodum ejusqve decretum, cujusmodi hîc apud Epiphanium exprimitur, accuratiùs explicans, ac vehementer commendans, eidem Sirmiensem illam fidei professionem præfixit, cum hoc titulo: *Exemplum blasphemiæ apud Sirmium per Osium, & Potamium conscriptæ:* & adversus hanc fidei *ἔκθεσιν* Orientales Ancyræ convenisse confirmat. Qvare fieri nullo modo potest, ut hæc, qvam Semiariani tantopere

impugnarunt, fidei formula in eo Concilio sit edita, cui non interfuerunt modò ipsi, verùm etiam præfuerunt; qvodqve recipere, ac sartum tectum tueri velle sese profitentur. Audi ipsosmet apud Sozomenum Lib.IV. Cap.XII. enixe ab Imperatore postulantes, ὥστε κορτεῖν τὰ ἐν Σαρδικῆ, καὶ ἐν Σιρμίῳ, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις Συνόδοις κεκελυσμένα. *Ut ea rata manerent, qvæ in Sardicensi, ac Sirmiensi, aliisqve Conciliis constituta fuerant.*

Præterea Basilius Ancyranus in eadem Synodicâ Ancyrani Concilii, longo post Sirmiensem Synodum intervallo, alteram illam Sirmiensem formulam extitisse demonstrat. Etenim post Sirmiense Concilium, qvod, uti dictum est, observare ac tueri velle significat, acqvievisse se scribit, donec novorum Hæreticorum importunitate, & Georgii Laodiceni literis commotus ad propugnandam fidem se cum suis Episcopis erexit. Oportet igitur inter Sirmiensem Synodum, & Ancyranum Concilium intercessisse Georgii Laodiceni literas; qvas recitat Sozom. Lib. IV. Cap. XII. Superiori autem capite scribit Eudoxium, simulatqve in Antiochenæ sedis possessionem pedem posuit, totum se ad Aëtii promovendam perfidiam cum Acacio Cæsariensi, & Uranio Tyri Episcopo contulisse; eamqve præ se tulisse speciem, qvòd Occidentis Episcopi eidem suffragati fuissent: nimirum Osius, qvi cum Ursacio, & Valente invitus consenserat, ut τὸ ὁμοούσιον & ὁμοιούσιον expungeretur. Qvas cùm Osii literas accepissent, Valenti & Ursacio gratias egerunt, qvòd illorum opera Occidentis Episcopi rectam fidem essent amplexi. Qvibus rebus excitatus Georgius Laodicenus Semiarianorum patronus, cùm sub idem tempus ad novam dedicandam Basilicam Ancyræ vicini à Basilio convocati essent Episcopi, Epistolam ad eos scripsit, hortatusqve est, ut Eudoxii, atqve Aëtii grassantem impietatem authoritate sua compescerent. Ea fuit Ancyrani conventus occasio: à qvo legati ad Imperatorem missi, Basilius ipse, Eustathius Sebastiæ, Leontius Cyzici Episcopi, qvi nominatim hoc peterent, ut Sardicensis ac Sirmiani Concilii decreta servarentur. Jam illud ex superioribus didicimus, Eudoxium anno CCCLVI. cùm Romæ una cum Imperatore esset, audita Leontii morte, Antiochiam IV. Kalend. Jun. esse profectum. Qva in urbe Ursacii & Valentis literas accepit cum fidei formula, qvæ τῆς ὁμοουσίας, atqve ὁμοιουσίας voces obliterari jubebat. Est autem, ut ex Hilario monstravimus, eadem illa formula, qvam in Sirmiensi Synodo secundo loco dictatam arbitrantur omnes. Qvod si anno seqventi, hoc est CCCLVII. Sirmiense Concilium habitum est, ut iisdem authoribus placet, neqve Eudoxius, Acacius, & Uranius, neqve Basilius ipse, ac Georgius Laodicenus Sirmiensi Synodo, ac Photini damnationi interfuerunt. Qvod de Basilio sanè falsissimum est, qvi magna pars Sirmiensis Concilii fuit: utputa cujus opera convictus est, ac superatus Photinus. Qvin ut omni ex parte veritas elucescat, alterum accipe. Ancyrana Synodus, * qvemadmodum Synodica illius Epistola docet, ante Pascha celebrata est, τῆς ἁγίας ἡμέρας τῆ Πάσχα ἐπικειμένης: ad qvam propterea Episcopi plerique, qvi convocati fuerant, adesse ob hiemis inclementiam minimè potuerunt. Qvid igitur fingi potest absurdius, qvàm qvod ex illorum narratione seqvitur, Ancyranam

nam Synodum ante Sirmienſem eſſe celebratam. Etenim ſi anno CCCLVI. Eudoxius Antiochenam ſedem nactus eſt, Ancyranum verò Concilium anno ſeqventi; ut eodem anno Sirmienſe Concilium indictum fuerit, nonniſi poſt hiemem, & Paſcha, adeoqve poſt Ancyranum celebrari potuit. Atqvi jam peractum eſſe oportuit: ſi qvidem edita ab Oſio Sirmienſis Concilii formula jam emanarat in publicum. Qvare & abſente Baſilio, ac reliqvis Epiſcopis, damnatus Photinus, ac Sirmienſe Concilium abſolutum eſt; & propter alias cauſſas nondum inchoari potuit: qvoniam Ancyranum Sirmienſi debet eſſe poſterius. Apparet autem tum, cùm Sirmienſis illa poſterior eſt emiſſa formula, neqve Eudoxium, neqve Baſilium aut Georgium fuiſſe Sirmii: qvandoqvidem Eudoxius & alii ob acceptam illam, Sirmioqve miſſam, & à ſolis videlicet Occidentalibus, ideoqve Latinè conceptam, gratias egerunt per literas; προσέφασιν, inqvit, πανουργευόμενος, ὡς καὶ οἱ ἀνὰ δύσιν Ἐπίσκοποι ταῦτα ἐψηφίσαντο. *Hoc ipſum ad impietatis ſuæ patrocinium allegans, qvòd eandem fidem Occidentales profeſſi fuiſſent.* Mox: ἐπιστολὴν πρὸς αὐτοὺς διεπέμψαντο, Οὐάλεντι, καὶ Οὐρσακίῳ καὶ Γερμανίῳ χάειν ὁμολογοῦντες, καὶ τοῦ ὀρθῶς δοξάζειν τοὺς ἐν τῇ δύσει τὰς ἀφορμὰς αὐτοῖς ἀνατιθέντες. Hæc omnia, qvod & ab Occidente, & ab Occidentalibus Epiſcopis Oſio, Valente, atqve Urſacio miſſa, & in Occidentalium gratiam conſcripta fidei expoſitio dicatur, ſatis indicant alio qvàm Sirmienſis Synodi tempore fuiſſe contextam. Fuit enim non ſolum generalis iſta Synodus, ſed ab Orientalibus præſertim, Græcisqve celebrata: à qvibus præ cæteris, ut dictum eſt, Photini error diſputando convictus eſt. Ac ſi inter Acta Sirmienſis Concilii ſecunda illa formula cenſeretur, nunqvam Semiariani aut illud laudaſſent, aut ratum haberi ſine ulla exceptione poſtulaſſent; ſed nominatim repudiatis poſterioribus, de prioribus ejus Actis caviſſent. Verùm qvid hic tergiverſamur? Eſt enim evidens, & ſanè luculentum Hilarii ea de re teſtimonium: qvi in libro de Synodis dubitationem omnem eximit. Scripſit hunc librum ad Epiſcopos Gallicanos Hilarius paulo ante Ariminenſem Synodum; cùm ab illis interpellatus eſſet, ut de Actis Ancyrani Orientalium conſeſſus, deqve Sirmianæ blaſphemiæ damnatione perſcriberet. Qvibus morem ille gerens principio Sirmienſem ἔκθεσιν proponit, eandem planè cum ea, qvam Socrates, & Athanaſius referunt: cujus authores Oſium ac Potamium facit. Subjicit deinde Orientalium decretum, qvod adverſus iſtam formulam in Ancyrano Concilio ſtatutum eſt; idqve cùm mirificè prædicat; tum ſingulas ejus ſententias, & anathematiſmos uberrimè declarat. Poſtremò reliqvas ab Orientalibus editas Profeſſiones, qvæ cum Catholica fide conſentaneæ ſunt, exponit; qvibus ita præfatur. *Dignum autem eſt conſcientia communi etiam cæteras eorundem Epiſcoporum Orientalium* DIVERSIS ET LOCIS, ET TEMPORIBUS *conſcriptas fides noſcere, ut per plures confeſſiones ſinceritas conſcientiæ poſſit intelligi.* Subdit poſtea Sardicenſis Orientalium Synodi formulam. Tum ita pergit: *Conſeqvens autem eſt, ut eam nunc fidem retractemus, qvæ non olim tunc, cùm Photinus Epiſcopatu dejectus eſt, conſcripta eſt.* Mox Sirmienſis Concilii Pro-

De Sirmiensi & Ancyrano Concilio.

fessionem describit. Satin' apertè Latinam illam posterioremqve formulam ab Osio, ut scribit, editam, à Sirmiensi Concilio separat; qvod DIVERSO TEMPORE celebratum affirmat? Sed & cùm ita loqvitur, TUNC *cùm Photinus Episcopatu dejectus est*; itemqve cùm expositionem fidei contra Photinum scriptam explicans, his verbis orditur: *Necessitas & tempus admonuit eos, qvi* TUM *convenerant per multiplices qvæstiones latius, ac diffusius expositionem fidei ordinare &c.* non obscure aliud illius tempus esse significat. Hoc enim attentè considerari volumus; qvòd cùm deinceps *cæteras eorundem Orientalium Episcoporum diversis & locis, & temporibus conscriptas fides* expositurum se esse denunciasset, nullam præter Sardicensem, & Sirmiensem contra Photinum editam subjecerit. Ex qvo necessariò seqvitur, non minus istam, qvàm Sardicensem, si non locis ab Osiana & Latina posteriore diversis, temporibus certè non iisdem esse conscriptam. Postremò Sulpitius Severus Lib. II. Historiæ sacræ, liqvidâ apertâqve narratione multò id validius confirmat. Scribit enim post Sardicensem Synodum, & Ursacii ac Valentis pœnitentiam, interjecto deinde tempore, cùm Athanasius Marcellum, qvi in Sardicensi Concilio à Catholicis erat absolutus, parùm sanæ fidei compertum à communione suspendisset, Arianos ea occasione libenter usos, qvo Sardicensis Synodi decreta subverterent. Igitur astuto consilio Photini, Marcelli, & Athanasii damnationem miscuisse. Cùm enim propalam Ariani erroris sui dogmata prædicare non auderent, ac Catholicos se gererent, nihil prius sibi agendum ratos esse, qvàm ut Athanasium ab Ecclesia submoverent. Sed cùm literas de illa Photini, Marcelli, & Athanasii damnatione dedissent, restitisse Catholicos scribit; atqve inter cæteros Paulinum Treverensem ita subscripsisse: se in Photini atqve Marcelli damnationem præbere consensum, de Athanasio non probare. Qvare cùm illorum de Athanasio sententia repudiaretur, pleriqve à Constantio relegati; ac tum Arelatensis, & Biterrensis Synodi celebrantur: inde Mediolanensis; in qva insignes qvidam Episcopi in exilium pulsi, Dionysius Mediolanensis, Eusebius Vercellensis, Lucifer Calaritanus: Liberius qvoqve, & Hilarius. Qvæ omnia Arbetione, & Lolliano Coss. facta esse scribit. Hæc summatim Sulpitius. Qvibus superior ille agnitus à nobis & patefactus error convincitur. Vides enim post Sardicensem Synodum & receptos in communionem Ursacium, ac Valentem, aliqvanto tempore interjecto, Sirmiensem adversus Photinum celebratam Synodum, ante Arelatensem, & Mediolanensem, nec non anteqvam Liberius Papa, Eusebius, aliiqve proscriberentur. Atqvi Conciliabulum Arelatense, qvod à Saturnino celebratum est, anno Christi CCCLIII. contigit, cum Sirmio in Gallias profectus esset Constantius, ut in Annalibus legitur; Mediolanense verò anno CCCLV. Arbetione & Lolliano Coss. Tanto igitur antè tempore damnatus Photinus ac Sirmiensis peracta Synodus est, qvàm secunda fidei formula in eodem Sirmiensi oppido ab Ursacio, Valente, Osioqve prodiret, qvæ post relegatum Hilarium, nec longe ante Synodum Ariminensem edita est, ut ex eodem Hilario con-

ſtat: neqve poteſt anno CCCLVII. Sirmienſe Concilium ullo modo congruere. *De Sirmiensi & Ancyrano Concilio.*

Neminem vetuſtiſſimi erroris adeo tenacem fore confido, qvi non tot argumentis convictus noſtræ illi non opinioni; aut conjecturæ ſed certiſſimæ veritati ſuffragetur; adeoqve vehementer obſtupeſcat nemini hactenus mortalium tam immanem hiſtoriæ labem in tantâ doctrinarum omnium luce, tantâqve Annalium, & Chronicorum copiâ vel leviſſime [illegible] oluiſſe. Ac noſtris qvidem accuratis, atqve eruditis hominibus danda venia eſt, qvi Socratis, Sozomeni, atqve antiqvorum veſtigia ſecuti ſunt: illos ipſos erroris autores ac duces excuſare non poſſum; qvi ut illorum temporum viciniores erant, ſic ad eorum explorandam hiſtoriam inſtructiores eſſe debuerunt.

Poſteaqvam firmamentum ipſum falſæ narrationis, & caput evertimus, reliqva, qvæ huic innixa minus habent momenti, erroris non minus, ſuapte ſponte fracta infirmataqve concident. Ejusmodi eſt qvod de Ancyranæ Synodi tempore definitur; in eundem annum incidiſſe, qvo Photinus in Sirmienſi Concilio damnatus eſt, nempe anno CCCLVII. Qvod non modo falſum eſt, qvia longè ante hunc annum Sirmienſem illam Synodum celebratam paulo ante docuimus; ſed etiam qvod etſi hoc ipſo anno peracta ſit, non poteſt in eundem Ancyranus conventus incurrere. Hic enim ante Paſcha celebratus eſt: unde & pleriqve ob hiemem interclusi in Synodica Epiſtola dicuntur. Non potuit igitur eodem anno Sirmienſis Synodus fieri: niſi poſteriorem hanc fuiſſe velis; qvod longè eſt abſurdiſſimum: qvoniam ad oppugnandam Sirmienſem illam formulam, qvam in Concilio conſcriptam exiſtimant, Ancyrana eſt Synodus collecta. Qvinetiam poſtqvam hæc fidei profeſſio allata Sirmio eſt, nonnihil ante Concilium Ancyranum temporis interceſſit. Nam Hilarius Lib. de Synodis, Pag. 319. Occidentales Epiſcopos collaudat; qvòd *miſſam ad ſeſe ex Sirmienſi oppido infidelis fidei impietatem non modo non ſuſcepiſſent, ſed nunciatam etiam ſignificatámqve damnaſſent.* Qvo cum exemplo ſcribit excitatos Orientales Epiſcopos in Ancyrano Concilio *irreligioſorum audaciæ qvibusdam ſententiarum ſuarum decretis contradixiſſe.* Neceſſe eſt itaqve aliqvanto poſt publicatam Sirmienſem ἔκθεσιν ſpatio, Ancyranam à Baſilio Synodum eſſe conflatam. Qvid qvod Oſius ipſe, à qvo eandem illam profectam formulam âutor eſt Hilarius, annum integrum Sirmii retentus eſt, priusqvam ad conſenſum adigeretur? Qvare cùm non niſi poſt Junium menſem anni CCCLVI. Conſtantius Sirmii eſſe potuerit, conſeqvens eſt, anno ſeqvente, eodem circiter tempore, iſtam ab Oſio profeſſionem Arianos extorſiſſe. Atqvi diu ante, nimirum ſub Paſchale tempus, Ancyræ convenere Semiariani. Vides qvantus ſit apud illos rationum inter ſeſe, ſermonisqve conflictus. Sed ex iis, qvæ ſupra conſtituimus, qvæqve paulo poſt tractanda ſunt, apparet aliud Ancyranæ Synodo tempus eſſe tribuendum.

Nec minus qvod illi tam acriter pugnant indidem refellitur; Liberium Papam priori illi fidei profeſſioni ſubſcripſiſſe, qvæ in Sirmienſi

De Sirmiensi & Ancyrano Concilio.

Synodo contra Photinum est emissa. Qvippe aliqvot annis non Liberii modo restitutionem, sed exilium ipsum Photiniana damnatio præcessit. Fecerit Liberius, nécne, qvod fecisse pleriqve veterum Patrum, ut Athanasius, Hieronymus, aliiqve consentiunt, nihil ad institutam disputationem attinet. Etenim fieri potest, ut cum Ursacio, Valente, ac reliqvis Arianis communicaverit qvidem, & Athanasium damnaverit, sed hæreticæ pravitati neqvaqvam subscripserit; Hæretici verò etiam comprobatam ab illo Hæresin falso jactaverint. Hoc verò certissimum est, neqve priori illi contra Photinum editæ subscripsisse, &, si ex tribus Sirmiensibus aliqvam admiserit, non aliam, qvàm secundam, cui & Osius assensus est, comprobasse. Ac mihi qvidem purgandi ab omni Hæresis suspicione Liberii expedita qvædam ratio, & facilis occurrit; si oblatam qvidem illi secundam Sirmiensem ἔκθεσιν dixerimus: non integram tamen, aut cujusmodi apud Socratem, & Athanasium, atqve Hilarium legitur: sed priorem ejus partem; in qva τῆς ὁμοουσίας, & ὁμοιουσίας vocabula reticenda esse decernitur; qvod pacis ac qvietis studio complexus est. Verùm Ariani eidem formulæ reliqva postmodum intexuerunt, ac specioso Romani Pontif. nomine & authoritate suum dogma venditarunt. Dicam amplius, ne isti qvidem professioni subscripsisse Liberium; sed alteri cuidam, qva id unum caveretur, ne qvis consubstantialis vocabulo in posterum uteretur. Qvod cum de Catholica severitate Liberius remisisset, & Athanasii insuper damnationi consensisset, visus est in Hæresin prolapsus; eaqve postmodum opinio Arianorum fraudibus, & calumniis percrebuit; cùm Sirmiensem fidei formulam eodem tempore publicantes, eam ipsam, cui assensus erat Liberius, illam esse mentiti sunt. Cujus rei conjecturam ex Sozomeno licet capere: qvi Lib. IV. Cap. XIV. scribit, cum à Liberio Valens & Ursacius consensionem expressisset, vicissim ab eo professionem accepisse alteram, qva illi damnarentur omnes, qvi non substantiâ, cæterisqve similem Patris esse Filium assererent. Tum addit: Eudoxium, ac reliqvos Anomœos, qvi Antiochiæ versabantur, cùm Osii Epistolam, hoc est Sirmiensem formulam accepissent, id in vulgus sparsisse, Liberium τὸ ὁμοούσιον repudiasse, ac dissimilem Patris asseverasse Filium. Qvocirca perspicuum est Liberium Professioni illi Sirmiensi, qvam Osii & Potamii blasphemiam appellat Hilarius, minimè subscripsisse, in qva nominatim τὸ ὁμοιούσιον, qvemadmodum & τὸ ὁμοούσιον, rejectum est; imò vero & οὐσίας nomen ipsum: ac præterea pronunciatum; Patrem honore, dignitate, claritate, & majestate majorem esse Filio; qvi Patri cum omnibus ab eo sibi subjectis sit ipse subjectus. Qvomodo enim hæc approbari à Liberio potuerunt, qvi conceptis verbis Patri per omnia, adeoqve τῇ οὐσίᾳ similem esse Filium edixerit? Sed nimirùm simplicem ab eo controversi vocabuli suppressionem cùm extorsissent, cætera ad illam adjunxerunt: eaqve res ob damnati præsertim Athanasii invidiam, fidem apud Arianos perinde ac Catholicos obtinuit.

Liberii purgatio.

Hîc mihi præ cæteris Hilarii authoritatem objici posse video, qvi in fragmentis à Nicolao Fabro editis Epistolæ Liberii, qvam ad Orientales scripsit; qvâqve se à Demophilo fidem Catholicam, qvæ apud Sirmium prodita est, didicisse narrat, ista subjicit: *Perfidiam autem apud Sirmium descriptam, qvam dicit Liberius Catholicam à Demophilo sibi expositam, hi sunt qvi conscripserunt: Narcissus, Theodorus, Basilius, Eudoxius, Demophilus, Cecropius, Sylvanus, Ursacius, Valens, Macedonius, &c.* Sed qvicqvid de Fragmentis illis sentiendum sit, hæc profectò subscriptio ab Hilarii manu esse non videtur, sed imperiti cujusdam, qvi Arianæ sectæ divortia non satis perspexerat. Etenim Basilius iste, ac Silvanus; nec non & Macedonius ab Epiphanio, cæterisqve Semiarianorum principes censentur: qvorum adversus Sirmiensem illam professionem acerrima studia, ac contentiones extiterunt. Neqve verò tum, cùm ea est edita, Sirmii esse Basilius potuit; imò nec Eudoxius ipse, qvi hanc ab Ursacio & Valente missam Antiochiæ, ubi tum cum suis versabatur, accepit, & à solis Occidentalibus conscriptam esse datis ad illos literis testatus est. Qvæ omnia supra copiosè declarata sunt. De tertia fidei expositione qvid statuendum sit dicemus ad Numerum XXII.

De Sirmiensi & Ancyrano Concilio.

NOVA QVÆDAM EX VETERUM PATRUM TESTIMONIIS REI GESTÆ SERIES EXPONITUR.

PERGAM de Historiis, & Annalibus Ecclesiasticis benè mereri, ac qvemadmodum dirigi veritatis ad amussim debeant, proponam hoc loco breviter, ut hac offensione sublata, rectam deinceps viam omnes insistant. Initium à Concilio Sirmiensi capiam, qvod contra Photinianum dogma collectum à Constantio est. De qvo verissimum esse statuo, qvod Socrates ac Sozomenus scripserunt; celebratum esse Sergio ac Nigriano Coss. anno Christi CCCLI. qvod sine dubio ex Actis Concilii Sirmiensis compertum habuerant. Hoc enim è superioribus abstulimus, præsertim ex historia Sulpitii, Synodum illam ante Arelatense, & Biterrense Concilium indictam fuisse; hoc est ante annum CCCLIII. Igitur in annum illum convenit, qvem Historici veteres adnotarunt. Sed in eo hallucinati sunt, qvòd cùm triplex Sirmii edita esset fidei professio, uno eodemqve tempore & à Synodo decretas omnes existimarunt. At id secus sese habet. Nam in Concilio Sirmiensi prima duntaxat illa dictata est, qva Photiniani errores damnantur: qvamqve ut piam ac Catholicam descripsit, atqve explicavit Hilarius. Qvanqvam in eadem Synodo adversus Athanasium aliqvid præterea decretum ab Arianis testatur Sulpitius. Autor verò Sirmiensis illius formulæ non Marcus Are-

De S[illegible] Ancyrano Concilio.

chuſius, ſed Synodus ipſa, ut Hilarius innuit. Nam à Marco tertia, ut ſuo loco dicetur, eſt conſcripta. Poſt Sirmienſe Concilium, convictumqve ab Ancyrano Baſilio, & ab omnibus damnatum Photinum, cum jam Magnentius à Conſtantii legatis devictus eſſet, Imperator anno CCCLIII. in Gallias profectus eſt. Ac tum Arelatenſe Conciliabulum celebratur, in qvo pleriqve Catholici Præſules exulare juſſi, graſſante Saturnini perfidia.

Inde anno CCCLV. Arbetione, & Lolliano Coſſ. cùm jam Conſtantius Mediolanum perveniſſet, Synodus ibidem eſt habita, cæteraqve geſta, qvæ à Baronio diligenter explicantur. In reliqvis nutant Annales.

Anno CCCLVII. Sirmii, qvo Imperator anno ſuperiore ſeſe contulerat, nova fidei Expoſitio paucis ab Arianis Epiſcopis, præſertim Occidentalibus, procuditur, qvorum principes erant Urſacius & Valens. Cui mox invitus ac renitens licet ſubſcribit Oſius; non tamen Athanaſium ut damnaret adduci potuit: qvod in Epiſt. ad Solit. Athanaſius ipſe confirmat. Contigit hæc Oſii calamitas affecto jam anno CCCLVII. Qvippe poſt annum integrum, qvàm Sirmii à Conſtantio detentus erat, Arianæ profeſſioni aſſentiri coactus eſt. At Conſtantius Junio, vel Julio duntaxat menſe anni ſuperioris Sirmii eſſe potuit, ut ſupra probatum eſt. Qvare circa idem tempus anno ſeqvente extorta videtur ab Oſio perfidioſa illa confeſſio. Eſt autem ea ἔκϑεσις Sirmiana, qvam ſecundam omnes numerant, qvæqve ab Hilario blaſphemia Oſii, ac Potamii nominatur. Hujus cùm Arianos poſteà pœnituiſſet, operam dederunt, ut ea ubiqve ſupprimeretur, interpoſita etiam Imper. poteſtate, qvi ſupplicium iis, qvi illam penes ſe retinerent, interminatus eſt: Autor Socrates Lib. II. Cap. XXV. Per idem tempus Liberius Pontifex, qvi in Mediolanenſi Concilio ante biennium, hoc eſt anno CCCLV. Berœam glorioſiſſimè relegatus fuerat, Conſtantii Imperat. & Arianorum fraudibus ac terroribus infractus, ſimul recuperandæ ſedis, & patriæ deſiderio, Sirmium evocatus Athanaſii damnationi ſubſcripſit; unaqve fidei profeſſionem dedit, qva τῦ ὁμοϐσίϐ vocabulum concordiæ gratia reticeretur; licet Filium Patri ſubſtantiâ, omnibúsqve in rebus ſimilem eſſe defenderet. Qvam occaſionem Valens & Urſacius nacti ſecundam illam perfidiæ plenam fidei Profeſſionem, tanqvam à Roman. Pontifice comprobatam, ubiqve diſſeminarunt, & imprimis ad Eudoxium ejusqve ſodales Anomæos Antiochiam miſerunt. Qva re audaciores illi facti Aëtianum dogma, qvod timidè hactenus, diffidenterqve prædicabant, palam divulgare cœperunt. Ex qvo magna per Orientem ac Syriam perturbatio conſecuta. Cujus gratia Georgius Laodicenus Epiſtolam ſcripſit ad Baſilium Ancyranum, qvi ad Eccleſiæ, qvam nuper à fundamentis excitarat, Encænia finitimos Epiſcopos conciverat admonens, ut cum collegis ſuis graſſantem Anomœorum impietatem Synodico decreto jugularet. Ex iis labi illos opinione conſtat, qvi ex Theodoreto colligunt,

Liberium ab exilio revocatum esse, eodem illo anno, qvo Constantius Romæ degens à matronis interpellatus est. Siqvidem nonnisi post biennium, qvam ejectus fuerat, restitutus est Liberius. At anno CCCLV. Mediolani, uti dictum est, Imperator sententiam in illum dixit, & post Osii lapsum Sirmium accitus est. Qvare ita Theodoretus interpretandus est, ut cum qvidem Constantius matronis spem illius restituendi fecerit; sed id altero deinde anno præstiterit.

De Sirmiensi & Ancyrano Conciliis.

Anno CCCLVIII. Basilius Ancyranus acceptis Georgii literis, cognitisqve, qvæ Sirmii à Valente, & Ursacio gesta fuerant, cùm ad Ecclesiæ, uti dictum est, consecrationem conventum haberet Episcoporum, Ancyranam Synodum celebrat, in qva Sirmiensis Osii, ac Valentis, & cæterorum condemnata fidei formula est; statutumqve, Patri Filium substantia esse similem. Qva ex Synodo literæ scriptæ sunt ad Phœnices, & Syros; ubi Eudoxii Antiocheni studio Anomœorum perfidia flagrabat: qvas Epiphanius recitat. Deinde Legati ad Imperatorem Sirmium missi, Basilius ipse, Eustathius Sebastenus, Leontius Cyzicenus, qvi Eudoxianorum illic disturbatis consiliis, Imperatorem perpulerunt, ut adversus Eudoxium, & Anomæos ad Antiochenos scriberet. Tum autem, nisi fallor, accidit illud qvod è Socrate supra retulimus, ut Imperatoris mandato Osiana illa, sive secunda Sirmiensis abrogaretur formula: cùm Basilius Semiarianorum signifer plurimum apud Imperatorem gratiâ, & authoritate posset. Atqve ad Orientales illos tumultus, novámqve Hæresim exterminandam, Constantius Synodum autore Basilio Nicomediam indixit. Qvæ cùm terræ motu concidisset, ac subinde Nicæam, qvo Episcopos convocari placuerat, eadem calamitas afflixisset: tandem Basilius Imperatoris literis cum Episcopis aliis de idoneo loco deliberare jussus, cùm inter illos minimè conveniret, Sirmium ad Imperatorem advolat. Ibi Arianos Episcopos reperit; Marcum Arethusium, Georgium Alexandrinum, Valentem, & cæteros. Qvorum omnium consilio Constantius Seleuciam in Isauria ad Synodum delegit. Verùm Eudoxii, Acacii, Valentis, Ursacii Anomœorum opera factum est, ut divisis Episcopis, Occidentales qvidem Arimini, Orientales verò Seleuciæ congregarentur. In hoc Arianorum principum congressu accidit, qvod Hilarius Libro de Synodis narrat, ut Orientales Episcopi, qvi Sirmiensi blasphemiæ restiterant, autores ejus compellerent, ut subscribendo damnarent, qvod fecerant. Qvinetiam ex eodem Hilario colligitur, posteaqvam dividi Synodum placuit, principio Ancyram ad Orientalium consessum delectam fuisse. Scribit enim his verbis. *Sed maximè cùm comperissem Synodos in Ancyra, atqve Arimino congregandas, & ex singulis provinciis Gallicanis binos, vel singulos eò esse venturos.*

Cur autem in annum CCCLVIII. non superiorem, ut cæteri omnes, Ancyranam Semiarianorum Synodum contulerim, docebunt allatæ à me ante rationes, ex qvibus necessario hæc temporum partitio deducitur.

Anno demum CCCLIX. tertia illa Sirmiensis formula à Marco Arethusio, consentientibus Semiarianis, edita est; uti pluribus postea declarabitur. Qva conscriptâ, Valens ad Ariminensem Synodum eam detulit, qvæ

De Sirmiensi & Ancyrano Concilio.

hoc anno ab Occidentalibus habita, cùm Orientales Seleuciæ in Isauria convenissent.

Ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν.] Ancyrana ista Synodus non à solis illis, qvi ad Encænia convenerant, Episcopis habita est; sed alii præterea adfuerunt aliarum Provinciarum Episcopi: velut Eustathius Sebastiæ in Armenia: plerique autem hiemis difficultate interclusi sunt.

Καὶ τὰ ἐπὶ τῆς Κωνσταντινουπόλεως.] Post Concilia Tyri, ac Hierosolymis ab Arianis celebrata, cùm Athanasius Constantinum adiisset; hujus literis Constantinopolim acciti sunt Episcopi. Qvorum opera relegato in Gallias Athanasio Marcellus deponitur. Vide Socratem Lib. I. Cap. XXIII. Qvod anno CCCXXXVI. contigisse scribit Baronius.

Ἐπὶ τοῖς ἐγκαινίοις τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ.] De hac Synodo legendi Baroniani Annales anno CCCXLI.

Καὶ μετὰ ταῦτα κατὰ Σαρδικήν.] Sardicensem Synodum non Oecumenicam illam, & Catholicam intelligunt, in qva Athanasius restitutus, damnati verò Ariani Episcopi: sed Conciliabulum eodem tempore ab Arianis Philippis in Thracia celebratum, qvod Sardicensis nomine venditarunt. Cujus decretum extat in fragmentis Hilarii, ad Africanos Episcopos missum. Sozomenus Lib. III. Cap. X. autor est: constitutum in ea Synodo ab Arianis esse, uti *Consubstantialis* vocabulum à nullo deinceps usurparetur. Tum damnatos eos, qvi tres Deos esse dicerent, vel Christum negarent Deum: aut eundem esse Patrem, Filium, & Spiritum sanctum assererent: postremò qvi fuisse tempus sæculumqve crederent, qvo nondum Filius existeret. Socrates verò Lib. II. Cap. XX. de iisdem agens: *καὶ φανερῶς* (inqvit) *λοιπὸν τὸ μὲν ὁμοούσιον ἀναθεματίζουσι· τὴν δὲ τοῦ ἀνομοίου δόξαν ἐπιστολὰς συγγράψαντες, πανταχοῦ διαπέμπονται.* *Manifestè tùm Consubstantialis vocem anathemate damnant, opinionem verò, qvod Filius Patri dissimilis esset, per literas scriptas ubiqve disseminare cœperunt.* Itane verum est vel anathemate damnatam *Consubstantialis* vocem, vel Anomœorum dogma tum ab Arianis fuisse decretum? Imò verò falsum est. Non enim, opinor, Semiariani *τοῦ ἀνομοίου* olores acerrimi fidem in illa Synodo refloruisse dicerent, si in ea istud ipsum, cujus evertendi caussa convenerant, sacrilegium publicatum esset. Nam qvod ad *ὁμοουσίου* vocem attinet, certum est eam qvidem in Sardicensi pseudosynodo suppressam. non tamen anathemate damnatam. Qvandoqvidem in cæteris Arianorum conventibus, qvi postea subsecuti sunt, tametsi Consubstantialis appellatio ipsa dissimulata sit, non tamen ita repudiata, ut anathemati subjiceretur, sed tanqvam simplicius, ac præter expressam sacrorum Librorum authoritatem usurpata supprimi juberetur. Qvo etiam illud spectat, qvod supra ex Sulpitio commemoravimus, Arianos ad Sirmiensis usqve Concilii tempora nondum apertè Nicæni Concilii decreta oppugnare ausos esse: qvod profectò facerent, si non solum *τὸ ὁμοούσιον* anathemate damnarent, verùm etiam dissimilem esse Patris Filium liberè, apertéqve pronunciarent. Itaqve Sozomeno potiùs assentiendum, qvàm Socrati. Etsi apud hunc in editione novissima Græcolatina pro *τὴν τοῦ ἀνομοίου δόξαν* rescriptum est, *τὴν τοῦ ἀνομοουσίου δόξαν.* Qvod si ex veterum codicum authoritate factum est, non improbo.

Ἐι μὲν καὶ λογισμοῖς.] Corr. ἔτι μὴν καὶ λογ. Ostendit Basilius se de Sardicensi illo Orientalium, & Occidentalium dissidio opus qvoddam elucubrasse. *De Sirmiensi & Ancyrano Concilio.*

Ἐλπίζομεν διὰ τὸ τολμηρόν.] Forte leg. ἠλπίζομεν.

Ἐκθέσθαι εἰς τοῦτο τὸ εἶδος.] Hoc est in formula, professioneqve fidei nominatim ejus, qvod ab Hæreticis oppugnatur, mentionem adjicere.

N. III. Καθαρῶς τὴν τοῦ ἐξ ἀσωμάτου.] Leg. εἰς τὴν τοῦ.

N. V. Ὡς ὁ τετοκὼς βόλους δρόσου.] Qvædam exemplaria pro βόλους perperam βώλους exhibent, hoc est *glebas*. Nam Hebraicè scriptum est אגלי טל *stillas roris* Apud Nazanzenum Orat. XXXIV. circa finem, Interpres *glebas* vertit, qvasi βώλους exscripserit Nazanzenus. Atqvi non modo in excusis, sed etiam in vetustissimo Reg. βόλους apud Nazanz. non βώλους extat. Gregorius Magnus Lib. XXIX. Moral. Cap. XV. *stellas roris* legisse videtur, qvod mendosum est. Contra Ezech. XVII. 10. βόλος apud LXX. scribitur, ubi βῶλος substituendum σὺν τῷ βόλῳ τῆς ἀνατολῆς αὐτῆς ξηρανθήσεται. Hieron. ex LXX. *cum gleba germinis sui arescet*: qvod & Theodoretus agnoscit. Rectius Editio nostra: *in areis germinis sui arescet.* Nam Hebraice est ערגת, id est *area*. Atqvi articulus ipse masculini generis, qvi etiam apud Theodoretum βώλῳ præfigitur, βόλῳ scripsisse LXX. Interpretes demonstrat.

N. X. Καὶ εἴ τις τῇ σοφίᾳ.] Seqvuntur Anathematismi, paululum ab iis diversi, qvos ex eadem Semiarianorum Synodo recitat Hilarius.

N. XI. Καὶ εἴ τις ἐξουσίᾳ καὶ οὐσίᾳ.] Postremus hic anathematismus apud Hilarium non comparet: qvi sine dubio hæreticus est, qvatenus consubstantialem esse Patri Filium negat: hoc est neqve ὁμοούσιον, neqve ταυτούσιον esse, definit. Sed ὁμοούσιον propterea repudiari à se professi sunt Semiariani: *qvia per verbi hujus enunciationem substantia prior intelligeretur, qvam duo inter se partiti essent*, ait Hilarius. Tùm qvod *Patres illi, qvi Paulum Samosatenum hæreticum pronunciarunt, etiam homousion rejecerant, qvia per hanc unius essentiæ nuncupationem, solitarium atqve unicum sibi esse Patrem, & Filium prædicabat.* Postremò qvia novum, nec in Scripturis usurpatum hoc vocabulum erat. Qvibus omnibus eruditè Hilarius occurrit. Verùm cùm de re ipsa cum Catholicis consentire viderentur, de voce duntaxat dissidere, plurimum à sanctis Patribus commendati, ac pro Orthodoxis propemodum agniti sunt, ut ex eodem Hilario constat. Qvin & Athanasius Lib. de Synodis Arim. & Seleuc. de illis ita loqvitur: πρὸς δὲ τοὺς ἀποδεχομένους τὰ μὲν ἄλλα πάντα τῶν ἐν Νικαίᾳ γραφέντων, περὶ δὲ μόνον τὸ ὁμοούσιον ἀμφιβάλλοντας, μὴ ὡς πρὸς ἐχθροὺς διακεῖσθαι· καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς οὐχ ὡς πρὸς Ἀρειομανίτας, οὐδ᾽ ὡς μαχομένους πρὸς τοὺς πατέρας ἐνιστάμεθα, ἀλλ᾽ ὡς ἀδελφοὶ πρὸς ἀδελφοὺς διαλεγόμεθα, τὴν αὐτὴν μὲν ἡμῖν διάνοιαν ἔχοντας, περὶ δὲ τὸ ὄνομα μόνον διστάζοντας, &c. Qvanqvam superior anathematismus Arianam perfidiam redolet, cùm asserit, Patrem non ἐξουσίᾳ solum, sed οὐσίᾳ, Filii Patrem esse: qvod omnino falsum est, & hæreticum. Neqve enim Pater in Filium, qvatenus Deus est; & ab ejus οὐσίᾳ procedit, ἐξουσίαν ullam, aut potestatem obtinet.

N. XII. Τὸ τῆς οὐσίας ὄνομα.] Non mediocrem Epiphanio fraudem attulit omissa in hoc loco a Librariis interpunctio. Nam post Synodicam Ancyrani Conciliabuli, qvæ ab hoc numero deinceps seqvuntur, prout vulgò concepta

De Sirmiensi & Ancyrano Concilio.

lectio est, Epiphanii esse videntur: nec aliter ex Græcis Codicibus, tam Typis excusis, qvàm scriptis, adeóqve ex Cornarii interpretatione suspicari possis. Qvod nos ipsi cum Latina dictaremus expressimus. Qvid enim tum aliud possemus; cùm ad Græcum contextum Latina, qvoad fieri potest, accommodanda sint, &, si qvid illîc paulo vehementius depravatum occurrerit, id in Notas conjiciendum potiùs videatur, qvàm sine Veterum authoritate communis in contextu ipso solicitanda lectio. Cum hoc igitur in Latina nostra interpretatione retinendum putaverimus, hîc Lectorem gravissimi, & à nullo animadversi hactenus erroris admonebimus; simulqve Epiphanium nostrum ab invidia omni, ac culpæ suspicione liberabimus. Neqve enim profectò dubitandum est, qvin si ista scripserit Epiphanius, Semiarianorum, qvos hac in Hæresi vel acerrimè impugnat, fautor ac patronus extiterit, minimèqve Catholicus. Etenim nihil aliud tota hac narratione usqve ad Num. XXIII. pugnat, qvàm ὅμοιον κατὰ τὴν οὐσίαν, id est substantia similem esse Patris Filium: de ὁμοουσίῳ verò altum ubiqve silentium. Præterea hoc ipso Numero, sub finem ait, Filium ἀκούειν τοῦ Πατρὸς, καὶ ὑπουργεῖν τῷ Πατρὶ, *auscultare*, hoc est *obedire, & ministrare Patri.* Itemqve Num. XVIII. Pater dicitur αὐθεντικῶς ποιεῖν, Filius οὐκ αὐθεντικῶς, ἀλλ' ὑπουργικῶς. Qvod nemo nisi Arianus dixerit. Tum ubiqve adversus Anomæos solos disputat, qvam τὴν νῦν ἐπιφυομένην αἵρεσιν vocat, *nuper exortam Hæresim*: ut Num. XIII. autores ipsos καινοὺς αἱρετικούς. Item Num. XV. Constantium magnoperè collaudat, qvod Filium Patri per omnia similem esse pronunciaverit; *ut nos*, inqviunt, *Catholici credimus*. Itáne aut Catholicus ab Epiphanio habitus est Constantius, aut Catholicum illud est dogma, sine ulla Consubstantialis mentione Filium Patri duntaxat similem esse substantiâ? Nunqvam id Epiphanius scriberet. Qvare frustra hactenus omnes arbitrati sunt, hæc Epiphanii esse, qvæ sunt Basilii, ac Semiarianorum. Qvod qvidem tam certo à nobis demonstrabitur, nemo ut refragari possit, nisi qvi meridie lucere neget. Igitur Numero I. sub finem duas se Epistolas subjicere profitetur; unam Basilii, alteram Basilii ac Georgii Laodiceni, cæterorúmqve Semiarianorum. Harum prior à Num. II. ad XII. usqve subtexitur. Secunda nulla alia est, nisi qvæ ab hoc ipso N. XII. deinceps seqvitur. Qvod sanè citra ambagem omnem Epiphanius ipse significat, qvi Num. XXIII. post longam illam disputationem à XII. Numero propositam, ita loqvitur. Αὗται αἱ ἐπιστολαὶ μετετάγησαν πρὸς τὸ εἰδέναι ἕκαστον τῶν φιλολόγων, &c. *Hæ porrò Epistolæ à nobis hic attextæ sunt, &c.* Ergo plures antecesserunt Epistolæ. Qvænam autem altera est, nisi illa, qvam diximus, qvæ à Num. XII. ad XXIII. exclusivè continetur? Ita profectò sese res habet. Librariorum ea culpa fuit; qvi priori Epistolæ Synodicæ subscribenda hæc putarunt omnia: Ἐπληρώθη τῶν περὶ Βασίλειον, καὶ Γεώργιον ὁ ὑπομνηματισμός. Qvod esse falsum, unum illud argumento est; qvòd non à Georgio Synodica illa scripta est, sed eo absente, ejusqve literarum occasione à Basilio, ac reliqvis Ancyræ congregatis est edita: ut initio testantur. Qvamobrem ita distingvendum est Ἐπληρώθη. Hoc est: *Hactenus Epistola Synodica.* Tum qvod reliqvum est lemma est seqventis dissertationis. τῶν περὶ Βασίλειον, καὶ Γεώργιον ὁ ὑπομνηματισμός: *Basilii ac Georgii Commentarius.* Non enim tam est Epistola, qvàm fidei uberior ex-

Vide Annales A. 357. N. 22.

positio, cum eorum narratione, qvæ in nova Sirmii componenda formula inter Ursacium, Valentem, & Basilium, Georgium, ac Semiarianos reliqvos acciderunt. Qvanqvam potuit hic ipse Commentariolus Epistolæ instar ab Orientalibus Semiarianis ad Ariminense Concilium, & Occidentales Episcopos mitti. Nam sub idem tempus perscriptus videtur, qvo Valens ei formulæ subscribere ab Imperatore coactus est, qvæ Filium per omnia Patris esse similem asserebat, ut ex N.XXII. constabit, ad qvem nonnulla, qvæ hûc pertinent, conferemus. Vides, Lector, qvanti momenti res, tam levi ex observatione consecuta sit; ut Hæreticorum disputatio, qvæ perperam Epiphanii sese nomine & authoritate venditabat, tandem longo intervallo cognita, ac suis authoribus reddita, fucum lectoribus facere tanti nominis specie ac simulatione desierit. *De Sirmiensi & Ancyrano Concilio.*

N.XXIII. *Εἰς τὴν ἐκτεθεῖσαν πίστιν.*] Hæc vel ab Epiphanio ad superiorem Semiarianorum Commentariolum addita, vel ipsius Commentarioli sunt: in qvo præter expositionem fidei Acta nonnulla Basilius, ac Georgius præscripserant; qvod posterius magis arridet. Sciendum est autem *πίστιν* illam, de qva loqvitur, esse Professionem illam tertiam, qvæ Sirmii est edita, qvam Socrates, & Sozomenus falsò in Sirmiensi Synodo conscriptam asseverant. Nata est enim anno demum CCCLIX. Eusebio, & Hypatio Coss. XI. Kal. Junias, ut Athanasius Lib. de Synodis docet. Qvi dies Prid. Pentecostes fuit, qvod Epiphanius hoc in loco testatur. Vide qvæ Nicolaus Faber Præf. ad Hilarii fragmenta disputat pag. 375. Igitur post Ancyranum Concilium Basilius, aliiqve Semiarianorum legati Sirmium ad Imperatorem profecti literas ab eo contra Eudoxium, & Anomœos expresserunt. Tum de eorundem consilio Imperator ad res Antiochenæ Ecclesiæ componendas, qvam Eudoxius præter Canones occuparat, simul ad Aëtii & Anomæorum profligandam impietatem, novam Synodum congregare statuit; qvod supra in annorum Synopsi declaravimus. Postea cùm de Urbe, in qva consessus haberi posset, neqvaqvam Episcopi convenirent, Basilius anno CCCXLIX. rursus ad Imperatorem Sirmium advolat. Prior enim profectio in annum superiorem, qvo & Ancyranum Concilium celebratum est, incurrit. Ibi cùm Ursacium, Valentem, Marcum Arethusium, Georgium Alexandrinum, Germinium, aliosqve factionis Arianæ principes offendisset, cum illis congressus est, ac post longam altercationem, demum allaborante Constantio, in eam fidei professionem consensum ab omnibus est, ut *οὐσίας*, & *ὁμοουσίου* abolitis vocibus, Filium Patri per omnia similem affirmarent: Cui Valens invitus subscripsit: Basilius verò, qvòd impetrare minimè potuisset, ut in formula ipsa *substantiâ similis* diceretur Filius, in subscriptione sua qvid sentiret, testatum voluit, ut hoc loco narrat Epiphanius. Valens cum hac formula fidei statim ad Ariminense Concilium perrexit. Inter Hilarii fragmenta extat Epistola Germinii, ex qva illud præterea cognoscitur: Cùm præsente Constantio longiùs ad noctem usqve prolata esset de fide disputatio, & ad certam regulam perducta, Marcum Arethusium ab utraqve parte esse delectum, à qvo Sirmiensis illa formula dictata; cui Coss. præfixi sunt. Ex qvibus apparet, Germinium, cùm hactenus Anomœorum perfidiæ cum Valente & Ursacio fuisset: qvibus cum etiam Hosium ad

De Sirmiensi & Ancyrano Concilio. ὁμοουσίου, & ὁμοιουσίου tollendas è medio voces adegerat, ut Lib. IV. Cap. XI. scribit Sozomenus, ab illis paululum dissensisse, & suppressa τῆς οὐσίας mentione Filii per omnia cum Patre similitudinem agnovisse.

Γερμανοῦ, Ὑπατιανοῦ.] Alii Γερμανίου. Sed Γερμινίου leg.

N. XXIII. Διηνέχθησαν οὖν οἱ αὐτοί.] Basilius Ancyranus post Sirmiensem Synodum, in qva strenuam adversus Photinum operam navaverat, apud Imperatorem gratia plurimum, & authoritate valuit. Nam ab Ancyrano Concilio ad illum allegatus nihil non obtinuit, adeo ut Eudoxium, ejusqve suffragatores Imperatoris edicto percelleret. Mox in Ariminensi, & Seleuciensi Synodo congregandis præcipuas partes egit. Verùm paulo post Acacii factione dejectus non modo Imperatoris gratia, sed Episcopatu insuper excidit. Flagrabant per illa tempora non solum inter Arianos, & Catholicos, sed inter ipsos Arianos dissidia. Qvorum dux potissimum factiones erant. Qvidam enim ex illis meri dogmatis fautores nihil, qvod ad οὐσίαν & substantiam pertinet, commune esse Filio cum Patre sentiebant: ideoqve tam ὁμοιούσιον, qvam ὁμοούσιον repudiabant; nec ullam omnino τῆς οὐσίας mentionem admittebant; pro eo ac pluribus in illorum Conciliabulis decretum fuerat maximè in secunda Sirmiensi formula, qvam Osii & Potamii blasphemiam Hilarius appellat. Horum principes erant Eudoxius, qvi Antiochenam sedem occuparat Aëtii patronus, Georgius Alexandrinus, Euzoius, qvi Antiochiæ post exauthoratum Meletium suffectus est: nec non Acacius Cæsariensis, Uranius Tyri Episcopi; in Occidente verò Ursacius, & Valens, Germinius, aliiqve innumeri. Qvod enim Aëtianam perfidiam cum Eudoxio Acacius, cæteriqve propugnaverint, testatur Sozomenus Lib. IV. Cap. XI. Alii verò ex eodem Arianorum grege à magistri sui impietate paululum descíscentes οὐσίας vocabulum, & Filii in omnibus, adeoqve in substantia, similitudinem agnoscebant. Qvorum signiferi ac duces erant Basilius Ancyranus, Georgius Laodicenus, Silvanus Tarsensis, Sophronius Pompeiopolitanus, Eleusius Cyzicenus, Macedonius Constantinopolitanus, &, ut Socrates ac Sozomenus volunt, etiam Cyrillus Hierosolymitanus. Hæc duo Arianæ sectæ capita fuerunt, qvorum in dogmate ipso dissensio versabatur. Tertia deinde non tàm ex erroris varietate, qvàm ex odiis & offensionibus exorta factio est, Acacianorum videlicet. Etenim Acacius Cæsariensis cum Meletio, & Uranio Tyrio, Eutychio Eleutheropolitano, & aliis qvibusdam suas ipse partes constituit, ac Semiarianorum ducibus acerrimè restitit in Seleuciensi Concilio. Qvi in eo, ut opinor, ab Eudoxio, aliisqve præfractis Aëtianis discrepabat, qvòd Filium creaturam esse, aut Patris dissimilem etsi perinde atqve illi sentiret, non tamen liberè, audacterqve profiteretur. De his consule Socratem Lib. II. Cap. XXXI. & seqventibus: Theodoret. Lib. II. Cap. XXVII. Sozom. Lib. IV. Cap. XXI. ac deinceps.

Τῶν περὶ Βασίλειον, Φημὶ, καὶ Γεώργιον, καὶ Σιλουανόν.] Hunc ipsum Silvanum refert Theodoretus Lib. II. Cap. XXVII. τὸ ὁμοούσιον coram Imperatore defendisse. Qvod valdè miror. Nam in Seleuciensi Conciliabulo hunc unum adversus Acacianos pertendit, ut Antiochena formula retineretur, ait Socrates Lib. II. Cap. XXXII. Qvid autem in animo habuerit is, qvi οὔσιον apud Theo-

Theodoretum pro *ὁμοούσιον* reponendum censuit, docere ipse debuerat. Nam vox illa ὄστιος non est nauci. *D. Sirmiensi & Ancyrano Concilio.*

Οἱ περὶ Εὐδόξιον.] Corrupta sine dubio, neqve satis integra ista sunt. Neqve enim Eudoxius, ac Georgius Alexandrinus à Basilii, aut Semiarianorum partibus stetere, qvibus cum vehementissimè contendebant. Nos qvæ desunt in Latino supplevimus.

Καὶ Οὐρανίῳ τῷ Τυρίῳ.] Apud Socratem sæpius *Ursacius* pro *Uranio* perperam substitutus est.

Τότε καταςαθέντων κατ' αὐτῶν.] Leg. ut est in margine, *καταςαθέντα.* Nam deposito in Seleuciensi Concilio à Basilio & Semiarianis Eudoxio, suffectus est Anianus, qvi ab Acacianis per Lauricium & Leonam in exilium ejectus est. Socrates Lib. II. Cap. XXXII.

Διὰ τὴν πρὸς τὸν Κύριλλον ἔχθραν.] Expungenda omnino negandi particula. Nam Eutychius pro suo in Cyrillum odio sese ad Acacium aggregavit; qvo cum Cyrillum Hierosolymitanum de Episcopatu dimovit.

N. XXV. *Οἱ συνελθόντες Ἐπίσκοποι.*]. De Seleuciensi Conciliabulo, qvod Ariminensis *ἀντίμιμον* appellat Socrates, vide cùm Socratem ipsum, tùm reliqvos omnes Ecclesiasticarum rerum, & Annalium Scriptores.

Celebrata est Seleuciensis Synodus anno Christi CCCLIX. Eusebio, & Hypatio Coss. coram Lauricio & Leona Comitibus, qvos ei moderandæ Constantius præfecerat. Primus consessus celebratus est Sept. XXVII. qvo die altercationes extiterunt, qvod jubente Leona ut de fide sententiam ferrent, negarent absentibus Basilio, Macedonio, Patrophilo, ac cæteris, qvi male sibi conscii tùm aberant, qvicqvam posse decerni. Sed instante nihilominus Leona, cùm de qvibusdam, qvi accusati erant, cognitionem habendam ante Episcopi statuerent, qvam de fidei dogmatibus ageretur: (Delati enim erant Cyrillus, Hierosolymitanus, Eustathius, Sebastenus, & alii nonnulli) pervicit tandem Comes, ut de fide qværendum prius esse videretur. Ibi Acacio novam fidei formulam, & Nicænæ penitus contrariam offerenti Silvanus, cæteriqve Semiariani vehementissimè restiterunt. Qvare Acacianis inde digressis, lecta est Antiochena *ἔκθεσις.* Qvam postridie in Seleuciensi Ecclesia, occlusis foribus subscriptione sua comprobarunt. Seqventi luce, qvæ Synodi tertia fuit, cùm jam Basilius, & Macedonius interessent, Acacius cum Leona ingressus primum obtinuit, ut illi ipsi, qvi accusati erant, ab eo cœtu summoverentur. Deinde novam fidei formulam per Leonam proposuit, qvam Epiphanius recitat. Sed reclamantibus cæteris, cùm nullus contentionum ac simultatum exitus esset; Leonas ad Concilium redire noluit: ut nec Acaciani, qvi ob contumaciam à Semiarianis depositi sunt. At illi Constantinopolim ad Imper. profecti, hunc adversus Basilium, Georgium Laodicenum, reliqvamqve factionem majorem in modum concitarunt. Plura de his Socrates.

Πρὸ πέντε Καλανδῶν ὀκτώ.] Post *ὀκτὼ* interpungendum; ut sit dimidiata vox pro *Ὀκτωβρίων.*

Καθὼς καὶ ὁ λαμπρότατος.] Apud Socratem Cap. XXXI. Leonas dicitur *εἷς τῶν ἐν βασιλικοῖς ἐκφανῶν*: Lauricius verò *τῶν κατὰ τὴν Ισαυρίαν ςρατιωτῶν*

Ee

De Sirmiensi & Ancyrano Concilio. ἡγȣ́μενος, Theodoreto ὁ τῶν στρατιωτῶν τȣ̃ ἔθνȣς ἡγεμών. Qvos cùm λαμπροτάτȣς Synodus appellet, *clarissimos* interpretari malui, qvam, ut Cornarius, *illustrissimos*, Nam ut de Leona taceam, de qvo nihil comperi, Lauricius certè ἔθνȣς ἡγεμὼν, hoc est Isauriæ Præses fuit, qvem ne clarissimum qvidem fuisse, sed perfectissimum potius Guida Pancirolus Notitiæ Cap. CXV. putat.

N.XXVI. Ὑπέγραψαν οἱ παρόντες.] Tam hoc à vero alienum est, qvàm qvod maximè. Nunqvam Basilius aut Marcus Acacianæ isti formulæ subscripsit, ut nec Occidentis Episcopi, qvi Arimini, non Seleuciæ convenerunt. Deinde qvorsùm bis Georgii, ac Pancratii repetita subscriptio? Atqvi non aliter Epiphanium scripsisse, aut sensisse necesse est, qvàm ut Professioni illi Basilius, Marcus, aliiqve subscripserint. Nam in fine subscriptionum Episcopos numerat XLIII. qvot revera sunt, si Basilium, Marcum, reliqvosqve complectimur. Socrates autem Cap. XXXI. non plures qvàm XXX. cum Acacio, Georgio Alexandrino, Uranio, & Eudoxio conspirasse in eam formulam refert: ut in totum sint XXXIV. Satis igitur constat hæc postrema, ὁμȣ̃ Ἐπίσκοποι μγ, Epiphanii non esse, si hunc ab erroris culpa liberare velimus: Neqve porrò priores illos, Basilium, Marcum, Hypatianum, & Occidentales Episcopos Acacianam ἔκθεσιν approbasse. Qvare aut eorum inducenda nomina: aut ita legendum est, γνωρίζȣσιν οἱ ἐντυγχάνοντες τῇ πίστει, ἣ ὑπέγραψαν οἱ παρόντες, Βασίλειος, &c. καὶ οἱ πλεῖστοι Ἐπίσκοποι τῆς δύσεως. Tum Γεώργιος Ἐπίσκοπος, &c. Affirmant enim Acaciani editam à se fidei confessionem cum ea consentire formula, in qvam Sirmii cum Valente, Ursacio, & Occidentalibus convenere Basilius, Marcus, Georgius, aliiqve, qvos Germinius in Epistola, qvæ inter Hilarii fragmenta reperitur, enumerat: nempe Georgium Alexandrinum, Pancratium Pelusinum, Basilium Ancyranum, Valentem, Ursacium, & Marcum. Restituenda enim Pancratii vox est in Germinii Epistola: ubi ita scriptum est: *& Georgio Episcopo Alexandrinorum Ecclesiæ * * Pelusinorum.* Imò verò fieri potest, ut Hypatiani qvoqve nomen à Germinio commemoratum exciderit. Nam Epiphanius in calce Num. XXII. inter eos, qvi Sirmiensi formulæ subscripserunt, affuisse narrat cum cæteris Hypatianum: qvi Heracleæ fuit Episcopus; ut ait Sozom. Lib. VI. Cap. VII. Ubi obiter emendandus est, dum ait Macedonianos, qvi postea Lampsaci convenerunt, Valentiniano & Valente imperantibus fuisse ὁμοȣσίȣ propugnatores. Legendum est enim ὅσοι ἄλλοι ὁμοιȣ́σιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν λέγειν ἠξίȣν. Est enim non Sozomeni error, sed Librarii.

Εὐστάθιος Ἐπίσκοπος Ἐπιφανίας.] Scrib. Ἐπιφανείας. Qvo nomine complures censentur. Est enim ad Orontem una, altera ad Euphraten: alia in Cilicia, ut de reliqvis sileam.

Εὐδόξιος Ἐπίσκοπος.] Non alium opinor esse, qvàm Antiochenum. Hic enim conjunctam cum Acacio caussam habuit: cum eoqve in Seleuciensi conventu à Semiarianis in ordinem redactus, vicissim illos in Constantinopolitano Concilio perculit. Sed si is est, mirum valde, qvomodo non post Georgium saltem Alexandrinum subscripserit, qvi utiqve ante Orienta-

les & Syros Episcopos nominandus fuit.

Παγκράτιος Ἐπίσκοπος Πηλϑσίϑ.] Qvi & Sirmiensi tertiæ Professioni cum Marco, Basilio, ac cæteris [illegible] scripserat.

N.XXVII Οἰνϑνεχέας ἑαυτῶν.] Variæ [illegible] ab Arianis diversis temporibus editæ professiones fidei : qvarum nove[illegible] omnino ad Constantinopolitanum usqve Conciliabulum, qvod à Seleu[illegible] ensi proxime est habitum, recenset Socrates: sed & Athanasius Lib. de Sy[illegible]. ex qvo tamen decem colliguntur. Qvas hoc loco attingam breviter.

Prima fidei ἔκθεσις Antiochiæ [illegible] ncæniorum tempore scripta Marcellino & Probino Coss. A. CCCXLI. ubi de ὀσία verbum nullum.

Secunda in eodem conciliabulo edita, paulo longior: ubi Filium μονογϑνῆ Θεόν, ac τῆς ὀσίας εἰκόνα nominarunt.

Tertia ibidem à Theophronio conscripta : qvæ & ὀσίας vocabulum supprimit.

Qvarta paucos post menses per Narcissum, Marim, aliosqve in Gallias ad Constantem missa. In hac damnati qvi dicerent ἐξ ὀυκ ὄντων τὸν ὑιόν, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποσάσεως, καὶ μὴ ἐκ τϑ Θεϑ γενέσϑαι, aut fuisse aliqvando tempus, cùm non esset.

Qvinta post triennium in Italiam missa μακρόστιχος, hoc est longior appellata. Qvam qvidem Antiochiæ contextam in Annalibus repetio. Sed hoc neqve Socrates, ac Sozomenus, neqve Athanasius referunt. In qva τῆς ὀσίας mentio nulla.

Sexta in Concilio Sirmiensi contra Photinum edita anno CCCLI. de qva in superioribus abundè dictum est.

Septima Sirmii anno CCCLVII. Latinè scripta est, de qva, ut & de *Octava*, qvæ Ariminum perlata est, conscriptáqve anno CCCLIX. satis antea disputavimus.

Nona est Acaciana Seleuciæ proposita, qvam cum Sirmiensi tertia consentire autores illius asserunt.

Decima Constantinopoli ab Acacio, Eudoxio, aliisqve conflata. Qvæ ὀσίας & ὑποσάσεως nomina commemorari vetat : similem tamen Patri Filium esse definit. His *undecimam* addit Athanasius Antiochiæ ab iisdem istis publicatam, ubi superiorem emendarunt, ac dissimilem Patris Filium audacter pronunciarunt. Unde Anomœi, & ἐξϑκόντιοι appellari cœperunt.

N.XXIV. Καὶ νύκτωρ φυγαδεύεται.] Bis Antiochiâ pulsus est Meletius. Primùm à Constantio, qvòd Arianum dogma minimè, uti spes erat, foveret. Inde à Valente. Nam sub Joviano Antiochiæ Concilium habuit, in qvo Macedoniani, & Acaciani Nicænam fidem amplexi sunt. Socrates Lib. III. Cap. XXI. Post Joviani obitum à Valente relegatur : ut idem Lib. IV. Cap. II. cæteriqve produnt. Qvamobrem qvod scribit Epiphanius, ἕως τϑτϑ τϑ χρόνϑ, non sic intelligendum est, ut perpetuum a Constantii tempore fuerit exilium. De Meletio verò, ac triplici Antiochenæ Ecclesiæ divortio eosdem rerum Ecclesiasticarum Scriptores consules.

N.XXXV Πλὴν ἐν ἑνὶ μέρει.] Non propterea damnandus est Meletius, quod locum illum ex Proverb. Cap. VIII. ὁ θεὸς ἔκτισέ με, &c. de increata Sapientia, ac Dei Verbo interpretatus fuerit. Hoc enim pleriqve Patres fecerunt: ut Ignatius Martyr Epist. ad Trall. Athanas. de Decretis Nicænæ Synodi, & alii complures.

XXXVII. Ἐξ αὐτῶν γὰρ Εὐζώϊος.] Cæsariensis iste καὶ ἀντιδιαστολὴν dicitur; ut ab altero discernatur, qvi cùm Diaconus Alexandrinæ esset Ecclesiæ, cum Ario pulsus postea Antiochenam sedem obtinuit. At Cæsariensis Acacio succedens successorem ipse Gelasium habuit; ut Hieron. Lib. de Script. Eccles. testatur. Qvo in Libro Euzoii insuper istius meminit, eumqve scribit cum Gregorio Nazanzeno Thespesii Rhetoris auditorem Cæsareæ fuisse; Cujus urbis Episcopatum adeptus *plurimo labore corruptam bibliothecam Origenis, & Pamphili in membranis instaurare conatus est: ad extremum sub Theodosio principe Ecclesia pulsus est.*

XXXVIII Τοῦ ὑπὸ Γεωργίου τοῦ Ἀλεξανδρέως.] Socrates Lib. II. Cap. XXVIII. & Sozom. Lib. IV. Cap. XI. Aëtium scribunt à Leontio curato Antiochiæ Diaconum ordinatum: qvod & Suidas, ac Nicephorus seqvitur.

AD HÆRESIM LXXIV. PNEVMATOMACHORUM.

De Pnevmatomachis, eorumqve principe Macedonio agit Socrates Lib. II. Cap. XXXV. Sozom. Lib. IV. Cap. XIX.

AD HÆRESIM LXXV. AERIANORUM.

N. I. Ὅπως ἐν τῷ Πόντῳ καλεῖται.] Vide Nazanzeni elegantem illam Orat. περὶ φιλοπτωχίας, & Nicetæ ad eam Scholion.

Καὶ τὰς λελωβημένους, καὶ ἀδυνάτους.] Propriè ἀδυνάτους appellant *causarios*. Vide Harpocrationem, & Lysiam Orat. περὶ τοῦ Ἀδυνάτου.

Νομίσειε δ' ἄν τις.] De Eustathio Sebasteno adi præter Ecclesiasticarum rerum Scriptores, Basilium Epist. LXXIV. & aliis qvibusdam seqventibus. Hunc ab altero ejusdem nominis Eustathio, qvi in Gangrensi Synodo condemnatus est, diversum esse probat adversus Socratem, Sozomenum, & cæteros, in Annal. Baronius, ad A. 319.

Ἔδοξε δὲ καὶ πρὸς Λιβέριον.] Macedoniani sub Valente Imperatore ab Arianis oppressi Legatos ad Liberium Papam destinant, Eustathium Sebastenum, Silvanum Tarsensem, & alios, per qvos εἰς τὸ ὁμοούσιον consentientes recepti sunt. Sed ea consilia ab Eudoxio postea disturbata sunt. Vide Socratem Lib. III. Cap. XI. Eustathius porrò Liberij Pontificis literis fretus in Tyranensi Concilio restitutus est. Basilius in Epist. LXXII. & LXXXIV.

N. III. Καί φησι, τί ἐστιν Ἐπίσκοπος.] Habes in Aërianis expressam hujus temporis Hæreticorum imaginem. Qvare cùm illorum dogmata, qvibus recentiores isti patrocinantur, damnat, ac refellit Epiphanius, plenum gravitatis authoritatisqve judicium in eosdem ipsos pronuntiat.

Τὴν οἰκονομίαν τῆς λατρείας.] Qvid ſit dicetur ad expoſitionem fidei.

N. IV. *Καὶ ὅτι μὲν ἀφροσύνης ἐστίν.*] Diſputavit de ea qvæſtione copioſiſſimè Baronius ad annum LVIII. ubi difficillimum ex Hieronymi authoritate nodum diſſolvit: qvi in Epiſtola LXXXV. ad Evagrium, nihil olim Epiſcopos inter ac Presbyteros fuiſſe diſcriminis affirmaſſe videtur.

N. V. *Οὕτω τῆς Ἐκκλησίας λαβούσης.*] Qvi ad Epiphanii mentem diligenter animum adjecerit, non dubitabit, qvin *οὕπω* pro *οὕτω* huic loco ſit aptius.

N. VI. *Μασμαρὼθ ἅ τινά ἐστι διυλιστήρια.*] Nullum ejusmodi vocabulum in ſcripturis reperio. Proxima vox huic eſt מזמרות inter templi vaſa, qvæ à Babyloniis direpta commemorantur Hierem. LII. 19. Sed non *διυλιστῆρας* ſignificat, verùm *φιάλας*, apud LXX. Hieron. *Pſalteria.* Alii *emunctoria.* Sanè שמרים *fæces* ſunt. Sed ab ea voce haud ſcio an משמרות derivari poſſint pro *colis*,

N. VII qvibus vinum defæcetur. Ita *μιδικὼθ* idem eſſe ac *κυάθους* nondum comperi: qvam vocem Lib. de menſ. & pond. repetit, pag. 182. ut & antecedentem. Sed *κυάθους* vocat *μεδεκὼθ*. Verùm מנקיות à LXX. *κύαθοι* redduntur.

Luculentus eſt hic Epiphanii locus, ex qvo variorum rituum, qvos Catholica ac Romana Eccleſia hodiéqve retinet, vetuſtas aſſeritur. Cujusmodi ſunt certorum dierum jejunia, preces pro mortuis, & ſanctorum perinde ac cæterorum fidelium commemorationes. De qvibus aliisqve compluribus agit in calce hujus operis, in Expoſitione Fidei Catholicæ. Qvamobrem in illum ipſum locum opportunius conferetur, ſi qvid ad illuſtrandam Catholicorum dogmatum antiqvitatem adnotandum videbitur.

AD HÆRESIM LXXVI. QVÆ EST ANOMOEORUM.

N. I. *Περαχθέντα διὰ τὴν αὐτοῦ.*] Conſtans eſt in ea opinione, qvam ſupra propoſuit. ut Aëtium, qvem à Leontio Antiocheno cæteri Diaconum ordinatum aſſerunt, à Georgio Alexandrino id dignitatis conſecutum exiſtimet.

Πῶς μὲν τὴν νίτρον ἅπασαν ἐξέλαβε.] *Nitrariæ egregiæ Ægyptiis.* ait Plinius Lib. XXXI. Cap. X. Hinc Nitria Ægypti Præfectura, à nitri copia, ut refert Sozomenus Lib. VI. Cap. XXX. Horum igitur, ac reliqvorum vectigalium redemptor fuerat Georgius: qvod *ἐκλαβεῖν* appellat Epiphanius. Neqve enim aliter interpretari iſta poſſumus.

Ὡς καὶ κλίνας ἐπενόησε.] Qvòd à Catholicis Imperatoribus probâ ac laudabili lege conſtitutum: Conſtantinopoli qvidem maximè à Conſtantino. Nam à Decanis, & lecticariis publicè elata ſunt corpora, qvos & *κοπιατὰς*, & *veſpillones* nominant, de qvibus in calce operis hujus. At Georgius Arianus, mortalium omnium ſordidiſſimus, ex ea re lucrum ac compendium captabat.

Καὶ σιωπῶ τὰ ἄλλα λέγειν.] Verbum *κομίζεσθαι* aliter fortaſſis interpretandum, qvàm ut in Latinis noſtris exprimitur: Nimirum qvæſtum ex re qvalibet feciſſe Georgium: utputa ex lautitiis & cupediis, qvæ Alexandriæ vendebantur, maximè in *εὐδαιμόνων λαύρᾳ* de qva ad Arian. Hær. dictum eſt: tum cæteris ex rebus. Qvibus accedunt qvæ per ſummam crudelitatem exigebat. Nam Alexandrinorum Epiſcoporum magna Alexandriæ poteſtas fuit. De Dioſcori Alexandrini itidem Epiſcopi iniqvis ac tyrannicis exactionibus multa ſparſim extant in Chalced. Synodo.

N. III. Γεγονότες ἅμα Ἀστερίῳ τινί.] De qvo Socrates Lib. I. Cap. XXXVI. Sozom. Lib. II. Cap. XXXI. Meminit & Athanasius Lib. de Synodis. Hic qvòd in persecutione sacrificasset, ordinari, qvod apprimè cupiebat, non potuit.

Ὑστερον ὑπ' αὐτῶν τῶν Ἀρειανῶν.] Ab iis videlicet Episcopis, qvi ex utroqve Concilio, Ariminensi ac Seleuciensi, Constantinopolim ad Constantium missi erant: qvibus cum disputavit Aëtius. Sozomenus Lib. IV. Cap. XXII.

N. VII. Ἀπὸ μὲν τοῦ Ἑβραϊκοῦ ὕτως.] Hebraicè ita concipitur: פתחו שערים ויבא גוי צדיק שמר אמנים יצר סמיך תצר שלום שלום כי בך בטוח ביהוה עדי עד כי ביה יהוה צור עולמים Ex qvibus Hebraica Græcè scripta corrigenda sunt. Velut pro ὑιαβωιτῶν, leg. ὑιαβῶ γωΐ. Mox pro βετοῦβ leg. βετοῦ. Pro ἀδδὼθ, ἀδδὲ ὠδ. Item pro σωδωλεμεΐμ leg. σωρολεμεΐμ. In Græco verò Aqvilæ pro φύλαξις εἰρήνης, fortè scribendum φυλάξεις εἰρήνην.

N. X. Ἐπειδὴ ἐν καιρῷ τοῦ ἐπενεχθέντος.] Ex hoc Aëtii Opusculo verissimum esse senties, qvod de eodem Socrates, Sozom. & paulo ante Epiphanius noster asseverabat, nempe Sophisticis argutiis, & cavillationibus fretum Aëtium fucum veritati fecisse. Sed cur χρονίτας vocat eos, à qvibus damnatus est, nimirum Arianos ipsos? Epiphanius qvidem in Responsione, dum χρονιτῶν vocabulum in ipsos retorqvet Anomœos, aitqve Catholicam Ecclesiam temporalem dici non posse, qvòd ab æterno fuerit, ita videtur accepisse, qvasi χρονίτας adversarios suos Aëtius appellaverit, qvòd illorum fides nova esset, ac nupera. Hoc utrum intellexerit Aëtius, non facilè dictu est. An potiùs χρονίτας dixit, hoc est temporarios, miniméqve stabiles, neqve in suscepta fide constantes, qvi ad Imperatoris nutum & gratiam sese, ac credulitatem suam accommodarent? Cujusmodi Acacius, Eudoxius, ac cæteri fuerunt, qvi Aëtium, cui hactenus faverant, metu Imperatoris damnarunt. Sanè πρόσκαιρος, *temporalis*, Matt. XIII. 21. appellatus ille, qvi suscepto Dei verbo in persecutione descíscit.

Confut. V. Ἐν τε ταῖς Σοφίαις.] Ex hoc loco discant Hæretici, qvod Epiphanii de iis Libris judicium fuerit, qvos illi à Canone rejiciunt: qvos qvidem tam hic, qvàm alii veteres Patres inter scripturæ libros, & θείας γραφὰς recipiunt.

Confutat. XVII. Κἂν τε πνευματικῶς ἀνακειμένοι.] Qvæ Parenthesi includi jussimus, ea loco suo dimota sunt, & in tertio versu ad hunc modum reponenda. κἄν τε εἴποι ὁ πνεῦμα ὤν, καὶ μονογενής.

AD HÆRESIM LXXVII. DIMOERITARUM.

N. II. Δὶς ὡς ἀνάγκη γέγονε.] Duplex illis temporibus habita Synodus est, in qvâ error Apollinarii damnatus est. Prima Alexandriæ ab Athanasio, & Eusebio Vercellensi, postqvam Juliano imperante, Georgio ab Alexandrinis occiso, sedi suæ restitutus est Athanasius, anno Christi CCCLXII. Altera Romæ sub Damaso, anno Christi CCCLXXIII. Vide Annales Ecclesiasticos. De hoc posteriori Concilio, cujus recens cùm hæc scriberet Epiphanius memoria erat, eundem intelligendum existimo.

N.XV. *Οὐκοῦν χρείαν ἔχε.*] Fuit hæc Valentini opinio, Christum tanta frugalitate ac parsimonia usum esse, nihil ut egereret. Testatur idipsum Clemens Alexandr. III. Strom. qvi ex Hæretici illius ad Agathopodem Epistola ista profert: *Ἤσθιεν, καὶ ἔπινεν ἰδίως οὐκ ἀποδιδοὺς τὰ βρώματα· τοσαύτη ἦν αὐτῷ ἐγκρατείας δύναμις, ὥστε φθαρῆναι τὴν τροφὴν ἐν αὐτῷ.*

N.XX. *Ἐν οἷς καὶ Βιτάλιος ὁ Ἐπίσκοπος.*] Hic est Vitalis ille Meletii Antiocheni Presbyter, qvi à Flaviano desciscens se ad Apollinarem aggregavit, &, qvòd insigni pietate præditus esset, plerosqve eundem in errorem impulit. Postea verò sectæ suæ Episcopus est factus. De qvo Sozomenus Lib. VI. Vide & Gregorium Nazan. Orat. LII. ad Cledonium: ubi & hujus, & Apollinaristarum omnium versutiam detegit.

XXVIII. *Ἀνθρωπίνη ὑποδοχή.*] Scriptum erat *ἀνθρωπίνης*: pro qvo *ἀνθρωπίνη* nescio qvis substituit. Leg. est autem *Ἀννης*, ut est in Regio. Ex qvo Librarius *ἀνθρωπίνης* verum esse credidit. Nam *ἄννης* pro *ἀνθρωπίνης* scribi assolet.

AD HÆRESIM LXXVIII. ANTIDICO-MARIANITARUM.

De Antidicomarianitarum dogmate, qvod Jovinianus propugnabat, accuratè disputat Hieronymus. Vide & Ambrosium cùm aliis in locis; tùm Epist. V. & VII. Lib. I.

N.VII *Οὗτος μὲν γὰρ ὁ Ἰωσήφ.*] De hac Epiphanii sententia, & qvinam Domini fratres illi fuerint, copiosam habes disputationem in Apparatu ad Annales Ecclesiasticos, N. LX. ac deinceps.

Ὠβλίαν ἑρμηνευόμενον τεῖχος.] Melius qvàm Hegesippus apud Euseb. Lib. II. Cap. XXIII. unde hæc desumpta sunt; qvi *ὠβλίαν* interpretatur *περιοχὴν τοῦ λαοῦ, καὶ δικαιοσύνην*. Sed est Hebraice עפליה *arx*, sive *munitio Dei*.

N. IX. *Τοῦ δὲ Ἡρώδου ἦν κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ.*] Falsum est Herodem illum, qvo regnante passus est Dominus, Archelai fuisse filium; multoqve magis qvod & paulo post, & initio operis hujus, in calce Tomi prioris, affirmavit. Herodem Agrippam fuisse. Fuit enim Herodes Antipas Herodis magni filius. ut ad illum locum observatum est.

N. XI. *Ἀλλὰ μὴ τοῦτο γραφῇ εἰς βλάβην.*] *Συνεισάκτους*, hoc est contubernales Clericorum fœminas, qvas *extraneas* Latini vocant, damnarunt veteres PP. ac sæpius veteres Synodi; ut Nicæna Can. III. Carthaginensis III. Can. XVII. Arelatensis II. Can. III. Toletana IV. Can. XLII. Basilius Epist. ad Greg. qvæ Canonica à Balsamone censetur, Pag. 1022. Antiochena Synodus in Epistola contra Paulum Samosat. apud Euseb. Lib. VII. Cap. XXIV. *τὰς δὲ συνεισάκτους αὐτοῦ γυναῖκας, ὡς Ἀντιοχεῖς ὀνομάζουσι*, &c. Easdem & inseqvitur Noster in Hær. LXIII. N. II. *τὰς ἀγαπητὰς λεγομένας συνεισάκτους γυναῖκας.* Hieronymus passim traducit: maximè ad Eustochium Epist. XXII. *Unde in Ecclesias Agapitarum pestis introiit? Unde sine nuptiis aliud nomen uxorum? imo unde novum concubinarum genus?* Cavenda verò Mariani Victorii ad hunc Hieronymi locum observatio, qvi Agapetas à Christianis conviviis, qvas *ἀγάπας* nominant, derivatas censet; qvod est ridiculum.

Φασὶ τὴν λέαιναν.] Fabulam hanc pleriqve refellunt. Ariſtoteles ecce Lib. VI. Hiſtor. Cap. XXXI. *ὁ δὲ λεχθεὶς μῦθος περὶ τοῦ ἐκβάλλειν τὰς ὑστέρας τίκτοντα, ληρώδης ἐστί· συνετέθη δὲ ἐκ τοῦ σπανίους εἶναι τοὺς λέοντας, ἀποροῦντος τὴν αἰτίαν τοῦ τὸν μῦθον συνθέντος.* Sed & Philoſtratus, & alii.

N. III. *Μόνον τούτῳ τῷ Ιακώβῳ.*] Idem narrat Hær. XXIX. Num. IV. ubi & totam Jacobi hiſtoriam recenſet, cujus autor Hegeſippus apud Euſebium Lib. II. Cap. XXIII. qvi id veteribus perſvaſit; ut Hieronymo Lib. de Script. Eccleſ. Sed multa ſunt in hiſtoria illa, qvæ nonnullis diſplicent. Scaliger verò in Animad. ad annum MMLXXVII. tanqvam inanem fabulam reſpuit. Reprehenſionis capita hæc ferè ſunt. Qvod Jacobo ſoli ſcribit Hegeſippus in ſancta ſanctorum ingredi licuiſſe. Atqvi uni ſummo Pontifici, idqve ſemel in anno, conceſſum erat. Jacobus autem ne Levita qvidem erat. Deinde qvia cauſſa cur *εἰς τὰ ἅγια* permiſſus ſit aditus, hæc affertur; qvòd lineis veſtibus, non laneis uteretur. Hoc autem ſolis Sacerdotibus, cùm ſacris operabantur, licitum fuit. Tertiò Gentes ait cum Judæis conveniſſe: qvod abſurdum eſt: neqve enim Gentiles ad ullum Judæorum feſtum confluebant. Qvemadmodum & illud falſum, qvod XII. Tribus adfuiſſe dicit: cùm per illud tempus duæ tantum forent, reliqvæ X. pridem in captivitatem abductæ. Qvarto Oſanna refert à Judæis acclamatum: qvod in Scenopegia ſolum clamabant, cùm ramos ex arboribus defringerent. Qvinto Jacobum Nazaræum extitiſſe dicit: ideóqve carnibus ac vino temperaſſe. Ergo neqve Paſchalem agnum, neqve poculum extrema illa cœna ſumpſit. Cætera nihil moror. Nec diffiteor nonnulla vel ab Hegeſippo prodita, vel ab aliis inſerta, qvæ parum probabilia videantur. Sed totam ipſam hiſtoriam nego propterea damnandam eſſe. Nam pleraqve in illa vera ſunt, aut veris certè ſimillima; qvædam ſubabſurda, præſertim qvæ ab aliis addita fuerunt. Qvæ autem opponuntur à Scaligero non magnum momentum ad illius infringendam authoritatem afferunt. Primum illud eſt de Sanctis Sanctorum: qvæ apud Hegeſippum tantummodo ſunt *ἅγια. τούτῳ μόνῳ*, inqvit, *ἐξῆν εἰς τὰ ἅγια εἰσιέναι. Licebat*, inqvit, *illi ſoli in ſancta ingredi:* non utiqve Sancta ſanctorum, ſive arcana illa, ſanctioráqve penetralia, qvæ ſoli Pontifici ſemel qvotannis patebant; ſed qvæ ſancta ſimpliciter nominantur: in qvibus menſa, & panes propoſiti, ac candelabrum & altare ſuffitus: qvem in locum Sacerdotes qvotidie ingredi ſolebant. Huc igitur ſi Jacobus admiſſus eſt, qui nec Levita, nedum ſacerdos eſſet, ſingularis honor eſt ſanctitati illius habitus. Cùm autem factum eſſe tam vetuſti, & graves autores aſſerant, cur factum ſit mirandum, vel qværendum magis eſt, qvàm de præſtantiſſimorum virorum authoritate dubitandum. Ac cùm Hegeſippus *ἅγια* ſola commemoraſſet, cæteri *τῶν ἁγίων* addiderunt; ut Epiphanius hoc loco, & doctiſſimus Hieronymus in Catalogo. Sed *τὰ ἅγια τῶν ἁγίων* ſæpe pro *ἁγίοις* & exteriori domo, hoc eſt היכל uſurpantur; nec ſolum pro דביר, ſive intimis adytis. Sic apud Epiphanium Lib. de XII. gemmis, Cap. de Adamante. *τοῦτον δὲ ἐφόρει ὁ Ἀρχιερεὺς ὅτε εἰσήρχετο εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων· τρὶς γὰρ τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰσήρχετο, τῇ ἑορτῇ τοῦ Πάσχα, τῆς Πεντηκοστῆς, καὶ τῆς Σκηνοπηγίας.* Hoc loco *τὰ ἅγια τῶν ἁγίων* primam illam Templi interioris, ac tecti partem ſignificant. Qvia

neqve per qvotannis penetrale illud ſacroſanctum adibat, ſed duntaxat ſemel: & cum ingrederetur, pectorale gemmatum, ac reliqvum omnem ponebat ornatum: & tunica linea, lineisqve femoralibus, zona, cidari lineis utebatur. Non aliter *τὰ ἅγια τῶν ἁγίων* appellat Chryſoſtomus Orat. LXII. Tomo VI. Edit. Savil. Pag. 644. *ἐνεδύσατο ὁ ἀρχιερεὺς εἰσιὼν εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ποδήρη, τουτέστιν ἱμάτιον ἀπὸ κεφαλῆς μέχρι ποδῶν ἀπεωρισμένον, ἐπωμίδα, ζώνην, περιτραχήλιον, πέταλον χρυσοῦν, τιάραν, τουτέστι κυρβασίαν, τὸ λόγιον ἐπὶ τοῦ στήθους*, &c. Ita Fronto noſter emendavit. Nam pro *τιάραν* perperam legitur *τί ἄρα* & pro *κυρβασίαν*, *κορυβάντιον*. Ob eam, qvam dixi, cauſſam *τὰ ἅγια τῶν ἁγίων* Chryſoſtomo non alia ſunt, qvam *τὰ ἅγια*; qvomodo & apud Hegeſippum, & Hieronymum. Epiphanius verò hac excuſatione uti non poteſt; qvia de ſuo perperam adtexuit, *ἅπαξ τοῦ ἔτους*; qvod ſummo Sacerdoti peculiare fuit, ut ſemel in ſancta ſanctorum ingrederetur. Jacobo verò ob excellentem vitæ ſanctimoniam conceſſum eſt, ut ad ſancta perveniret, cùm alioqvi vulgo linea ſtola veſtiretur. De Gentilibus, abſurdum eſt negare illos cùm aliis temporibus, ac Judæorum ſolennibus, tùm azymorum diebus, qvod feſtum longè apud Judæos celeberrimum fuit, Hieroſolyma confluxiſſe. Ne longè exempla petamus; Joan. XII. 20. Gentiles illis ipſis ſolennibus adorandi cauſſa conveniunt. *Erant autem qvidam Gentiles ex iis, qvi aſcenderant, ut adorarent in die feſto.* Nam de XII. tribubus qvàm ineptè præſcribit Scaliger! imò propemodum impiè. Si enim verè colligit, eadem ratione hallucinatum Jacobum Apoſtolum excipere poteſt, qvi Canonicæ Epiſtolæ ita præfatus eſt: *Jacobus Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti ſervus, duodecim Tribubus, quæ ſunt in diſperſione, ſalutem.* Item Act. XX. 6. Paulus ita loqvitur: *Et nunc in ſpe, quæ ad patres noſtros repromisſionis facta eſt à Deo, ſto judicio ſubjectus, in qvam duodecim Tribus noſtræ nocte ac die deſervientes ſperant pervenire.* Qvamvis enim abductæ decem Tribus eſſent, non pauci tamen ex illis vel duabus aliis Tribubus immiſti, vel utcunqve liberati manſerunt. Qvod ad acclamatum Oſanna pertinet: fieri poteſt, uti ramos ad publicam teſtificandam lætitiam popoſcerint, & ad eos defringendos ſeſe invicem hortati ſint. Poſtremum de Nazaræorum inſtituto leviſſimum eſt. Neqve enim Nazaræi illi perpetui carnibus ſic abſtinuerunt, ut non Paſchali agno veſcerentur: cùm idipſum Lex tam accuratè præciperet: ſed in communi ſcilicet, qvotidianóqve victu illis abſtinebant, ut & vino ac ſicera.

Ἐπειδήπερ αἱ δύο φυλαί.] Hoc alibi refutatum à nobis eſt.

N. XIV. *Οὗτος ὁ Ἰάκωβος καὶ πέταλον.*] Ita Hær. XXIX. N. IV. *ἀλλὰ καὶ τὸ πέταλον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐξῆν αὐτῷ φέρειν.* Qvod de ſummi Pontificis *πετάλῳ* accepiſſe videtur. Perperam id qvidem: qvod alioqvi de Chriſtianorum Pontificum inſigni credibile eſt, & de Joanne Evangeliſta teſtatum reliqvit Polycrates apud Euſeb. Lib. V. Cap. XXIII. *ὃς ἐγενήθη ἱερεὺς τὸ πέταλον πεφορεκώς.* De Jacobo haud ſcio an qviſpiam prodiderit. Nam qvos Hæreſi XXIX. citat Epiphanius de Joanne, non Jacobo iſta ſcripſerunt.

Βιώσας μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος.] Euſebius in Chronico Jacobum ſcribit anno Neronis VII. lapidibus obrutum fuiſſe; qvod & Hieron. in Catalogo ſeqvitur, qvi XXX. annis illum ſediſſe refert. Non igitur accuratus eſt anno-

rum apud Epiphanium numerus.

N. XV. Τί δὲ ὠφέλησεν ἡμᾶς.] Leopardus Lib. XIX. Emendationum Cap. II. pro περὶ τοῦ ζητεῖν, περιπτὸν legit.

N. XXIII. Τὴν Θερμουτιν τὴν θυγατέρα.] Amenophin regem illum Ægypti nominat, sub qvo Moses natus est, in qvo Eusebii Chronicon secutus est.

N. XXIV. Ο κλῆρος αὐτῶν ἐν μακαριότητι.] Ex hoc loco manifestum est; Sanctorum, ubi ex hac vita discesserint, animas cœlesti felicitate perfrui, neqve supremum Judicii tempus expectare.

AD HÆRESIM LXXIX. COLLYRIDIANORUM.

N. I. Ἐν ἡμέρᾳ τινὶ φανερᾷ.] φανερὸς idem est ac certus. Qva in significatione sæpe in Chalcedonensi Concilio usurpari solet.

N. III. Καὶ ὅτι μὲν διακονισσῶν.] De Diaconissis in fine Operis agetur.

N. VII. ΟΥ τὴν καλουμένην.] Hujus Rufi matris meminit Paulus ad Rom. XVI. 13. *Salutate Rufum electum in Domino, & matrem ejus, & meam.*

N. VIII. Οἴδασιν οἱ τόποι Μαγδούλων.] Cornarius ineptè: *Noverunt loci horum ædificiorum corpora suscipere ad putrefactionem.* Loci enim proprium nomen est Μάγδουλα. Atqve hoc jampridem Leopardus animadvertit Lib. XIX. Emend. Cap. II. Qvi qvidem nescio qvid cogitans pro σῆψιν, mavult σέψιν, hoc est *adorationem*, & *cultum*. Qvod ab hujus loci sensu tam alienum est, nihil ut magis esse possit.

AD HÆRESIM LXXX. QVÆ EST MASSALIANORUM.

N. I. Μασσαλιανοὶ δὲ ἤτοι καλοῦνται.] Theodoretus Lib. IV. Histor. Cap. X. & Lib. IV. contra Hæreses, Μεσσαλιανοὺς Græcè ΕΥχίτας appellari scribit, & ἐνθουσιαστάς, qvòd afflatu dæmonis correpti vim illam esse Spiritus sancti mentirentur. Iidem & *Adelphiani* ab Adelphio, qvem Flavianus Antiochenus damnavit, & ΕΥφημῖται. Vide Theodoretum: & Photium N. LII. Qvi in Concilio Side in Pamphylia celebrato condemnatos esse dicit, pluraqve ad idem institutum refert. Origo verò appellationis illius ab Hebraica voce deducitur. Nam צלא est orare, preces fundere. Unde מצלין οἱ εὐχόμενοι. Ac proinde Μεσσαλιανὸς per ε; qvæ est forma Benoni.

Ἦσαν δὲ πρὸ χρόνου τινός.] Duplex Massalianorum genus distingvitur. Nam alii erant antiqviores, meriqve gentiles. Alii ab istis propagati Christianum nomen usurpabant. De superiorum vetustate certò pronunciari non potest. Nam Epiphanii locus iste ambiguitate non vacat, qvæ in interpunctione consistit. Etenim suspicari possumus ita hæc esse continuanda: ἦσαν δὲ πρὸ χρόνου τινὸς ὡς ἀπὸ τῶν καιρῶν Κωνσταντίου, καὶ δεῦρο ἄλλοι πάλιν ΕΥφημῖται. Atqve hoc pacto priores, qvi & Gentiles, Constantii ferè temporibus prodierint: alteri verò, tanqvam istorum propagines, paulo ante qvàm hæc Epiphanius commentaretur, emerserant.

Verùm cùm non modo Frobeniana Editio, ſed etiam calamo exarati codices, atqve ipſa Cornarii interpretatio ante vocem *ἄλλοι*, & poſt *δεῦρο*, interpunctionem adhibeant, exiſtimandum eſt alteros iſtos, qvi inter Gentiles potius numerandi ſunt, qvorumqve ad ſimilitudinem poſteriores expreſſi ſunt, vetuſtiores extitiſſe; ac tum demum ſub Conſtantii tempora ſemichriſtianos illos exortos fuiſſe. Theodoretus in Hiſtor. Eccleſ. Imperatoribus Valentiniano, & Valente Meſſalianos prodiiſſe ſcribit: In qvo ab Epiphanio non diſcrepat. Hic enim *ὡς ἀπὸ τῶν καιρῶν Κωνςαντίȣ, πλατυκῶς, καὶ ἀπορητικῶς* ſcribit; qvod ad initia Valentiniani poteſt extendi. Qvod ſi prior illa interpungendi ratio magis arrideat; tum ita conciliari iſta poterunt: ut Meſſaliani ſuperiores Conſtantii; poſteriores Valentiniani temporibus ortum habuerint.

Joſephus Scaliger Elenchi Cap. XXVIII. Maſſalianos *Eſſæos* appellatos eſſe putat, & ab iis Maſſalianorum propagatam Hæreſin. Nam Eſſeni *ἱκέται* apud Philonem & Euſebium nominantur. At מצלין Judaicè eſt *ἱκέτης, εὐχίτης, προσευχόμενος*. Conjecturam adſtruunt pleraqve Maſſalianorum inſtituta cum Eſſenis communia: ut præter aſſiduitatem orandi, Proſeucharum uſus, & in eas ſtati conventus; Tum *ἀντίφωνα*, & *ᾠδαί*. Accedit, qvod Meſſaliani, ut & Eſſæi, ſuis ſe bonis abdicabant. Igitur partim Judæos fuiſſe ſtatuit, qvòd ab Eſſenis oriundi; partim qvòd Pſeudochriſtiani ſe illis admiſcuiſſent, negat fuiſſe. Nam inter cætera mendici erant: qvales veri Judæi non erant, propter *τὸ φιλάλληλον* eorum, qvod divites non patiuntur tenuiores mendicare, aut eſurire. Hæc Scaliger; qvæ à Serrario noſtro in Minervali meritò confutantur. Eſt enim fallaciſſima nominis conjectura: cætera verò leviora, qvàm ut nos ab Epiphanii authoritate dimoveant. Sed illud ſanè ridiculum, qvòd mendicos negat fuiſſe Judæos: Cùm in Evangeliis, & Actibus Apoſtolorum exempla mendicorum ſint plurima; interqve cæteros mendici Lazari, qvem verum Judæum extitiſſe inficiari nemo poteſt. Sed de his copiosè Serrarius.

Μηδενὶ μηδὲν προσκυνοῦντες.] Forte *μηδενὶ δέ*.

Τινὰς δὲ οἴκȣς ἑαυτοῖς κατασκευάσαντες.] *Φόρος* à recentioribus Græcis forum appellatur, ſive ampla, & ingens area ſubdivalis, & *ὕπαιθρος*. Cujusmodi Proſeuchas fuiſſe docet Epiphanius. Erant loca qvædam aperta, ac ſine tecto, in qvæ orandi cauſſa conveniebant. Tritus eſt Juvenalis ille verſus è Sat. III.

Ede ubi conſiſtas; in qva te qværo Proſeucha,

Ad qvem vetus Scholiaſtes, locum eſſe memorat, ad qvem *convenire ſolebant mendici ad ſtipem petendam: alii tabernam, in qva pauperes vivant.* Addit: *& Proſeucha locus Judæorum ubi erant.* Extat ea vox multis in locis apud Philonem in Flaccum, & Cajum: Joſephum Lib. de vita ſua. Romæ qvidem, ubi freqventes erant Judæi, & verò mendicantes, Proſeuchæ complures fuerunt. Nam & eadem in Satyra Juvenalis occupata illorum habitationibus, & ut credibile eſt, Proſeuchis ſacra qvondam fuiſſe loca conqveritur.

Nunc sacri fontis nemus, & delubra locantur
Judæis, quorum cophinus fœnumque supellex.
Omnis enim populo mercedem pendere jussa est
Arbor, & ejectis mendicat silva Camœnis.

Mendicitatem ergo Judæorum exagitat; utiqve verorum. Qvod ne dubium sit, vel hic Martialis versus argumento esse potest.

A matre doctus nec rogare Judæus.

Adeo falsum est non mendicasse Judæos. Idem Juvenalis Sat. VI.

Cum dedit illa locum, cophino, fœnoque relictis
Arcanam Judæa tremens immurmurat aurem
Interpres legum Solymarum, & magna sacerdos
Arboris.

Qvem locum enarrans vetus ille Scholiastes multa suo more nugatur; & nescio qvid de hortis garrit: qvod à cophino, fœnoqve nimis alienum est. Nec melioris notæ est, qvod adjicit; supellectilem hanc esse, ubi pulmentaria sua & aqvam calidam die Sabbati servare consveverant. Est illud qvidem verum, Judæos Sabbati religione prohibitos ne cibaria coqverent, ea pridie sub vesperam præparasse; unde Parasceve dicta. Verùm aqvam ab illis calidam in seqventem diem in fœno potuisse servari, id verò ridiculum est. Qvin & illud observavimus, Judæos Sabbatis calidis potionibus abstinuisse. Indicat hoc Justinus Dialogo cum Tryphone; qvem ita compellat: *μηδ' ὅτι θερμὸν πίνομεν ἐν τοῖς Σάββασι δεινὸν ἡγεῖσθε. Neqve quod aqvam calidam Sabbatis bibamus succensete.* Irasci vetat Judæum, qvòd per Sabbata calidam potionem adhiberent. Ergo Judæi aliter instituerant. Verùm reclamat Ignatius, qvi Epist. III. ad Magn. contrarium indicat: *Ἀλλ' ἕκαστος ἡμῶν σαββατιζέτω πνευματικῶς, μελέτῃ νόμου χαίρων, οὐ σώματος ἀνέσει, δημιουργίαν Θεοῦ θαυμάζων, οὐχ ἕωλα ἐσθίων, καὶ χλιαρὰ πίνων, καὶ μεμετρημένα βαδίζων, καὶ ὀρχήσει, καὶ κρότοις νοῦν οὐκ ἔχουσι χαίρων.* Ergo Judæorum, & Sabbatariorum erat *χλιαρὰ πίνειν*: cùm tamen ignem nisi ægrorum caussa non liceret accendere: ut in Tract. de Sabbato Thalmudistæ docent, & R. Maimon I. Parte Jad de Sabbato.

Ὅτι, φησὶν, ἐδόκει τόπος προσευχῆς εἶναι.] Apud D. Lucam, *ὅπου ἐνομίζετο προσευχὴ εἶναι.* Ubi *προσευχὴν* pro loco ipso pleriqve accipiunt.

N. II. *Τροπάεια τινα κατασκευάσαντες.*] Non aliam vocabulo huic notionem attribuere potuimus, qvàm ut *ἀπὸ τῆς τρόπιος*, qvæ carinam vox significat, derivaretur. Nisi fortè *τοπάεια*, pro angustis parvisqve locis legendum fuerit.

Καταλευγμάτιά τινα.] Cornar. *καταληγμάτια.* Est enim *κατάληγμα* carmen, sive canticum aut celeuma. Hieron. in Cap. XXV. Hieremiæ, com. 30. *celeuma* scribit à Symmacho verti *κατάληγμα*; ab Aqvila *ἰασμόν*: nempe à pausa; unde pausarii dicti sunt *οἱ κελευσταὶ*, symphoniaci pueri. Seneca Epist. LVI. *Sed jam me sic ad omnia ista duravi, ut audire vel pausarium possim voce acerbissima remigibus modos dantem.*

N. VI. *Καὶ γὰρ ἐξ αὐτῶν.*] Imò nonnunqvam id Clericis veterum Conciliorum Canonibus præscriptum: ut Carthag. IV. Can. LI. *Clericus quantumlibet*

verbo

verbo Dei eruditus artificio victum quærat. De Monachis verò multo idipsum magis affirmat Augustinus libro singulari de ea re scripto.

Ἀλλὰ καὶ ἄλλωι τύποι.] Meminit in Ancorato.

N.VII. Καὶ περὶ μὲν ἐν τῷ χρείᾳ.] Locus est Lib. I. Constitut. Apost. Cap. III. Notus est Concilii Carthag. Canon. XLIV. *Clericus nec comam nutriat, nec barbam radat.* Vide quæ in Annal. Eccles. ad A.LVIII. fusè differuntur.

AD FIDEI EXPOSITIONEM.

N.IV. Ἐπειδὴ γὰρ δὶ ἐξ δεκάδων.] De numeri senarii perfectione agit Vitruvius Lib. III. Cap. I. Idem numerus decies multiplicatus in LX. reginarum numero comprehenditur; quod hoc loco vult Epiph. Sed nonnihil, ut ad oram adnotatum est, desiderari videtur.

Ἔνθεν γάρ τὸ ἑξαγωνιαῖον.] Boëtius Lib. de Arith. Cap. XV. de Hexagonis, eorumque generationibus agens, scribit hunc in modum produci; si numeros naturali ordine disposueris:

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

Tùm intermissis tribus eos conjungas, qui se quaternario transeunt: & erunt quidem eorum radices, & fundamenta. Ex quibus junctis omnes Hexagoni nascuntur.

1. 5. 9. 13. 17. 21.

Et ad eundem ordinem consequentes: atque ab his sexangulorum forma nascuntur.

6. 15. 28. 45. 66.

Διὰ τὸ τετράγωνον ἔχειν.] Hæc ex sequente figura perspicua sunt.



Nam quadrangulus medius inter duas unitates interceptus est.

N.IX. Ἀναξιμένης ὁ τοῦ ΕΥρυστάτου.] Corn. ex Laërtio ΕΥρυστράτου.

Σωκράτης ὁ τοῦ ΕΛμαγλου.] Barbara vox.

Pag. 1090. vers. 2. Καὶ τὴν ψυχὴν ἐνδελέχειαν.] Ita apud Aristotelem Cicero legerat, non ἐντελέχειαν.

Vers. ἔλε. Ἔλεγε δὲ καὶ μετὰ χωρισμόν.] Mutila ac suspensa est oratio. Fortè illud voluit: Animas ex opinione Stoicorum corporibus solutas aliquandiu perseverare, ac paulatim evanescere.

Κλεάνθης τὸ ἀγαθὸν.] Itane Stoicæ sectæ columen veluti Circæo poculo repente factus est Epicuri de grege porcus? Non opinor. Quare aut falsus est Epiphanius; aut horum verborum iste sensus est: *Nullam nisi in honestate voluptatem inesse dicebat.* Eodem modo castigandum quod sequitur, Chrysippum finem ἐν τῷ ἡδυπαθεῖ posuisse.

Pag. 1091. vers. πρώ. Πάλιν ἔλεγε μὴ εἶναι θεούς.] Imò esse Deos quidem

minimè negabat; ſed rerum humanarum ſecuros ac feriatos eſſe jubebat. Lucretius Lib. I.

Omnis enim per ſe Divum natura neceſſe eſt
Immortali ævo ſumma cum pace fruatur
Semota ab noſtris rebus, ſejunctaqve longè.
Nam privata dolore omni, privata periclis
Ipſa ſuis pollens opibus, nihil indiga noſtri,
Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira.

Ἑβδομήκοντα δύο εἰς ἀηδεῖς φιλοσοφίας.] Mirum tot apud Indos Philoſophorum ſectas extitiſſe; qvod neſcio an alius prodiderit. Strabo Lib. XV. de Indorum ſectis agit accuratè, qvas ad duo capita revocat, Brachmanas, & Germanas. Sciendum eſt autem Epiphanium *αἱρέσεις* ſive ſectas appellare inſtituta vivendi, ac diverſos gentium ritus: cujusmodi innumerabiles confici potuerunt.

N.X. Ἠ ὁπόσοι ἐν τοῖς Δαύνισι.] Qvos hic Daunidas intelligat divinandum eſt. Non enim ad Daunos, opinor, Italiæ populum par eſt referri. Jam Zinchi, ſive Zicchi ad Pontum Euxinum in Sarmatia Aſiatica collocantur ab Ariano. Geli utrum Geloni ſint, non liqvet. Gelli qvidem in Mamertini Panegyr. ad Maximianum populi qvidam cenſentur, ut obſervat Ortelius.

Ὅσα τε ἄλλα, τά τε ἐν Ἐλευσῖνι.] Pauca ex infinitis Eleuſiniorum ritibus, ac ceremoniis expreſſit è Clemente in Protrept. qvem tu conſule, ut & Arnobium, aliósqve tam veteres, qvàm recentiores, qvi de Cereris Myſteriis diligentiſſimè ſcripſerunt. Et nos in Themiſtianis Notis haud pauca contulimus. Qvæ adeo nonnullis perſvaſimus, ut ſine ulla cujusqvam mentione tanqvam vulgata, & in confeſſo apud omnes poſita, qvæ ſine dubio ex noſtris illis hauſerant, ſuis Commentariis illigarint. Qvod tantum abeſt ut moleſtè feramus; ut gratiam illis etiam ultrò debeamus, qvod qvæ primum à nobis comperta timidè ac diffidenter propoſita illic erant, ea pro veteribus ac receptis habuerint, obſervationiqve noſtræ pondus & authoritatem adjecerint. Inter ea porrò non minimum illud fuit, qvod adverſus Scaligerum validiſſimè probavimus, Myſteria Cereris non qvinqvennalia, ſed annua fuiſſe. Cujus rei fidem à nuperis illis Scriptoribus expreſſam eſſe non mediocriter gaudemus. Paulo ante qvid ſint Μεγαρίζουσαι γυναῖκες amplius qværendum. Cælius Rhodig. Lib. XV. Cap. IX. certaminis cujusdam Megarenſis meminit, ſed qvod inter pueros, non mulieres, peragebatur; qvinam ſvaviùs amantem eſſet oſculatus. Cogitent eruditi.

Ὅσα τε ἄλλα ἐν Πυθοῖ.] Pythia certamina, qvemadmodum Olympica, qvinqvennalia erant, ut Pindari Scholiaſtes docet. Celebrabantur autem ineunte vere, non præcipitante, ut falſo Scaliger Lib. I. de Emendat. Temp. ſcripſit. Hoc eſt Elaphebolione menſe, qvi Martio ferè reſpondet; non Thargelione: qvod alio in Opere confirmabitur: ut & illud; commiſſos eosdem eſſe ludos anno ſecundo Tetraëteridis Olympicæ, non, ut Scaliger putat, anno tertio.

Καὶ ὅσοι τὸν φαλλὸν ἀναστρέφοντες.] Qvod ab Ægyptiis manavit, & Osiridis sacris. Diodorus Lib. I. Sed pro *φαλαρίζουσαι* fortè *φαλλίζουσαι* reponendum. Vide sis Euseb. Lib. II. de Præpar. qvi cùm de plerisqve, qvæ hoc loco commemorantur, superstitiosis veterum ritibus agit uberrimè, tum qvas pleriqve latere sub illis allegorias asseverabant, eruditè refellit. Qvæ dum fortè percurro, locus qvidam incidit conjecturâ, ut opinor, nostrâ, luci ac veræ sententiæ restitutus. Is est Pag. 53. vers. *θεῖον*: ubi ita loqvitur. *ὡς ἄρα καὶ ἡ θαυμαστὴ, καὶ ἀπόρρητος φυσιολογία τῆς Ἑλληνικῆς θεολογίας θεῖον μὲν οὐδὲν, οὐδέ τι μέγα, καὶ θεοπρεπὲς, καὶ τῆς ἀναστάσεως ἄξιον ἐπήγετο.* Scribo *καὶ τῆς ἀνατάσεως ἄξιον.* hoc est promissione dignum translatione a præconibus ducta, aut iis omnibus, qvi verba facturi elata manu silentium indicunt. Sic mythologi isti multa, & præclara minantes ineptissimi sunt, neqve qvicqvam tanto dignum hiatu promissores isti ferunt.

Καὶ τὴν κρεωνομίαν μυοῦντες.] In sacris, & initiis Cereris multa certis ritibus adumbrari solebant, qvæ ad Bacchum pertinebant. Cujusmodi erat illius laniatio. De qva Clemens Alex. agit in Protrept.

ΕΥάζοντες τὸ, οὐὰ, οὐά.] Acclamationes istæ in lætitia & hilaritate freqventer usurpatæ. Unde Ovatio deducta. Xiphilinus in Nerone scribit Romæ Olympionicæ Neroni acclamatum esse; *Ὀλυμπιονίκα οὐὰ, Πυθιονίκα οὐά.*

ΕΥα γὰρ κατὰ τὴν ψιλήν.] Mihi nulla vox occurrit ejusmodi, qvæ mulierem Hebraicè significet. At חויא idem est ac serpens: qvod vocabulum per densissimam aspirationem effertur, nimirum ח: ut & Evæ nomen חוה. Verùm LXX. *ΕΥαν* tenui spiritu reddiderunt. Qvo nisi fallor respexit Epiphanius. Unde & *κατὰ τὴν ψιλὴν ἀπόδοσιν*, id est, *tenui spiritu redditum* dixit, nempe ad LXX. Seniorum *ἀπόδοσιν*, & translationem alludens. Egregius est autem hic Epiphanii locus ad earum vocum explicandam originem, qvæ in Bacchi sacris usurpabantur: Evan, Evœ, Euhye, &c. Qvarum interpretationes sanè ridiculas Critici, ac Mythologi solent afferre. Vera autem hæc est ratio, qvam hîc noster innuit, à serpentibus, qvi illis in sacris colebantur, ea derivata vocabula. Qvod qvidem ex Eusebio transtulit, qvi Lib. II. de Præpar. Pag. 39. *αὐτίκα γοῦν*, inqvir, *κατὰ τὴν ἀκριβῆ τῶν Ἑβραίων φωνὴν τὸ ὄνομα τὸ ΕΥα δασυνόμενον ἑρμηνεύεται ὄφις θήλεια.*

N. XI. *Καὶ τῶν καλαλιζόντων.*] Cornarius *παταλιζόντων* in codice suo legisse videtur. Vertit enim *perticas gestantium*, qvomodo in Regio invenimus. Sed qvinam sunt *οἱ παταλίζοντες*? An iidem ac *φαλλοφόροι*?

N. XII. *Παρὰ δὲ Αἰγυπτίοις Προφῆται.*] De triplici Sacerdotum apud Ægyptios genere, vide qvæ ad Synesium in Encomio Calvitii, & Libris de Provid. olim observavimus.

Ἱεροφάνται τε, καὶ νεωκόρων.] Distingvenda hoc modo ista sunt *ἱεροφάνται τε, καὶ νεωκόροι. Κυνικῶν τε πλῆθος*, &c.

N. XIII. *Ἄλλοι τε πάλιν ἐν τῇ Ἑλλάδι.*] Non magis inter Hæreses ac sectas referri merentur Abii, ac Mysi, qvàm omnes orbis totius populi, qvorum vel absoni, vel à cæteris discrepantes sunt ritus institutaqve vivendi.

Ἕτεροι δὲ δοκοῦντες νεανιεύεσθαι.] De Hæreticis cum Ecclesia reconciliandis variè a Conciliis, ac Patribus pronunciatum accepimus. Nam qvi Ba-


ptiſmi formam, qvam ab Eccleſia Catholica traditam acceperant, integram retinerent, horum baptiſmus pro vero ab Eccleſia receptus eſt: neqve qvi ab illorum grege ad communionem Catholicæ fidei reverterentur denuò baptizati ſunt. Cæteri, qvi uſitatam ab Eccleſia formam corruperant, pro Ethnicis habiti ſunt, nec ſine baptiſmo, qvi ex illorum partibus transfugerant, inter Catholicos admiſſi. Ita Paulianiſtas, hoc eſt Pauli Samoſateni *σαςιώτας* rebaptizari Nicæna Synodus juſſit, Can. XIX. qvod & Auguſtinus Hær. XLIV. decretum ideo refert, *qvod regulam baptiſmatis non tenerent.* At Catharos, id eſt Novatianos, eadem Synodus rebaptizari non juſſit, Can. VIII. ſed illorum Clericos *χειροτεθεμένους* in Clero manere. Conſtantinopolitanum verò primum, & Oecumenicum ſecundum Can. VII. Arianos, Macedonianos, Sabbatianos, Novatianos, Qvartadecimanos, ſive Tetraditas, & Apollinariſtas rebaptizari vetat.: Eunomianos jubet; *τοὺς εἰς μίαν κατάδυσιν βαπτιζομένους.* Jubet & Montaniſtas, ſive Cataphrygas, & Sabellianos, cæterosqve omnes Hæreticos. De Cataphrygibus conſentit & Laodicena Synodus Can. VIII. De Arianis verò Concilium Arelat. I. ita ſanxit; ut *ex iis, qvi propriâ lege ſua utuntur, denuò baptizentur: qvod ſi in Patre, & Filio, & Spiritu ſancto baptizati fuerint, manus tantum eis imponantur, ut accipiant Spiritum ſanctum.* At Auguſt. Lib. III. de Bapt. contra Donatiſtas cap. XV. *Qvamobrem ſi Evangelicis,* inqvit, *verbis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti Marcion baptiſmum conſecrabat, integrum erat Sacramentum, qvamvis ejus fides ſub eisdem verbis aliud opinantis, qvàm Catholica veritas docet, non eſſet integra; ſed fabuloſis falſitatibus inqvinata. Nam ſub eisdem verbis, id eſt in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, non ſolum Marcion, aut Valentinus, aut Arius, aut Eunomius, ſed ipſi carnales parvuli Eccleſiæ, de qvibus dicebat Apoſtolus: Non potui loqvi vobis, qvaſi ſpiritalibus, ſed qvaſi carnalibus: ſi poſſent ſinguli diligenter interrogari, tot diverſitates opinionum fortasſis, qvot homines numerarentur.* Poſtremò Baſilius in Epiſtola ad Amphilochium Can. XLVII. Encratitas, Saccophoros, & Apotactitas denuò baptizandos eſſe cenſet ipſe qvidem. Sin eſt, ut Amphilochius, perinde ac Romani, *οἰκονομίας τινὸς ἕνεκα, τὸ τοῦ ἀναβαπτισμοῦ* reſpuat, nihilominus rationem ſuam valere pronunciat. Qva de re Synodi decretum expectandum. Idem autem Can. I. eo propendere videtur, ut Hæreticos omnes iterato baptizandos eſſe decernat. Nam aliud eſſe dicit Hæreſin; aliud Schiſma; aliud *παρασυναγωγήν.* Hæreſis eſt, qvæ contrarium aliqvem fidei tuetur errorem. Schiſma verò, diſſidium eſt ob Eccleſiaſticas qvasdam controverſias exortum. At *παρασυναγωγὴ,* cùm contumaces Presbyteri, aut Epiſcopi, aut etiam Laici non legitimos conventus habent. Jam qvi ex Schiſmate aut *παρασυναγωγῇ* ad Eccleſiam revertuntur, ex majorum traditione ſine baptiſmo recipiendos eſſe definit. Hæreticos autem denuò baptizandos. Qvanqvam, inqvit, Cyprianus & Firmilianus omnes tàm Hæreticos, qvàm Schiſmaticos rebaptizandos eſſe cenſuerant; qvod, cùm ſe ab Eccleſiæ communione ſejunxerint, interrupta ſit in illis Spiritus ſancti gratia: nec eam in cæteros ampliùs poſſint transfundere. *Διὸ ὡς παρὰ Λαϊκῶν βαπτιζομένους τοὺς παρ' αὐτῶν ἐκέλευσαν ἐρχομένους ἐπὶ τὴν Ἐκκλησίαν τῷ ἀληθινῷ βαπτίσματι τῷ τῆς Ἐκκλησίας ἀνακαθαίρεσθαι. Propterea*

ſic illos tanquam à Laicis baptizatos, denuò juſſerunt, cum ad Eccleſiam redirent vero Eccleſiæ baptiſmo repurgari. Mox ſubjicit: Ἐπειδὴ δὲ ὅλως ἔδοξέ τισι τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν, οἰκονομίας ἕνεκα τῶν πολλῶν, δεχθῆναι αὐτῶν τὸ βάπτισμα, ἔστω δεκτόν. *Qvoniam autem Aſianis qvibusdam placuit, pacis ac concordiæ gratia id remitti oportere, ut eorum Baptiſma reciperetur; eſto receptum.* Sed Encratitas rebaptizandos eſſe nominatim ſtatuit. *ἐὰν μέν τοι μέλλῃ τῇ καθόλου οἰκονομίᾳ ἐμπόδιον ἔσεσθαι τοῦτο, πάλιν τῷ ἔθει χρηστέον, καὶ τοῖς οἰκονομήσασι τὰ καθ' ἡμᾶς πατράσιν ἀκολουθητέον. Sin eſt ut iteratus ille baptiſmus paci Eccleſiæ, adminiſtrationiqve obſit, altera illa conſvetudo omittendi Baptiſmi retineatur.* Hæc uberiùs ex decreto illo Baſilii commemorare viſum eſt; qvòd multa in eo mirifica, &, ſi verum qværimus, parum Catholica continentur. Nam qvod rebaptizandos, ſi ſine ſcandalo fieri poſſit, Hæreticos omnes affirmare videtur; qvodqve ſine Baptiſmo pleroſqve recipiendos ob eam unam cauſſam exiſtimat; qvia idipſum *οἰκονομίας ἕνεκα* fieri placuit, parum cum Eccleſiaſtico dogmate convenit. Qvod qvidem Hæreticorum baptiſmum ex Catholico ritu ac præſcripto ſuſceptum approbat, nec iterari ullo modo patitur. Qvod ſi aliter, qvam ut in Eccleſia receptum eſt, hoc eſt ex legitimâ formulâ, Baptiſmus non modò ab Hæreticis, ſed vel ipſis Catholicis tribuatur, nulla pacis, concordiæqve ſpecie poteſt adduci, ut citra novum Baptiſmum qvempiam admittat. Qvare de Encratitis parum conſentaneè ſentit Baſilius; ut & Cyprianus olim; qvi, ut Auguſtinus adverſus Donatiſtas ſæpius inculcat, præſertim Libro II. & III. de Baptiſmo, tametſi nullum eſſe Baptiſmum Hæreticorum cenſeret, tamen qvi rebaptizari nollent, ab Eccleſiæ communione neqvaqvam ideo repellendos cenſebat. Atqvi ſine vero Baptiſmo Chriſtianus eſſe nemo poteſt. Ut autem qvi Chriſtianus non ſit, pacis ac concordiæ gratia inter Chriſtianos habeatur, eiqve ad divina myſteria permittatur aditus, qvod in Encratitis aliiſqve, qvos alioqvi rebaptizandos eſſe ſtatuerat, ſed ut non fieret pacis cauſſa temiſerat, præſtandum eſſe eodem in Canone decernit. Hoc, inqvam, ab Eccleſiæ uſu, ac moribus & à Nicæni Concilii, aliorumqve Veterum ſanctionibus abhorret. Qvinetiam baptiſmum à Laicis collatum irritum ac nullum eſſe Baſilius idem arbitratus videtur: cum ex Cypriani, Firmiliani, aliorumqve ſententia baptizatos ab Hæreticis perinde *ἀληθινῷ* baptiſmo expiandos eſſe dicit, ac ſi ab Laicis id obtinuiſſent. Qvaſi Laicorum baptiſmus *ἀληθινὸς* non eſſet. Qvod ſecus ſe habet: ut inter cæteros Auguſt. Lib. II. contra Epiſt. Parm. Cap. XIII. declarat. Tametſi eodem illo loco dubitat, utrum ab eo, qvi nunqvam Chriſtianus fuerit, baptiſmus poſſit conferri. *Et hæc qvidem alia qvæſtio eſt, inqvit, utrum & ab iis, qvi nunqvam fuerint Chriſtiani, poſſit Baptiſmus dari. Nec aliqvid inde temerè affirmandum eſt, ſine authoritate tanti Concilii, qvantum tantæ rei ſufficit.* Sed mirum eſt qvod in Eliberit. Concilio Can. XXXVIII. ſancitur: *Ut peregrè navigantes ingruente neceſſitate à qvocumqve fideli, qvi non ſit bigamus, baptizari poſſint.* Ergóne a bigamis baptizari in tanta neceſſitate non licuit?

N. XVII. Καὶ συναλιζόμενος μετ' αὐτῶν.] Act. I. 4. καὶ συναλιζόμενος παρήγγειλεν αὐτοῖς, &c. Pro qvo legiſſe videtur Epiphanius, καὶ συναυλιζόμενος. Nam in Anace-

phalæosi Pag. 137. idem vocabulum usurpat. *καὶ συνεσθίων*, inqvit, *καὶ συναλιζόμενος οὐ δοκήσει, ἀλλ' ἀληθείᾳ.* Qvanqvam Lib. I. Panari P. g. 50. unde locum illum in Anacephalæosin transtulit, communem lectionem expressit: *καὶ συναλίζεται οὐ δοκήσει, ἀλλ' ἀληθείᾳ.* Verbum *συναλίζεσθαι* eandem ferè potestatem habet, qvam *τῷ συναλίζεσθαι* qvidam attribuunt; nimirum *convenire cum aliqvo, congregari.* Atqve ita nonnullos legere Beda testatur. At Interpres noster *συναλιζόμενος* vertit *convescens.* Qvo sensu Chrysostomus accepit; & Theophylactus, ut idem sit ac *τῶν ἁλῶν, καὶ τραπέζης μετέχειν.* Sed & Hieronymus Epist. CL. ad Hedibiam, Qvæst. VII. *convescens* legit.

N. XXI. *Περὶ θεσμῶν δὲ τῆς αὐτῆς.*] Egregia deinceps ac singularis disputatio seqvitur de præcipuis Ecclesiæ ritibus; qvem velut characterem ac notam adhibet, qvo ab adulterinis conventiculis Catholica Ecclesia dignoscitur. Qvibus nos argumentis ac signis perinde hoc tempore veram ac Romanam Ecclesiam à fæce novissimarum Hæreseon secernimus. Nam pleriqve omnes illi veteris Ecclesiæ mores in Romanæ usu ac consvetudine resederunt. Qvocirca pauci illi, qvi supersunt, Numeri magno Catholicis omnibus usui esse possunt, ut adversus novorum hominum insaniam atqve inscitiam opponantur. Ac si de singulis illis ritibus paulo accuratiùs verba facere vellem, ingentibus Commentariis opus esset. Ne nihil verò dicam, præcipua qvædam ex iis libare placuit, qvæ in Adversariis nostris, proinde ut Authorem qvemqve in manus ceperam, promiscuè adnotata reperi.



DE VETERIBUS QVIBUSDAM ECCLESIÆ RITIBUS.



KAI *πρῶτον μὲν κρηπίς.*] Primum Ecclesiæ veteris institutum, qvod hodiéqve in Romanâ retinetur, in graduum, ordinumqve discrimine positum est. Nam princeps omnium, ac præstantissimus est Virginum ordo, qvi in utroqve sexu cernitur: qvo cum Monasticum vitæ genus conjungitur. Proximus huic Continentiæ gradus est. Tum Viduitas: ac postremò loco Conjugium.

Virginum ordo. De Virginibus præsertim fœminis, nota res est, qvàm antiqvus in Ecclesia, qvamqve copiosus ille ordo fuerit. Justinus Apolog. II. *Καὶ πολλοί τινες, καὶ πολλαὶ ἑξηκοντοῦται, καὶ ἑβδομηκοντοῦται, οἳ ἐκ παίδων ἐμαθητεύθησαν τῷ Χριστῷ, ἄφθοροι διαμένουσι.* Hinc Faustus ille Manichæus apud Augustinum Lib. XXX. cùm Catholicos reprehenderet, qvod ma-

timonium damnaret, vici[ssi]m infinitum apud illos Virgin[u]m numerum op- *De Virginibus Eccleſiaſticis.* ponebat: *Ut pene jam major,* inqvit, *in Eccleſiis omnibus virginum apud vos, quam mulierum numeroſitas habeatur.* Cui plane, ut nos Hæreticis hodiernis ſolemus, reſpondet Auguſtinus; ita Virginitatem in Eccleſia commendari, uti nuptiæ neqvaqvam improbentur. Ammianus Marcellinus autor ethnicus in calce Lib. XVIII. de Sapore: *Inventas tamen alias virgines Chriſtiano ritu cultus divino ſacratas, cuſtodiri intactas & religioni ſervire ſolito more, nullo vetante, præcipit.* Pleni ſunt Tertulliani, Cypriani, omnium deniqve vetuſtiſſimorum Patrum libri: ut Auguſtinum, Hieronymum, Ambroſium, aliosqve prætercam, ſacrarum mentione Virginum, qvas Deo conſecratas, & voto etiam obſtrictas, Dei atqve Eccleſiæ ſe obſeqviis addixiſſe teſtantur. In Ancyrano Concilio Can. XIX. *Ὅσοι παρθενίαν ἐπαγγελλόμενοι ἀθετοῦσι τὴν ἐπαγγελίαν, τὸν τῶν διγάμων ὅρον ἐκπληρούτωσαν.* Chalcedonenſe verò Can. XVI. *Παρθένον ἑαυτὴν ἀναθεῖσαν τῷ δεσπότῃ Θεῷ, ὡσαύτως δὲ καὶ μονάζοντα, καὶ μὴ ἐξεῖναι γάμῳ προσομιλεῖν· εἰ δέ γε εὑρεθεῖεν τοῦτο ποιοῦντες, ἔστωσαν ἀκοινώνητοι.* Epiphanius noſter in Angelicis Hær. LX. N. VII. docet Virgines, à qvibus virginitatis ſponſio, qvam *ὁμολογίαν* nominat, violata ſit, conſultius facere, ſi ſe legitimis nuptiis illigent, ut poſt diuturnam pœnitentiam Eccleſiæ communionem impetrent. Nondum ſcilicet ea ſponſio tantæ religionis erat, ut irritum matrimonium faceret. Vide Cyprianum Epiſt. ad Pomponium, cujus initium eſt, LEGIMUS LITERAS TUAS. Sic Valentinum Concilium ſub Damaſa Can. II. *Virgines, qvæ ſe Deo voverunt, ſi ad terrenas nuptias tranſierint, pœnitentiam agere* jubet. Eæ porrò ab Epiſcopo conſecrabantur. Qvod ne Sacerdotes uſurparent, ſæpius interdictum: ut Carthag. II. & III. *Ab Epiſcopo conſecratæ.* Baſilius ad Amphil. Can. XVIII. illarum *ὁμολογίαν* excipi jubet anno ætatis XVI. vel XVII. Severiùs Agathenſe Concil. Can. XIX: *Sanctimoniales, qvantumlibet vita earum, & mores probati ſint, ante annum ætatis ſuæ XL. non velentur.*

Εἰ δέ τις τελευτησάσης.] In Hæreſi LIX. N. IV. tolerari nihilominus illos in Eccleſiâ dixerat; qvi poſt divortium alias uxores ſibi copularent. De qvo ad illum locum nonnulla ſcripſimus. Hic autem, cùm legitimos ſcilicet, & receptos ab Eccleſia ordines, & gradus perccnſeret, diligenter cautionem illam appoſuit, nonniſi poſt prioris conjugis mortem ſecundas nuptias approbari, etſi, uti diximus, alterius generis utcunq; tolerentur. Qvanqvam adverſus digamos, qvi priore mortuâ, alteram uxorem ducerent, ſeverior apud antiqvos diſciplina fuit. *De Digamis.* Nam Conc. Laod. Can. I. ita ſanxit: *Περὶ τοῦ, δεῖν κατὰ τὸν Ἐκκλησιαστικὸν κανόνα, τοὺς ἐλευθέρως, καὶ νομίμως συναφθέντας δευτέροις γάμοις, μὴ λαθρογαμίαν ποιήσαντας ὀλίγου χρόνου παρελθόντος, καὶ σχολασάντων ταῖς προσευχαῖς, καὶ νηστείαις κατὰ συγγνώμην ἀποδίδοσθαι αὐτοῖς τὴν κοινωνίαν ὡρίσαμεν. Ut ſecundum Eccleſiæ Canonem qvi liberè, ac legitimè ſecundis nuptiis illigati ſint, neqve clandeſtinum matrimonium inierint, exiguo tempore interlapſo, poſtqvam precibus, & jejuniis vacaverint, communio illis indulgeatur.* Neocæſarienſe verò Can. VII. *Πρεσβύτερον εἰς γάμους διγαμούντων μὴ ἑστιᾶσθαι· ἐπεὶ μετάνοιαν αἰτοῦντος τοῦ διγάμου, τίς ἔσται ὁ πρεσβύτερος, ὁ διὰ τῆς ἑστιάσεως συγκατατιθέμενος τοῖς γάμοις;* Vetat Presbyterum digamorum nuptiis intereſſe, ne præſentiâ ſuâ illis ſuffragari videatur. Ad hæc Ancyrana Synodus Can. XIX. jubet; ut qvi virginitatem, qvam Deo ſpoponderant, violarint, eadem

De Sacri-bus Ecclesiæ ritibus.

qva Digami, pœna coerceantur. Apparet igitur digamos olim ignominia notatos, & ad publicam pœnitentiam, ſed eam perbrevem ac tolerabiliorem, adſtrictos fuiſſe. Jam ſupra vidimus qvam ſevera Concilii Eliberitani ſanctio fuerit; cum in præſenti naufragii, mortisqve periculo à qvocumqve baptizari permittit, digamis duntaxat exceptis. Sed nihilominus in Eccleſiam recepti ſunt digami, & qvi cum iis communicare nollent pro Hæreticis habiti. Hinc Nicænum Can. VIII. cum Novatianis Hæreticis profeſſionis formulam præſcribit, ſecundum qvam receptus illis ad Eccleſiam pateat περὶ πάντων δὲ τούτων, inqvit, ὁμολογῆσαι αὐτοὺς ἐγγράφως προσήκει, ὅτι συνθήσονται, καὶ ἀκολουθήσουσι τοῖς τῆς Καθολικῆς, καὶ Ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας δόγμασι, τουτέστι καὶ διγάμοις κοινωνεῖν, καὶ τοῖς ἐν τῷ διωγμῷ παραπεπτωκόσιν. *Ante omnia ſcripto profiteri illos oportet, conſenſuros ſe, atqve amplexuros Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ dogmata: Nimirum ut cum digamis communicent, iisqve, qvi in perſecutione lapſi ſunt* Sed qvinam digami illi fuerint qværitur. Nam Juriſconſultus qvidam, qvi in Canonum Eccleſiæ codicem Notas edidit, vulgò ferè ignotum eſſe dicit. Ipſe autem tres digamiæ ſpecies explicat. Prima eſt, cùm eodem tempore binas uxores qvispiam habet: qvod olim Judæis licitum, Romanis legibus prohibitum fuit. Altera eſt cùm qvis morte prioris conjugis ſoluto matrimonio, ſecundas nuptias contrahit. Tertia, qvam vulgò ignotam eſſe ſtatuit, eſt, cùm extra cauſſam adulterii, repudiata conjuge, altera ſuperinducitur. Cùm enim variæ divortii cauſſæ citra adulterium ſæculi legibus olim receptæ fuerint, nunqvam Eccleſia illas admiſit. Qvocirca qvi aliis de cauſſis, qvàm propter adulterium, uxore dimiſſa, cum alia conjugium ſociaret, hic, ait Juriſconſultus ille, digamus cenſebatur, eiqve Canonica illa mulcta, cujus Neocæſar. & Laodic. meminerunt, irrogabatur. Ex qva oratione ſeqvitur, digamos illos, qvi mortua conjuge alteri ſe copularent, mulctæ hujus expertes fuiſſe. Sed hæc digamiæ genera tria neqve ignota vulgò erant, neqve ad rem pertinent. Conſtatqve ad poſtremos illos digamos tres illos totidem Conciliorum citatos Canones pertinere. Nam Laodicenum digamos eos, de qvibus loqvitur, appellat ἐλευθέρως, καὶ νομίμως συναφθέντας δευτέροις γάμοις, *legitimè, ac liberè ſecundis nuptiis illigatos:* hoc eſt, qvi licentia & facultate ſibi à Chriſto & Eccleſia conceſſa uſi forent, qviqve id legitimè feciſſent. In qvo ridicula eſt Juriſconſulti expoſitio: νομίμως idem eſſe ac *ſecundum legis humanæ licentiam.* Neqve enim Eccleſiaſticus ille Patrum conceſſus νομίμως iniri nuptias illas ediceret, qvas nullo modo licitas, neqve ratas eſſe cognoſceret. Etenim qvi citra adulterium, alias ob cauſſas, propter qvas divortium facere Imperatoris legibus fas eſt, uxorem dimiſerit, aliamqve duxerit, in eadem cum adulteris cauſſa Eccleſiæ judicio decretoqve verſatur: neqve aut levi pœnitentia defungi poterat, aut aliter, qvàm diſſuto poſteriore, illicitoqve contubernio, illam ipſam impetrare pœnitentiam. Qvemadmodum devotæ, hoc eſt, qvæ ſe Deo conſecraverant, virgines, aut viduæ, *ſi maritum accepiſſent, non admittebantur ad pœnitentiam, niſi adhuc ipſo vivente marito, caſtè vivere cœpiſſent, aut poſtqvam ipſe deceſſiſſet;* ait Toletanum I. Can. XVI. & XIX. Atqvi Digamos iſtos Laodicenum Concilium brevi tempore pœnitentiam obire ſtatuit; Nicænum verò Novatianis, ut cum illis nominatim communicaturos

Triplex digamia. (margin, beside "Eccleſiæ codicem Notas edidit")

Refellitur Juriſconſulti de digamia opinio. (margin, beside "riſconſulti expoſitio")

De veteribus Ecclesiæ ritibus.

se esse profiteantur, edicit. Qvod profectò non faceret, si digamorum nomine flagitiosos illos, ac judicio Ecclesiæ adulterii damnatos intellexisset. Præterea, ut qvàm absurda sit IC. sententia evidentius appareat: si in illo Nicæni Concilii Canone digami sunt, qvi contra Ecclesiasticas sanctiones, hoc est, ut ipse cum Calvinianis existimat, citra caussam adulterii, ob eas caussas, de qvibus divortium sæculi leges indulgent, repudiata priore, alteram sibi conjugem ascifcunt, non alia puto conditione Novatianos ad jungendam cum illis communionem coëgit, qvàm ut dissoluto posteriore illo conjugio, fœdissimam illam maculam pœnitentiâ diluerent. Atqvi non magis ut cum hoc peccatorum genere, post pœnitentiam, qvàm ut cum cæteris communicarent omnibus, lex ista, cautioqve ferri Novatianis debuit. Non enim ejusmodi solùm digamos, sed qvoscumqve delicti gravioris reos ab omni spe communionis excluserant. Cur igitur de digamis illis, utiqve nonnisi pœnitentiam, & illiciti conjugii diremptionem admittendis, disertè nominatimqve Nicœna Synodus exceptum voluit? Qvid, inqvam, in illo criminis, adulteriiqve genere inesse potest mysterii; ut cum iis, qvi negandam peccatis omnibus atrocioribus pœnitentiam, communionemqve censuerant, Nicæni Patres de uno illo stipulentur? Nam qvod unum afferre potest, sæculi legibus adulterii genus illud fuisse concessum; ideo momentum habet nullum, qvoniam, ut ipsemet asserit, nunqvam id Ecclesiæ persvaderi potuit, ut divortii caussas illas approbaret, aut aliter de digamis istis, qvàm de adulteris statueret. Qvare eadem horum, qvæ & adulterorum cæterorum, &, qvod ad Novatianorum negotium spectat, qvam peccatorum omnium ratio haberi à Patribus debuit. Itaqve dubium nullum est, qvin adversus digamorum genus tertium à veteribus Conciliis severitatis aculei illi districti fuerint. Nec aliter Balsamo, ac Zonaras, aliiqve Interpretes Canones illos explicant.

De cœlibatu Clericorum.

Στεφάνη δὲ τούτων πάντων, ὡς εἰπεῖν.] De Clericorum continentia, ac cœlibe vita illustris hic Epiphanii locus est. Sed in Catharorum Hæresi LIX. Num IV. longè apertius, atqve insignius Ecclesiasticam hac in re consvetudinem exposuit. Docet enim imprimis Episcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum ex digamis ordinari neminem. Tum neqve hos, neqve Subdiaconum aliter consecrari, qvàm vel priore, eaqve unica, conjuge mortuâ, vel ab ejusdem viventis consortio, ac consvetudine distractos; nisi virgines omninò sint: præsertim ubi Ecclesiastici Canones accuratè servantur. Nam qvòd in qvibusdam locis Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi liberos adhuc suscipiant, id abusione qvadam, ac disciplinæ corruptela fieri: aut verò necessitate, ubi pro ingenti populorum multitudine, ministrorum copia non suppetit. Nam alioqvi Ecclesiæ decreto Clericorum ordinibus istis continentia præscribitur. Qva Epiphanii authoritate nulla aut expressior, aut sanctior haberi potest. Huic par est ac geminum Hieronymi testimonium illud adversus Vigilantium, qvi, ut hoc tempore nostrates Hæretici, Clericorum castimoniam oppugnabat. *Qvid facient*, inqvit, *Orientis Ecclesiæ? Qvid Ægypti & sedis Apostolicæ, qvæ aut virgines Clericos accipiunt, aut continentes, & si uxores habuerint, mariti esse desierunt?* Atqve hoc qvidem vel recentiores Græculi fatentur, post susceptos sacros illos ordines

De veteribus Ecclesiæ ritibus.

uxorem nemini ducere licuisse. Qvod ad Can. Apost. XXVI. Balsamo, & Zonaras agnoscunt. Canonis verba sunt: *τῶν εἰς Κλῆρον προσελθόντων ἀγάμων κελεύομεν βουλομένους γαμεῖν Ἀναγνώστας, καὶ Ψάλτας μόνους.* Ad qvæ Balsamo istud observat: ante ordinationem Presbyteros, Diaconos, & Hypodiaconos copulare nuptias, atqve ita ordinari potuisse: Post ordinationem, solis hoc Lectoribus, & Cantoribus indultum. Addit Zonaras, ante ordinationem interrogari Presbyteros, Diaconos, & Hypodiaconos, an continenter & castè vellent vivere. Qvod si negaverint, permitti ut ante consecrationem uxores ducant. Sanè in Ancyrano, Can. X. de Diaconis ita sancitum legitur, ut qvi ipso ordinationis suæ tempore contestati sint, se nuptiis carere non posse, ideoqve post ordinationem uxores duxerint, de statu suo non dimoveantur: qvòd ab Episcopo id illis concessum fuerit. *τοῦτο δὲ εἴ τινες σιωπήσαντες, καὶ καταδεξάμενοι ἐν τῇ χειροτονίᾳ μένειν οὕτως, μετὰ ταῦτα ἦλθον ἐπὶ γάμον, πεπαῦσθαι αὐτοὺς τῆς Διακονίας. Hoc verò*, inqvit, *si qvi fortè tacuerint, & in ordinatione permanere in ipso* (continentiæ scilicet) *statu consenserint, cùm deinde nuptias inierint, à Diaconatu repellantur.* Qvo ex Canone illud evinci potest, Clericorum majorum, ad Diaconos saltem usqve, consecrationem implicitum, ut ajunt, votum jam tum habuisse continentiæ. Nam cum eam conditionem apponit, *εἴ τινες σιωπήσαντες, καὶ καταδεξάμενοι ἐν τῇ χειροτονίᾳ μένειν οὕτως*; procul dubio significat, cum ordinatione ipsa implicatam esse tacitam castimoniæ legem, qvæ nonnisi concepta nominatim contestatione devitari posset. Cujusmodi & in Episcopatu suscipiendo fuisse ex Synesii causatione liqvet, qvi Epist. CV. cùm à Ptolemaensibus in Episcopum posceretur, prædicere se ac testari istud asseverat, nolle à conjuge separari. Sed de Episcopis ridiculè a Græcis hodiernis excipitur, qvibus solis nuptiis interdicunt. Nec minùs inepte II. Concilii Carthag. Canon ille III. accipitur: *Placuit Episcopos & Presbyteros, & Diaconos, secundum propria* (al. priora) *statuta etiam ab uxoribus continere, &c.* In qvo Canone jampridem eruditi viri Græcorum, atqve Hæreticorum inscitiam refutarunt: & Balsamonis imprimis, qvi ad Can. IV. Synodi Carthag. qvæ secunda vulgò censetur, nugas meras effutiit. Atqvi Canonum III. & IV. Carthag. illius Synodi; qvi ab Episcopis, Presbyteris, & Diaconis continentiam exigunt, tam liqvida expressaqve authoritas est, ut ludificationem ac fucum omnem respuat. *Placet*, inqvit Carthag. II. Canon II. *ut Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, vel qvi Sacramenta contrectant, pudicitiæ custodes, etiam ab uxoribus se abstineant. Ab omnibus dictum est: Placet ut in omnibus, & ab omnibus pudicitia custodiatur, qvi altari deserviunt.* Accedit & Chalced. Canon. XIV. *Ἐπειδὴ ἔν τισιν ἐπαρχίαις συγκεχώρηται τοῖς Ἀναγνώσταις, καὶ Ψάλταις γαμεῖν, ὥρισεν ἡ ἁγία Σύνοδος, μὴ ἐξεῖναί τινι αὐτῶν ἑτερόδοξον γυναῖκα λαμβάνειν. Cùm in qvibusdam provinciis concessum sit lectoribus, & Cantoribus uxores ducere.* Non igitur cæteris licebat Ordinibus, maximè Subdiaconis; ac ne Lectoribus qvidem, & Cantoribus ubiqve, sed in certis duntaxat provinciis. Qvanqvam de Subdiaconis, non ex Canonis ullius decreto, ut ait Epiphanius, sed ex qvadam indulgentia, & *οἰκονομίᾳ*, remissum aliqvando videtur. Nam & Carthaginensium Conciliorum Canones, qvibus disertè continentia præcipitur, Episcopos duntaxat, & Presbyteros ac Diaconos complexi sunt. Qvemadmodum & Are-

Græcorum ridicula consuetudo.

laterense II. Can. III. *Si qvis de Clericis à gradu Diaconatus in solatio suo mulierem præter aviam, matrem, sororem, filiam neptem, vel conversam secum uxorem habere præsumpserit, à communione alienus habeatur.* Nam conversam appellat, qvæ sponte se à viri consvetudine segregarit: Uti Canone præcedenti. *Assumi aliqvem ad Sacerdotium non posse in vinculo conjugii constitutum; nisi promissa fuerit conv- si, non oportet.* At Concil. Tolet. I. Can. IV. decrevit: *Ut Subdiaconus uxorem alteram ducens inter Ostiarios, vel Lectores habeatur. Qvod si tertiam duxerit, qvod nec dicendum est, abstentus biennio postea inter Laicos reconciliatus post pœnitentiam communicet.* Ad hæc Siricius Papa in Epistola, qvæ in Telensi Concilio lecta est, Can. IX. Innocentius Epist. II. Cap. IX. & Epist. III. Cap. I. Presbyteros duntaxat, & Diaconos coire cum uxoribus prohibent. Qvorum decreta confirmat Agathense Conc. Can. IX. Qvod ipsum tamen Can. XXXIX. Subdiaconos etiam comprehendit: *Presbyteri, Diacones, Subdiacones, vel deinceps, qvibus ducendi uxores licentia non est, etiam alienarum nuptiarum evitent consortia.* De tribus Ordinibus accedit & Concil. Eliberit. Can. XXXIII. & Carthag. II. Cap. II. Apostolicam hanc institutionem esse significat: *Ut qvod Apostoli docuerunt*, inqvit, *& ipsa servavit antiqvitas, nos qvoqve custodiamus.* Hæc nos ex infinitis pauca, qvæ in Adversariis extabant, de Clericorum cælibatu selegimus. Cætera in Annalibus Ecclesf. ad annum LVIII. tum ab aliis, qvi adversus Hæreses scripserunt, ad idem argumentum disputata reperies.

De Iterum nubentibus Clericis. (margin note)

Δευτερόγαμον δὲ οὐκ ἔξεστι δέχεσθαι.] Digamus non solum ab Episcopali munere, sed etiam à sacris omnibus Ordinibus exclusos fuisse perpetuò, qvi probare velit, is otio, & charta intemperanter abutatur. De Episcopis locus est Apostoli I. Tim. III. *Oportet Episcopum esse unius uxoris virum;* qvod idem & ad Titum Cap. I. 7. repetit. Quibus in locis Beza, & Hæretici omnes, præsertim Molinæus in fidei Scuto: nec non & Jurisconsultus ille supra refutatus à nobis, de digamis illis Apostolum interpretantur, qvi citra legitimam caussam, hoc est præter adulterii culpam, repudiata conjuge alteram duxissent. Verum tametsi hoc ipsum digamorum genus eodem Apostoli decreto comprehenditur, absurdissimum tamen est, non eos qvoqve contineri credere, qvi, uxore mortua, aliam sibi, & qvidem legitimam, conjugem adsciverint. De qvo luculentissimum hoc in loco testimonium habes Epiphanii: nec non & in Catharorum Hær. LIX. Num. IV. Ubi disertè negat sacros ad Ordines illum recipi, qvi priore coniuge mortua alteram duxerit. Qvod adeò verum est, ut ne Ariani qvidem contra communem illam, receptamqve consvetudinem venire ausi fuerint. Nam in Ebionitarum Hæresi XXX. Num. V. Iosephus Comes, cum Ariani, ut ad partes suas illum traherent, Episcopatum ei pollicerentur, ne invitus ab illis ordinaretur, priore conjuge defuncta, secundas nuptias iniit. Qvæsitum olim fuit, utrum qvi ante Baptismum conjugem habuisset, digamus ejusmodi censeretur, qvi ab Ecclesiasticis Ordinibus arceretur. Qva de re parum probabilis Hieronymi sententia extat in Epist. ad Oceanum, qvæ est LXXXIII. Cui contraria est Augustini Lib. de bono Conjugii, Cap. XVIII. aliorumqve Patrum opinio: cui Ecclesiastica traditio, ac consvetudo suffragatur. Qva de re Valentini Concilii, qvod sub Damaso celebratum est,

Digami arcentur ab Ordinibus. (margin note)

De veteribus Ecclesiæ ritibus. Canon primus ita statuit: *Uti Digami ne ordinentur Clerici, etiamsi gentiles adhuc hac se infelicis sortis necessitate maculaverint.* Vide Innoc. I. Ep. II. Cap. VI. Qvin & Zosimus Papa Epist. I. non modo Episcopum, aut Diaconum, ac Subdiaconum, sed ne Lectorem qvidem, aut Exorcistam fieri patitur eum, qvi viduæ sit maritus. Redeo ad Apostoli locum illum I. ad Tim. III. Qvem, uti dixi, non negandum est ad illos pertinere qvoqve Digamos, qvi repudiata utcunq; conjuge novas nuptias copularint: qvo sensu Chrysostomus interpretatus est. Qvi & ipse tamen alterius Digamorum generis, & qvidem eorum, qvi post priorum obitum alias duxissent, meminit. Τινὲς δὲ, inqvit, ἵνα ἐκ μιᾶς γυναικὸς ᾖ, φασὶ τοῦτο εἰρῆσθαι. *Qvidam ideo dictum hoc ab Apostolo censent, ut ab una uxore sit* (mortua scilicet.) Clarius in Comment. ad Titum Hom. II. ubi caussam hanc Apostolicæ sanctionis affert. Ὁ γὰρ πρὸς τὴν ἀπελθοῦσαν μηδεμίαν φυλάξας εὔνοιαν, πῶς ἂν οὗτος γένοιτο προστάτης καλός; *Qvi defunctæ uxori benevolentiam nullam servasse deprehenditur, qvonam pacto hic Ecclesiæ præesse poterit?* Ἀπελθοῦσαν appellat mortuam, non eam, qvæ *repudiata discessit:* ut imperitè Jurisconsultus vertit. Nam & apud Theophylactum eadem Chrysostomi verba ita redduntur: *Qvi enim nullam servavit benevolentiam erga eam, quæ obiit, &c.* Qvare posterius illud ac legitimum Digamorum genus ab Apostolico illo decreto nunqvam Chrysostomus exclusit. Unus Theodoretus, qvod valde miror, solos digamos, qvi plures simul uxores haberent, ab Apostolo repudiatos sentire videtur. In qvo audiendus non est, multoqve minus Hæretici, uti Beza cæteriqve, qvi in Apostolicis verbis præceptum contineri putant, qvod nullum ad Episcopatum, nisi uxore ductâ, promoveri permittat. Qvod jamdudum Theophylactus refellit.

Εἰ δὲ εἶεν ἱκανοί.] Qvemadmodum è Monachis eligendi sint Clerici, docet Augustinus Epist. LXXVI.

Diaconissæ. Καὶ Διακόνισσαι δὲ καθίστανται.] Diaconissarum usum, & institutum uberius in Collyridianorum Hæresi declarat, qvæ est LXXIX. Num. III. & IV. Ubi ad mulierum, qvæ baptizantur, obseqvia, aliasqve id genus functiones deligi idqve è viduarum potissimùm ordine, scribit. Unde & *Viduæ*, & *Presbytides* appellantur. Hoc verò loco, non solum viduas, sed etiam perpetuas capi virgines significat. Zonaras, & Balsamo Comment. ad Can. XIX. Nicænæ Synodi virgines præcipuè delectas esse docent: Παρθένοι (inqvit Zonaras) τὸ παλαιὸν προσήγοντο τῷ Θεῷ ἁγνεύειν ὁμολογοῦσαι ἃς οἱ Ἐπίσκοποι παθιέρουν κατὰ τὸν ϛʹ κανόνα τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου, καὶ τῆς τούτων ἐφρόντιζον φυλακῆς κατὰ τὸν μδʹ κανόνα τῆς αὐτῆς Συνόδου· ἐξ ὧν δὴ παρθένων καὶ Διακόνισσαι ἐχειροτονοῦντο κατὰ τὸν καιρὸν τὸν προσήκοντα, ἤγουν ὅτε ἐτῶν ἐγγένοιντο μʹ· αἱ δὲ τοιαῦται καὶ τὸ σχῆμα ἐνεδύοντο παρὰ τῶν Ἐπισκόπων ἐν τῷ κεʹ ἐνιαυτῷ τῆς ἡλικίας αὐτῶν. Tertullianus verò Lib. de velandis Virgin. Cap. IX. viduas ad ejusmodi ministeria constitutas fuisse ex Apostoli authoritate significat: & qveritur ab Episcopo qvodam *alicubi virginem in viduatu ab annis nondum viginti collocatam.* Carthaginense IV. Cap. XII. de harum officio ita loqvitur; *Viduæ, vel sanctimoniales, quæ ad ministerium baptizandarum mulierum eligantur, tam instructæ sint ad officium, ut possint apto, & sano sermone docere imperitas, & rusticas mulieres tempore qvo baptizandæ sunt, qvaliter baptizatori interrogatæ respondeant, & qvaliter*

liter accepto baptisinate vivant. Concilium Chalcedonense Can. XV. Διακόνισσαν μὴ χειροτονεῖσθαι γυναῖκα πρὸ ἐτῶν τεσσαράκοντα, καὶ ταύτην μετὰ ἀκριβοῦς δοκιμασίας. De XL. annis idem Agathense decrevit Can. XIX. Ignatius Epist. IX. Ἀσπάζομαι τὰς φρουροὺς τῶν ἁγίων πυλώνων, τὰς ἐν Χριστῷ Διακόνους. Epaunense porrò Can. XXI. Diaconissas sustulit. *Viduarum*, inqvit, *consecrationem, qvas Diaconas vocant, ab omni regione nostrâ penitus abrogamus; solam eis pœnitentiæ benedictionem, si converti ambiunt, imponendo.* Imo & Laodicenum ex ea parte saltem, ut aliis mulieribus minimè præessent, nec earum docendarum munus usurparent: ut Zonaras & Balsamo declarant ad Can. XI. Cujus hæc verba sunt: Μὴ δεῖν τὰς λεγομένας πρεσβύτιδας, ἤτοι προκαθημένας ἐν Ἐκκλησίᾳ καθίστασθαι. Qvæ ita vetus editio Latina concipit. *Mulieres, qvæ apud Græcos Presbyteræ appellantur, apud nos autem viduæ seniores, univiræ, & matriculariæ nominantur, in Ecclesia, tanqvam ordinatas, constitui non debere.* De Diaconissis nugatur Pseudodiataxis Clem. Lib. II. Cap. XXVI. Ubi *Episcopum* Dei Patris instar esse dicit: *Diaconum* Christi Domini: *Diaconissam* verò Spiritus sancti. Proinde uti Spiritus sanctus nihil à seipso dicit, facitve, ἀλλὰ δοξάζων τὸν Χριστὸν περιμένει τὸ ἐκείνου θέλημα: Ita Diaconissæ nihil sine Diacono debent suscipere. Qvæ sunt γραώδη, & Hæresim præterea τῶν πνευματομάχων redolent. *De Diaconissis.* *De Ordinibus.*

Εἶθ᾽ ἑξῆς τούτων ἐπορκισταί.] Horum omnium, & præcedentium Ordinum crebra est in veteribus Synodis, & apud antiqvos Patres mentio. Imprimis Carthag. IV. singulos gradus accuratissimè describit, & qvo qvisqve ritu sit initiandus declarat. Apud Ignatium cùm in aliis Epistolis; tùm in postrema IX. præter majores illos commemorantur Ἀναγνῶσται, Ψάλται, Πυλωροί, οἱ Κοπιῶντες, Ἐπορκισταί. De qvibus omnibus Annales Eccles. consule.

N.XXII. Συνάξεις δὲ ἐπιτελοῦνται.] Synaxis propriè sacros conventus, & qvod in illis à fidelibus celebratur, divinum officium significat; qvod sacrarum literarum lectionem, psalmodiam, tractatum, sive sermonem ad populum; ac demum, ubi opus est, Divinorum Mysteriorum celebrationem complectitur: uti Fronto Ducæus noster ad Chrysostomi Orat. II. in Judæos adnotavit. Nonnunqvam tamen, ut apud Dionysium, præsertim Libro de Eccles. Hierar. Cap. III. pro ipsa communione, vel missæ sacrificio sumitur. Nam ibi caussam inqvirit, cur κοινωνίας, & συνάξεως appellatio divino illi, augustissimoqve Sacramento, qvam τελετὴν τελετῶν nominat, præcipuè tribuatur, cum cæterorum ea qvoqve vis sit, ut μερισὰς ἡμῶν ζωὰς εἰς ἑνοειδῆ θέωσιν συνάγειν, hoc est, consociare possint. Propriè tamen, ut nos diximus, σύναξις conventum sacrum, & Divinum, qvod in eo peragitur, officium sonat. Sic Epiphanius in Hæres. LXIX. qvæ est Ariomanitarum, de Ario cæterisqve Presbyteris per urbanas Ecclesias Alexandriæ distributis; ἕκαστος δὲ τούτων δῆλον κατὰ τὴν εἰθισμένην σύναξιν τὸν αὐτῷ πεπιστευμένον λαὸν διδάσκων ἐν ταῖς ἐξηγήσεσι, &c. Hanc Latini *collectam*, vel *Missam*, ut idem Fronto noster observat, appellare consvêverunt. At Casaubonus Exer- *De Synaxibus.*

De veteribus Ecclesiæ ritibus.

cit XVI. Num. XLII. dum Parisiensis editionis notas in Chrysostomum redarguit, castigandus & ipse venit. Nam pleraqve oscitanter attigit. Imprimis Chrysostomus fideles adhortans, ut pro se qvisqve captandis, ac lucrifaciendis proximis incumbat, his verbis alloqvitur: *Τί μέγα αὐτῷ παρ' ὑμῶν, ἀγαπητοί; ἕκαστος ὑμῶν ἕνα μοι τῶν ἀδελφῶν ἀνασωσάτω, περιεργασάσθω, πολυπραγμονησάσθω· ἵνα εἰς τὴν ἐπιοῦσαν σύναξιν μετὰ πολλῆς παῤῥησίας ἀπαντήσωμεν, δῶρα τῷ Θεῷ κομίζοντες, δῶρα πάντων τιμιώτερα, τὰς ψυχὰς τῶν πεπλανημένων ἐπαναγαγόντες.* Hîc Erasmus verba illa *εἰς τὴν ἐπιοῦσαν σύναξιν* verterat; *in crastina communione.* Qvod meritò reprehensum à Frontone nostro; proqve *communionis* vocabulo substituta vox *collectæ.* Displicuit hæc emendatio Casaubono, qvi cum Erasmo *σύναξιν* illîc communionem esse defendit: eo fretus argumento, qvòd donorum oblatio, de qvibus loqvitur Chrysostomus, Eucharistiam designet. Sed mira est Critici illius *ἀπροσεξία.* Nam *δῶρα* ista non sunt panis, & vinum, qvæ ad Eucharistiam adhibentur; aut Eucharistia ipsa: sed nimirùm fratrum, & Christianorum animæ; qvibus ad Synaxin adducendis, & conservandis ut studeant, auditores suos admonebat.

Proximus est Epiphanii ille ipse locus, qvem præ manibus habemus: in qvo Synaxes ait ex Apostolica traditione in feriam qvartam, & Parasceven, ac Dominicam incidere. *Hic potest dubitari* (Casauboni verba sunt) *an simpliciter conventus sacri intelligantur, ad verbum audiendum, & orandum; an etiam de cœna Domini celebratione senserit Epiphanius. Ratio dubitandi oritur ex observatione diversa veterum Ecclesiarum. Nam, ut testatur Socrates, pleraqve omnes orbis terrarum Ecclesiæ, & his diebus, & Sabbatis etiam ad Synaxes conveniebant, in qvibus mysteria celebrabantur.* Hæc ille, Sed qvod Socratem affirmare dicit in plerisqve omnibus terrarum orbis Ecclesiis Synaxes, & Mysteria feria qvarta, sexta, & Sabbato celebrari, falsissimum est. De Sabbatis id qvidem toto orbe usitatissimum esse, si Romanam Ecclesiam, & Alexandrinam exceperis, docet libro illo, qvem Casaubonus citat, Historiæ V. Cap. XXI. Qvod autem feriâ qvartâ sextâve Synaxes & mysteria celebrata fuerint, nusqvam prodidit. Qvin potiùs de solis Alexandrinis id refert, omnia apud illos, qvæ in Synaxibus geri mos est, præter mysteria ac sacrificia, biduo illo perfici. Qvare neqve ex Epiphanio, neqve ex Socrate confici potest, feria qvartâ & Parasceve Christianos augustissima illa Dominici Corporis sacra celebrasse. Qvod utrum aliunde colligi possit, anteqvam disputo, prius error ille castigandus est, qvem non solùm Casaubonus, sed & alii pridem pii & eruditi homines imbibisse videntur: In omnibus Synaxibus Mysteriorum celebrationem, ac participationem locum habuisse. Qvod secus se habet. Nam à mysteriorum celebratione ac communione Synaxis perinde differt, ut genus à forma: propterea qvod non omnibus in Synaxibus Dominicum corpus aut offerebatur, aut à fidelibus usurpabatur. Qvod ex Socrate primum, loco illo, qvem paulo ante citavimus, intelligitur, ubi *τῇ τετράδι, καὶ παρασκευῇ* Synaxes Alexandriæ fieri scribit, *δίχα τῆς τῶν Μυστηρίων τελετῆς.*

Tum universè de Orientalibus, ac Græcis ita poteſt confici. Etenim per ſolennes jejuniorum dies Myſteria nulla, & ſacrificia peragebantur; neqve publicè ac legitime communicabant fideles. Nam Laodicenum Concilium Canone XLIX. vetat qvadrageſimali tempore panem offerre, præterqvam in Sabbato, atqve Dominica. *Ὅτι οὐ δεῖ τῇ τεσσαρακοστῇ ἄρτον προσφέρειν, εἰ μὴ ἐν Σαββάτῳ, καὶ Κυριακῇ μόνον.* Qvem Canonem pleriqve non rectè de Eulogiis, ſive fermentato pane interpretati ſunt; de qvo agit idem Laodic. Can. XIV. & Innocentius I. Epiſt. I. Cap. V. Atqve hunc iccirco putant offerri per illos dies minimè licuiſſe, ne ea ſolvendi jejunii eſſet occaſio. Cujus falſiſſimæ interpretationis authores vis ipſa verbi *προσφέρειν* ac poteſtas refellit, qvæ de ſacrificio, & oblatione ſolet accipi, ut in Nicæno Can. XVIII. Eſt igitur *προσφέρειν ἄρτον*, panem ipſum repræſentare, ex qvo Chriſti corpus conſecratione fieret. Qvod partim à Sacerdoribus ipſis in ſacrorum functione, ac *τελετῇ* geritur, partim ante Myſteriorum celebrationem à fidelibus. Nemo enim citra notam aliqvam *ἀσύμβολος*, & ſine oblatione propria communicabat; ſed panem ſuum, ac vinum offerebat. Hinc vehemens illa Cypriani qverela de matronis locupletibus Lib. de Opere, & Eleemoſ. *Locuples & dives es, & dominicum celebrare te credis, qvæ corbonam omninò non reſpicis; qvæ in dominicum ſine ſacrificio venis: qvæ in partem de ſacrificio, qvod pauper obtulit, ſumis.* Auguſtinus Serm. CCXV. de Tempore: *Oblationes, qvæ in altario conſecrentur, offerte. Erubeſcere debet homo idoneus, ſi de aliena oblatione communicat.* Qvod idem & ſeqventi ſermone reperit. Qvoniam igitur qvi communionis jure præditus erat, idem aut offerebat, aut offerre certè, unde communicaturus eſſet, poterat; hinc vetuſti Canones eos, qvi in extremo gradu pœnitentium hærerent, qvam *σύστασιν* nominabant, qvi cum fidelibus orationum duntaxat erant participes, nec dum Dominicum corpus uſurpabant, *κοινωνεῖν* dicebant *ἄνευ προσφορᾶς*; ut eſt in Ancyrano Can. V. & XXIV. A qvo demum ordine ad abſolutum, integrumqve ſtatum transferebantur, qvam *μέθεξιν τῶν ἁγίων*, & *τὸ τέλειον* appellant: cùm ſcilicet perinde ad oblationes faciendas, atqve ad participandam Euchariſtiam admitterentur. Neqve enim qvorumcunqve oblationes receptæ ſunt, ſed ſceleratorum hominum, ac pœnitentium, & universè *τῶν ἀδέκτων, καὶ ἀκοινωνήτων* rejectæ. De qvo vide Conſtit. Apoſt. Lib. III. Cap. V. Et Vaſenſe Concilium Can. II. jubet, *ut pœnitentium, qvi ſine communione inopinato tranſitu in agris, aut itineribus præveniuntur, oblationes recipiantur.* Excutiebantur itaqve primùm oblationes à Diaconis: atqve utrum ejusmodi eſſent inqvirebatur, qvæ repræſentari ad altare poſſent. Igitur in Laodiceno Concilio *ἡ προσφορὰ* de utroqve genere oblationis poteſt intelligi, tam ea qvæ à fidelibus, qvàm qvæ a Sacerdotibus fiebat. Nec obſtat, qvod *προσφέρειν ἄρτον*, ſcriptum eſt in Canone· qvæ fuiſſe cauſſa videtur, ob qvam Catholici viri de Eulogiis potius, qvam de Euchariſtia dictum illud interpretarentur. Nam vel *ἄρτος* ad id refertur, qvod ante conſecrationem fuit: aut corpus ipſum Domini *panis* uſita-

De ſacrificiis Eccleſiaſticis.

De Sacri-bus Ecclesia ruit… ta cùm in Scripturis, tùm apud Patres appellatione dicitur. Sic in Carthag. Concilio apud Zonaram, & Balsam. Can. XL. περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι περαιτέρω ἄρτου, καὶ οἴνου ὕδατι μεμιγμένου τι ποτε ἐν τοῖς ἁγίοις προσφέρειν, ἵνα ἐν τοῖς ἁγίοις μηδὲν πλέον τοῦ σώματος, καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου προσενεχθείη ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος παρέδωκεν. τουτέστι ἄρτου, καὶ οἴνου ὕδατι μεμιγμένου. Qvod apud Latinos Can. XXIV. Concilii III. Carth. ita legitur: *Ut in Sacramentis corporis, & sanguinis Domini nihil amplius offeratur, qvàm ipse Dominus tradidit: hoc est panis, & vinum aqva mixtum.* Proinde nihil certius est, qvàm in Laodiceno Canone prohiberi, ne per solennes jejunii dies oblationes, & sacrificia celebrentur. Excipit Sabbatum, ac Dominicam, qvibus in Oriente jejunare nefas arbitrabantur. Qvod ex Trullana Synodo comprobari potest: qvæ Can. LII. ita sanxit. Ἐν πάσαις ταῖς τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς τῶν νηστειῶν ἡμέραις, παρεκτὸς Σαββάτου, καὶ Κυριακῆς, καὶ τῆς ἁγίας τοῦ Εὐαγγελισμοῦ ἡμέρας, γινέσθω ἡ τῶν προηγιασμένων ἱερὰ λειτουργία. *In omnibus quadragesimalis jejunii diebus, excepto Sabbato, ac Donunica, & sacro Annunciationis die, celebretur sanctum antè consecratorum sacrificium.* Qvem ad Canonem Zonaras hæc adnotat: αἱ τῶν νηστειῶν ἡμέραι πένθους εἶναι ἐτάχθησαν, καὶ κατανύξεως εἰς ἐξίλασμα τῶν ἑκάστου σφαλμάτων· τὸ δὲ τῷ Θεῷ προσάγειν θυσίας, πανηγυρίζειν ἐστὶ, &c. Διὰ τοῦτο ἐν μὲν ἄλλαις τῆς τεσσαρακοστῆς ἡμέραις ἡ τῶν προηγιασμένων γίνεται λειτουργία, οὐ τότε γινομένης τῆς ἀναιμάκτου θυσίας, ἀλλὰ τῆς ἤδη προσαχθείσης, καὶ τελεσθείσης αὖθις προσαγομένης. κατὰ δὲ τὰ Σάββατα, καὶ τὰς Κυριακὰς, ἐπεὶ ἐν ταύταις νηστεύειν ἀπηγόρευται, ἐνδέδοται καὶ θυσίαν προσφέρειν, καὶ τελείαν λειτουργεῖν λειτουργίαν. Qvocirca Sacrificium neqvaqvam per jejunii dies oblatum est; sed ea retractabantur, qvæ jam ante consecrata fuerant, uti sacro Parasceves magnæ die apud nos fieri consvevit. Extant illæ τῶν προηγιασμένων λειτουργίαι Tom. VI. Biblioth. cum Genebrardi Præfatione: in qva Græcorum ritum illum adversus Catholicos qvosdam doctores propugnat; negatqve propterea damnandum esse, qvòd nulla in iis Liturgiis neqve consecratio neqve distributio, ac communio contineretur. Apparet autem, qvemadmodum in Synaxibus, qvæ per illos dies fiebant, nullum est oblatum sacrificium, ita nullam fidelium communionem extitisse. Qvod præterea alio ex argumento colligitur. Etenim neqve jejunantes osculum pacis fratribus impartiebantur, neqve mysteriorum celebratio ac participatio sine pace, osculoqve peragebatur. Horum primum Tertullianus Lib. de Orat. sub finem indicat his verbis: *Sic & die Pascha, qvo communis, & qvasi publica jejunu religio est, meritò deponimus osculum, nihil curantes de osculando, qvod cum omnibus faciamus.* In publicis igitur solennibusqve jejuniis pacem, hoc est osculum, sibi mutuò fideles non dabant.

Jejuniorum tempore non mutuò fideles osculati sunt.

Qvod cùm in privatis, & voluntate susceptis perinde ab illis observaretur, paulo ante idem Tertull. improbat: *Aliajam*, inqvit, *consvetudo invaluit. Jejunantes habita oratione cum fratribus subtrahunt osculum pacis, qvod est signaculum orationis.* Unde illos admonet, ut cùm privatim ipsi jejunant, *doni qvidem, inter qvos latêre jejunium in totum non datur, pacem differant:* at publicè & in Ecclesia dissimulato jejunio, consvetudini serviant.

Posterius verò, nempe cùm Mysteria celebrarentur, pacem, atqve osculum à fidelibus oblatum fuisse, vix est ut probari necesse sit. Res enim est perspicua. *De veteribus Ecclesia ritibus.* Sed aliqvot nihilominus veterum testimonia producam. Primùm Laodicenum Conc. Can. XIX. in Liturgiis, & Synaxibus hunc præscribit ordinem. Post habitos ab Episcopo sermones, Catechumenorum succedebat oratio. Qvibus digressis, super pœnitentes orabant. Ii sub manus subeuntes ubi recesserant, tum fidelium triplex oratio concipiebatur: Εἶθ' οὕτως τὴν εἰρήνην δίδοσθαι jubet: καὶ μετὰ τὸ Πρεσβυτέρους δοῦναι τῷ Ἐπισκόπῳ τὴν εἰρήνην, τότε τοὺς λαϊκοὺς τὴν εἰρήνην δίδοναι· καὶ οὕτω τὴν ἁγίαν προσφορὰν ἐπιτελεῖσθαι. *Tum pax, inqvit, danda; qvam ubi Episcopo Sacerdotes impertierint; laici sibi invicem dabunt. Secundum qva perficiatur oblatio.* At Innocentius Epist. I. ad Decent. Cap. I. pacem prohibet ante finita mysteria dari. *Pacem ergo asseris*, inqvit, *ante confecta Mysteria qvosdam populis imperare, vel sibi inter Sacerdotes tradere: cum post omnia, qva aperire non debeo, pax sit necessario indicenda, per qvam constet populum ad omnia, qva in Mysteriis aguntur, atqve in Ecclesia celebrantur, præbere consensum.*

Qvibus subductis omnibus, liqvet vetustissimos etiam Christianos in Synaxibus suis non perpetuò communicasse, publicè saltem, ac legitimè. Nec interim negamus privatim domi, vel extra Synaxin communicare aliqvos potuisse, cùm Eucharistiam, qvam à Sacerdote semel acceperant, domi reservatam reliqvos in dies dispensare solerent. De qvo vide qvæ Basilius Ep. CCLXXXIX. ad Cæsariam Patriciam scribit. Tum annalium auctorem ad annum LVII. Redeo jam ad Synaxes illas, qvas Epiphanius ab Apostolis fuisse traditas affirmat, feriæ qvartæ, Parasceves, & Dominicæ. Inter qvas miretur qvispiam Sabbati mentionem nullam esse factam. Hoc enim die Synaxes Oriente ferè toto celebratas, ac frequentata Mysteria testatur Socrates Lib. illo V. Cap. XXII. Qvanqvam hic, ut & Sozom. Lib. VII. Cap. XIX. Alexandrinos, & Romanos excipit: Τῶν γὰρ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης Ἐκκλησιῶν ἐν ἡμέρᾳ Σαββάτων κατὰ πᾶσαν ἑβδομάδος περίοδον ἐπιτελουσῶν τὰ Μυστήρια, οἱ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἔκ τινος ἀρχαίας παραδόσεως τοῦτο ποιεῖν παρῃτήσαντο. *Cùm enim omnes totius orbis Ecclesia Sabbatis omnibus per unamqvamqve hebdomadam Mysteria celebrent, Alexandrini, & Romani ex vetere qvadam traditione id agere detrectarunt.* Ita non Orientis modo, sed & totius orbis consvetudinem fuisse scribit; qvod ego verum non arbitror. Fuit enim orientis ferè solius. In Responsis Canon. Timothei Alexand. apud Balsam. Interrog. XIII. qvæsitum est: qvibus diebus conjuges continere debeant? Respondet Timotheus omnino Sabbato, ac Dominica temperandum, διὰ τὸ ἐν αὐταῖς τὴν πνευματικὴν θυσίαν ἀναφέρεσθαι τῷ Κυρίῳ. Igitur Sabbatis Alexandriæ celebrata Mysteria, contra qvam Socratis ætate factum est. Atqvi forte an Cyprii (apud qvos ista scripsit Epiphanius) Romanos, aut vicinos suos Alexandrinos imitati, Synaxes nullas Sabbatis instituerunt: reliqvis verò, hoc est qvarta sextave feria, nulla in Synaxibus mysteria celebrarunt. De mysteriis certè mentio nusqvam hîc habetur, contra qvam Casaubonus, aliiqve temere prodiderunt. In seqventi Numero, Epipha-

De veteribus Ecclesiæ ritibus.

nius de Sabbati Synaxibus ita loqvitur, ut in Ecclesia sua institutas negare videatur. Scribit enim; *ἔν τισι δὲ τόποις καὶ ἐν τοῖς Σάββασι συνάξεις ἐπιτελοῦσιν.* Non igitur in Cypro: ac proinde verissima est conjectura nostra; Cyprios Alexandrinorum morem imitatos esse. Ac cùm paulo ante demonstratum sit; qvadragesimalis jejunii tempore nulla in sacris conventibus celebrata fuisse mysteria, de qvarta, sextaqve feria idem videri possit, cùm in illis solenne peræqve jejunium extitisse, author sit Epiphanius. Sed ne istud asseveremus, prohibet imprimis illud, qvod *ἡ τῶν προηγιασμένων λειτουργία* soli Qvadragesimæ jejunio in veteribus Conciliis, & Liturgicis adscribatur. Accedit & disertissimus Tertulliani locus; qvi in Lib. de Orat. sub finem ostendit, ipsis stationum diebus, qvæ feria qvarta sextaqve cum jejuniis obiri consveverant, ut paulo post dicetur; sacrificia celebrari, ac Dominicum corpus in fideles distribui solere. *Similiter*, inqvit, *de Stationum diebus non putant plerique sacrificiorum orationibus interveniendum; quod statio solvenda sit accepto corpore Domini. Ergo devotum Deo obsequium Eucharistia resolvit, an magis Deo obligat? Nonne solennior erit statio tua, si & ad aram Dei steteris? Accepto corpore Domini, & reservato, utrunque salvum est, & participatio sacrificii, & executio officii.* Qvi locus paulo à nobis postea declarabitur. Ad hæc Basilius in Epistola ad Cæsariam, cujus supra meminimus, cum qvotidianam communionem plurimum commendasset; ista subjicit: *ἡμεῖς μέντοι γε τέταρτον καθ' ἑκάστην ἑβδομάδα κοινωνοῦμεν, ἐν τῇ Κυριακῇ, ἐν τῇ τετράδι, καὶ ἐν τῇ παρασκευῇ, καὶ τῷ Σαββάτῳ, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἡμέραις, ἐὰν ᾖ μνήμη μάρτυρός τινος. Nos quater in quaque hebdomada communicamus; Dominica, feria quarta, Parasceve, Sabbato; sed & diebus cæteris, in quos memoria Martyris alicujus incidit.*

Utrum feria IV. & VI. mysteria celebrarentur.

Unde qvod de jejunio dictum est, nullum in eo celebratum fuisse Mysterium, neminemqve communicasse fidelium; de solo Qvadragesimali par est accipi, si Alexandrinos eximas, qvorum velut singulare istud à Socrate commemoratur, qvod feriâ qvartâ, atqve sextâ omnia præter *τελετὴν* Synaxeon propria præstiterint. De qvo proximè videbimus.

Deniqve qvod Epiphanius admonet; *triplicem illam Synaxin dierum totidem ab Apostolis esse traditam,* haud scio an satis certò constare qveat. Nam primis Ecclesiæ temporibus unus duntaxat Dominicus dies ad eam rem observatus videtur, ut ex Apostolo I. ad Cor. Cap. XVI. colligitur. Qvin etiam Justinus Martyr Apol. II. cùm de Christianorum conventibus agit, solius Dominicæ meminit: *τὴν δὲ τοῦ ἡλίου ἡμέραν κοινῇ πάντες τὴν συνέλευσιν ποιούμεθα.* Qvare magis id ex privato Ecclesiæ cujusqve ritu, qvàm ex communi Apostolorum præscripto derivatum existimo, ut qvarta sextâve feria, aut etiam Sabbato Synaxes conventusq; fierent. Qvam in rem egregius est Augustini locus Ep. CXVIII qvi mihi hîc adscribendus videtur: *Alia vero*, inqvit, *qvæ per loca terrarum regionesqve variantur; sicuti est quod alii jejunant Sabbato, alii verò non: alii quotidie communicant corpori & sanguini Dominico; alii certis diebus accipiunt: alibi nullus dies intermittitur, quo non offeratur; alibi Sabbato tantum & Dominico: alibi tantum Dominico: & si quid aliud hujusmodi animadverti potest; totum hoc genus rerum liberas habet observationes.* Innocentius porrò Epist. I. Cap. IV. feriâ sextâ & Sabbato Sacramenta minimè

celebrari ſcribit, his verbis: *Qvod utiqve non dubium eſt, in tantum eos jejunaſſe* (de Apoſtolis loqvitur) *biduo memorato, ut traditio Eccleſiæ babeat, iſto biduo Sacramenta penitùs non celebrari.* In Mediolanenſi Eccleſia qvotidie ſacrificium oblatum ex Ambroſio conſtat; qvi Serm. XXXIV. ita loqvitur: *Moneo etiam, ut qvi juxta Eccleſiam eſt, & ſine gravi impedimento poteſt, qvotidie audiat Miſſam; & qui poteſt, omni nocte ad matutinum veniat.* Et paulo poſt: *In quadrageſima verò moneo, ut die omni, aut ſaltem, ut dixi, Dominica, offeratis, & communicetis.* Varia igitur admodum per Eccleſias conſvetudo fuit. Non de vetuſtiſſimis temporibus, deqve Orientalibus maximè, qvæ diximus, intelligi volumus. De Sacris Eccleſiæ ritibus.

Ex illo verò poſtremo Ambroſii loco liqvet, falſiſſimum eſſe, qvod Hæreticis qvibusdam nimium ſtolidè perſvaſum eſſe video; nunqvam in vetere Eccleſia Miſſam auditam à fidelibus eſſe, qvin unà communicarent. Qvo in errore ſanè ſtupidiſſimo verſatur Caſaubonus Exercit. XVI. ad Ann. Baron. N. LVIII. Et, qvod mirum eſt, hunc ipſum Ambroſii locum citat; nec advertit eundem, cum qvotidie Miſſas audire, in qvadrageſima verò, ſi fieri poteſt, etiam communicare jubeat, ſatis innuere, neqvaqvam qvotidie, cæteris ſaltem præter Qvadrageſimam diebus, communicatum fuiſſe. Apud Euſebium Lib. VII. Hiſtor. Cap. IX. in hiſtoria cujusdam, qvi ab Hæreticis baptiſmum acceperat, ita legitur: *εὐχαριςίας γὰρ ἐπακούσαντα, καὶ συνεπιφθεγξάμενον τὸ ἀμὴν, καὶ τραπέζῃ παραςάντα, καὶ χεῖρας εἰς ὑποδοχὴν τῆς ἁγίας τροφῆς προτείνοντα*, &c. Caſaubonus ut *audire miſſam* idem eſſe qvod *communicare* confirmet, hunc Euſebii locum affert, qvo nihil eſt alienius. Nam ex eodem ipſo probatur, diverſum ac diſtinctum eſſe qvíddam *ἐπακούειν τῆς εὐχαριςίας* & *participare Dominico corpori*; qvamvis duo hæc tum ab illo præſtita fuerint. In Agathenſi verò Concilio, qvod ex Gratiano citat Caſaubonus, tantum abeſt, ut aliqvid ad errorem illum ſublevandum decretum fuerit, ut contrarium potiùs manifeſtè colligi poſſit. Etenim Can. XLVII. Patres ita præcipiunt: *Miſſas die Dominica ſecularibus tenere ſpeciali ordine præcipimus; ita ut ante benedictionem ſacerdotis regredi populus non præſumat. Qui ſi fecerint, ab Epiſcopo publicè confundantur.* Atqvi Can. XVIII. ita ſtatuit: *Seculares, qui in Natali Domini, Paſcha, Pentecoſte non communicaverint, Catholici non credantur, nec inter Catholicos habeantur.* Hic tribus duntaxat diebus qvotannis fideles ad communionem compellit: illic Dominicis ſingulis jubet audire Miſſam. Non eſt igitur idem *audire Miſſam*, ac *communicare*; nec ambo illa fidelium uſu, Eccleſiæqve veteris perpetuò fuere conjuncta. In Miſſa non ſemper communicatum.

Τετράδι δὲ καὶ ἐν προσαββάτῳ.] Antiqviſſima eſt utriusqve jejunii religio, cujus & in Aerianis ſupra mentionem egit. In Canon Apoſt. LXIX. cum Qvadrageſimali, *τετράδος*, & *παρασκευῆς* jejunium eadem ſanctione præcipitur. Ad qvem Balſamo iſtud adnotat: perinde duabus illis feriis, atqve in qvadrageſima, *ξηροφαγίαν* præſcribi. Tum ne præſenti qvidem mortis in periculo carnibus veſci licere. Ignatius Epiſt. V. ad Philipp. ejusdem præcepti meminit. In Conſtit. Apoſt. Lib. VII. Cap. XXIV. cauſſa cur *τετράδι* jejunandum ſit hæc affertur: qvòd & feriâ qvartâ deliberatum à Judæis eſt de

De [illegible] ecclesiæ ritibus.

interficiendo Christo,& Judas operam suam detulit. Cui adstipulatur & Petrus Alexandrinus Can. XV. Et qvidem probabilis est ista ratio. Qvam verò hic Epiphanius reddit, falsa est, & Evangelicæ veritati contraria. Vult enim Christum Dominum feria qvartâ comprehensum. Qvod in Diatriba de Passione Domini supra discussum, ac refutatum est, Pag. 173. De iisdem jejuniis mentionem facit non uno in loco Tertullianus & stationes illis ipsis diebus obiri consvevisse significat: ut in Lib. de jejuniis contra Psychicos: *Cur stationibus quartam, & sextam Sabbati dicamus, & jejuniis Parasceven?* Et Cap. II. *Sic & Apostolos observasse, nullum aliud imponentes jugum certorum, & in commune omnibus obeundorum jejuniorum: proinde nec stationum, qua & ipsa suos qvidem dies habeant, quarta feria, & sexta.* Cujusmodi porrò STATIONES illæ fuerint, & utrum jejunia ipsa Stationes appellatæ sint, paulo est hoc loco diligentiùs inqvirendum. Res enim est non minus studio digna, qvàm propter antiqvitatem obscura, neqve vulgò satis cognita.

De Stationibus.

Stationes igitur statos jejuniorum esse dies Pamelius ad Lib. de Corona Mil. Cap. XI. scribit: *metaphora à militibus orta: qvòd qvandiu in statione erant, jejunare eos oportebat.* Qvod & alibi passim repetit. Ac Jejunium qvidem stationem cùm alii pleriqve vocant, tum Hermas Lib. III. Simil. V. *Qvid est,* inqvit, *statio? Et dixi, Jejunium.* Rhabanus Maurus Lib. II. de Instit. Cleric. Cap. XVIII. ex qvorundam sententia inter jejunium, & stationem id interesse scribit, qvòd jejunium *indifferenter cujuslibet diei sit abstinentia, non per legem, sed secundum propriam voluntatem:* Statio, *observatio statutorum dierum, ut qvartæ, & sextæ feriæ, vel qvadragesimæ.* Citantur & hæc apud Pamelium Ambrosii verba Serm. XXXVI. *Stationes vocantur jejunia, qvòd stantes, & commorantes in eis inimicos insidiantes repellimus.* Verùm neqve ego stationem idem esse cum jejunio arbitror, neqve, ut intersit aliqvid, discrimen illud probo, qvod apud Rhabanum legitur. Qvòd enim à jejunio discrepet, ex Tertulliano liqvet; qvi Lib. II. ad Uxorem, Cap. IV. ita loqvitur: *Ut si statio facienda est, maritus de die condicat ad balneas: si jejunia observanda sunt, maritus eâdem die convivium exerceat.* Qvinetiam loco illo citato ex Lib. contra Psych. Cap. XIV. Stationes à jejuniis secernit; cùm stationibus qvartam & sextam Sabbati dicatam esse dicit, Parasceven jejuniis. Contra Lib. de Corona Mil. Cap. XI. Stationes pro jejuniis usurpari Pamelius existimat, his in verbis: *Jam & stationes aut alii magis faciet, qvàm Christo? aut & Dominico die, qvando nec Christo?* Et multo manifestius Lib. de Anima Cap. XLVIII. *Qvia & Daniel trium hebdomadum statione aruit victum.*

Sed ego stationem apud Tertullianum præsertim religiosum illud esse fidelium officium arbitror, qvo certis diebus ad Synaxin adeuntes, ibidem ad nonam usqve perseverabant, ad qvam insuper jejunia producebant. Unde & pro multitudine ipsa conventuqve nonnunqvam solet accipi. Non secus, opinor, ac militaris statio tam pro loco, qvam pro standi & excubandi functione; imò & pro ipsa militari manu apud Latinos usurpatur. Livius Lib. XXXVIII. *Pabulatores, lignatoresqve Romani in eam partem, in qva colloqvium futurum erat, ducti sunt, tutius id futurum Tribunis ratis, qvia Coss. præsidium & ipsum pro statione habituri erant: suam tamen alteram stationem propiùs castra DC eqvitum posuerunt.* Erant milites, qvi aliqvanto à castris interval-

... ad eorum tutelam excubabant. Eodem modo Christianorum stationes sacras iisdem diebus certis excubationes, qvàm ipsimet fidelium conventus appellari. Tertull. in calce Lib. de Orat. *Si statio de militari exemplo nomen accipit: (Nam & militia Dei sumus) utiqve nulla lætitia, sive tristitia obveniens castris stationes militum rescindit.* Qvibus verbis demonstrat; neqvaqvam, qvod vulgo persvasum erat, stationes Dominici corporis communione dissolvi: qvoniam qvicqvid in castris accidat; sive prosperum, sive triste, militaris nihilominus statio perseverat. Perperam igitur Rhabanus hæc posteriora: *utiqve nulla lætitia, sive tristitia,* &c. velut caussam attulit; cur Christianorum statio à militari nomen accepisset. Qvo eodem errore Pamelius ad Lib. de Corona Mil. Cap. XI. Stationem dicit per metaphoram à militaribus stationibus usurpari; *qvòd qvandiu in statione milites erant, jejunare illos oportebat.* Qvod sanè ridiculum est. Neqve verò tandiu famelicos esse præsidiarios illos, & excubitores, exercitus ipsius, atqve Imperatoris interfuit. Sed nec à statis temporibus stationes nominatæ videntur; sed ab ipsa assistendi, hoc est conveniendi commorandiqve functione; qvod ultra legitimum Synaxeon tempus, videlicet matutinum, Divinum officium ad nonam usqve producerent, & diuturniores in Ecclesia moras agerent. Apud Cyprianum Epist. XLI. ad Cornelium Papam stationis nomen tam de conventu ipso, qvàm de tempore ac die potest intelligi; cùm de Novatiani legatis in Africam missis agens: *Qvi cùm in statione,* inqvit, *invidiosis qvoqve conviciis, & clamoribus turbulentis proruerant,* &c. *De stationibus ecclesiasticis.*

Qvamobrem stationes non jejunia ipsa sunt, sed cum jejuniis conjuncta. Qvanqvam duplex jejuniorum genus apud antiqvos fuit. Nam aliud exqvisitius erat, qvod longiùs, hoc est ad vesperam usqve prorogabatur; uti qvadragesimale Jejunium. Epiphanius enim infra, eodem isto Numero, Synaxes qvadragesimales, ab hora nona ad vesperam usqve celebrari docet: ante qvas Synaxes jejunia minimè solvebantur. Aliud erat paulo remissius ac brevius, qvod ad nonam duntaxat produceretur: cujusmodi feriæ qvartæ sextæqve jejunium extitisse idem Epiphanius asserit. τετράδι ζ, καὶ ἐν προσαββάτῳ ἐν νηστείᾳ ἕως ὥρας ἐνάτης. Hinc est, qvod, ut ex Tertulliano conspicuum est, stationes non ultra nonam extenderentur. Qvo nomine à Catholicis, qvos Psychicos appellat, Montanistæ reprehensi sunt; pro eo qvod stationes suas ad vesperam proferrent. Tertulliani verba sunt Lib. de Jejuniis contra Psych. *Æqvè stationes nostras, ut indignas; qvasdam verò & in serum constitutas novitatis nomine incusant: hoc qvoqve munus & ex arbitrio obeundum esse dicentes, & non ultra nonam detinendum, de suo scilicet more.* Ibidem præterea: *Arguunt nos qvòd jejunia propria custodiamus, qvod stationes plerumqve in vesperam producamus.* Qvo in loco non leviter hallucinatus est Pamelius; dum Tertullianum per calumniam hæc in Orthodoxos jacere scribit, qvòd negarent stationes, hoc est jejunia ultra nonam propaganda: cùm, ut ex infinitis veterum testimoniis constat, ad Solem occasum usqve jejunia produxerint. Sed aliud videlicet statio est, qvàm jejunium; & jejunia stationum, uti nec stationes ipsæ, minimè ultra nonam observabantur. Qvare meritò a Catholicis castigata Montanistarum illa novitas est, qvòd stationes, & jejunia aliis, qvàm qvæ ab Ecclesia præscripta essent, temporibus ad vespe- *Duplex jejunii forma.*

De veteribus Ecclesiæ ritibus.

ram extenderent. Nam feriâ qvartâ ſextâqve ad nonam duntaxat perſeveraſſe in ſtatione Montaniſtas eodem illo Libro Cap. X. Tertull. indicat. *Non qvaſi reſpuamus nonam*, inqvit, *cui & qvarta Sabbati, & ſexta plurimùm fungimur.* Propterea verò ſtationum jejunia illa *ſemijejunia* ab eodem authore nominantur; Cap. XIII. *Ecce enim* ait adverſus Catholicos) *convenio vos & præter Paſcha jejunantes, citra illos dies, qvibus ablatus eſt ſponſus, & ſtationum ſemijejunia interponentes.*

Sed obſcuriſſimus eſt iiſdem de ſtationibus qvartæ ſextæqve feriæ Tertulliani locus Cap. XIV. *Cur ſtationibus*, inqvit, *qvartam & ſextam Sabbati dicamus, & jejuniis Paraſceven?* Nam Paraſceve qvid aliud eſt qvam ſexta Sabbati? Præterea jejunium Paraſceve ſoli tribuit; qvaſi non & feriâ qvartâ ut ſtatio, ita jejunium ſolenne fuerit. Hujus in loci interpretatione mirum qvid Pamelio in mentem venerit: cùm Paraſceven à Tertulliano novè Sabbatum appellari credidit. *Stationes*, inqvit, *appellat qvarta & ſextæ feriæ jejunia, qvod ſtatuta eſſent illis diebus jejunia, non item die Paraſceves, qvæ erant voluntaria.* Et Numero ſeqvente: *Paraſceven* ait *eſſe Sabbatum, qvod Dominicam præcederet. Qvo die jejunium pro cujusqve voluntate ſervatum eſt.* Nihil aut abſurdius, aut qvod à Tertulliani mente magis abhorreret, afferri potuit. Tantum enim abeſt, ut Tertullianus Sabbatum jejuniis dicatum eſſe pronunciaverit, ut de eo ſtatim iſta ſubjiciat. *Qvanqvam vos etiam Sabbatum, ſi qvando, continuatis, nunqvam niſi in Paſcha jejunandum, ſecundum rationem alibi redditam.* Si nunqvam Sabbato jejunandum, uno duntaxat excepto, qvomodo dicatum à ſuis, perinde ac Catholicis, jejunio Sabbatum Tertullianus dicere potuit? Aliunde igitur qværenda eſt loci illius explicatio. Qvæ an ejusmodi poſſit eſſet, conſiderandum eſt. Nimirum Tertulliani Tempore, cùm ſtationes feriâ qvartâ & ſextâ fierent, ambæ qvidem ad nonam duntaxat horam prorogatæ ſunt; ſed feriâ qvartâ ſtatim poſt ſtationis exitum horamqve nonam jejunium ſolvere licitum fuit. Sextâ verò feriâ, expleto ſtationis tempore, non ſtatim fas erat veſci, ſed ad veſperam tantùm. Unde feriâ qvartâ ſemijejunium, ut Tertullianus vocat, obſervatum eſt, ſextâ, jejunium. Ita nonnullis in locis, ut paulo poſt teſtatur Epiphanius, feriâ qvintâ majoris hebdomadæ cùm ſtationes & Synaxes ad horam nonam celebrarentur, non tamen ſubinde jejunia ſolvebantur. Et verò arctiore jejunio ac diuturniore inedia celebranda dies illa fuerat, qvæ Dominicæ Paſſioni præcipuè conſecratur. Eqvidem non video qvid de Tertulliani loco illo dici probabilius poſſit. Jam verò per illos ſtationum dies, qvæ cum jejunio conjunctæ erant, contra atqve in majoribus jejuniis uſurpari conſveverat, Divina myſteria, & ſacrificia peragebantur, diſtributa qvoqve in fideles Euchariſtia: qvam tamen non ſubinde in os trajici, ſed reſervari oportere Tertullianus admonet, in calce Lib. de Orat. donec abſoluta ſit ſtatio. Neqve tùm prætermiſſum videtur pacis oſculum, qvod uno Paſchæ die communiter ab omnibus omiſſum idem Auctor ſignificat. Sed de variis Eccleſiarum ritibus conſule qvæ in ſuperiore Nota ex Auguſtino, & Innocentio declaravimus. Plura de hoc ſtationum ritu antiqvitatis Eccleſiaſticæ ſtudioſi perveſtigare poterunt; cùm & nos pleraqve conſultò prætererimus, ut ea ſola complecteremur, qvorum obſcuritas lucem aliqvam noſtræ diſputationis exigeret.

Δίχα μόνης τῆς Πεντηκοστῆς.] Vide Nicænum canonem ult. Caſſianum collat. XXI. cap. XI. *De veteribus Eccleſiæ ritibus.*

Οὔτε ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν Ἐπιφανίων.] Multis igitur modis admirabile eſt decretum illud Theophili Alexandrini Epiſcopi, qvod apud Balſamonem extat Pag. 1067. in qvo & Theophania *νήστιμον ἡμέραν* eſſe dicit: &, qvoniam illo anno in Dominicam inciderat, paucis tantummodo dactylis veſci jubet; qvo ab Hæreticis ſejunctos ſe eſſe profiterentur, qvi Dominicæ reſurrectionis diem non colerent, & hoc ipſo, qvod veſpertinam Synaxin præſtolarentur, jejunii religioni ſatisfacerent: ac poſtremò Synaxes ab hora nona celebrandas indicit. Atqvi Dominicis diebus Synaxes matutinæ omnes erant; & qvod paucos dactylos ſub veſperam comederent, nihil obſtabat, qvo minus jejunium eſſet ejusmodi, qvale Dominicis diebus omnibus interdictum fuiſſe cùm Epiphanius hoc loco; tùm alii veteres omnes affirmant. Cæterum idem ille Theophili locus admonet; ſi Theophania alium in diem, qvàm Dominicum, incurriſſent, Xerophagiis, hoc eſt pane, cum ſale, & aqva, tranſigenda fuiſſe. Nunc ob diei religionem paucos dactylos remiſſos; qvos tamen, ut jejunii ratio haberetur, ante veſpertinam Synaxin deguſtare vetuit.

Τὰς δὲ Κυριακὰς ἁπάσας.] De Dominicis ſolis, non item Sabbatis, prudenter hoc advertit: ut & Gangr. Synodus Can. XVIII. de jejunio Dominicis duntaxat interdixit. Non enim ubiqve, nec in tota Eccleſia Sabbatum jejunii expers fuit. Nec ignorabat Epiphanius aliter Romæ, & in plerisqve Occidentis regionibus, qvàm in Oriente uſurpari conſveviſſe. Etenim Romani, qvod Socrates Lib. V. Cap. XXII. ſcribit, *πᾶν Σάββατον νηστεύουσι.* De qvo fuſiſſimè diſputat Auguſt. Epiſt. LXXXVI. & Epiſt. CXVIII. & in Annalibus Baronius ad An. LVIII. *De jejunio Sabbati.* Qvare nulla eſt ab Apoſtolis edita ſanctio, qva jejunium eo die prohiberetur; ut Auguſtinus aſſerit Epiſt. CXVIII. ubi in rebus hujusmodi negat qvicqvam eſſe *vel Scripturæ ſanctæ authoritate, vel univerſalis Eccleſiæ traditione determinatum:* ſed ejus, in qva verſeris, Eccleſiæ conſvetudini obtemperandum eſſe. Qva qvidem præſcriptione tanqvam ſpurius & alienus Canon ille rejicitur, qvi inter Apoſtolicos LXVIII. numeratur: EI *τις Κληρικὸς εὑρεθῇ τὴν Κυριακὴν ἡμέραν νηστεύων, ἢ τὸ Σάββατον (πλὴν τοῦ ἑνὸς μόνου) καθαιρείσθω· εἰ δὲ Λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. Clericus qvi Dominico die, vel Sabbato (uno duntaxat excepto) jejunare deprehenſus ſit, deponatur: Laicus excommunicetur.* Non poteſt hoc ab Apoſtolis communi eſſe decreto conſtitutum. Aut ſi Apoſtolicus iſte Canon eſt, hæc verba, *ἢ τὸ Σάββατον, πλὴν τοῦ ἑνὸς μόνου,* ab otioſis Græculis intexta ſunt. Nec melioris notæ ſunt, qvæ in Apoſt. Conſtit. leguntur Lib. VII. Cap. XXIV. ubi *τὰ Σάββατα, καὶ τὰς κυριακὰς ἑορτάζειν* præcipit. Qvod ab Apoſtolis toti Eccleſiæ nunqvam eſſe præſcriptum, ſanctiſſimorum Patrum conſenſus approbavit. Alia eſt Ignatii ratio; qvi ad Philippenſes ſcribens, non univerſali Eccleſiæ jura conſtituens, Epiſt. IV. iſta pronunciat. *εἴ τις Κυριακὴν, ἢ Σάββατον νηστεύει, πλὴν ἑνὸς Σαββάτου, οὗτος Χριστοκτόνος ἐστίν.* Græculorum verò ſanè intolerabilis eſt faſtus; qvi in Pſeudoſynodo Trullana Can. LV. Romanam Eccleſiam damnant, qvòd per Qvadrageſimam Sabbatis jejunarent. Atqvi Socrates

De veteribus Ecclesia ritibus.

Lib. V. Cap. XXII. Romæ ſcribit Sabbatis in Qvadrageſima jejunatum non eſſe. Sed nimirùm hallucinatus eſt; aut ad vocem Ῥώμη, adjiciendum eſt νέᾳ: ut νέαν Ῥώμην Conſtantinopolim appellet. Nam ſubinde refert πᾶν Σάββατον ἐν Ῥώμῃ νυστεύεσθαι. De Sabbati jejunio extant Occidentalium Synodorum Canones, ut Eliberitani XXVI. & Agath. XII. nec non & Innocentii primi Epiſt. I. Cap. IV. Qvem qvidem ridiculè admodum Scaliger Lib. VII. de Emend. Temp. Pag. 641. ſcribit primum omnium inſtituiſſe, ut Sabbato jejunaretur. Qvaſi verò tanto ante Innocentium non illud Occidentales conſvetudine, qvæ tacitæ legis inſtar eſſet, obſervaverint. Neqve verò Innocentius tam de Sabbati jejunio præcepit; qvàm cauſſas attulit, cur Sabbato jejunandum videatur. Ad extremum, de Sabbati religionis inter Pſeudodiataxes Apoſtolicas extat Petri ac Pauli nomine edita ſanctio Lib. VIII. Cap. XXXIII. *Ut eo die ac Dominico ſervi ab opere feriati ſint.* ἐργαζέσθωσαν οἱ δοῦλοι πέντε ἡμέρας· Σάββατον δὲ καὶ Κυριακὴν σχολαζέτωσαν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ διὰ τὴν διδασκαλίαν τῆς εὐσεβείας. Hoc verò nunqvam ab Apoſtolis manaſſe decretum apparet ex eo, qvòd Laodicenſe Concil. Can. XXIX. diſertè vetat Sabbato otioſos eſſe Chriſtianos. Οὐ δεῖ Χριστιανοὺς Ἰουδαΐζειν, καὶ ἐν τῷ Σαββάτῳ σχολάζειν, ἀλλὰ ἐργάζεσθαι αὐτοὺς ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, τὴν δὲ Κυριακὴν προτιμῶντας, εἴ γε δύναιντο σχολάζειν, ὡς Χριστιανοί· εἰ δὲ εὑρεθεῖεν Ἰουδαϊσταί, ἔστωσαν ἀνάθεμα παρὰ Χριστῷ. Dominicis potiùs qvàm Sabbatis vacare jubet: & addit tamen, ſi illorum commodo fieri poteſt. Ut nondum illis temporibus ab omni opere feriatos eſſe penitus conſtitutum fuerit: uti Zonaras, & Balſamo ad illum Canonem adnotant.

Qvadrageſimale jejunium.

Τὴν δὲ τεσσαρακοστήν.] Ad Qvadrageſimalis jejunii conſvetudinem ab Hæreticorum calumniâ vindicandam inſignis hic Epiphanii locus eſt. Qvanqvam ea res infinitis antiqvorum Patrum, ac Conciliorum teſtimoniis explorata adeo eſt; nihil ut impudentius ab hodiernis Hæreticis irrideri repudiariqve ſoleat. Conſule qvæ in magnis Annalibus, atqve ab aliis ſtudioſè collecta ſunt: qvi adverſus Hæreticos ſcripſerunt. Sed mira qvædam in qvadrageſimalis jejunii religione varietas apud antiqvos extitit, de qva Irenæus apud Euſebium Lib. V. Cap. XXIV. & Socrates Lib. V. Cap. XXII. Qvi qvidem inſigniter aberrat, dum Romæ ſcribit tres duntaxat hebdomadas ante Paſcha continuò jejunari, excepto Sabbato, ac Dominica. Qvod ſupra refutatum eſt. Subjicit deinde ſex ab aliis hebdomadas ante Paſcha, ab aliis ſeptem, jejunio conſecrari. Alios XV. ſolos dies per VII. hebdomadas diſpenſare. Qvi omnes ſuum illum dierum numerum τεσσαρακοστὴν appellabant. Sanè apud Photium Num. CVII. Baſilius Cilix Neſtorianus adverſus Joannem Scythopolitanum ſcribens, objicit inter cætera: ὅτι τὴν ἁγίαν τεσσαρακοστὴν εἰς τρεῖς ἑβδομάδας συγκλείων, οὐδὲ ἐν ταύταις τῆς τῶν πλειόνων κρεωφαγίας ἀπείχετο. Fuit enim non minor in ciborum delectu, abſtinentiâqve diverſitas, de qva idem Socrates. Vide & Caſſianum Collat. XXI. Ambroſium Serm. XXIII. & ſeqventibus. Sozom. Lib. VII. Cap. XIX. Epiphanius porrò per ἑπτὰ ἡμέρας τοῦ Πάσχα, ante qvas τὴν τεσσαρακοστὴν celebrari dicit, non eam hebdomadem intelligit, qvæ Paſcha præcedit; uti poſtea cùm τὰς ἓξ ἡμέρας τοῦ Πάσχα nominat, ſed de Paſchalibus VII. feriis loqvitur: qvas antecedit Qvadrageſimale jejunium. Utrum verò apud Cyprios,

prios, ubi hæc scribebat Epiphanius, Sabbata qvadragesimalibus jejuniis exempta sint, non satis apparet. Ac videntur ex Romanorum, aliorumqve consvetudine etiam diebus illis jejunasse; cùm solos Dominicos dies excipiat. Profectò enim de Sabbatis minimè tacuisset. Qvanqvam Sabbatorum ideo fortasse non meminit, qvòd non eandem apud omnes Ecclesias formam esse, consvetudinemqve cerneret; neqve qvicqvam super ea re sciret ab Apostolis esse præscriptum. Hîc autem ritus eos solos complecti voluit, qvos ab Apostolis toti Ecclesiæ traditos, non certorum locorum peculiares esse crederet. *De [illegible]bus Ecclesiasticis.*

Perperam verò Pamelius ad Tertull. Librum adversus Psych. Cap. XV. hunc ipsum Epiphanii locum interpolat; & pro *septem dies*, haud dubie legendum, *septem hebdomadas*, affirmat. Frustra est, inqvam. Etenim ἡμέρας est in Græco, non ἑβδομάδας. Et ἡμέρας intelligit, qvæ à solenni Paschatis ineunt: ante qvas ἡ τεσσαρακοστὴ solida decurrit.

Τὰς δὲ ἓξ ἡμέρας τοῦ Πάσχα.] Sex illis duntaxat diebus majoris, ut vocant, hebdomadæ, Xerophagia Christianis imperata fuit. Atqvi Laodic. Can. L. δεῖ πᾶσαν, inqvit, τὴν τεσσαρακοστὴν νηστεύειν ξηροφαγοῦντας. Et Balsamo ad Can. LXIX. Apost. non solùm in qvadragesimâ, sed etiam qvartâ, sextâqve feriâ ξηροφαγεῖν oportere docet: Adeò ut ne ægrotis qvidem aliud ciborum genus, qvàm piscium indulgeatur; nec unqvam carnibus, vel extremo vitæ periculo, vesci liceat. Apud Socratem tamen Lib. V. Cap. XXII. ubi diversæ qvadragesimalis jejunii consvetudines explicantur, non omnes Xerophagiam adhibebant. Sed alii piscibus tantummodo; alii avibus insuper utebantur, qvos ex aqva procreatos perinde ac pisces Moyses narrat. Alii fructibus ovisqve contenti; alii pane solo; alii ne hunc qvidem sibi permittebant. A carnibus qvidem universos abstinuisse præter cæteros Augustinus contra Faustum scribit Lib. XXX. A carnibus, & vino, Chrysost. Hom. VIII. de Pœnit. De carnibus etiam Spyridionis apud Sozom. historia confirmat Lib. I. Cap. XI. ut cætera prætermittam, qvæ sunt innumera. Postremis itaqve Qvadragesimæ diebus sex Xerophagia lege qvadam omnibus indicta. Qvæ qvid sit, declarat Tertull. Libro contra Psych. Cap. I. *Arguunt nos*, inqvit, *qvòd etiam Xerophagias observemus, siccantes cibum ab omni carne, & omni jurulentia, & uvidioribus qvibusqve pomis, ne qvid vinositatis vel edamus, vel potemus: lavacri qvoq; abstinentiam congruentem arido victui.* Passim verò toto illo Libro Xerophagias à Catholicis damnari significat, *qvasi novum affectati officii nomen, & proximum ethnicæ superstitioni; qvales castimoniæ Apin, Isidem, & magnam Matrem certorum eduliorum exceptione purificant.* Verùm non omnes, opinor, tùm à Catholicis damnatæ Xerophagiæ sunt; sed illæ solùm, qvas certis temporibus, præterqvam ab Ecclesia constitutis, ex Montani disciplina servabant; qvas idem Author duabus hebdomadis definit, Cap. XV. *Qvantula enim est apud nos interdictio ciborum? Duas in anno hebdomadas Xerophagiarum, nec totas, exceptis scilicet Sabbatis, & Dominicis, offerimus Deo.* Ubi non assentimur Pamelio: qvi *hebdomadas* non pro *septem diebus*, sed pro totidem *hebdomadibus* accipi putat: & de Telesphori sanctione, qva Tertullianus Clericus teneretur, nescio qvid narrat; qvod nullo modo persvadet. Nam si XIV. hebdomadas Xerophagiis Montanus addixisset non illud usqve adeò Tertull. elevans diceret: *Qvantula est apud nos interdictio ciborum?* *Xerophagia qvid fuerint.*

De veteribus Ecclesiæ ritibus.

Qvocirca duas alias à Qvadragesima sejunctas ac diversas fuisse credibile est; in qvibus Sabbatum, ac Dominica dies eximeretur. Sozom. Lib. VII. Cap. XIX. de diverso Qvadragesimalis jejunii dierum numero agens, Montanistas ait duas ante Pascha duntaxat hebdomadas jejunare. Verùm cùm in secundâ, hoc est proximâ ante Pascha hebdomade Sabbatum à jejunio exemptum apud Montanistas non fuerit; ut Tertull. jam Montanista Lib. contra Psych. narrat, non videntur ad duas istas hebdomadas totidem illæ Xerophagiarum accommodari posse. In Const. Apost. Lib. V. Cap. XVII. eadem Xerophagia sex illis diebus observanda proponitur. *Ἐν ταῖς ἡμέραις οὖν τοῦ Πάσχα νηστεύετε, ἀρχόμενοι ἀπὸ δευτέρας μέχρι τῆς παρασκευῆς, καὶ Σαββάτου ἓξ ἡμέρας, μόνῳ χρώμενοι ἄρτῳ, καὶ ἁλὶ, καὶ λαχάνοις, καὶ ποτῷ ὕδατι· οἴνου δὲ καὶ κρεῶν ἀπέχεσθε ἐν ταύταις.* Hæc igitur Xerophagia pane, sale, aqvâ, &, si forte, etiam oleribus constabat. Ad hæc Cap. XII. ejusdem libri Qvadragesimale jejunium à Paschali distingvitur. *Ἐπιτελείσθω δὲ ἡ νηστεία αὐτὴ* (nempe Qvadragesimalis) *πρὸ τῆς νηστείας τοῦ Πάσχα, ἀρχομένη μὲν ἀπὸ δευτέρας, πληρουμένη δὲ εἰς παρασκευὴν, μεθ' ἃς ἀπονηστεύσαντες ἄρξασθε τῆς ἁγίας τοῦ Πάσχα ἑβδομάδος, νηστεύοντες αὐτήν. Celebretur Qvadragesimale jejunium ante Paschale; & incipiens à secunda feria desinat in Parasceven: post qvam soluto jejunio sanctam Paschatis hebdomadem in jejunio transigite.*

Qvadragesimale jejunium à Paschali differt secundum nonnullos.

Qvadragesimalis porrò illius jejunii, qvatenus à Paschali differt, initium haud scio an Constitutiones illæ à Dominica Qvinqvagesimæ, an Sexagesimæ repetant. Prius enim illud initium ii sumpsisse videntur, qvi VII. hebdomadas & jejunio dicabant; cùm alii sex duntaxat tribuerent; ita tamen ut utrobiqve sex duntaxat, & triginta sese dies inediâ macerarent. *Hi enim* (ait Cassianus Collat. XXI. Cap. XXVII.) *sibi sex hebdomadarum observantiam præfixerunt, qvi putant diei qvoqve Sabbati jejunandum. Sex ergo in hebdomada jejunia persolvunt, qvæ eosdem sex & triginta dies sexies revoluta consummant.* A Sexagesima verò Græci recentiores Qvadragesimam auspicati sunt; uti pluribus ad Nicephorum ante aliqvot annos disseruimus. Qvo nimirum XL. solidos dies jejunio tribuerent. Ambrosius Serm. XXXI. & XXXII. sex hebdomadis, ac diebus XLII. Qvadragesimam definit, eosqve qvi Qvinqvagesimam pro Qvadragesima jejunarent redarguit.

Cæterùm tam de hoc Paschatis jejunio, qvàm de Qvadragesima Timotheus Alexandrinus Episcopus intelligi potest in Canonicis Responsis, Interrog. VIII. & X. Qvarum in priore qværitur; utrum puerpera Pascha jejunare debeat, an ei vini usus indulgeatur? In posteriori de ægroto dubitatur, an similiter Paschatis jejunio teneatur, atqve oleum & vinum adhibere possit. Qvâ ex posteriori qvæstione Balsamo colligit: *ὅτι ἡ νηστεία τῆς τεσσαρακοστῆς τοῦ Πάσχα ξηροφαγία ἐστί· ἀλλὰ καὶ οἴνου ἀποχή.* Addit tamen, nonnullos in utroqve Canone hebdomadæ sanctæ jejunium, non qvadragesimæ totius intellexisse. Epiphanius qvoqve in Aërianis Hæres. LXXV. N. III. de hac hebdomada loqvens, *ἔν τε ταῖς ἡμέραις τοῦ Πάσχα*, inqvit, *ὅτε παρ' ἡμῖν χαμευνίαι, ἁγνεῖαι, κακοπάθειαι, ξηροφαγίαι, εὐχαὶ, ἀγρυπνίαι τε, καὶ νηστεῖαι, καὶ πᾶσαι τῶν ψυχῶν αἱ σωτηρίαι*, &c. Idem & Hæresi LXX. N. XII. Hebdomadem illam Paschatis *ξηροφαγίας ἑβδομάδα, καὶ τοῦ Πάσχα* nominat. Vide & N. XIV. Nec illud prætermittendum est, uti Pascha pro tota Qvadragesima, aut pro

ultima saltem illius hebdomada sumitur. Veluti cum Timotheus νηστεῦσαι Πασχα dixit: Ita nonnunqvam certum ejusdem hebdomadis diem significare: ut apud Tertull. Lib. de Orat. sub finem: *Sic & die Pascha, qva communis, & qvasi publica jejunii religio est, meritò deponimus osculum.* Qvi dies, Parasceve sancta, qva Passionis memoria celebratur, ac Πάσχα σαυρώσιμον esse videtur; idemqve forte, qvem unicum jejunio diem à nonnullis dicatum fuisse Irenæus ad Victorem scribit, Eusebio teste, Lib. V. Cap. XXIV. Οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν· οἱ δὲ δύο· οἱ δὲ καὶ πλείονας. De tempori-bus Ecclesiæ ritibus.

Ἀλλὰ καὶ οἱ σπουδαῖοι διπλᾶς.] Dionysius Alexandrinus Epistola ad Basiliden: Ἐπεὶ μηδὲ τὰς ἓξ τῶν νηστειῶν ἡμέρας ἴσως, μηδὲ ὁμοίως πάντες διαμένουσιν. Ἀλλ' οἱ μὲν καὶ πάσας ὑπερτιθέασιν, ἄσιτοι διατελοῦντες, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ τρεῖς, οἱ δὲ τέσσαρας, οἱ δὲ οὐδεμίαν. Epiphanius eodem, qvo Dionysius, verbo utitur, nimirum ὑπερτίθεσθαι. Qvod est *cibum differre.* Hinc jejunium *superpositio,* nisi fallor, à Latinis vocatur: ut in Elibetit. Conc. Can. XXVI. *Errorem placuit corrigi, ut omni Sabbati die jejuniorum superpositiones celebrentur.* In Constit. Apost. Lib. V. Cap. XVII. τὴν μέντοι παρασκευὴν, καὶ τὸ Σάββατον ὁλόκληρον νηστεύσατε, οἷς δύναμις πρόσεστι τοιαύτη, μηδενὸς γευόμενοι, μέχρις ἀλεκτοροφωνίας νυκτός· εἰ δέ τις ἀδυνατεῖ τὰς δύο συνάπτειν ὁμοῦ, φυλασσέτω κἂν τὸ Σάββατον: Caussam subjicit: qvod his diebus ablatus sit sponsus. Qvam & Tertull. attigit Lib. contra Psych. Cap. VIII *Ecce enim convenio vos & præter Pascha jejunantes, citra illos dies, qvibus ablatus est sponsus.* ὑπέρθεσις & superpositio quid sit.

Καὶ ὅλην τὴν τεσσαρακοστὴν ἀπὸ ἐνάτης.] Utrum omnibus Qvadragesimæ diebus Synaxes celebrari dicat, dubitari potest: an illud potius velit; tam sex illas Paschalis, & majoris hebdomadæ, qvàm cæteras Qvadragesimæ Synaxes, qvibuscumqve tandem diebus obeantur, à nonâ ad vesperam usqve freqventari. Hoc verò certum est ex iis Epiphanii verbis; jejunium in Qvadragesima non ante vesperam atqve occasum Solem à fidelibus solutum. Cui consentaneum est, qvod cùm de Synaxibus ageremus, ex Tertulliano docuimus: Stationes ob id *semijejunia* vocari, qvòd ad horam nonam usqve prorogarentur: cùm majora, cujusmodi Qvadragesimalia fuere, non ante lucis exitum desinerent. At Constit. Apost. Lib. V. Cap. XVIII. nonâ vel vesperâ pro cujusqve viribus vesci jubet: ἐν δὲ ταῖς λοιπαῖς ταῖς πρὸ τῆς παρασκευῆς ἐνάτην ὥραν, ἢ ἑσπέραν ἕκαστος ἐσθιέτω, ἢ ὅπως ἄν τις δύναιτο. Ambrosius Serm. XXVI. *Rogo vos, fratres carissimi, ut in isto legitimo tempore, exceptis Dominicâ, & Sabbato diebus, nullus ante nonam prandere præsumat, nisi forte qvem jejunare infirmitas non permittit. Qvia aliis diebus jejunare aut remedium, aut præmium est: in Qvadragesimâ verò non jejunare, peccatum est.* Qvi qvidem sermo totidem verbis apud Augustinum legitur; estqve Sermo de Temp. LXII. Sed de Sabbato verbum nullum. Sed hoc solum; *ut exceptis Dominicis diebus, nullus prandere præsumat.* Qvod idem est ac si ante nonam vesci prohiberet. Qvia prandium ante horam sextam capiebatur. Vide August. Epist. LXXXVI. Ita Cassianus Collat. XXI. Cap. XXIII. vel Theonas apud illum admonet, ut in diebus festis, *cibus, qvi horâ diei nonâ fuerat capiendus, paulò citius, id est sextâ horâ pro festivitatis tempore capiatur.* At priscis temporibus non ante vesperam cibum capere consveverant; id qvod insuper Theophili Alexandrini locus ille confirmat, qvem supra discussimus. Posteaqvam verò ad ho-

De stati- bus Ecclesiæ ritibus. ram nonam vescendi tempus à vespera translatum est, cum sublatum illud discrimen arbitror, qvod hactenus inter stationes & jejunia fuisse vidimus. Indeqve est, qvod Ambrosius Serm. XXXVI. jejunia *Quadragesimæ stationes* appellari dixit.

Jejunii solvendi tempus. Ἐν τισὶ δὲ τόποις τῆς μεγ. τὴν πέμπτην.] Ἀπονηστισμὸς est *jejunii solutio*; & ἀπονηστίζεσθαι *jejunium solvere*. Nec aliter in Græco Hippolyti Canone verbum illud accipitur, cùm ait: ἀπονηστίζεσθαι δὲ δεῖ ὃ ἂν ἐμπέσῃ κυριακή. Tametsi Scaliger in Notis ad illum Canonem, ἀπονηστίζεσθαι putat esse *transferre jejunium*. Qvod minimè procedit. Tempus verò dissolvendi jejunii, sive hora τοῦ ἀπονηστισμοῦ multiplex fuit. Constit. Clem. Lib. V. Cap. XIX. Τῷ δὲ Σαββάτῳ μέχρις ἀλεκτοροφωνίας παρατείνοντες, ἀπονηστίζεσθε ἐπιφωσκούσης μιᾶς τῶν Σαββάτων, ἥτις ἐστὶ κυριακὴ ἀπὸ ἑσπέρας ἕως ἀλεκτοροφωνίας ἀγρυπνοῦντες, καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ συναθροιζόμενοι γρηγορεῖτε. Jubet Qvadragesimale jejunium solvi ad gallicinium, ut & superiori capite. Dionysius Alexandrinus ad Basiliden, reprehendit eos, qvi paulo ante mediam noctem post Sabbatum jejunium dissolvunt, ὡς ὀλιγώρους, καὶ ἀκρατεῖς. Eos autem commendat, qvi usqve ad qvartam custodiam sustinent: nec eos magni faciendos ait, qvi ex illis majoris hebdomadæ sex diebus, prioribus qvatuor sine jejunio transactis, Parasceven & Sabbatum sine ullo cibo traducunt, qvod ὑπερτιθέναι nominat. Fuit enim hoc veteribus Christianis familiare, biduum illud absqve cibo perseverare, & in Ecclesia precibus ac vigiliis insistere. Sexta Synodus in Trullo Can. XCI. τὰς τοῦ σωτηρίου πάθους ἡμέρας ἐν νηστείᾳ, καὶ προσευχῇ, καὶ κατανύξει καρδίας ἐπιτελοῦντας χρὴ τοὺς πιστοὺς περὶ μέσας τῆς περὶ τὸ μέγα σάββατον νυκτὸς ὥρας ἀπονηστίζεσθαι. Ad qvæ Balsamo dubitat, an illud præcipiatur: triduum, qvod est μεγ. τὴν τετράδα, qvodqve Passioni præcipuè dicatum est, adusqve mediam noctem ante Dominicam Paschalem jejunos persistere; an de uno duntaxat Sabbato caveatur: in qvo rigidior ac severior esse jejunii disciplina debeat.

Missa sacrificium. Ἐν τισὶ δὲ τόποις λατρεία τῆς οἰκονομίας.] Λατρείαν τῆς οἰκονομίας *Divinum, & incruentum sacrificium* appellat; ut & paulo post disjunctè λατρείας, καὶ οἰκονομίας, & in Aërianis, Hær. LXXVII. τὴν οἰκονομίαν τῆς λατρείας, hoc est *Missam*. Nam λατρεία Divinus cultus atqve officium est; qvod sacrificio præstatur. οἰκονομία Incarnationis, Passionisqve Dominicæ mysterium significat, cui repræsentando institutum illud est à Deo sacrificium. Etsi in Aërianis N. III. simpliciter οἰκονομίαν, hoc est Mysterium vocat. Porrò feria qvinta Dominicæ Passionis in qvibusdam Ecclesiis ἀπονηστισμὸς fuit, ac jejunii relaxatio, ut Aug. indicat Ep. CXVIII. Cap. IV. Qvod Laodicena Synodus usurpari vetuit Can. XLIX: Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τεσσαρακοστῇ τῇ ὑστέρᾳ ἑβδομάδι τὴν πέμπτην λύειν, καὶ ὅλην τὴν τεσσαρακοστὴν ἀτιμάζειν· ἀλλὰ δεῖ πᾶσαν τὴν τεσσαρακοστὴν νηστεύειν ξηροφαγοῦντας. Ex qvo notabis obiter; Passionis hebdomadē Qvadragesimæ partem esse, non ab illa distinctā. Trullana qvoq; Synodus Can. XXIX. qvod in Carthaginiensi Concilio de feria illa qvinta nominatim exceptum fuerat; *Ut sacramenta altaris nonnisi à jejunis hominibus celebrentur, excepto uno die anniversario, qvo cœna Domini celebratur:* (qvi est Carth. III. Can. XXIX.) abrogavit: vetuitqve illo die solvi jejunium. At Augustinus in Epistola proximè citata nonnullis in Ecclesiis morem fuisse declarat, *ut bis qvinta Sabbati hebdomadæ ultimæ qvadragesimæ, & mane, & ad vesperam offerretur*: qvod improbandum esse negat. Qvod ipsum olim

in vetere Ecclesia cæteris diebus usitatum fuisse, indicat Cyprianus Epist. LXIII. Edit. Pam. Ubi nonnullos reprehendit, qvi in matutinis sacrificiis aqvam solam adhibebant, *ne per saporem vini redolerent sangvinem Christi.* Qvos ita castigat: *An illa sibi aliqvis contemplatione blanditur, qvòd etsi mane aqva sola offerri videtur, tamen cùm ad cœnandum venimus, mixtum calicem offerimus: sed cùm cœnamus, ad convivium nostrum plebem convocare non possumus; ut Sacramenti veritatem fraternitate omni præsente celebremus.* Bis igitur sacrificia celebrari solebant, manè, & qvidem publicè; cùm privatim sub vesperam. *De veteribus Ecclesiæ ritibus.*

Καὶ οὕτως ἀπολύ.] Ἀπόλυσις est *Missa*; sive *missio* cùm Diaconus re sacra confecta populum dimittit. Qvare subaudiendus est, ὁ Διάκονος.

Ἐν τῇ ἀναστασίμῳ ἡμέρᾳ.] Propriè μεγάλη ἡμέρα Pascha nominatur. Ut in Ancyrano, Can. VI. ἔδοξε μέχρι τῆς μεγάλης ἡμέρας εἰς ἀκρόασιν δεχθῆναι. Et qvoniam in illustrandis veteris Ecclesiæ ritibus navatur à nobis opera, de uno, alterove Lectorem admonebimus; qvi per solennes Paschatis ferias usurpari solebant. Qvi etsi ad Epiphanium nostrum nihil admodum pertineant; alias tamen habent opportunitates; ob qvas illorum non prætermittenda mentio videtur. Primum igitur, per illos dies à Christianis Imperatoribus vincti, captiviqve è carcere mittebantur. Monachi Eutychis Hæretici in libello supplici ad Pseudosynodum Ephesinam, in Actis Chalcedon. Concilii, de die Paschatis loqventes: καθ' ἣν (inqviunt) λύεται μὲν τοῖς πλείστοις τῶν ἡμαρτηκότων ἀπὸ τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν τὰ ἐπιτίμια· λύεται δὲ παρὰ τῶν βασιλευόντων ἐπὶ τῶν ἐγκλημάτων τὰ δεσμὰ τοῖς ὑπευθύνοις. Extat eadem de re Impp. Valentiniani, Valentis, & Gratiani rescriptum LIII. de Indulg. Cod. Theodos. *Ob diem Pascha qvem intimo corde celebramus, omnibus, qvos reatus astringit, carcer inclusit, claustra dissolvimus.* Hujus nobis commemorandæ consvetudinis occasionem dedit Themistiana qvædam oratio; cujus argumentum hactenus ignoratum, nec à nobis etiam in novissimâ nostra editione satis intellectum, plurimum huic observationi debebit. Ea est inter Themistianas ordine qvinta: in qva Theodosii senioris clementiam humanitatemqve prædicat. Qvam qvidem orationem vulgo persvasum erat omnibus ad Antiochensem illam procellam, calamitatemqve referri: qvando ob dejectas populari seditione Placillæ statuas exulceratus Imperatoris animus, & ad vindicandam majestatem inflammatus Flaviani Præsulis legatione mitigatus est. Sed nos necessariis qvibusdam rationibus in Themistianis notis ostendimus; aliò, qvàm ad Theodosianum illud factum, spectare Themistium: neqve tamen cujusmodi facinus illud esset, extricare tum potuimus. Qvare ita disputationem clausimus: *Habent igitur eruditi viri, atq; Historiæ studiosi, in quo qværendo, atqve enucleando ingenium suum exerceant.* Qvod sanè merito tùm à nobis est factum. Postea verò dum Chrysostomi Hom. XX. ad Populum Antiochenum percurrimus, in qva de Flaviani legatione, & impetrata ab Imper. venia gratulatur, veram Themistianæ illius Orationis historiam & argumenti summam non sine ingenti animi fructu ac voluptate didicimus. Cùm enim habitam à Flaviano ad Theodosium orationem ac deprecationem explicat: sic eum inter cætera loqventem inducit. καὶ τί χρὴ λέγειν Κωνσταντῖνον, καὶ τὰ ἀλλότρια παραδείγματα, δέον οἴκοθέν σε, καὶ ἐκ τῶν σῶν παρακαλεῖν κατορθωμάτων; μέμνησαι πρῴην, ὅτε τῆς ἑορτῆς

Paschali tempore solutio vinculorum.

Illustratur insignis Themistii locus.

De solemni-bus Ecclesiæ ritibus.

ταύτης καταλαβούσης ἐπιστολὴν ἔπεμψας πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης κελεύουσαν τοὺς τὸ δεσμωτήριον οἰκοῦντας ἀφεῖναι, καὶ συγχωρεῖν αὐτοῖς τὰ ἐγκλήματα· καὶ ὡς οὐκ ἀρκούντων ἐκείνων δεῖξαί σου τὴν φιλανθρωπίαν, ἔλεγες διὰ τῶν γραμμάτων, ὅτι εἴθε μοι δυνατὸν ἦν καὶ τοὺς ἀπελθόντας καλέσαι, καὶ ἀναστῆσαι, καὶ πρὸς τὴν προτέραν ἀναγαγεῖν ζωήν. *Qvanqvam qvid attinet Constantinum, aut aliorum exempla memorare; cum te domesticis tuis rebus ac factis incitare oporteat? Meministi nuper; cum eodem illo appetente festo, literas toto terrarum orbe misisti; quibus eos omnes, qui in carcere erant, dimitti, eisq; condonari crimina jussisti. Tum perinde ac si nondum hæc testificanda humanitati tuæ sufficerent; in hæc verba scripseras: Utinam ego mortuos ad vitam revocare atq; excitare possem!* Qvod est ipsissimum benignitatis, clementiæqve specimen, qvod Themistius in illa oratione prædicat; aliqvanto ante Antiochenum illud editum, cum adhuc Placilla viveret; ut ex Oratione ipsa constat. Non potui tam illustrem historiam, tamqve luculentam ad Themistium nostrum accessionem tacitus prætermittere. Commodiorem autem, ubi hanc intexerem, locum, qvàm hunc ipsum, habui nullum. Alter non tam ritus, qvàm rituum, ac disciplinæ corruptela fuit; ut iisdem diebus Catechumenis extraordinaria qvædam sacramenta permitterentur. Qvæ cujusmodi fuerint, nondum liqvet in Carthag. qvidem Conc. III. Can. V. mos ille abrogatur his verbis. *Item placuit, ut per solennissimos Paschales dies sacramentū Catechumenis non detur, nisi solitum sal. Quia si fideles per illos dies sacramēta non mutant, nec catechumenis oportet mutare.* Cùm sal Catechumenis præberi consvetum esset, appetentibus Paschatis feriis extraordinarium qviddam concessum illis est. Non utiq; Eucharistia; nec enim tantum insaniisse qvenqvam arbitror. Neq; verò per Sacramentum intelligi puro symbolum. Sed panem ipsum, ac vinum, ex qvo Eucharistia consecrata fuerat. Nam reliqviæ panis, & vini, qvæ à fidelibus ad sacrificium celebrandum oblata fuerant, nonnunqvam in Catechumenos distribuebantur. Qvod amplius usurpari vetat Theophilus Alex. Can. VIII. *τὰ προσφερόμενα εἰς λόγον θυσίας μετὰ τὰ ἀναλισκομένων εἰς τὴν τῶν μυστηρίων χρείαν οἱ Κληρικοὶ διανεμάσθωσαν, καὶ μήτε κατηχούμενος ἐκ τούτων ἐσθιέτω ἢ πινέτω· ἀλλὰ μᾶλλον οἱ Κληρικοὶ, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς πιστοὶ ἀδελφοί.* Ad qvem Canonem Balsamo scribit: Oblationes illas panem & vinum esse: ex qvibus partes illæ sumptæ sunt (*μερίδας* vocat, uti Græci fermè consveverunt) qvæ à Sacerdote consecrantur. Ex qvo fit, ut reliqviæ ipsæ qvodammodo sanctificatæ sint, nec in profanos dividendæ. Has reliqvias Carthag. Synodus Sacramenta vocat, qvod ex illis Sacramenta fierent: uti nos *hostias* vulgò *τὰς μερίδας*, sive *particulas* etiam ante consecrationem appellamus. Qvanqvam & Sacramenta scio etiam absolute pro qvibuslibet mysticis signis usurpari; adeoqve pro sale, ac cæteris, qvæ Catechumenis dabantur. Aug. Lib. II. de Peccat. meritis cap. XXVI. *Et quod accipiunt, qvamvis non sit corpus Christi* (de Catechumenis loqvitur) *sanctum est tamen, & sanctius; qvàm cibi qvibus alimur, qvoniam sacramentum est.* Qvæ Augustini verba utrum ad panem vinumqve, ex qvo Eucharistia confecta jam erat, referri debeant; cogitandum amplius est. Cùm igitur fideles eadem diebus omnibus Sacramenta, hoc est Eucharistiam, qvæ fidelium propria est, usurpent; non debent (ajunt Carthaginenses Patres) Catechumeni propria ordinis sui ac status sacramenta mutare; neqve aliqvid præter salem accipere.

Explicatur canon difficilimus Conc. Carthag.

Τὰ δ' ἄλλα Μυστήρια.] Cautè ac circumſpectè de Sacramentis & interioribus myſteriis mentionem aſpergit. Ita complures veterum cùm de Sacramentis, eorumqve formis diſſerunt, conſultò rem obſcurant, neqve plenâ apertâqve voce declarant. Pauca, qvæ ad manum modo ſunt, exempla producam. Auguſt. Ep. LVII. ad Dardanum. *Noſti autem in qvo ſacrificio dicatur: Gratias agamus Domino Deo noſtro.* Innocentius primus Ep. I. ad Decentium de Sacramento Confirmationis: *Verba verò dicere non poſſum, ne magis prodere videar, qvàm ad conſultationem reſpondere.* Sic Epiphanius aliqvoties de Euchariſtia timidè, obſcureqve locutus eſt. *De Sacris & Eccleſiæ Sacramentis.*

N. XXIII. Ἐπὶ δὲ τῶν τελευτησάντων.] De orationibus, & ſacrificiis, qvæ pro mortuis ab Eccleſia celebrãtur inſignis ac memorabilis hic locus eſt. Sed multo copioſius, atq; expreſſius in Aërianorum Hæreſi ritum illum Eccleſiæ pertractat, qvæ eſt Hær. LXXV. N. VII. Nam Aërius eodem, qvo Hæretici noſtri, furore amentiâq; percitus mortuorum ad altare commemorationem, fuſasqve pro illis preces, & ſacrificia deridebat: contra qvem Epiphanius luculentiſſimè diſputat. Ὠφελεῖ δὲ, inqvit, καὶ ἡ ὑπὲρ αὐτῶν γινομένη, εἰ καὶ τὰ ὅλα τῶν αἰτιαμάτων μὴ ἀποκόπτοι. *Qvæ pro mortuis concipiuntur preces, iis utiles ſunt, tametſi non omnes culpas extingvant.* Qvod pluribus exeqvitur Auguſt. Lib. de cura pro mort. agend. Cap. I. ubi qvænam peccatorum genera in mortuis precibus illis, & ſacrificiis expiari poſſint, ediſſerit. Et paulo antè: *In Maccabæorum,* inqvit, *libris legimus oblatum pro mortuis ſacrificium. Sed etſi nusqvam in Scripturis veteribus omninò legeretur, non parva eſt univerſæ Eccleſiæ, qvæ in hac conſvetudine claret auctoritas; ubi in precibus Sacerdotis, qvæ Domino Deo ad ejus altare funduntur, locum ſuum habet etiam commendatio mortuorum.* Et Cap. ult. *Qvæ cùm ita ſint, non exiſtimemus ad mortuos, pro qvibus curam gerimus, pervenire, niſi qvod pro eis ſive altaris, ſive orationum, ſive eleemoſynarum ſacrificiis ſolenniter ſupplicamus; qvamvis non pro qvibus fiunt omnibus proſint, ſed iis tantum, qvibus dum vivunt, comparatur ut proſint.* Freqventiſſima eſt & illius conſvetudinis apud Cyprianum mentio. Ut in Ep. LXVI. in qva decretum ait in Concilio; *ut ſi qvis moriens Clericum tutorem reliqviſſet, non offerretur pro eo, nec ſacrificium pro dormitione ejus celebraretur.* Vetatqve mox deprecationem pro eo ullam ad altare fieri. Tertull. de Cor. Mil. Cap. III. *Oblationes pro defunctis, pro natalitiis annua die facimus,* & alibi ſæpe. Euſebius Lib. IV. de Vita Conſtantini, cùm de ejus funere ſcribit: τά τε τῆς ἐνθέου λατρείας δι' εὐχῶν ἀνεπλήρουν. Λατρείαν appellat altaris Sacrificium: Mox, σὺν κλαυθμῷ δὲ πλείονι τὰς εὐχὰς ὑπὲρ τῆς βασιλέως ψυχῆς ἀπεδίδοσαν τῷ Θεῷ. Athan. Qvæſt. ad Antiochum Qvæſt. XXXIV. cum qvæſitum eſſet, utrum mortuorum peccatorum animæ beneficia in ſe collata ſentirent? γινομένων ὑπὲρ αὐτῶν συνάξεων, καὶ εὐποιιῶν, καὶ προσφορῶν. Reſpondet: τὰς τῶν ἁμαρτωλῶν ψυχὰς μετέχειν εὐεργεσίας τινὸς ἐκ τῆς ὑπὲρ αὐτῶν γινομένης ἀναιμάκτου θυσίας, καὶ εὐποιίας. Alioqvi ſi nihil hæc ipſis prodeſſent, οὐκ ἂν ἐν τῇ προσκομιδῇ ἐμνημονεύοντο, hoc eſt in oblatione. Nam προσκομιδὴ eſt προσφορά. Malè autem Interpres, *In cura & exeqviis.* Scripſerat idem Athanaſius λόγον εἰς τοὺς κοιμηθέντας; cujus meminit Damaſcenus in ejusdem argumenti oratione, & Balſamo ad Can. IV. Apoſt. Citatur & Epiphanii locus ex Opere qvodam *in Proverbia* apud Anaſtaſium Nicenum Qvæſt. XX. in Scripturam, in qvo preces pro mortuis commendantur. Qvi locus totidem

Hh iiij

De Sacrificiis pro defunctis. ferè verbis ſparſim in hoc Opere continetur. De mortuorum præterea in commemoratione in ſalutaribus ſacris meminit Concilium Vaſenſe Can. II. & Carthag. III. Can. XXIX. & IV. Can. LXXIX. ut alia infinita prætermittam, maximeqve Græcorum ac Latinorum antiqviſſimas Liturgias. Luculentiſſimus verò eſt alter ille Epiphanii locus Hær. LXXV. Num. VII. in qvo mortuorum duplicis generis commemorationem in Sacrificio fieri docet; juſtorum, & peccatorum. Horum qvidem, uti divinam pro illis miſericordiam imploremus: Juſtorum autem ac ſanctorum, ut ſingulare Chriſti Domini privilegium agnoſcatur, qvi ab reliqvorum mortalium conditione ſegregatur. De Martyrum commemoratione paſſim loqvitur Cyprianus, ut in Ep. XXXIV. *Sacrificia pro eis*, inqvit, *ſemper, ut meminiſtis, offerimus, qvoties Martyrum paſſiones, & dies anniverſaria commemoratione celebramus.* Qvod ad memoriam prædicationemqve Martyrum debet referri: qvemadmodum & in eorum memorias altaria conſtituebantur. Auguſtin. Lib. XX. contra Fauſtum Cap. XXI. adverſus Manichæos diſputans, qvi ſimiliter atqve hodierni ϛασιῶται memorias Martyrum in Idola convertere Catholicos impudentiſſimè criminabantur, his verbis utitur. *Populus autem Chriſtianus memorias Martyrum religioſa ſolennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, ut meritis eorum conſocietur, atqve orationibus adjuvetur. Ita tamen ut nulli Martyrum, ſed ipſi Deo Martyrum ſacrificemus: qvamvis in memorias Martyrum conſtituamus altaria. Qvis enim Antiſtitum in locis ſanctorum corporum aſſiſtens altari aliqvando dixit: Offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane? &c.*

Ἑωθινοί τε ὕμνοι ἐν αὐτῇ.] De Matutino, ac cæterarum horarum officio diligenter in Annalibus, & ab aliis diſputatur. De Lucernalibus Pſalmis hoc *Lucernales Pſalmi.* adſcribimus: Socratem Lib. V. Cap. XXII. eas appellare τὰς ἐν ταῖς λυχναψίαις εὐχάς. Qvi ibidem addit, in Cypro ac Cæſarea, Sabbato & Dominica ἀεὶ περὶ ἑσπέραν μετὰ τῆς λυχναψίας τοὺς Πρεσβυτέρους, καὶ Ἐπισκόπους τὰς γραφὰς ἑρμηνεύειν. Concil. Tolet. I. Can. IX. *Lucernarium* appellat. Vetat enim *profeſſas, aut viduas domi ſua antiphonam cum confeſſore, vel ſervo ſuo facere, abſente Epiſcopo, vel Presbytero. Lucernarium verò*, inqvit, *niſi in Eccleſiâ non legatur.* De Nonis & Veſperis Laodic. meminit Can. XVIII. Vide & Tertul. Lib. contra Pſych. Agathenſe Can. XXX.



DIONYSII PETAVII E SOCIETATE JESU ANIMADVERSIONES, AD ANCORATUM EPIPHANII.

AD EPISTOLAM PALLADII.

ΗΣ *αὐτῆς πόλεως Συέδρων πολιτευομένε.*] Ὁ πολιτευόμενος nonnunqvam est *Curialis & Senator*, ut in Epist. CCXC. Basilii, qvæ inscripta est *Πολιτευομένοις Κολωνείας*, *Senatoribus, ac Duumviris*. Ita in Chalced. Syn. Act. III. in Libello Sophronii contra Dioscorum: Ubi qveritur Sophronius uxorem sibi ereptam παρὰ *Μακαρίε τε πολιτευομένε τῆς μεγάλης Ἀλεξανδρείας*. Verum hoc loco *Senatorem*, aut ejusmodi aliqvid vertere religio fuerat, qvòd ex rescripto Epiphanii Monachum hunc esse cognoram. Nunc occurrit, ex Curiali & Senatore vitæ genus illud amplecti potuisse Palladium. Qvare Senatorem aut curialem appellasse videtur.

AD ANCORATUM.

N. III. *Καὶ Θεὸν θετὸν λέγεσι.*] Apud Epiphanium vox θετὸς sic interdum usurpatur, ut *per adoptivum* satis exprimi commodè neqveat: idemqve sit ac *fictum, & opinione sola constans.*

N. VIII. *Ἐκ τε Πατρὸς, καὶ τε Υἱε.*] Multis hoc in Opere locis Epiphanius Spiritum sanctum à Patre, Filioqve procedere disertissimè profitetur. Qvod adversus Græculos in promptu est habendum. Vide Paginam seq. Item Num. XI. ubi Spiritum à Filio procedere scribit. Idem docet in Pnevmatom. Hæresi LXXIV. Num. VII. & VIII.

N. IX. *Ἐδει τὸν πρῶτον τῶν Ἀποςόλων.*] Vides ut hæc Matth. XVI. *Et super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam*: ad Petrum ipsum referat, supraqve illum fundatam Ecclesiam asseveret.

N. XXXI. *Καὶ κέχρηται τῇ μαρτυρίᾳ.*] Irenæus Lib. I. Cap. XVII.

N. XXXII. *Ἄνθρωπος γάρ ἐςι*] De hoc Hieremiæ loco jam suprà in Panario monuimus, parum bellè de Christo accipi, etsi ad eum sensum pleriqve Græcorum referant, qvos reprehendit Hieronymus.

Ο δὲ ταπεινοφρονῶν.] Contrarium docet idem Hieronymus ad hunc locum: *Non humilitatis*, inqvit, *est, sed superbiæ; qvod non vult signum à Domino postulare, &c.* Mox: *Ergo qvasi Idolorum cultor, qvi in omnibus angulis platearum, in montibus, locisqve nemorosis aras constituerat, & pro Levitis habebat fanaticos, non vult signum petere, qvod constitutum est.* Nec Hebræorum magistri ab Hieronymo dissentiunt. R. David autor est, licet Achaz verbis ipsis credulitatem ac religionem præ se ferret, tamen Prophetam, qvi illius intima pervideret, intellexisse; כי לא אמר אלא ממיעט האמנה כאומר איני חושש לנסותו בזה *Qvoniam ista non dixit, nisi ob exiguam fidem; qvasi diceret: Non curo tentare illum hac in re.* R. Selomo hæc Achazum cogitasse scribit: *Nolo Deum per me hac ratione sanctificari.* Aben Ezra putat Achazum ideo non postulasse, qvòd Deum præstare ista non posse crederet. Basilius ad Epiphanii mentem propiùs accedit. Vult enim Achazum ideo petere noluisse, ne mandatum illud violaret: *Non tentabis Dominum Deum tuum.*

N.XLIII. Εἰ σοφία Πατήρ ἐστι.] Legendum pro eo atqve interpretati sumus, *εἰ σοφία Πατρός ἐστιν ὁ Υἱὸς, καὶ δὲ τὸν ἐκείνων νοῦν*, &c.

N.XLIX. Πάλιν ὡς ἐπὶ μελλόντων.] Non satis explicata mihi est hujus loci sententia. Mox pro, *καὶ τοτε ἐν τοῖς ᾄσμασι*, for. *καὶ τὸ ἐν τοῖς.*

N. L. Τέσσαρά εἰσιν Εὐαγγέλια.] Totidem in *κεφάλαια* distributa erant Evangelia qvatuor, ut ex Eusebiano Canone constat, qvem Hieronymus expressit. Qvanqvam uno amplius apud ipsum sit. Nam Matthæi capita sunt 355. Marci 233. Lucæ 343. Joannis 232. Colliguntur capita 1163.

N. LI. Καθέξεται καὶ ἐν ναῷ.] Ναός, ut opinor, hîc est *Augustale*, vel qvippiam ædiculæ instar, in qvo Principis solium ponitur. Sic *ναοὺς* Græci *armaria* vocant: cujusmodii in atriis erant, in qvibus gentilitiæ imagines collocabantur. Hæc enim *ναΐδια* Polybius appellat. Qva notione qvidam illud Act. XIX. 24. scriptum accipiunt. *Δημήτριος γάρ τις ὀνόματι ἀργυροκόπος ποιῶν ναοὺς ἀργυροῦς Ἀρτέμιδι: faciens ædes argenteas Dianæ.*

N. LII. Ἀλλά φασι, τί οὖν λέγεις.] Augustinus Tom. VI. Lib. contra Serm. Arian. Cap. I. idem illud ab Arianis objectum refellit: Hac enim instantia illos urget. *Sed ut noverint qvàm inania loqvantur, etiam ipsi interrogandi sunt, utrum Deus Pater volens, an nolens sit Deus. Non enim audebunt dicere, nolle se esse Deum. Si ergo responderint, qvòd volens sit Deus, eo modo illis inferenda est vanitas sua, qva dici potest prior illo esse voluntas ejus; qvo qvid dicitur stultius.*

N.LIV. Ἀλλὰ μὴ πάλιν δραματουργῶν.] In ea sententia Epiphanius esse videtur, ut Prophetæ, ac Patriarchæ veteres Deum ipsum corporeis oculis viderint, etsi minimè comprehenderint. Qvæ opinio, si Deum ipsum oculis usurpatum existimet, falsissima est. Qvanqvam scio dubitatum à Patribus nonnullis, utrumnam beati corporeis oculis Deum intuerentur: ut ab Augustino. Qvem consule Lib. XXII. de Civit. Dei Cap. XXIX. & Epist. CXI. & CXII.

Δόξα τῷ παντοκράτορι.] In illo Apostoli testimonio, qvo se tertium in cœlum usqve translatum asserit, sunt qvi Paradisum à cœlo discernentes, eundem illum locum esse sentiant, è qvo primus parens ejectus est, & in qvem Latro, pro eo ac Christus promiserat, receptus est. Ita Theophylactus & alii qvidam Interpretes, ac Patres, qvibus favet Epiphanius. Sed commu-

nis aliorum ſententia veriſimilior eſt; Paradiſum pro cœleſti gloria, & ſvaviſſima qvadam voluptate ſumi; neqve veterem illum amœnitate ac delitiis refertum locum amplius in rerum eſſe natura.

Ημεῖς δὲ ἀπεριέργως.] In qvo poſita Dei in homine ſit imago, neqve definit Epiphanius, neqve certò ſciri poſſe putat. De qvo variè à Patribus pronunciatum eſt. Vide qvæ Perrerius noſter, ac cæteri Interpretes ad illum Geneſeos locum attulerunt.

Ορῶμεν γὰρ ὅτι ἔλαβεν.] Eximius hic locus eſt ad Dominici corporis aſtruendam in Euchariſtiæ Sacramento præſentiam. *Ο γὰρ μὴ πιςεύων εἶναι αὐτὸν ἀληθινὸν, ὡς εἶπεν, ἐκπίπτει τῆς χάριτος, καὶ τῆς σωτηρίας.* Cujus ſententiæ vim ac pondus effugere neqveunt hodiernæ fautores hæreſis.

Ο δὲ Παράδεισος, φησὶν, ἐν Εδέμ.] Qvæ de Paradiſo Geneſis hiſtoria prodidit, allegoricè interpretatus erat Origenes; qvemadmodum in ejus Hæreſi ex Methodio declaratum eſt pluribus. Ita etiam Philo: & ex noſtris Ambroſius Lib. de Parad. Cap. III. Sed hanc Origenis opinionem vulgo Patres alii repudiant, qvi Paradiſum verum aliqvem in terra locum extitiſſe cenſent. Tametſi ubi tandem ille fuerit, magna inter eoſdem ſententiarum varietas fuit. Sed à recentioribus eruditis Geographis diſceptata illa qvæſtio eſt; ac Paradiſi ſedes ex Moſis deſcriptione certò conſtituta. Nam qvatuor illa flumina, & ex eis potiſſimùm duo, opinionum ac commentorum licentiam coërcent.

Ονομα τῷ ἑνὶ Φεισών.] Mirifica iſtîc Geographia eſt. Phiſon idem, inqvit, eſt cum Gange, qvi Indus à Græcis appellatur. Is majorem Æthiopiam permeans, & ad Auſtrum converſus in Gaditanum Oceanum erumpit. Qvòd Phiſon ſit Ganges, omnium propè veterum opinio fuit: qvæ eſt ipſa tamen minimè probabilis. Nam Phiſon eſt Paſitigris, & Tigris alveus. Indum verò cum Gange permiſcere, & eundem in Gaditanum Oceanum per Æthiopiam circunducere nimis eſt abſurdum.

Διαπερᾷ δὲ τὴν μεγάλην Αἰθιοπίαν.] Multiplex apud antiqvos erat Æthiopia. Altera in Aſia ad Indum, ſive, ut alii volunt, Gangem fluvium: Altera in Africa, eademqve Ptolemæo duplex: Una cui *ſub Ægypto* cognomen attribuit: altera interior. Hæc autem, qvæ ab Epiphanio *magna* dicitur, qvamqve Phiſon perlabitur, inextricabilis eſt. Sed Aſianam intellexiſſe videtur. Nam Ægypto ſubjectam alteram *μικρὰν* appellat. Sanè Arabiæ pars *Chus*, hoc eſt, Æthiopiæ nomine in ſacris literis comprehenditur. De qva fortean accipiendus Epiphanius. Sed *μεγάλην* utiqve nominare non debuit. Aliter Æthiopiam in Orientalem, & Occidentalem dividunt Strabo, Ptolemæus, & alii, interfluente Nilo. Sed ea diviſio nihil ad hunc locum pertinet.

Οὗτος γὰρ ὁ κυκλῶν τὴν Αἰθιοπίαν.] Secundus fluvius eſt גיחון *Gibon*, LXX. Γεών. Qvem Nilum eſſe pleriqve Patres exiſtimarunt, interqve cæteros Epiphanius cùm hîc, tùm Epiſtola ad Joannem Hieroſolymitanum. Sed immeritò: uti Perrerius noſter, aliiqve demonſtrant: qvorum accuratiſſimi ſunt ea de re commentarii. In illo verò Hieremiæ loco Hebraicè eſt מי שיחור *aqva Sibor*. Hieronymus *aqvam turbidam* vertit. Nam שחר eſt *nigreſcere, tur-*

bidum esse. Græci ὕδωρ Γηῶν. Theophilus Lib. II. ad Autolycum à Geone propagari Nilum asserit.

Τρίτος, φησὶ, ποταμός.] Vide Plin. Lib. VI. Cap. XXVII.

Αὔγουστος ὁ ἐβασίλευσεν.] Eandem Romanorum Impp. seriem accuratiorem, & castigatiorem exhibet Lib. de pond. & mensuris. Qvem ad locum singula illorum tempora discutiemus. Nunc verò carptim mendosa qvæqve notabimus. Scribe igitur imprimis in annis Augusti πεντήκοντα pro ἑξήκοντα.

Δομετιανὸς ὁ ἀδελφός.] Leg. ἔτη ιε.

Μετὰ Δομετιανόν.] Cor. ἔτος ἓν, μῆνας δ'.

Κόμοδος ἔτη ιδ.] Solus tredecim ferè annos: cum Patre annos tres, cum aliqvot mensibus.

Περτίναξ ἔτης'.] Ne menses qvidem totidem imperavit. Sed μῆνας tamen rescribendum. Ita enim in Lib. de mens. & pond.

Αντωνῖνος ἄλλος ἔτη β'.] Imò ferè tres.

Αλέξανδρος ὁ Μακεδὼν ἔτη γ'.] Emenda ἔτη ιγ.

Αὐρήλιος ἔτη ιδ'.] Nomen illi, L. Domitius Aurelius Valerius Aurelianus. Sed annum sextum vix attigit.

Μετὰ Διοκλητιανὸν Μαξιμιανός.] Collega Maximianus Herculius. Successor Galerius Maximianus Armentarius. Sed perturbatissima sunt qvæ seqvuntur. Nam Licinium Constanti, & Constantino præponit. Vide qvæ ad Lib. de mensuris adnotamus.

Εως τῦ ἐνιαυτῦ μετὰ τὸ τελευτῆσαι.] Cæsus est Gratianus Merobaude & Saturnino Coss. ait Socrates Lib. V. Cap. XI. anno Christi CCCLXXXIV. Ad qvem annum nondum pervenerat Epiphanius. Nam hunc ipsum, qvo scribebat, ait esse XC. Diocletiani, Indict. II. Gratiano III. & Eqvitio Coss. Hic est annus Christi CCCLXXIV. Qvare emblema istud otiosi cujusdam nugatoris esse videtur. Atqve ita corrigendum, ἕως τούτου τῦ ἐνιαυτῦ ἔτος γὰρ τοῦτό ἐστιν, &c. Si de annis CCCLXXIV. detraxeris LXX. restabunt CCCIV. Seqventi verò Constantius Chlorus obiit, si Socrati credimus. A morte Constantii ad Gratianum, & Eqvitium Coss. anni sunt LXX. Qvare nisi mendosus est numerus, neqve verba illa rejicienda sint, videndum an à Constantii Chlori obitu, vel, qvod idem est, ab epocha Constantini LXX. illos annos computet. Ita pro Γρατιανὸν, Κωνστάντιον rescribendum erit. Potest & non solum in voce Γρατιανὸν, sed etiam in numerum ipsum error irrepsisse, ut à Christi natali, vel Passione deduxerit.

N.LXVII Συνθημάτων ἀκοῆς.] Depravata ista sunt: qvæ ex conjecturâ tamen non difficile est emendare. Ita nos vertimus, qvasi esset, σύνθημα τῆς ἀκοῆς.

N.LXXV Νομίζουσι δὲ περιαγινώσκοντες.] Lego παραγινώσκοντες.] De variâ loci illius interpunctione eruditè disputat Maldonatus noster.

LXXXIII. Ὡς καὶ προσφάτως πάλιν.] Origenistas perstringit, & Evagrium, Didymum, Ruffinum, ac Monachos complures Ægyptios, qvi Epiphanium, Theophilum, & Hieronymum agitarunt. Vide Epist. Epiphanii ad Joannem Hierosol.

XXXVII Ενθα γὰρ ἐτέθη τὰ σώματα.] Zeno Veron. in Ps. XLIX. *Non ii solùm, qui tales sunt, displicent Deo; sed & illi, qui per sepulchra discurrunt; qui fœteros is prandiis*

diis cadaveribus sacrificant mortuorum. Augustinus Lib. VI. Confess. Cap. II. scribit, Ambrosium Mediolani prohibuisse, ne pultes, panem, & merum, sicut in Aphrica fieri solebat, ad honorandas defunctorum memorias inferrent: *ne ulla occasio se ingurgitandi daretur ebriosis; & quia illa quasi parentalia superstitioni gentilium essent simillima.* Tertullian. Apolog. Cap. XIII. *Quid omnino ad honorandos eos facitis, quod non etiam mortuis vestris conferatis? Ædes proinde: aras proinde. Idem habitus, & insignia in statuis; ut ætas, ut ars, ut negotium mortui fuit, ita Deus est. Quo differt ab epulo Jovis silicernium? à simpulo obba? ab aruspice pollinctor? Nam & aruspex mortuis apparet.*

N.XCIX. Ἐν δὲ τῷ Ἑβραϊκῷ.] Verbum תותיר à יתר qvod *excellere* significat. Pro qvo LXX: *μὴ ἐκζέσῃς*: *Ne ebullias, & ferveas.* Nam qvod fervet, attollitur & eminet. At Epiphanius idem verbum ait ψιλόμυθον propriè significare *μὴ ἐκζέσῃς*. Cujusmodi nullum propinqvius occurrit, qvàm תתר. Sed hoc ipsum nimis alienum videtur.

N.CV. Ἔτι δὲ πάλιν ἕκαστος.] Clementis Alexandrini locus eodem pertinet Strom. VII. Ἕλληνες δὲ ὥσπερ ἀνθρωπομόρφους, οὕτως καὶ ἀνθρωποπαθεῖς τοὺς θεοὺς ὑποτίθενται. καὶ καθάπερ τὰς μορφὰς αὐτῶν ὁμοίας ἑαυτοῖς διαζωγραφοῦσιν, ὡς φησὶν Ξενοφάνης, Αἰθίοπες (τε) μέλανάς τε σιμούς τε. Θρᾷκές τε πυῤῥοὺς καὶ γλαυκοὺς· οὕτως καὶ τὰς ψυχὰς ὁμοιοῦσιν, καὶ τοῖς αὐτοῖς ἀναπλάττουσιν. αὐτίκα βάρβαροι (οἱ μὲν θηριώδεις, καὶ ἀγρίους τὰ ἤθη, ἡμερωτέρους δὲ Ἕλληνες, πλὴν ἐμπαθεῖς.

N.CVI. Ἄλλος δὲ Κωμικός.] Theophilus Lib. III. ad Autol. hæc verba Protagoræ Abderitæ tribuit: *εἴτε γάρ εἰσι θεοὶ οὐ δύναμαι περὶ αὐτῶν λέγειν, οὔτε ὁποῖοί εἰσι δηλῶσαι· πολλὰ γάρ ἐστι τὰ κωλύοντά με.*

Ὁ δὲ ἐφ᾽ ἡμῶν ἕτερος.] Eundem Philemonis locum citat Theophilus: ex qvo Φιλήμων hoc loco legendum didicimus. Sed trimetri Jambici mendosi apud Epiphanium ita ex Theophilo concipiendi sunt.

Οἱ γὰρ θεὸν σέβοντες ἐλπίδας καλὰς
Ἔχουσιν εἰς σωτηρίαν.

Ἀπὶς γὰρ αὐθύς.] Pro ὑποκάμπτος, conjecimus leg. ὑπὸ Καμβύσου: qvi tamen propriè non est Ἀσσυρίων βασιλεύς.

Αἰσχυνέσθωσαν δὲ οἱ ταύτης προσκυνηταί.] Vide consimilis argumenti qvædam apud Aug. Lib. II. de Civit. Dei Cap. IV, & alibi.

Καὶ αὐθὺς μὲν ὡς ἱερέως.] Corruptissimus hic locus est; qvem Paulus Leopardus Lib. XIX. Emendat. Cap. VI. emendare est aggressus. Legendum itaqve putat: *καὶ αὐθὺς μὲν Ὀσίριδος ἐρῶσα τοῦ ἰδίου αὐτῆς ἀδελφοῦ*, &c. Mox *στρατεύουσα*. Et pro *αἰθομένης, αἰδουμένης*. Sed aliter castigandum, atqve interpretandum arbitror. Nimirum Isidem Osiridis conjugem alterius fratris amore captam fuisse: adeò ut Horus, qvem ex Osiride genuerat, dubitaret utro parente natus esset, Typhone an Osiride. Corrigendum itaqve: *καὶ αὐθὺς μὲν ὡς Ἶσις ἐρῶσα τοῦ ἰδίου αὐτῆς ἀδελφοῦ, τοὺς ἄλλους κατὰ τῶν ἰδίων ἀδελφῶν στρατεύουσα.* Hoc est: *exemplo suo mulieres reliqvas hortatur, ut fratres suos ament:* qvemadmodum Terentianus ille Chæreas exemplo Jovis ad stuprum incitatur, Eunuch. Act. III. Sc. II.

Καὶ μὴ δεχνυμένης.] Cor. δεχουμένης.

Καὶ ἐν Τύρῳ πορνεύσασα.] Nam Isis eadem atqve Jo credita, qvæ à Phœnicibus abducta in Ægyptum postea proficiscitur. Herodotus Lib. I.

Σέραπίν τε τὸν Ἄπιν.] Vide Augustin. Lib. XVIII. de Civit. Dei Cap. V. Sed imprimis Clem. Alex. in Protreptico: ubi Sarapin à Sinopensibus Ptolemæo Philadelpho missum esse refert: ut & Plutarch. Tract. de Is. & Osir. Consulendus etiam Scaliger ad A. Eusebii MDCCXXX.

Ἐν πλοίῳ παρασήμῳ ἀετῷ.] Sic Eusebius anno DCXXXIV. navem illam, qva Phrixus cum Helle sorore vectus est, arietem insigne, seu *παράσημον* habuisse dicit. Qvem ad locum vide qvæ Scaliger adnotavit.

N. CVIII. *Ὁ δ' ἄλλος πατριάρχος.*] Idem Scal. *Λατιάρχος* emendavit, qvem tu consule ad A. DCCCLXXVI.

N. CXII. *Σὺν τοῖς διακοσίοις δεκαπέντε.*] Hæc duo vocabula, *τοῦτο Ἰωσὴφ*, mancum esse locum indicant. Nam à promisso Isaaco, sive ab anno Abraami LXXV ad ortum Josephi non sunt anni CCXV, sed CLXXV circiter.

Καὶ εὐθὺς μὲν σ' δεκαπέντε.] Cum Exodi Cap. XII tempus, qvo Israëlitæ in Ægypto peregrinati sunt, in Latinis Hebræisqve codicibus definiatur annorum CCCCXXX, ex Græcorum authoritate commoda est interpretatio verbis illis adhibita, ut non plures, qvàm anni CCXV, à profectione Jacobi in Ægyptum ad egressionem imputati sint. Toti verò illi CCCCXXX ab anno LXXV Abraami deducuntur. Etenim anno Abraami LXXV promissus à Deo Patriarchæ filius est, qvi anno Abraami centesimo natus est. Ita XXV jam anni colliguntur. Isaacus anno ætatis LX Jacobum genuit. Is annum agens CXXX, ut ipse Pharaoni testatus est, in Ægyptum pervenit. Fiunt anni à promissione CCXV. Reliqvi totidem ad egressum intercedunt; qvorum intervalla digeruntur à Chronologis. Huic ratiocinio Paulus ipse suffragatur Gal. III, 17, qvi *ἀπὸ τῆς ἐπαγγελίας* ad legem editam numerat annos CCCCXXX, ut alibi diximus. Epiphanius perplexè ac subobscurè numeros illos dispensat; qvod singillatim ostenderetur.

Ἰακὼβ δὲ γενόμενος ἐτῶν πθ'.] Imò *πζ'*, hoc est LXXXVII. Est enim Jacobi filiorum ordine tertius, anno X servitutis ejusdem natus, qvam circa annum LXXVII iniit; qvod studiosiùs à Chronologis colligitur.

Λευὶ ἐτῶν γενόμενος.] Tam scripti, qvàm cusi codices habent *μδ'*, hoc est XLIV, non XXXIV, ut reddit Cornarius, cujus qvidem emendatior est lectio. Nam XXXIV omninò numerandi sunt, ut ex seqventibus liqvet. Etenim ad ortum Levi anni confiunt CLXXIV; additis XXXIV, tum tribus, ut XLVII Levi consurgant, fiunt anni CCXI, qvot Epiphanius percenset.

Καὰθ δὲ μζ' τὴν εἰς Αἴγυπτον.] De Levi, & Caath, & Patriarcharum qvorumdam ætate, cùm filios genuerunt, nonnisi ex conjectura constat; qvæ multiplex à Chronologis nostris elicitur. Hic autem impeditus est Epiphanii calculus. Caath genitum esse dicit anno Levi XXXIV, qvi est à promissione CCVIII: porrò Caath genuit Amram anno ætatis suæ LXV. Igitur á LXXV Abraami ad ortum Amrami fluxerunt anni CCLXXIII, non CCLXXX: ad qvos complendos, si qvidem LXV anno Caathus Amramum genuit, natus ille est anno Levi XLI. Atqvi natus ab Epiphanio dicitur anno XXXIV, qvibus alii tres usqve ad profectionem in Ægyptum accensentur, inde qvatuor ex Ægyptiaca commoratione libantur, ut CCXV annorum numerus absolvatur. Aut igitur anno LXXII ætatis suæ Caath Amramum ge-

nuit. aut Levi annum, uti dixi, agens XLI Caathum. A LXXV Abraami ad Levi XLI anni ſunt CCXV: qvibus additi LXV. annos conſtituunt CCLXXX. Item ab anno LXXV Abraami ad Levi XXXIV anni numerantur CCVIII. Adde LXXII. anni conſurgunt CCLXXX. Tres illi ad XXXVII Levi complendum adjecti, & alii IV. Epiphanio per imprudentiam exciderunt, cùm ſcripſit *ἐν τῷ ἑξηκοστῷ πέμπτῳ αὐτοῦ ἔτει.*

Τὸν πατέρα Μωϋσέως Ἀβραάμ.] Perperam Epiphanius *Ἀβραάμ* pro *Ἀμράμ.* Nam Moſis pater Amram, non Abraam ſecundus appellatus eſt.

Ἀπὸ δὲ τῆς εἰς Αἴγυπτον καταγωγῆς.] Si de annis CCLXXX ſubducas LXV. reliqvi ſunt CCXV; Qvare videtur anno à promiſſione CCXV natus eſſe Caath; Levi XLI; cùm tamen paulo antè anno Levi XXXIV ortum Caathi tribuerit.

Ὁ δὲ Μωϋσῆς ἐν τῷ λ' αὐτοῦ.] Contra expreſſum Scripturæ teſtimonium anno ætatis XXX Moyſen eduxiſſe populum aſſerit. Neqve verò Librarii mendum eſt, ſed ipſius error Epiphanii, ut ex conſeqventibus patet. Nihil certius eſt, qvàm anno LXXX Moyſis Iſraelitas ex Ægypto profectos eſſe.

Ἀπὸ δὲ τῆς εἰς Αἴγυπτον καθόδου.] Cor. *ἔτη ρξέ.* Sunt enim à deſcenſu in Ægyptum ad Moſis ortum anni CXXXV: adde Moſis XXX; fiunt CLXV. Reſtant ad complendos CCXV. anni qvinqvaginta.

Τὰ δὲ λοιπὰ πεντήκοντα.] Hoc verò nullo modo ferendum eſt. Annos ab Iſraëlitarum exitu ad promiſſæ terræ poſſeſſionem imputat qvinqvaginta: qvadringentos verò & triginta à promiſſione ad ingreſſum Palæſtinæ. Qvod ſcripturæ ſacræ adeo repugnat, nihil ut magis contrarium eſſe poſſit. Nam Paulus ipſe diſertis verbis à promiſſione Abraamo facta ad legem in monte Sina editam annos putat CCCCXXX. Mendoſiſſimus eſt igitur Epiphanii calculus; cujus hîc typum ſubjecimus.

TYPUS EPIPHANIANI
CALCULI MENDOSI.

Ab anno promiſſionis Abraamo factæ ad Iſaaci natalem	A. XXV.
Ab Iſaaco ad Jacobi ortum	A. LX.
Ad ortum Levi	A. LXXXIX.
Ad ortum Caath	A. XXXIV.
Ad ingreſſum Ægypti	A. III.
Inde ad complendos CCXV annos priores	A. IV.
	Colliguntur ab ingreſſu Ægypti anni CCXV.

Ab ortu Caath ad natalem Amram Ad ortum Moysis Ad egressum ex Ægypto Ad ingressum Palæstinæ	A. LXV A. LXX A. XXX A. L
	Colliguntur ab ortu Caath Palæstinæ possessionem A. CCXV
	A promissione verò Abraamo facta ad ingressum Palæstinæ A. CCCCXXX.

N.CXIII. *Η δὲ κατοίκησις τῶν υἱῶν* Hæc ipsa Mosis verba superiorem calculum falsitatis arguunt. Nam ab eo tempore, qvo in Chananæa peregrinari cœpit Abraamus, ad exitum Israëlitarum ex Ægypto, anni sunt CCCCXXX. Non igitur totidem ad ingressum Palæstinæ computandi sunt. Nam Epiphanius qvinqvaginta annos Moysis ætati detractos compensavit, prorogato annorum illorum termino ad possessionem terræ sanctæ, ad qvam ab exitu anni sunt XL, qvibus X addidit, ut qvinqvaginta illos absolveret. Porrò idem ille locus ex LXX Interpretum editione valde notandus est, qvod ejus authoritate Latinorum atqve Hebræorum impeditissima lectio veram ad sententiam applicetur.

N.CXIV. *Ετέρα δέ τις παρ' αὐτῶν.*] Hoc & superiore argumento Manichæi, Marcionistæ, atqve illi omnes Hæretici, qvi malorum alterum principium, authoremqve Deum asserebant, adversus Catholicos usi sunt. Qvos egregiè confutat Augustinus contra Faustum, præsertim Lib. XXII. Tertull. contra Marc. Lib. II. Cap. XX, aliiqve Patres: nec non Ephiphanius noster Hær. LXVI. qvæ est Manich. N. LXXXIII, & deinceps. Rabbi Selomoh in Cap. I. Gen. scribit Moysen sacram historiam hinc exorsum: *In principio creavit Deus cœlum & terram:* ut adversus gentes tueri atqve excusare sese Judæi possent, cum ab illis latrocinii accusarentur, qvòd alienum agrum occupassent.

N.CXV. *Ισασι πάντες τὸν δίκαιον.*] De hac terrarum orbis in Noëmi filios partitione fusius in Annalibus sacris, ac Chronologiis agitur. Qvæ qvidem variè ex Josepho, Eusebio, ac reliqvis instituitur.

Παίονες, Λαζοί.]. Pleriqve ex iis populis extra Semi sortem positi ad Japheti partem attinent, veluti Pæones, qvi in Europa censentur. Lazi etsi in Asia sint, tamen extra *κλῆρον* Semi collocantur. Sunt enim Colchi.

Κοσσεσσοῖ.] A Cossea Persidis regione nisi fallor, à qva *Κοσσαῖοι*; Stephanus. Apud Euseb. legitur; *Κοσαῖοι.*

Γασφηνοί.] Nusqvam istos reperio: sed, qvi affines sunt, Aspios Indiæ populos.

ΟἱΚαιιανοί.] Neqve istos expedio. Neqve verò divinare otium est. Euse-

bius inter alios recenset Ουαργαίους. Porrò Varni Bactrianæ populi sunt Ptolemæo.

Χιονες.] Chionitæ Persis vicini ex Ammiano notantur ab Ortelio.

Ἐνόῃ.] Fortean Eneti, vel Heneti Paphlagoniæ populi.

Καρδυληνοί.] Cordulæ portus nomen est ad Euxinum prope Colchidem.

Βίονες.] Nihil reperio qvod ad hunc locum faciat, nisi Ιωνες legas.

Ελλανικοί.] Ad eúmne pertineant locum, qvem ἑλληνικὸν in Memphide dici testatur Stephanus, amplius videndum.

Λεπῖται, Μαγνῆ.] Vide qvæ ad Hær. LXVI. N. LXXXIV. dicta sunt.

Κυρηνοδαλοπάδουσα.] Duo in unum conflata sunt nomina. Vide Ortel.

Σαρδανή.] Nusqvam invenio. Ac nescio an Sardiniam intelligat, qvam in sorte Japheti præteriit.

Γαργανοί.] Utrum Georgi sint Sarmatæ circa Pontum Euxinum: à qvibus Georgiani hodie Iberi nominantur, judicent periti.

Ἀρρεοι.] Arrhenem majoris Armeniæ regionem Plinius commemorat. Sunt & Ἀρρηλοι Stephano ex Strabone Mæotidis accolæ.

Κόλλοι.] Stephanus Κώλους appellat Caucaso propinqvos à qvibus Colica regio.

Κορζηνοί.] Scribe Ορσηνοί. Est enim Ορσήνη Ptolemæo minoris Armeniæ tractus: Pro Beneagenis qvid reponam, aliud habeo nihil, nisi Κωμαγηνοὶ, qvos supra in Semi sorte posuerat. Sed, ut paulo pòst admonet, in diversis possessionibus iidem tractus populiqve censentur.

Ιπωνικοί.] For. Οπικοὶ, aut Ιρπῖνοι. Mox pro Λιβυστηνοὶ suspicor leg. Αιγυστηνοί.

Βάσαντες.] An Vasates.

Αμιναδὰβ τὸν Νασσὼν, καὶ τὸν Σαλμών.] Naasson genuit Salmon, non ejus frater extitit.





DIONYSII PETAVII
E SOCIETATE JESU ANIMADVERSIONES AD LIBRUM DE MENSURIS ET PONDERIBUS.

CUM de menſuris, & ponderibus, qvorum in ſacris literis uſus eſt, agendum ſibi hoc in libello propoſuerit, perpauca tamen de hoc argumento ſub illius finem attingit, majoremqve partem in ea diſputatione collocat, qva ſacrorum Interpretum τὰ ἰσοῤῥέμενα, atqve Origenis in concinnandis codicibus ſuis inſtitutum perſeqvitur. In Operis ipſius aditu notas explicat, qvæ in ſacris literis uſurpabantur. De qvibus agit Iſidorus Lib. I. Orig. Cap. XX: Sixtus Senenſis Lib. III. Biblioth. Nonnullas etiam, qvibus olim uſus eſt Plato, Diogenes in ejus vita percenſet.

N. I. Παράκεινται δὲ ταῖς αὐταῖς.] Priores haſce notas, qvibus orationis Propheticæ figuræ variæ, & conformationes diſcernuntur, Sixtus omiſit.

N. II. Ἐπειδὴ δέ τινες.] Nam pleriqve veterum majuſculis literis ſine accentu ullo, ac proſodia ſcribebant.

Ο ἀστερίσκος οὗτος ἔνθα παράκειται (*).] De Aſteriſcorum, ab obelorum uſu agit ſæpius Hieronymus, ut Apol. II. in Ruff. Iſidorus & alii.

Σπανίως δὲ καὶ παρὰ Θεοδοτίωνι.] Nimirum qvòd priores illi duo Interpretes exprimere verbum de verbo ſtuduerint, ut ait Hieronymus; Theodotio LXX ſeniores magis ſecutus ſit.

N. III. Ἑβδομήκοντα δύο γὰρ ὄντες.] Hanc hiſtoriam tam veteres pleriqve, qvàm recentiores copioſiſſimè perſcripſerunt. Cui nonnulla tamen inſperſa ſunt, qvæ ægrè admodum fidem obtinent. Qvale eſt illud de cellis; qvas XXXVI fuiſſe cenſet Epiphanius, ita ut bini in ſingulis habitarent. Juſtinus totidem numero, qvot Interpretes, extitiſſe, in Cohort. ad Gent. Joſephus autem, eoqve vetuſtior Philo, & Ariſteas de cellis nihil. Sed ea jampridem ab eruditis excuſſa, diſputataqve ſunt.

N. IV. Διὸ δὲ ἐν τῷ Ααρών.] Ααρὼν, Hebraice ארון arcam ſignificat. Qvam vocem hîc opinor alteri ſubſtituendam. Perſvaſum habuit Epiphanius, ſacros codices in Arca reconditos fuiſſe; ſi hæc ſunt Epiphanii: & non inepti cujuspiam, qvi has nugas ad oram adſcripſerat.

N. VIII. Λημνίσκος γὰρ ὑπὸ αὐτῶν τῶν ἰατρῶν.] Λημνίσκον a medicis usurpari pro linamento oblongo, qvod vulneribus inditur, notissimum est. Sed non, ut Epiphanius existimat, per *jota*, sed per *eta* scribendum est. Qvare non probat Grammaticis originationem illam, ut παρὰ τὸ λημνάζεσθαι dicatur. Est enim Syracusana vox, qvæ τὰς ξενὰς ταινίας, *oblongas fasciolas* significat, ait Hesychius. Unde nota illa, qvæ longurio cum duobus punctis appendicibus constabat, λημνίσκος appellatur.

N. IX. Οἱ τινες ἐξελέγησαν.] Non ignorabat Josephus, aliiqve veteres, qvi hanc historiam ediderunt, X Tribus jampridem deportatas fuisse: neqve tamen propterea falsum, aut absurdum putamus, senos è Tribubus singulis delectos esse. Nam nihilominus pleriqve ex decem illis superstites fuere.

Ἐν τῷ Βρουχίῳ καλουμένῳ.] Alexandrinæ urbis regio ista fuit, qvasi πυρουχεῖον dicta; a qvo detorta vox Βρουχεῖον. Ideo per diphthongum concipienda. Nomen huic regioni à frumento, sive publicis horreis, ut meritò suspicari licet; sive etiam forum ibidem frumentarium extitit. Qvod enim non nemini placet, πυρουχεῖον dictum fuisse Musarum πρυτανεῖον, qvòd in eo conditum esset frumentum ad doctorum hominum σίτησιν destinatum; ideoqve πυρουχεῖον & πρυτανεῖον idem esse, hoc illi authoritate certa probanti, non affirmanti, crediderim. Erat qvidem in illa urbis regione, hoc est πυρουχείῳ vel Βρουχείῳ, Bibliotheca, & literatorum hominum contubernium: qvod Ammianus Lib. XXII. *diuturnum præstantium hominum domicilium* appellat; pluribusqve describit, qvænam illîc artes excolerentur. Ubi & mendum est; qvod obiter hîc opportunè repurgabitur. *Nam & disciplinarum*, inqvit, *magistri qvodammodo spirant, & nudatur ibi Geometrico radio qvicqvid reconditum latet: nondumq; apud eos penitus exaruit Musica, nec harmonia conticuit, & recalet apud qvosdam adhuc licet atros consideratio mundani motus, & siderum*, &c. Hæ duæ voculæ, *licet atros*, depravatæ sunt. Nec rectè conjiciunt, Christianos, maximè Monachos intelligi, qvos pullatos fuisse constat. Neqve enim Monachi sese Mathematicis præsertim artibus addixerunt. Qvare minima mutatione lego *literatos*, pro *licet atros*.

Ἐνεχείρησε Δημητρίῳ τινί.] Qvod Demetrio Phalereo Bibliothecæ suæ curationem Ptolemæus Philadelphus commiserit, incredibili consensu Scriptorum omnium asseritur, ex fide Aristeæ. Qvod non immeritò Scaligero mirum videtur in Animad. ad annum MDCCXXXIV. Si qvidem vera illa sunt, qvæ ex Hermippo Diogenes refert, cum Ptolemæo Soteri Lagi F. autor fuisset, ut Eurydices filiis regnum relinqveret, præterito Berenices filio Ptolemæo Philadelpho; post illius mortem à Philadelpho relegatum, ac postea aspidis morsu necatum esse. Sed adversus tot Scriptorum testimonia reluctari eqvidem non ausim. Qvare videndum ecqvid conjecturæ nostræ locus esse possit. Ptolemæus Lagi F. adhuc superstes Ptolemæum Philadelphum filium in regni consortium adscivit. Testatur hoc Theocriti Scholiastes ad Idyl. XVII. ζῶν γὰρ, inqvit, ἔτι ὁ Σωτὴρ ἐκοινοποίησε τῷ Φιλαδέλφῳ τὴν βασιλείαν: & Justinus Lib. XVI. Itaqve cum Demetrius Ptolemæo Lagi F. carissimus esset, potuit Philadelphus patre superstite odium suum ad ulciscendi tempora reservare, atqve eodem tempore Bibliothecam illam adornans, ejus curationem Demetrio Phalereo commit-

tere. Conjecturæ illius occasionem præbent Veterum non pauci, qvi vel Ptolemæum Lagi F. Bibliothecæ, adeoqve LXX. Interpretum editionis auctorem faciunt; ut Irenæus: vel utri tribuenda ista sint addubitant · ut Clem. Alexand. I. Strom. vel deniqve ab ambobus, patre simul ac filio, procuratum illud existimant. Apud Euseb. Lib. VII. Histor. cap. λβ´: Anatolius de Aristobulo uno ex LXX. Senioribus loqvens: ὃς ἐν τοῖς ἑβδομήκοντα καλειλεγμένος τοῖς τὰς ἱερὰς, καὶ θείας Ἑβραίων ἑρμηνεύσασι γραφὰς Πτολεμαίῳ τῷ Φιλαδέλφῳ, καὶ τῷ τούτου πατρί.

Ὁ δὲ ἀπεκρίθη τῷ βασιλεῖ.] Multo liberalior est Aristeas apud Euseb. Lib. VIII. παρασκευάζουσι. & Josephus Lib. XII. Cap. II. Qvi respondisse Demetrium volunt, ducenta jam à se millia comparata, hoc est εἴκοσι μυριάδας; sperareqve se propediem ad qvingenta millia perventurum esse numerum.

Παρὰ Ῥωμαίοις τε, καὶ Χαλδαίοις.] Nondum, opinor, Romani per illa tempora Scriptorum copiâ & authoritate florebant, anno ferè à condita urbe CDLXX. Olympiade scilicet CXXIV. Neqve qvicqvam admodum præter XII. Tabularum leges, aut Pontificum Annales, atqve id genus obscura qvædam penes se habebant. Qvare vox Ῥωμαίοις parùm opportunè hîc intrusa, præsertim alieno loco, inter Chaldæos, & Phœnicas.

Οὔπω Ῥωμαίοις καλουμένοις.] Hæc parenthesi claudenda censuimus, qvæ non ex persona Demetrii Epiphanium puto scripsisse. Nimis enim absurda res esset.: sed ipsum inculcasse, & ad Demetrii orationem adtexuisse, Qvanqvam non minus absurdum est, Græcos dicere prius Latinos appellatos esse; deinde Romanos. Nam Romani Græci qvidem vocati sunt, post translatum in Orientem imperium. Unde ἡ Ῥωμαία, & Romanus orbis. Sed Latini nunqvam appellati sunt, neqve Græci ipsi, neqve Itali Græciæ magnæ populi. Suspicor igitur hoc membrum sede suâ luxatum esse, & post Ῥωμαίοις collocandum: aut illa potiùs, παρὰ Ῥωμαίοις τε, post, ἐν τῇ Ἑλλάδι, reponenda. Nam; uti dictum est, alieno loco inter Chaldæos, & Phœnices Romani positi videntur.

N. X. Βασιλεὺς Πτολεμαῖος.] Aliter epistolæ istæ concipiuntur ab Aristea, & ex eodem apud Josephum & Eusebium qvos tu consule. Nam apud istos non Judæis inscribuntur, sed Eleazaro Pontifici.

Αὐτοὶ δὲ δεξάμενοι καὶ τὴν ἐπιστολήν.] Gratissimam accidisse Pontifici Judæisqve Ptolemæi postulationem cùm reliqvi omnes, tùm Philo & Josephus, Judæi ipsi, testantur. At Scaliger in Animad. & in Isagog. Can. falsum, & commentitium istud esse putat, ac tantum abesse, ut ea sacrarum literarum interpretatio voluptati illis fuerit; ut propterea solenne jejunium decretum sit Tebeth VIII. ut ex Kalendario liqvet. Fuit enim ex illo præcipuè tempore perpetuum inter Hebræos, & Hellenistas Judæos dissidium. Sed hac in re, uti cæteris ferè omnibus, judicium in Scaligero, ac prudentiam reqviro, Qvis enim Judæorum arcanos ritus, ac consilia melius novit, aut nosse potuit, qvàm Josephus, Hebraismi utiqve non imperitus, qvod in Philone Scaliger excipit? Qui idem, qvod Aristeas, prodidit. Eleazaro Pontifici jucundissimum illud fuisse; neqve de Judæorum offensione mentionem facit ullam. Qvis igitur non videt; hanc ipsam Græcæ translationis

invidiam Josephi sæculo recentiorem extitisse. Cùm enim Judæi Christianum nomen paulatim excitari cernerent, seqve ab Christianis suis ipsis literis, qvas Græcè legerent omnes, convinci ac redargui; ægrè primum communionem illam ferre cœperunt; tum easdem literas, ac LXX Seniorum editionem corrumpere, ac mutilare conati sunt: qvod Justinus Martyr Dialogo cum Tryph. aliiqve Patres illis exprobrant. Ex illo tempore natæ sunt angariæ illæ, & תקופות, qvas Kalendariis suis intexuerunt. Qvare plumbeum est Scaligeri telum, qvod ex fæce ista Rabbinica protulit.

Ἑβδομηκονταδύο δὲ τὰς ἀποκρύφους.] Verum illud non puto, neqve cuiqvam facilè persvaserit Epiphanius; LXXII Apocryphos totidem ab Interpretibus ex Hebræo translatos fuisse. Nam omnia ista volumina Hebraicis conscripta literis affirmat, ob idqve legi minimè potuisse.

Ἐν τῷ Σεραπίῳ.] De hoc templo meminit Ammianus Lib. XXII; ejusqve magnificentiam mirificè prædicat: in qvo qvidem à Ptolemæis regibus collocatam Bibliothecam illam asserit, in qva septingenta voluminum millia numerabantur; qvæ bello Alexandrino sub Dictatore Cæsare concremata est. Tertullianus in Serapeo, sacros codices Hebraicis literis conscriptos suo tempore asservari prodidit in Apolog. cap. XVIII.

N.XII. Μετὰ γὰρ τὸν πρῶτον.] Ptolemæorum hanc seriem ex Eusebii Chronico descripsit, a qvo tamen in annorum numero identidem discedit. Hæc enim est apud Eusebium Lib. II. Ptolemæorum successio.

	PTOLEMÆORUM ÆGYPTI REGUM SERIES.	Anni regni.
I	Ptolemæus Lagi F.	XL
II	Ptolemæus Philadelphus	XXXVIII
III	Ptolemæus Evergetes	XXVI
IV	Ptolemæus Philopator	XVII
V	Ptolemæus Epiphanes	XXIV
VI	Ptolemæus Philometor	XXXV
VII	Ptolemæus Evergetes	XXIX
VIII	Ptolemæus Physcon	XVII
IX	Ptolemæus Alexander	X
X	Ptolemæus Cleopatræ F.	VIII
XI	Ptolemæus Dionysius	XXX
XII	Cleopatra	XXII
		Colliguntur anni CCXCVI.

In priore Chronico paulo aliter numeri concepti sunt; ita ut ad CCXCI summa perveniat. Chronicon Alexandrinum Eusebianam rationem seqvitur. Cedrenus nonnihil variat.

Εἶτα Πτολεμαῖος Φιλοπάτωρ.] Imo Φιλομήτωρ. Sed Φιλοπάτωρ scripsit Epiphanius. Nam &, ἄλλος, apposuit.

Πτολεμαῖος ὁ Σωτήρ.] Idem & cognomento PHYSCON, ab adomine & præpingvi aqvaliculo. Chronicon Alexandrinum.

Πτολεμαῖος ὁ καὶ Ἀλεξᾶς.] Ita & Cedrenus. Alii *Alexandrum* nominant.

Πτολεμαῖος ὁ Διόνυσος.] Hic eſt Ptolemæus Auletes Cleopatræ pater. Qvi in Euſebii Chronico *Dionyſius* ab Hieronymo nominatur. Sed Διόνυσος in Alexandrino Chronico, & apud Cedrenum. Unde cognomen ei, *Bacchus*, inditum videtur, Nam & Chronicon pag. 430. & 434. Πτολεμαῖον νέον Διόνυσον vocat; *novum* videlicet, *Bacchum*.

Ὁμοῦ ἀπὸ τοῦ πρώτου Πτολεμαίου.] Epiphanii calculus in prioribus undecim regibus, licet in ſingulis nonnunqvam cum Euſebiano diſcordet, tamen ὁμὰς annorum utrobiqve προσθαφαιρέσει conciliatur. Propter unam Cleopatram ſolido decennio major eſt Epiphanii numerus. Nam poſtremæ illi reginæ tribuit annos XXXII adverſus reliqvorum omnium conſenſum. Ita fiunt anni ab initio Ptolemæi Lagidæ ad ultimum Cleopatræ CCCVI. cùm apud Euſebium nonniſi CCXCVI numerentur. Qvi & ipſe tamen aliqvot annis redundat. Lagidarum initium anno proximo poſt Alexandri mortem in Ægypto conrigit, ut eſt in Euſebii Chronico. Hoc eſt Olymp. CXIV. anno ſecundo, Periodi Julianæ 4391. Nam ſuperiore mortuus eſt Alexander. Ab hoc igitur anno ad ultimum Cleopatræ, qvi eſt Juliæ editionis decimus ſextus, Urbis ex Varroniana ratione DCCXXIV; Periodi Julianæ 4684. non plures ſunt, qvàm anni CCXCIV. Ideo verior eſt fortaſſe libri primi Euſebiani chronologia: Sed ut de Ptolemæorum æra, & initio certius aliqvid accuratiusqve conſtituamus; tametſi Ptolemæus Lagi ſtatim poſt Alexandri M. necem Ægyptum, & Alexandriam obtinuerit, tamen regium nomen non uſurpavit ante annum ferè poſt Alexandri mortem decimum ſeptimum; hoc eſt Olymp. CXVIII ſecundum, qvando Demetrius Poliorcetes Menelao Ptolemæi duce navali prælio ſuperato Rex eſt primum cum Antigono patre ſalutatus. Hujus enim exemplo Ptolemæus Lagi F. ac reliqvi ſucceſſores Alexandri *Reges* appellari voluerunt: circa annum Periodi Julianæ 4407. Qvod ex Diodoro conſtat. Nihilominus Ptolemæi primus annus ab eo ipſo, qvo mortuus eſt Alexander, numerari videtur. Nam XL annos regnaſſe dicitur; qvi in annum periodi Julianæ 4429. deſinunt; à qvo Ptolemæi Philadelphi cœpit imperium. Etenim Dionyſii cœleſtis æra, cujus meminit aliqvot in locis Ptolemæus, ab initio Philadelphi iniiſſe fertur. Ea verò cœpit anno, qvem diximus, periodi Julianæ 4429. Unde neceſſe eſt primum è qvadragenis annis Ptolemæi Lagidæ convenire Per. Jul. anno 4390. qvi eſt ille ipſe, qvo mortuus eſt Alexander. Niſi illud occurrat; qvandoqvidem, ut paulo ante docuimus, Ptolemæus Lagi F. vivus adhuc imperium in Philadelphum filium tranſtulit, privatumqve ſe fecit, ut Juſtinus aſſerit; annum qvidem Ptolemæi Philadelphi primum eſſe Julianæ periodi 4429. ſed eundem Lagidæ Ptolemæi duntaxat triceſimum nonum: adeo ut qvadrageſimus, qvo privatus ille vixit, qviqve Philadelphi ſecundus eſt, regno illius nihilominus imputatus fuerit. Ita proximus à morte Alexandri annus initium XL Lagidæ annorum eſſe potuerit.

Ἀπὸ δὲ ἑβδόμου ἔτους.] Irrepſit in Latinum contextum vox *decimo ſeptimo*;

pro qva, *ſeptimo* reſcribendum. Qvanqvam & Cornarius aliter vertit: cui & proxima annorum collectio faver. Qvos enim numerat annos CCXLIX, ii non à ſeptimo Philadelphi, ſed à decimo ſeptimo conſurgunt. Etenim Ptolemæus Lagi F. annis XL regnavit. Adde XVII; fient LVII. Hos ſi deduxeris de CCCVI annis, qvot ad Cleopatræ mortem incurrunt ex Epiphanii calculo, reliqvi ſunt CCXLIX. Atqve ita fortaſſe ſcripſit Epiphanius; nimirum πεντήκοντα ἐννέα, pro τεσσαράκοντα. Etſi vereor,ne in ſuperiore Numero annorum hallucinatus, cum XXXII Cleopatræ pro XXII tribuiſſet; indeqve CCCVI pro CCXCVI collegiſſet; ſubinde ad Euſebianos ψηφισμὸς imprudens delapſus ſit; & à ſeptimo Philadelphi ducentos illos & qvadraginta novem putaverit. Nam ex CCXCVI ſubductis XLVII, reſtant CCXLIX. Euſebius in Chronico, anno Philadelphi ſecundo Septuaginta ſeniores ad ſacrorum voluminum interpretationem aggreſſos eſſe ſcribit: qvod eſt veroſimilius. Qvòd ſi certam annorum rationem inire velimus; annus Ptolemæi Philadelphi ſeptimus cadit in annum Per. Jul. 4435. A qvo ad ultimum Cleopatræ, qvi eſt Per. Jul. 4684, anni ſunt CCL. Itaqve probabilis eſt de Epiphanii hallucinatione conjectura noſtra. Nam CCLIX illos annos temporum ſeries ipſa repudiat. De Philadelphi æra loqvi Siracidem in Præfatione divinat more ſuo Scaliger, cùm ita ſcribit: ἐν γὰρ τῷ ὀγδόῳ καὶ τριακοστῷ ἔτει ἐπὶ Εὐεργέτου βασιλέως παραγενηθεὶς εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἐπ' ὀλίγον χρόνον συγχρονίσας. *Nam in octavo & trigeſimo anno temporis Ptolemæi Euergetis regis, poſtqvam perveni in Ægyptum, & cùm multum temporis ibi fuiſſem.* Ubi Græca è Latino caſtiganda ſunt; ut ita legamus, καὶ οὐκ ὀλίγον χρόνον. vel καὶ συγχρονίσας, expunctis cæteris, qvæ in aliis exemplaribus minimè reperiuntur. Illos igitur octo & triginta annos ab æra Philadelphi Dionyſiana reperit Scaliger; & ſub extremum Philadelphi, atqve initium Evergetis ſcripſiſſe iſta Gnomologum affirmat. Qvæ mera eſt ariolatio: qvemadmodum & qvod indidem colligit; æram Dionyſii Mathematici etiam politicam extitiſſe. Etenim triceſimus octavus annus ab illo tempore numerari videtur, qvo in Ægyptum profectus eſt: vel ab eo, qvo avus ipſius Jeſus librum ediderat: non à Ptolemæi Philadelphi primordio; cujus mentionem profectò feciſſet, ſi à primo illius anno tempus putare vellet. Poſtremo ſingularis eſt loqvendi ratio, qvam aliqvoties Epiphanius uſurpat, μέχρι Κλεοπάτρας, ἕως Ἀδριανοῦ, pro eo qvod eſt, usqve ad finem Cleopatræ, vel Adriani.

Ὃς ἱππικὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ.] De hoc Hippodromo, an agone eqveſtri, cui *Lajo* nomen inditum ſit, nihil hactenus occurrit. Crediderim *Lagium*, Λάγιον ab ejus conditore, vel authore potiùs generis Lago eſſe dictum. Sed mirum eſt qvod Epiphanius ſcribit, à Lago conditum eſſe Alexandrinæ ἱππικὸν illud, & Laium appellatum, aut Lagium. Neqve enim ſcio an Alexandriam Lagus iſte viderit; qvæ condita eſt Olympiadis CXII anno II, ut author eſt Diodorus. Ejus porrò filius ſtatim poſt obitum Alexandri in provinciarum diſtributione Alexandriam, & Ægyptum obtinuit. Qvare aut ſuperſtite adhuc Alexandro ſuperſtes & ipſe Lagus Alexandriam ejusmodi aliqvo opere nobilitavit: aut ejus filius Lagidarum monimentum in ejusdem operis appellatione conſtituit; qvæ poſterior conjectura probabilior eſt. De Lago & Ptolemæo ejus filio memorabile qviddam leges apud Suidam.

DE ROMANORUM IMPERATORUM CHRONOLOGIA.

PAG. 169. Εἶτα βασιλεῖς Ῥωμαίων.] Romanorum Imperatorum qvi ſeqvitur Indiculus altero illo caſtigatior eſt, qvem in Ancorato, N. LX. propoſuit: neqve tamen ubiqve ſatis accuratus eſt. Qvare operam navaturi videmur, ſi in ſingulos Imperatorum annos, qvi qvidem qvæſtionis aliqvid habent, diligentiùs inqviramus. Id enim cùm ad Epiphanium illuſtrandum, tùm ad Romanam hiſtoriam ſtabiliendam neceſſarium videtur; qvum præſertim in illis qvamplurima ſint, qvæ majorem à Chronologis fidem ſtudiumqve mereantur.

II. Auguſtus. Αὔγουστος ἔτη νϛʹ.] De annis qvibus imperavit Auguſtus, copioſiſſimè dictum eſt ad Hær. LI. Hîc ſexaginta ſex duntaxat enumeravit; præter qvos Euſebius ſex menſes addit. Initium ab V. C. anno DCCXI. id eſt proximo a nece Julii. Nam Joſephus, qvi ab ipſo Julianæ cædis anno deduxit, annos dat Auguſto LVII. menſes VI. dies II.

Οὗτινος ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ.] Anno Cæſaris Auguſti XLII. Chriſtum in lucem editum eſſe cum Euſebio cenſet Epiphanius, periodi Julianæ 4712, Juliano XLIV. biennio ferè ante communem Chriſti natalem. Nam VI. Januarii natum exiſtimat. De qvo ad Hær. LI.

III. Tiberius. Τιβέριος ἔτη κγʹ.] Tiberio XXIII annos ſolidos imputat Euſebius, ex eoqve Noſter: non ſine errore. Dicerem & hîc, & in Auguſto, rotundum numerum conſectatos eſſe, niſi in aliis plerisqve menſes, ac dies adjeciſſent; qvos proinde in Tiberio prætermitti non oportuit. Mortuus eſt Auguſtus duobus Sextis Coſſ. anno Dionyſiano XIV. periodi Julianæ 4727. XIV Kal. Sept. ut ait Svetonius. Tiberius verò moritur XVII. Kalend. Apr. Cn. Acerronio Proculo, & C. Pontio Coſſ. anno Dionyſiano XXXVII. Per. Jul. 4750. Intervallum annorum XXII. dierum CCIX. hoc eſt menſium ferè VII. Qvod tempus eſt Tiberiani imperii. Nec rectè Dio imperaſſe ſcribit præter annos XXII. menſes VII. ac dies totidem. Nam dies CCIX cum excurrentibus iiſce menſibus ac diebus, neqve in Juliana forma, neqve in Lunari, aut Ægyptiaca adæqvari poſſunt.

IV. Cajus Caligula. Γάϊος ἔτη γʹ.] Euſebius annos tribuit tres, cum menſibus X. Dio annos III. menſes IX. dies XXVIII. Svetonius menſes X. dies VIII. Ab ante diem XVI Kalend. Apr. qvo imperium iniit, anno Dionyſiano XXXVII, ad IX. Kal. Febr. anni XLI, qvo interemptus eſt Cajus, anni

ſunt

ſunt ſolidi III, cum diebus CCCXIV: ſive menſibus Julianis X cum diebus VIII. *Romanorum Imperatorum epocha.*

Κλαύδιος ἔτη ιγ΄.] Atqvi Euſebius præter annos XIII: menſes imputat IX, dies XXVIII. Dio annos tribuit XIII, menſes VIII, dies XX. Obiit Claudius, ut author eſt Svetonius, Aſinio Marcello, Acilio Aviola Coſſ. III. Id. Oct. Ab ante diem VIII. Kalend. Febr. anni XLI Dionyſiani, qvo imperium auſpicatus eſt Claudius, ad XIII. Octobris anni LIV. in qvem Aſinius Marcellus & Aviola Coſſ. incidunt, anni intercedunt ſolidi XIII, cum diebus CCLXII: ſive menſibus Julianis VIII, diebus XX. qvot rectè colligit Dio. *V. Claudius.*

Νέρων ἔτη ιγ΄.] Euſebius annos attribuit Neroni XIII, menſes VII. dies XXVIII. Dio annos XIII, menſes VIII. Initium Neronis eſt XIV. Octobris anni Dionyſiani LIV; à qvo putati anni tredecim, cum menſibus octo, deſinunt in XIII circiter Junii, anni Dionyſiani LXVIII. *VI. Nero.*

Γαλβᾶς μῆνας ζ.] In Ancorato tres è numero Imperatores expunxit, haud ſanè meritò. Qvorum primus Galba ſeptimo imperii menſe trucidatus eſt, ut refert Svetonius & Euſebius. Dio IX ei menſes, dies XIII. concedit. Otho XCV imperii die mortuus eſt, authore Svetonio; vel, ut Dio, XC. Vitellius annum unum imperavit, decem diebus exceptis, ait Dio. Colliguntur ab obitu Neronis anni duo, dies qvinqve: qvi deſinunt in annum Chriſti LXX. Junii ferè XVIII. Atqvi jamdudum Vitellius obierat. Falſum eſt igitur tamdiu Galbam ac Vitellium imperaſſe. Svetonius Vitellium ait natum eſſe Druſo, & Norbano Coſſ. Sept. VII. vel XXIV. Is eſt annus Julianæ formæ LX: Chriſti XV. Periiſſe verò anno ætatis LVII; qvod & Tacitus comprobat. Si hoc verum eſt, iniit annus ejus LVII, Juliano CXVI, Chriſti LXXI. Qvòd ſi poſt Kalend. Jan. obiit, contigit mors ejus Chriſti LXXII. Atqvi Veſpaſiani initium incidit in Chriſti LXIX, Julianum CXIV, ut paulo poſt dicetur. Verior eſt itaqve Dionis hiſtoria, qvi Vitellium anno ætatis LIV mortuum eſſe ſcribit. Hoc enim modo in annum Chriſti LXIX, Julianum CXIV, mors illius incurrerit. Sed trium illorum Imperatorum tàm initia, qvàm exitus perobſcuri ſunt, de qvibus aliàs enucleatiùs agetur. *VII. Galba.* *VIII. Otho.* *IX. Vitellius.*

Οὐεσπασιανὸς ἔτη θ.] Euſebius præter annos totidem, tribuit menſes præatereà XI, dies XXII: nec longè abeſt Dio; qvi imperaſſe ſcribit annos X, minus diebus VI. Svetonius natum eſſe prodit Veſpaſianum XV. Kalend. Decemb. Q. Sulpitio Camerino, C. Poppeo Sabino Coſſ. qvinqvennio anteqvam Auguſtus excederet. Hic eſt annus Dionyſianus IX. Addit vixiſſe annos LXIX. menſes VII, ac dies VII. Qvi à Novembris XVII die anni noni computati, deſinunt in ante diem IX. Kalend. Julias, ſive XXIII Junii, qvo die extinctus ab eodem dicitur, anni Chriſti LXXIX, Juliani CXXIV. Igitur anno Chriſti LXXIX. mortuus eſt Veſpaſianus. Jam verò cùm imperii primus dies ex A. D. Kalend. Jul. numerari cœptus ſit, eodem authore Svetonio; ac decem, paucis exceptis diebus, annos impleverit; ſi anno Chriſti LXXIX. a Kalend. Julis initurus fuerit annus XI, primus Veſpaſiani annus inchoatus eſt an- *X. Veſpaſianus.*

Romanorum Imperatorum epocha. no Christi LXIX Juliano CXIV post annum, & aliqvot dies à Neronis obitu. Sed Vitellius post initium Vespasiani plures menses traduxit.

XI. Titus. Τίτος ἔτη δύο.] Præter biennium duosqve menses, imperavit viginti præterea dies. Nam mortuus est Id. Sept. hoc est XIII die mensis; qvibus additi septem residui de Iunio anni LXXIX: dies viginti conficiunt supra biennium, & menses duos. Obiit itaqve anno Christi LXXXI, Juliano CXXVI. Unde initium Domitiani consurgit. Castigandus verò est Eutropius, qvi menses octo, dies viginti supra biennium imputat.

XII. Domitianus. Δομιτιανὸς ἔτη ιέ.] Mendosè, ut & Eusebius, qvod ad menses attinet, pro qvibus scribe ἡμέρας έ. Nam imperauit annis qvindecim, diebus qvinqve, ait Dio. Suetonius & Eutropius anno qvinto decimo Imperij mortuum esse narrant. A XIV die Septemb. postridie qvàm Titus excesserat, ad XIV. Kalend. Octobr. hoc est ad XVIII. Septemb. qvo die interfectus est Domitianus, dies sunt sex, excluso mortis die. Totidem ultra solidos annos *Scaligeri error.* excurrere necesse est: non menses diésve plures. At Scaliger Lib. V. de Emend. Temp. Domitianum, contra communem omnium sententiam, annos duntaxat imperasse putat qvatuordecim, cum diebus qvinqve & qvi aliter statuant, minùs eos prudenter facere judicat. Imò verò parùm ille sanè prudenter. Neqve enim negari potest, qvin Domitianus annos qvindecim expleverit, ac de sexto decimo paucos dies libaverit: vel ipsomet authore Scaligero. Occisus enim est C. Valente, & Antistio Vetere Coss. Eutropio & Xiphilino testibus, ut & Scaliger in Eusebianis notis asserit. Horum verò Consulatus incurrit in annum Urbis ex Varronianâ supputatione DCCCXLIX, Periodi Julianæ 4809, Christi XCVI, Julianum CXLI, Cyclo Lunæ II. Ab anno Christi LXXXI, & XIV die Sept. ad XVIII Sept. *Aliud ejusdem error.* anni XCVI anni sunt qvindecim, dies qvinqve. Errat insuper Scaliger, dum 476, Josephum arguit; qvi in fine τῆς Ἀρχαιολογίας natum se dixit anno primo Caji; atqve opus suum absolvisse anno XIII Domitiani, ætatis suæ LVI. Ipse autem uno anno minus dixisse Josephum existimat: & LVII annos debuisse numerare. In qvo frustra est. Cajus enim iniit anno Christi XXXVII, Januarii XXIV; Domitiani verò decimus tertius cœpit anno Christi XCIII, ex die XIV. Septembr. Fingamus natum esse Josephum anno ipso XXXVII Christi, Decembri mense, vel anno XXXVIII. ineunte Januario, cùm adhuc Caji primus laberetur, annus ipsius LVI incipiet ab Decembri mense anni XCII, post initium anni XII Domitiani. Qvare ut scribendi finem fecerit Octobri mense anni XCIII, id acciderit anno vitæ suæ LVI, Domitiani verò XIII. Eat nunc cum illo suo epiphonemate Scaliger: *Ita qvotidie periclitando fidem nostræ methodi, alienos errores deprehendimus.*

Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ.] Valde ἰδιωτικῶς hoc dixit Epiphanius; Titi tempore Hierosolymorum excidium incidisse. Qvod excusari aliqvo modo potest, ut πλατυκῶς, *hoc tempore*, id est sub istis Imperatoribus, nempe sub Vespasiano, contigisse velit. Nam Vespasiani anno secundo à Tito vasta-

ta sunt Hierosolyma: ut inter cæteros disertè Josephus affirmat Lib. VI. Cap. *Romanorum Imperatorum epocha.* XXVII. Alterum, qvod seqvitur, excusationem omnem excludit: nimirum accidisse cladem illam post annum à Passione Domini LXV, cum diebus aliqvot. Atqvi Eusebius in Chronico, à qvinto decimo anno Tiberii, & ab exordio Evangelicæ prædicationis annos XLII elapsos esse dicit. Libro verò III. Hist. Cap. VII. à Passione Domini annos solidos XL. Qvem locum frustra in Animadversionibus Eusebianis interpolavit Scaliger: & postqvam Eusebianum in contextum verba qvædam intrusit, qvæ falsam sententiam exprimerent, in Eusebium, qvasi ejus authorem, stylum convertit. *Scaligeri hallucinatio.* Etenim Lib. illo III. de Hierosolymitana clade scribens. *ταῦτα δὲ*, inqvit, *ἄν εἴη δίκαιον ἐπιθεῖναι, ἃ γνοίη ἄν παραστατικὰ φιλανθρωπίας τῆς παναγάθου προνοίας, τεσσαράκοντα ἐφ' ὅλοις ἔτεσι μετὰ τὴν Χριστοῦ τόλμαν τὸν κατ' αὐτῶν ὄλεθρον ὑπερτιθεμένης. Hæc adjicienda meritò sunt; ex qvibus optima illius providentiæ benignitas appareat, qvæ totis qvadraginta annis post commissum in Christum facinus illorum exitium distulit.* Hic mendam esse suspicatur Scaliger, & qvidem vetustissimam, qvæ & agnoscitur à Rufino. Nam post ἐφ' ὅλοις, deesse vult δυοῖν, ut XLII annos à Passione fluxisse scripserit Eusebius. Tum; *Oportet*, inqvit, *valdè in Hellenismo tironem esse, qvi non videat numerum deesse in illa lacuna, qvam reliqvimus.* At ego valde *κακοήθη* oportere illum esse dico, qvi Scriptoribus antiqvis invitis ac reclamantibus suos errores affingat. Nam qvid istâ depravatione opus est? Annos totos XL à Passione dilatam esse cladem illam affirmat. In qvo sibi maximè consentaneus est. In Chronico, & in Lib. I. Hist. Cap. X. Christum anno XV Tiberii baptizatum esse, passum verò XVIII censet Eusebius. Ad XVIII Tiberii annum adscriptus est Christi XXXII. At verò Hierosolymitanum excidium anno Vespasiani II comparatur in Eusebiano Chronico cum anno Christi LXXI. Detractis de LXXI, annis XXXII, reliqvi sunt XXXIX. Ergo anno XL à Passione, ex Eusebii mente, diruta sunt Hierosolyma. Ideo Clemens Alexandrinus Lib. I. Strom. qvi anno XV Tiberii Passionem assignat, annis XLII, mensibus tribus postea *τὴν ἅλωσιν* accidisse putat. Epiphanius ut ad Hær. LI. ostensum est, Passionem in eum annum contulit, qvo Tiberius V, & Sejanus Coss. fuere: qvi Dionysiano respondet XXXI. Cùm igitur Urbs eversa sit anno Dionysiano LXX, annus Passionis ab excidio qvadragesimus est. Corrigendus igitur Epiphanius, dum LXV annos intercessisse dixit: qvod neqve à Nativitate, neqve à Passione deducto numero, potest obtineri. Qvod ad mensem, diemqve, qvo Templum, & urbs ipsa vastata sunt, attinet; Scaliger Lib. V. de Emend. statuit, Augusti X. Templum incensum esse; *Alius error Scaligeri.* Urbem verò Septembris VIII: ac præterea eodem illo anno, XIV Nisan, sive Pascha in Aprilis XIV incidisse; qvod ob methodum suam accommodatum esse mirificè triumphat. Sed hæc omnia hallucinationum, & somniorum plena sunt. Nam qvod de Nisan Josephum testem citat; non mediocriter aberrat. Is enim Lib. V. τῆς ἁλώσεως Cap. XI. ita scribit: *λωφήσαντος δὲ πρὸς βραχὺ τοῦ θύραζε πολέμου, πάλιν ἔνδον ἡ στάσις ἐπηγείρετο, καὶ τῆς τῶν ἀζύμων ἐνστάσης ἡμέρας, τεσσαρεσκαιδεκάτῃ Ξανθικοῦ μηνὸς, ἐν ᾗ δοκοῦσιν Ἰουδαῖοι τὸν πρῶτον ἀπαλλαγῆναι καιρὸν Αἰγυπτίων.* Azymorum diem iniisse dicit XIV Nisan, qva die liberati olim ab Ægyptiacâ servitute fuerant. Ruffinus Josephi depravator Lib. VI. Cap. IV. *Aprilis XIV* reddidit; idqve Scaligero,

Romanorum Imperatorum epochæ.

Calvisio, & aliis imposuit. Sed nemo est hebes adeo, qvi Josephum non videat de Lunari mense, non Juliano, ac fixo loqvi; cùm eodem die il'ud evenisse dicat, qvo Judæi qvondam ex Ægypto migraverant. Hoc verò, XIV Nisan Lunaris, sive ἀκριβὲς, seu civilis inciderat. Deinde qvamvis Julianum mensem intellexisse Josephum existimemus, minimè is tamen Aprilis erit, sed Martius. Etenim Macedonici menses aliter usurpantur à Josepho, qvàm à Græcis posterioribus, Syromacedonici. Est qvidem utrorumqve eadem appellatio. Sed Macedonici menses, cùm fixi sunt. uno mense Syromacedonicos antecedunt; id qvod pluribus ad Hær. LI. declaratum est. Xanthicus est usu Syromacedonum, & Græcorum Aprili respondet; Lous Augusto: Macedonicus verò Xanthicus Martio potiùs qvàm Aprili; Lous Julio. Itaqve Nisan apud Josephum cum Xanthico, Lous cum Ab confertur: è qvibus Nisan Lunaris majorem Martii partem, Lous Julii, sibi vendicat. Utrumnam verò Macedonicorum mensium appellationes ad fixos & Julianos transtulerit Josephus, alterius loci & instituti qvæstio est. Nos utcunqve se res habeat, negamus *Xanthicum* apud Josephum Aprilem esse Julianum. Sed Scaligero, & ante hunc Rufino Græcorum ac Syromacedonum usus fraudi fuit, qvi aliter ac Macedones mensium ordinem instituerunt. Vide qvæ ad illum locum Hær. LI. uberiùs exposuimus. Qvamobrem cùm Josephus ait Lib. VI. Cap. XXVI decima die Loi mensis Templum deflagrasse, ad Julium potiùs, qvàm Augustum pertinere puto: qvemadmodum & cùm narrat Cap. XLVII. Gorpiæi mensis VIII urbem esse subversam, Augusto magis, qvàm Septembri convenire suspicor.

De Tempore concremati Templi.

Hebræorum de anno desolationis Templi discrepantes sunt sententiæ, qvas R. Issachar ben Mordekai in Computo percenset. Scribit enim se anno Iudaico 5299 in variis Synagogarum tabulis adnotatum reperisse, alibi Contractuum annum 1849: à desolatione Templi 1469. alibi Contractuum 1850, desolationis 1470: alibi Contractuum 1851, desolationis 1472. Author ipse annum Iudaicum 5299 esse putat à desolatione 1470. Tum addit, à Tisri, qvi Templi vastationem proximè seqvitur, numerari annos Semitah, & Iubilæos: adeo ut annus ille, cujus Tisri desolationem excepit, fuerit noni Iubilæi decimus qvintus. Annus Iudaicus 5299 iniit anno periodi Iulianæ 6251, Christi 1538, de qvo detractis 1470 remanent 68. Qvare ex illius sententia Tisri anni ejus, in qvem Urbis excidium incidit, cœpit anno Christi 68, & seqventi 69 Templum eversum, anno Sabbatico. Nam caput æræ illius à desolatione, convenit Tisri anni Dionysiani 69, post Templum dirutum. Uno igitur aberrat anno. Veriùs sentiunt, qvos author ille scribit annum Iudaicum 5299 numerare à desolatione 1469. Detractis enim de 5299 annis 1469. restat annus 3830: cujus Tisri cœpit anno Christi 69. qvo jam inclinante, Christi anno septuagesimo, vastata sunt Hierosolyma, anno primo Semitah.

XIII. Nerva,

Νερύας ἔτ. α΄. ἔν.] Pessime in Ancorato ἔτη δ΄. Eusebius ita, ut hoc loco, annum unum menses qvatuor assignat. Dio novem dies addit: Eutropius octo. A die XVIII. Sept. anni Christi XCVI. ad VI vel V Kalend. Febr. sive Ianuarii XXVII. anni XCVIII. Nervæ tempus illud intercedit. Obiit itaqve anno Christi XCVIII, Periodi Julianæ 4311. Cyclo Lunæ IV.

Fallitur enim Scaliger, qvi cùm in exordio Nervæ, atqve obitu Domitiani [illegible] *Romanorum Imperat. [illegible] epocha.*
co[illegible]dosit hallucinatus, eandem in Nervæ exitu, atqve initio Trajani culpam commisit. Scribit enim Lib. V. de Emend. Temp. Nervam obiisse Cyclo 3. anno Nabonassari 844. Neomenia Phamenoth. Est hic annus Per. Jul. 4810. Christi 97. Cyclo Lunæ 3. Atqvi nos proximè demonstravimus, Domitianum Vetere & Valente Coss. interfectum esse anno Christi 96, Per. Jul. 4809, Cyclo Lunæ 2. Igitur cùm Nerva non plus anno uno ac mensibus qvatuor, & diebus novem imperarit, desierit hoc tempus necesse est in annum Christi 98, Cyclum Lunæ 4. Periodi Jul. 4711.

Absurdissima vero est ejusdem Scaligeri castigatio, qva Onufrianos Fastos redarguit, qvòd paria Consulum duo Nervæ imperio tribuant. *Unum enim,* inqvit, *tantum par Coss. interjiciendum inter initium Nervæ, & eas Kal. Januarii, qvibus decessit. At Fasti Siculi unum tantum par rectè attribuunt. Corrigendi igitur Fasti.* At ipse corrigendus sanè potius. Qvandoqvidem enim Nerva anno Christi XCVI exeunte cœpit, & ineunte XCVIII, hoc est VI. Kal. Febr. obiit; duo paria Coss. ejusdem Imperio congruunt. Nimirum anno XCVII, qvo apud Onufrium, & in Siculis Fastis Coss. memorantur Nerva III, & Virginius Rufus II. Item anno XCVIII. Nerva IV, & Trajanus II; qvem annum libavit Nerva. Neqve Siculi Fasti dissident, aùt aliter atqve Onufrius faciunt: nisi qvòd Trajanum solum Consulem hoc anno reddunt: Qvòd videlicet cùm paucis diebus Consulatum Nerva gessisset; solus in conspectus est Trajanus. Mira est igitur ἀλογιςία Scaligeri, qvi tam crasso errore sese traduxit. Atenim Menelai observatio qvædam est apud Ptolemæum Lib. VII. P. 170. qvi anno primo Trajani Romæ Lunam cum spica conjunctam notavit, anno Nabonassari 845, Mechir 15. seqvente 16. Congruit tempus anno Domini 98. Per. Jul. 4711. Januarii 10, seqvente 11. Cùm igitur Nerva nonnisi XXV. circiter Januarii decesserit; si anno Christi 98 mortuum esse dicamus, observationis illius tempore nondum primus Trajani annus inierat. Qvare videtur anno Christi 97. cœpisse Trajanus: cujus anno primo exeunte, Januarii XI, diebus ante secundi initium XIV, Menelaus enim Lunæ conjunctionem observavit. Ita Scaliger. Qvod ipsum est perleve. Menelaus enim primum Trajani annum à Kalendis Januariis antecedentibus Romano more auspicatus est, non ab epochâ ipsâ præcisè.

Τραϊανὸς ἔτη ιθ.] Addit Eusebius menses IX: Dio menses VI, dies XV. *XIV. Trajanus.*
adstipulatur & Eutropius. Victor annos dat prope viginti. Itaqve cum anno Christi XCVIII. ex A. D. VI. Kalend. Febr. cœperit; mortuus est anno CXVII. inchoato jam anno XX: cujus menses VI. dies XV, à VI. Kalend. Febr. ad IV. Eid. Aug. jam elapsi fuerant. Postridiè enim Adrianus imperium iniit. Omnino igitur anno Christi CXVII. Periodi Jul. 4830, obiit Trajanus, si tot annis, qvot vulgò numerantur, imperavit; non 4829, ut putat Scaliger; apud qvem perperam, & librarii ut opinor, vitio annus Christi CXVII ponitur, pro CXVI. Hic enim Periodi Julianæ anno 4829. respondet.

Μετὰ Τραιανὸν Ἀδριανὸς ἔτη κά.] Mirum valdè est Chronologos annorum, atqve exordii Adriani Imperatoris explicatione tam leviter esse defunctos. Atqvi haud scio an ullius Imperatoris tempus majorem ac diffi- *XXI. Adrianus.*

Romanorum Imperatorum epochæ.

ciliorem quæstiônem habeat. Qvocirca necessariò nos in id incumbemus, ut si minus controversiam tollamus omnem, certè eam, vel dissimulantibus vel non animadvertentibus plerisqve, monstremus. Igitur Spartianus in Adriano annos ei tribuit XXI, menses XI. Eutropius annos XXI, menses X, dies XX. At Victor annos XX, menses XI; totidem Dio. Qvod verius & est, & à Casaubono creditur, in Notis ad Spartianum. Scaliger tàm in Lib. V. de Emendat. Temp. qvàm in Animadvers. ad Eusebium, miscet ac perturbat omnia. Censet enim Adrianum annos XXII uno mense minus imperasse, Libro V. de Emendat. Temp. Pag. 459, imperium ait iniisse anno Periodi Julianæ 4829, & imperasse annos XXI, menses XI. Qvi numerati ex A. D. IV. Id. Aug. anni 4829, desinunt in A. D. VI. Id. Jul. anni 4850. Annus 4829, Christi Dionysianus est CXVI. At 4850, est CXXXVII. Qvare perspicua est ἀπροσεξία. Nam si annos XXI, menses XI, numeres ab XI die Augusti, anni Christi CXVI, desinent in X diem Julii anni CXXXVIII, sive Periodi Julianæ 4851. In Eusebianis Animadversionibus Pag. 191 major est hallucinationum conflictus. Statuit Adrianum, ex Spartiano & Xiphilino, annos imperasse XXI, menses XI. *Qvare sine errore*, inqvit, *possumus illi imputare annos XXII.* De Xiphilino falsum est. Neqve enim annos XXI, sed XX duntaxat attribuit. Porrò Trajani obitum, & initium Adriani confert in annum Christi CXVII, Nigro & Aproniano Coss. Adriani verò mortem, & Antonini exordium in annum Christi CXXXVII; qvòd & Pag. 200. repetit. In qvo biennio toto Logistice illius aberrat. Etenim qvo anno Juliano mortuus est Adrianus, eodem annum XXIII, post mensem, auspicaturus erat: si qvidem menses XI supra annos XXI imperavit. Demus igitur anno Christi CXVII, Augusti mensis XI, imperare cœpisse; annus vigesimus secundus, expleto XXI, iniit anno Christi CXXXVIII; cujus XI mensis desiit anno CXXXIX, Julii X. qvo moritur Adrianus, cùm adhuc mensis unus ad XXII annum explendum deesset; ut XXIII, Augusti XI, hoc est III. Eid. inciperet. Perperam igitur Adriani exitus in annum CXXXVII, conjicitur. Sed majorem risum ejusmodi argumentatione tollit. *Annus*, ait, *Christi CXXXVII. est primus Antonini, & CXXXVIII usqve ad mensem Augustum est idem currens Antonini; de qvo si detraxerimus annos XXII, remanebit annus obitus Trajani CXVII Christi, Nigro & Aproniano Coss.* Anno Christi CXXXVIII cœpit Antonini secundus; Adrianus autem periit anno CXXXVII: & tamen ad investigandum initium Adriani, de annis CXXXVIII vigintiduos detrahit; qvod de CXXXVII, imò de CCCXXXVI faciendum erat, qvo cœpisse dicitur Adriani ultimus. Detrahe de annis CXXXVII, viginti tres (nam XXIII Adriani inchoandus erat anno CXXXVII) supererunt CXIV. Ergo CXV Christi anno cœpit Adriani primus, triennio ante Trajani obitum, qvem Scaliger ipse confert in annum CXVII, Nigro & Aproniano Coss. Qvo nihil est ineptius. Qvocirca non potest Adrianus annos viginti tres, uno mense minus attigisse: nec amplius qvàm XX annos, menses XI imperavit, uti Dio atqve Eutropius affirmant: ex qvibus cæteri omnes corrigendi sunt. Cæterum Trajanus Nigro & Aproniano Coss. anno Christi CXVII. excessit è vivis Augusto mense. Unde initium Adriani consurgit ex ante diem III Idus Augusti:

Scaligeri hallucinatio.

Qvo ex die putati anni XX, menses XI, desinunt in VI. Id. Jul. anni CXXXVIII, Periodi Jul. 4851, Cyclo Lunæ VI. Qvod ipsum & ex annis qvibus vixit Adrianus deducitur. Natus est enim, authore Spartiano, Vespasiano VII, & Tito V. Coss. anno Urbis DCCCXXIX, Juliano CXXI, Christi LXXVI, Per Jul. 4789, IX. Kal. Febr. Vixit autem annos LXII, menses V, dies XIX, ut ait Xiphilinus. Emendandus enim est Spartianus, qvi annos LXXII. numerat: cum Eutropius & Victor sexagenario majorem obiisse memorent. Anni LXII, menses V, dies XIX, ex a. d. IX. Kal. Febr. anni Christi LXXVI. putati incidunt in Julii XII, vel X (nam dies duntaxat XVII Spartianus arrogat) anni CXXXVIII. Qvocirca communis est omnium ferè sententia, mortem Adriani convenire in annum Christi CXXXVIII, Urbis DCCCXCI. Camerino & Magno Coss. Sed huic imprimis Ptolemæus adversatur: qvi & illo tempore vixit, & aliqvot observationes Adriani annis consignatas reliqvit: ex qvibus aliter, ac vulgò fit, de illius exordio sentiendum videtur. Etenim Lib. IV. Cap. IX. editionis Græcæ Pag. 102. *primam* à se notatam Eclipsim Lunæ refert anno Adriani nono, (Ita in Latinis codicibus, neqve aliter Mathematici, ac Chronologi hactenus ferè, uti Buntingius, Scaliger, Calvisius: cùm in Græco non nonus, sed octavus Adriani sit, τῷ η' ἔτει Ἀδριανοῦ, qvod magnoperè demiror) Pachon XVII, seqvente XVIII, hor. 8. 24' à meridie, anno Nabonassari 872. Congruit anno Per. Jul. 4838, Christi 125, Apr. 5, feria 4. Secundò apud eundem Ptolemæum Cap. VI. Pag. Græcæ edit. 98. observata est Eclipsis *altera* anno Adriani XVII, Payni mensis XX, seqvente XXI, horis XI, 15' à meridie Nabonassari 880; anno Christi 133, Per. Jul. 4846, Maji VI feria 3. Tertiò eâdem pag. Eclipsis *alia* contigit Adriani XIX, Nabonassari 882, Choiac 2. horis 11 à meridie. Convenit Per Jul. anno 4847, Christi 134, Octobris 20', feria 3. *Qvarta* Eclipsis incidit in annum Adriani XX, Nabon. 883 Pharmuthi 19, horis 16 post meridiem: anno Christi 136, Per. Jul. 4849, Martii 6· Sunt & aliæ apud eundem observationes. Velut Lib. III. Pag. 77. Lat. ed. Lib. III. Cap. VIII. anno Adriani XVII, anno Nabon. 880, Athyr VII, Æqvinoctium Autumnale observatum à Ptolemæo: qvod tempus congruit anno Christi 132, Sept. 25. Ad hæc Lib V. Cap. III, Græcæ edit. Pag. 111, anno Antonini 2, Nabon. 886, XV Phamenoth anomaliam Lunæ deprehendit; anno Christi 139, Per. Jul. 4852, Februarii 9. Item Lib. X. Cap. IV, pag. Græc. edit. 241. anno Antonini 2, Tybi 29, seqvente 30, observata Venus est; anno Christi 138, Decembris 16, Per. Iul. 4851. Prætera Lib. III. Cap. II. Pag. 62. Græcæ edit. anno Antonini 3, Æqvinoctium Autumnale deprehensum Athyr 9, anno Christi 139, Per. Iul. 4852, Septembris 26. Deniqve Lib. IX. Cap. X. Pag. Gr. edit. 236. anno Antonini 2, Nabon. 886 Epiphi 2, seqvente 3, periodicus Mercurii motus observatus est, anno Christi 139, Maji 17, Per Iul. 4852. Reliqvas prætermitto. Ex qvibus omnibus evidens est, initium Adriani non in annum Christi CXVII, sed CXVI cadere, sive epocham annorum Adriani ab Augusti XI. Ptolemæus deduxerit, unde imperium exorsus est: sive à Neomenia Thoth Ægyptiaci, qvæ illo tempore in Iulium incurrebat. Nam si annus Adriani XVII cum anno Christi 132, Septembri mense, & cum 133, Majo concurrit, necesse

Romanorum Imperatorum epocha.

De annis Adriani implicata ζήτησις.

Romanorum Imperatorum ep[o]chæ.

est annum primum iniisse Christi 116. Qvod idem ex reliqvorum Adriani annorum cum Christi annis concursu ac complexione colligitur. Velut qvod annus nonus & decimus Octobri mense numeretur anno 134, vicesimus autem Martio mense, anni 136. Hæc enim explicari aliter neqveunt, qvàm ut primum cœpisse dicamus anno 116. Idipsum & ex annis Antonini perspicuum est. Qvippe annus Antonini secundus Februario mense cum anno Christi 139 comparatur. Hujus ergo anni primordium convenit anno 138, adeoqve primus iniit anno 137. Qvibus reliqvæ observationes consentaneæ sunt. Qvamobrem si annorum notæ bonâ fide à Ptolemæo, vel Librariis redditæ sunt: de qvo vix est ut prudenter addubitari possit; cùm in tot observationibus sibi ipse constet, necesse est initium Adriani uno anno summoveri, & in annum Christi CXVI conjici: ejusdem verò mortem, & initium Antonini in annum CXXXVII. Hoc verò constituto, de annis Trajani, vel Domitiani excerpendus unus erit: ut vel iste XIV duntaxat annos: vel ille octodecim solidos cum excurrentibus mensibus expleverit. Adrianus vero XX. cum mensibus XI. Domitiano non est ut detrahendum aliqvid existimem, cùm non modò de illius annis: verùm & de Coss. qvibus mortuus est, egregiè omnes inter se consentiant. Videndum porrò, utrum Trajano XVIII duntaxat cum mensibus novem adscribi debeant: sicqve non Nigro & Aproniano Coss. anno Christi CXVII, sed Æliano ac Vetere, anno CXVI Trajanus excesserit. Unde & de annorum numero, qvibus vixisse fertur Adrianus, desecandus unus fuerit: aut certè non illo Coss. Vespasiano VII. ac Tito V. hoc est Christi LXXVI. sed anno antecedente natus est: nisi qvid in Consulum serie, qvod postremum est, perturbationis inciderit. De qvâ re ad eruditorum, & antiqvitatis consultorum hominum judicia provocamus.

Ἀπὸ οὖν Αὐγούστου ἕως Ἀδριανοῦ.] Si conceptos ab Epiphanio numeros subducas, annos ab Augusto reperies CLXXX, cum mensibus VII, diebus XXI; si menses tricenarios statuas, usqve ad Adriani finem. Jam antea constituimus initium Augusti ex Epiphanii mente in annum cadere Julianum tertium, Urbis ex Varroniana ratione DCCXI, alterum ab nece Iulii. Is est in Periodo Juliana 4671. Adriani obitus vulgò conjicitur in annum Christi CXXXVIII. Periodi Jul. 4851. Ab anno igitur 4671. ad 4851. anni solidi putantur CLXXX. & menses aliqvot; ita ut centesimus octuagesimus primus inierit anno ipso 4851. Vellem indicasset Epiphanius, qvanam ex die Augusti primordium duceret: ut sciremus, cur præter solidos annos CLXXX. menses qvatuor, minus diebus IX, imputaverit. Obiit Adrianus VI Id. Jul. a qvo die si retrò numeres menses tres, dies XXI: pervenies ad XXI Martii; in qvo Nicænum Concilium πολιτικῶς Æqvinoctium defixit: estqve hic dies Neomenia primi mensis Paschalis, qvi ex Paschalibus terminis constat, ex mente Anatolii, aliorumqve Veterum, ut ad Hær. LI diximus. Itaqve verisimile est, Epiphanium epocham imperii Augusti in eo die collocare, cùm præter annos CLXXX menses IV minus diebus IX attribuit.

Ὡς εἶναι ἀπὸ χρόνου τῆς ἑρμηνείας.] A Ptolemæi Philadelphi anno septimo ad ultimum Cleopatræ numerabat Epiphanius annos CCXLIX; cum te-

veraſſint ſecundum illum CCLIX. Rurſus ab Auguſti primo ad XII Adriani, anni ſunt CLXXI, menſes VII, dies XXI. Qvos ſi cum CCLIX conjunxeris, colligentur anni CCCCXXX, menſes VII, dies XXI: ſi qvidem ex diebus excurrentibus tricenarios menſes feceris. Apparet igitur a ſeptimo Ptolemæi Philadelphi, ad exitum Cleopatræ, non CCXLIX, ſed CCLIX annos imputari. Sed mirifica eſt, & valdè ἰδιωτικὴ iſta putatio, ſi perinde atqve Epiphanii calculus præ ſe fert accipere velimus. Nam duæ ſunt ὁμάδες, ex qvibus CCCCXXX annorum ſumma conflatur. Prima eſt à VII Philadelphi ad ultimum Cleopatræ, annorum CCLIX: Altera ab initio Auguſti ad duodecimum Adriani, annorum ferè CLXXI. Qva ratione neceſſe eſt primum annum Auguſti poſt ultimum Cleopatræ numerari. Atqvi Cleopatræ ultimus congruit anno Urbis DCCXXIV, Juliano decimo ſexto. Auguſti verò Imper. decimo qvarto. Epiphaniana igitur hac ex parte *ratio*, ut Lucilius ait, *pervorſa, æra ſubducta improbè*. Qvæ qvidem ita reſtituenda ſunt: Annus Philadelphi ſeptimus, ut ſupra demonſtravimus, convenit anno periodi Julianæ 4435: Adriani verò duodecimus, Chriſti CXXVIII, periodi Julianæ eſt 4841. Colliguntur à ſeptimo Philadelphi ad duodecimum Adriani, anni CCCCVI. Annis itaqve XXIV ſolidis aberrat Epiphanii calculus. *Romanorum Imperatorum epocha.*

N.XIV. Οὗτος δὲ ὁ Ἀδριανός.] Athanaſius de eodem Aqvila; ἐπὶ Ἀδριανοῦ βασιλέως τοῦ λεπτωθέντος. Pro qvo Scaliger λεπρωθέντος abſurdiſſimè corrigit. Cum λεπτωθεὶς parum licet terſè pro λεπτυνθεὶς dici potuerit. Nam tabe confectus, ut ait Victor, Adrianus periit. Vide Spartianum.

Οἱ δὲ πολλὰ κεκμηκότες.] Xiphilinus; ἐτελεύτησε λέγων καὶ βοῶν τὸ δημῶδες, ὅτι πολλοὶ ἰατροὶ βασιλέα ἀπώλεσαν.

Στέλλεται τὴν πορείαν.] Nimis hæc abruptè de peregrinatione ſubjecit, qvaſi poſteaqvam in morbum incidit Adrianus illam ſuſceperit. Addendum itaqve ςέλλεται δέ. Multum ac diu peregrinatus eſt Adrianus, ut ex Spartiano, Xiphilino aliiſqve conſtat, ac ſæpiùs Orientem, Syriamqve peragravit. Hæc autem profectio, de qva hic Epiphanius loqvitur, ſub illud tempus contigit, qvo Hieroſolyma inſtauravit. Qvod qvandonam factum ſit, non facile eſt diſcernere. Non enim ſemel ab Adriano compreſſi, ac perdomiti ſunt Judæi. Primùm anno Imperii ſecundo rebellantes illos attrivit, ut in Chronico ſcribit Euſebius. Alexandrinum Chronicon hoc ad annum III refert: additqve, tunc Adrianum Hieroſolymam veniſſe, & captis Judæis ad Terebinthum veniſſe, ibiqve mercatum illorum inſtituiſſe: poſtremò ſubverſo Templo Urbem inſtauraſſe, eamqve de ſuo nomine *Æliam* appellaſſe. Qvæ partim falſa ſunt, partim alieno tempore poſita. Falſum eſt, Adrianum Templum Judæorum, qvod nuſqvam tum erat, demolitum eſſe. Urbis autem inſtauratio diu poſtea contigit. Prima Judæorum clades ſub Adriano, ineunte illius Imperio accidit, ut rectè Scaliger in Animadverſ. ad A. MMCXXIV obſervat, qvando ſeditionem concitarunt, qvæ per Martium Turbonem repreſſa videtur. Poſterior motus, idemqve diuturnior, & horribilior in XVI Adriani confertur in Euſebiano Chronico. Cujus author Cochebas, ſive Barcochebas latro qvidam extitit. Cauſſam belli Spartianus fuiſſe dicit, *qvòd vetabantur mutilare genitalia*, Xiphilinus è Dione,

Romanorum Imperatorum epocha.

qvòd cum Hierosolymam instaurasset, *Æliamqve* nominasset, Jovis templum in eodem loco condidit, ubi Templum olim steterat. Unde graviter commoti Judæi atrox bellum excitarunt, duce, uti dictum est, Barcocheba: qvod Justinus in Apolog. testatur. Huic verò finem impositum scribit Eusebius anno Adriani XVIII: qvod & Libro IV. Hist. Cap. VI. ex Aristone Pellæo narrat. Atqvi anno illo XVIII Imperat. Adriani *ἀκμάσαι τὸν πόλεμον* Aristo scripserat. Ideo sub Adriani finem desiisse putat Scaliger, neqve dum XVIII anno terminari potuisse. Sed futilis est ac levissima ratio. Nam belli vis in ultimum annum incumbere potuit, cùm Betherem obsedit Adrianus: qvâ in potestatem redactâ, occisis factionis ducibus, bellum est omne restinctum. Dixi Hierosolymorum instaurationem nonnullorum ex sententia Judaicâ istâ seditione posteriorem fuisse: Dionem verò anteà contigisse scribere. Si ante Judæos compressos, ac profligatos accidit, hoc est sub annum Adriani XVI, cùm sit annus Christi CXXXII, vel CXXXIII, ab Urbis excidio, qvod anno Vespasiani secundo contigit, Christi LXX, anni sunt fermè LXIII. Duobus verò, tribusve plures erunt, si finito bello urbem Adrianus excitarit. Qvocirca non satis exactus est Epiphanii numerus, qvi XLVII annos ab illo excidio colligit. Qvanqvam non Vespasiani II, sed Titi, expugnatam Urbem existimat, a qvo ad tempus illud, qvo eandem denuò Adrianus erexit, vel ad locum ipsum pervenit, qvod decimum sextum aliqvot annis antecedere potuit, anni plus minus XLVII reperiri possunt.

Ἣν κατέστρεψε Τίτος,] Falsum, accidisse sub Tito: Nam id Vespasiano imperante contigit.

Καὶ εὗρε τὴν πόλιν πᾶσαν.] Pleriqve veterum Patrum Hierosolyma negant funditus à Tito subversa: sed mediam Urbis partem excidio superfuisse dicunt, qvam postea solo æqvavit Adrianus. Ideo bis eversam illam asserunt. Ita Eusebius Lib. VIII. de Demonstr. Cap. XVIII. Hieronymus, aliiqve, qvos citat, ac refellit Scaliger ad annum Eusebii MMCXL. Hanc verò secundam Urbis calamitatem iidem illi post Judaicam illam seditionem à Cocheba conflatam, eundemqve necatum incidisse memorant, ac tum demum eversâ penitus urbe, Æliam ex ejus ruinis excitatam.

Ego verò Dioni prorsus assentior, qvi Æliam ante Judaicum illum motum ab Adriano conditam affirmat: cujus etiam occasione rebellasse Judæos refert, cum in eâ Jovis Capitolini Templum extruxisset. Nec illud approbare possum, mediam urbis partem priori illi cladi superstitem fuisse. Non tamen negandum est, qvin parvæ qvædam reliqviæ ad Adriani tempora perstiterint: qvod nimium præfractè facit Scaliger. Qvi & Epiphanium redarguit, qvod ædificia aliqvot, & Synagogas cum Christianorum templis restitisse dicat. Nam illud Christi Domini vaticinium opponit: *Non manebit lapis super lapidem.* Verùm Josephus ipse Lib. VII. Cap. XVIII. turres à Tito tres relictas cum Occidentali muri parte scribit, ut ea velut castra præsidiariis essent. Unde non tam rigidè verba illa Christi accipienda videntur, nulla ut, etiam exigua, pars urbis remanserit; sed ut majori ex parte solo æqvata, & complanata fuerit, aut illius certè Prophetiæ exitus Adriani qvoqve tempora complectitur. Qvamobrem paulatim accidit, ut partim Judæi, partim Christiani sive in superstite illa urbis parte, sive in

in propinqvo aliqvo loco domicilia collocarint. Qvæ omnia una cum veteribus Hierosolymorum reliqviis Adrianus demolitus est, ac novam à fundamentis urbem extruxit: non tamen iisdem in vestigiis, qvibus prior constiterat; sed, ut in urbium instauratione sæpiùs usuvenit, haud procul à veteri sede. Hinc est qvod Hilarius in Psal. CXXXI. & CXLVI. Athanasius Lib. de Incarn. Verbi, & alii qvidam ajunt Hierosolyma suo tempore non extitisse. Nam qvod non eodem loco, ubi prior sita fuerat, nova esset ab Adriano condita; negarunt ideo Hierosolyma superesse. Hilarii verba diligenter attendenda sunt: *Sed hodie eandem nullam esse rerum fides edocet.* Eandem, inqvit, nullam esse, qvod à veteri sede esset aliqvanto dissita. Favet huic interpretationi Gregorius Magnus Homilia XXXIX; ubi hæc eadem Domini verba sic exponit: *Hoc qvoqve qvod additur:* Non relinqvent in te lapidem super lapidem, *etiam ipsa civitatis ejusdem transmigratio testatur. Qvia dum in eo loco nunc constructa est, ubi extra portam Dominus fuerat crucifixus, prior illa Hierusalem, ut dicitur, funditus est eversa.*

Romanorum Imperatorum epochæ.

Καὶ λαβὼν τὸν Ἀκύλαν τοῦτον.] Hæc omnia fabulosa, & ab otiosis Judæis conficta videntur. Maximè qvòd Aqvilam ait Adriani *πενθερίδην* fuisse. Qvæ vox cùm alibi à me lecta non fuerit, vel *πενθερὸν* significat, vel *πενθεροῦ* filium, affinem certè. Nos *socerum* reddidimus, qvasi *πενθερὸν* legeretur, qvomodo Alexandrini Chronici Scriptorem hîc legisse suspicor. Nam Pag. 598. ex hoc Epiphanii loco historiam Aqvilæ Pontifici referens, *Ἀκύλας*, inqvit, *ἐγνωρίζετο, ὃς ἦν πενθερὸς Ἀδριανοῦ τοῦ βασιλέως.* De Aqvilâ passim meminit Hieronymus, præsertim adversus Ruff. Apol. II. & alibi *Proselytum contentiosum, atqve etymologias nominum persequentem*, aliàs *diligentem, & curiosum interpretem* vocat. Et in Cap. VIII. Isaiæ nonnullorum opinione discipulum hunc Akibæ fuisse scribit, non tamen Christi tempora antecessisse significat, qvod ex Hieronymi loco illo qvidam asseverant.

Καὶ ἑπτὰ συναγωγαί.] De iis loqvi videtur Optatus Milevit. Lib. III. ubi de Sion agens: *In cujus*, inqvit, *vertice est non magna planities; ubi fuerunt VII Synagogæ: ubi Judæorum populus conveniens legem per Moysen datam discere potuisset.*

Ἀντωνῖνος ὁ ἐπικληθεὶς Πῖος.] Eusebius annos imputat XXII, menses III: Victor XXIII: totidem Eutropius: Cassiodorus XXI: Onufrius XXIII, menses VII, dies XXVI. Vixit autem ad annum Urbis DCCCCXIV, M. Aurelio Vero III, L. Vero II Coss. ut ex inscriptionibus, ac nummis veteribus colligit Onufrius. Hic est annus Christi CLXI, qvo qvidem nonis Martiis, ut idem probat, Antoninus Pius excessit. Si igitur initium Antonini ab anno CXXXVIII, uti vulgò fit; decimo vero Julii deduxeris ad annum qvem diximus CLXI, Martii VII; anni sunt absoluti XXII, menses VII, dies circiter XXVIII. Verùm ex Ptolemæi observationibus necessariò fatendum est, Antoninum cœpisse Christi anno CXXXVII. Siqvidem anno Christi CXXXVIII Decembr. XVI. Antonini secundum numerat, eundemqve ad Maji XVII, anni CXXXIX pertexuit. At Septembr. XXVI anni CXXXIX annum numerat Antonini tertium. Fieri itaqve non potest, qvin annus primus Christi CXXXVII cœperit, contra Chronologorum omnium fidem. Consentiunt & observationes cæteræ, qvibus Adriani annos

Romanorum Imperatorum epocha.

appoſuit, ut de Librariorum culpâ, vel Ptolemæi ipſius hallucinatione juſtâ nemini poſſit eſſe ſuſpicio. Qvem non moveat tanti viri, ac tam excellentis ſcriptoris authoritas (qvi cùm iſta proderet, qvotus Adriani, vel Antonini eſſet annus ignorare minimè potuit: præſertim recenti adhuc illius obitu, hujus autem initio, nimirum anno CXXXVIII. qvem vulgo Antonini exordio præfiniunt, qvo qvidem, Decembr. XVI. Ptolemæus Antonini ſecundum computat. Ita Pius annos imperarit XXIII, menſes VII, dies XXVIII. Qvod fortaſſe verum eſt. Nam & Xiphilinus annos aſſignat XXIV. Natus eſt Antoninus, ut ait Capitolinus, Domitiano XII & Dolabella Coſſ. XIII. Kal. Oct. Annus hic eſt Chriſti LXXXVI. Sed qvotnam vixerit, dubium facit ſcriptorum diſſenſio. Capitolinus LXX, Victor LXXII, uno amplius Eutropius attribuunt; Caſſiodorus LXXVII. Ab anno Chriſti LXXXVI ac XIII. Kal. Oct. ad Non. Martii anni CLXI, intercedunt anni LXXIV, menſes V, dies XIX. Totidem vixit Antoninus Pius, ſi, ut videtur, anno Chriſti CLXI deceſſerit. Si cum ſolis Antonini annis negotium nobis eſſet, conciliari utcunqve Ptolemæi obſervationes cum communi opinione poſſent, ut annorum initium ab antecedente neomenia Thoth repeti ab illo diceremus. Qvemadmodum enim Hebræi in Tractatu Ros haſſana docent; cùm rex aliqvis poſtremo menſe, adeoqve ultimo die Adar imperium capeſſit, in neomenia Niſan ſeqventis ſecundum ejus Imperii annum putari; qvô hæc illorum ſententia pertinet, qvam refert Aben Hezra ad Cap. I. Dan. יום אחד בשנה חשוב שנה *Dies pro anno computatur:* qvoniam ab antecedente Niſan anni ſuperioris exordium deducitur. Ita non abſurdè fortaſſis exiſtimari poſſet; Ptolemæum annum exempli cauſſa ſecundum Antonini, adeoqve primum, à neomenia Thoth, qvæ epocham illius antegreditur, inchoaſſe. Orſus eſt Antoninus à VI. Id. Jul. ſive Julii X, anno, ut vulgò putant, CXXXVIII. Neomenia Thoth eodem anno cœpit Julii XX; diebus ab epocha Antonini XI. Dies illi XI qvia neomeniam Thoth præcedunt, anni ſolidi inſtar habent. Unde Julii XX ineunte Thoth ſecundus Antonini putari incipiet. Qvare mirum non eſſet, qvod à Ptolemæo cum eo anno, qvi eſt annus Chriſti CXXXVIII, Decembris XVI, ſecundus Antonini comparetur. Verum ut hæc conjectura ab Antonini annis neqvaqvam abhorreat, Adriani temporibus accommodari non poteſt. Hujus enim epocha neomenia Thoth poſterior eſt, ex A. D. IV. Id.

De Antonini initio.

Aug. ſive Auguſti X. Anno CXVII Dionyſiano, qvo primus Adriani cœpiſſe creditur, Neomenia Thoth congruit Julii XXIV, diebus ante Adriani primordium XVIII. Et tamen anno Chriſti CXXXII, Septembris XXVI, XVII Adriani collocatur, continuaturqve ſeqventi, ad Maji VI. Ergo primus, ſive à neomenia Thoth, ſive ab epocha ipſa proficiſcatur, cœpit anno Chriſti CXVI; corrigendæqve Chronologiæ omnes, qvæ hactenus in CXVII contulerunt. Hoc ego non tam affirmandi gratia dixerim, qvam ut ſtudia eruditorum hominum excitem, ut ſi qvid aptius occurrerit, candidè ac benignè nobis impertiant. Scaliger in Animadverſ. Euſeb. ad A. MMCLIV. Antonini primum ex authoritate Cenſorini confert in eum annum, qvi Coſſ. habuit Antoninum Pium II, & Bruttium Præſentem; qvem ait eſſe Chriſti CXXXVIII; *cujus pars*, inqvit, *cum parte antecedentis*

dentis explet annumprimum Antonini. Hinc Onufrium reprehendit, qvod eum annum cum Christi CXL componat, biennii metachronismo. Sed in paucis illis verbis multipliciter hallucinatur Scaliger. Primùm Censorinus nusqvam Antonini primum annum in Coss. illos dixit incurrere. Nam hæc illius verba sunt pag. 48. *Cum abhinc annos centum Imper. Antonino Pio II. & Bruttio Præsente Coss. Romæ iidem dies fuerint a. d. XII. Kal. Aug. &c.* Qvibus significat centesimum annum ab eo, qvo scribebat, nimirum qvi est Christi CCXXXVIII, Urbis Conditæ DCCCCXCI. Ulpio & Pontiano Coss. habuisse Consules Antoninum, & Præsentem. Fuit autem hic annus Christi CXXXIX, à qvo centesimus est alter ille Censorini, Christi verò CCXXXVIII. Qvi est Scaligeri secundus error. Nam Consulatus Antonini II. & Præsentis confertur in annum Urbis ex Varronianâ ratione, qvam expressit Onufrius, DCCCXCII; ex Capitolinis Fastis DCCCXCI. Varronianam seqvi se profitetur Scaliger, apud qvem Palilia prima conjiciuntur in annum Per. Jul. 3961. Unde annus iste Urbis Periodi Julianæ est 4852, Cyclo Lunæ 7, Solis 8. Qvi characteres non alteri, qvàm anno Christi CXXXIX competunt. Est igitur annus ille CXXXIX, qvo Coss. fuere Antoninus II. & Bruttius Præsens. Onufrius porrò, qvi in Christi annis imprudens Dionysianam æram uno antevertit anno (Natalem enim Christi Coss. Augusto XIII, & Silano Coss. attribuit) eundem illum numerat CXL, qvi à Dionysiana epocha nonnisi CXXXIX est. At in Annalibus, qvi biennii προχρονισμῷ peccant, CXLI Christi computatur. De qva annorum perturbatione satis multa ad Hæresin LI diximus. De tertia Scaligeri hallucinatione supra monuimus, dum annos Adriano tribuit XXI, menses XI, & ejus tamen obitum confert in annum Christi CXXXVII, qvo & Antonini primum cœpisse memorat. Hocenim pacto primus Antonini conveniet anno Christi CXV. Qvod est immane παρεξχείρημα.

Romanorum Imperatorum epocha. Multiplex error Scaligeri.

Τοῦτον διαδέχεται Καράκαλλος.] Sunt hæc inqvinatissima. Atqve scio an hæc verba, Καράκαλλος, ὁ καὶ Γέτας, rejicienda sint: ut ita procedat oratio. τοῦτον διαδέχεται Μάρκος ΑΥρίλιος, ὁ καὶ ΟΥῆρος ἐλέγετο. Pag. 174. paulo liqvidior, ac sincerior Imperatorum successio proponitur: ubi & aliam de hoc loco conjecturam exponemus. Nam qvod hîc legitur, M. Aurelium septem annos imperasse, falsissimum est: & tamen ne in Librarium transferri culpa possit, subinde confirmatur error, cùm dicitur Lucius Aurelius Commodus annis perinde septem imperasse.

Εν τοῖς αὐτοῦ χρόνοις καὶ Λούκιος.] Non Marci Aurelii filium Commodum intelligit, qvi parenti successit, sed Lucium Cejonium Ælium Commodum Verum Antoninum, Lucii Ælii Veri F. qvi ab Adriano adoptatus primus CÆSAR est dictus, & ante Adrianum mortuus. Hujus filius ab Adriano ad Imperii spem cum M. Aurelio primùm evectus, cum eodem post Antoninum imperavit annis XI. Hæc Capitolinus. Perperam igitur tam huic, qvàm M. Aurelio septem anni tribuuntur. Hinc est qvod Pag. 174. in reliqvorum Impp. serie duo Commodi ponuntur.

Romanorum Imperatorum epocha.

Qvæ res, uti mox dicetur, Epiphanio erroris occasionem dedit.

Ἐν τοῖς τοῦ Σευήρου χρόνοις.] Cujus tandem Severi? Ejusne, qvem proximè Pertinaci subjecit? Atqvi Theodotio, qvem posteriorem Symmacho putat, sub Commodo suam Editionem scripsit. Est autem Severo prior Commodus. Qvomodo igitur Theodotionem Symmachus antecessit? Mirum hoc, & inextricabile plerisqve meritò visum est: neqve nos tam Epiphanii errato patrocinium aut colorem qværere, qvàm illud ipsum eruere ac vestigare debemus. Nemo enim hactenus, ex tot scriptoribus, qvos hic Epiphanii locus vehementer exercuit, cubile ipsum erroris attigit: qvod, nisi fallimur, tandem odorati sumus. Constabat Epiphanio, Symmachum Theodotione superiorem extitisse: Itemqve Theodotionem sub Severo, Symmachum sub Commodo scripsisse. Qvæ qvoniam ἀσύγκλωστα, & cum historiâ pugnantia sunt, animadvertit, duos primùm fuisse Commodos, *alterum* M. Aurelii collegam, qvi cum eo communiter imperavit; *alterum* filium, qvi Aurelio patri successit. Ex iis Commodis, posteriorem illum esse scivit, sub qvo Theodotionis editio prodierat. Qvare non dubitavit, qvin ante hunc Severus extitisset. Proinde Severos duos esse credidit. Aqve ideo Pag. 174: μετὰ τοῦτον, inqvit, hoc est, M. Aurelium, Κόμμοδος ἄλλος βασιλεύει. Tum de Severo: τοῦτον διαδέχεται Σευῆρος ἄλλος. Et Num. XVII. Theodotionem ait περὶ τὴν τοῦ δευτέρου Κομμόδου βασιλείαν edidisse, qvi priori Commodo successit. Cùm duo sint ex Epiphanii mente Commodi; totidemqve Severi; horum prior posteriorem Commodum antecessit. Ergo aut est M. Aurelius verus, aut Lucius Commodus Verus. Non potest hic esse, qvia Severus prior tam ab utroqve Commodo, qvam à posteriore Severo discernitur. Non alius est igitur, qvàm M. Aurelius Verus. Σευῆρος, inqvam, pro Οὐῆρος ab Epiphanio Philosophus iste nominatus est. Qvod qvidem paulò antè corruptæ lectionis vestigia demonstrant: ὃς καὶ Μάρκος Αὐρίλιος Σευῆρ ἐλέγετο. Pro qvo Οὐῆρος ad oram legendum adscripsimus. Nunc Σευῆρος malim: nec aliud Epiphanium voluisse, qvi attentè qvæ dixi perpenderit, mecum existimabit. Neqve solus hoc Epiphanius commisit, ut Severum pro Vero sumeret: sed & alii tam Græci, qvàm Latini: Græci qvidem plerique. Ex Latinis verò Cassiodorus sub Consulatu Severi, & Herenniani, ista subjicit: *His Coss. Lucius Annius Antoninus Severus anno regni undecimo inter Concordiam, & Altinum apoplexi extinctus est.* Qvandoqvidem Severus prior, ex Epiphanii sententia, M. Aurelius est, non is, qvi Pertinaci, ac Juliano successit; apparet Symmachum, qvi sub priore illo Severo ab Epiphanio collocatur, neqvaqvam ad posterioris Severi tempora referri: qvod omnes hactenus arbitrati sunt: qvi & pugnantia loqvi Epiphanium dixerunt, & posteriorem fuisse Theodotione Symmachum non aliam ob caussam putarunt, qvàm qvod Epiphanius Theodotionem sub Commodo, Symmachum sub Severo interpretatos esse prodiderat. Ego verò aberrare qvidem Epiphanium negare non possum, qvi *Severum* pro *Vero* perperam usurpaverit: consentire autem secum ipsum, & in errore constantem esse defendo: uno tamen peccasse præterea, qvòd Pag.

172. cum post Pertinacem, & Severum hæc subdidit: ἐν τοῖς τοῦ Σευήρου χρόνοις Σύμμαχός τις, &c. non satis expressit, de qvonam Severo loqveretur, cùm duos commemorasset, visusqve est haud immeritò posteriorem intellexisse, cui proximè ista subtexuit.

Romanorum Imperatorum epocha.

Ab hac Epiphanii hallucinatione revocemus animum ad communem de utriusqve Interpretis ætate sententiam. Inveteravit enim jam apud recentiores omnes hæc opinio: Symmachum post Theodotionem extitisse. De qvo sanè diu est qvod dubito. Nam nullum aliud προλήψεως istius argumentum video, qvàm Epiphanii testimonium illud, qvo Symmachum sub Severo, Theodotionem sub Commodo scripsisse docuit. Hoc verò jam extorto, qvo demum freti Theodotionem vetustiorem esse pugnabunt? At è contrario Symmachi priorem editionem esse, plura mihi persvadent. Imprimis ordo ille, qvem in Codicibus Origenes instituit: in qvibus post Aqvilam perpetuò Symmachus ante Theodotionem ponitur. Qvod, nisi antiqvior esset ille, cur ita disponeret Origenes, caussam nullam habuisset. Nam de LXX senioribus, qvos omnium vetustissimos esse convenit, cur alienum in locum conjecti sint, ab Epiphanio ratio illa traditur; qvòd eorum interpretatio, utpote cæterarum regula, medium jure locum occuparit, ut aliæ cum eâ comparari commodius possent. Cur igitur Theodotioni antepositus sit Symmachus, ne fingi qvidem caussa altera potest, nisi qvòd ætate iste præcesserit. Qvod enim qvibusdam placet, ideo posteriorem Theodotioni tributam esse sedem, ut LXX senioribus, qvemadmodum interpretandi genere, sic ordine propinqvus esset, leve est, imò ridiculum. Cùm enim principem LXX Seniorum editionem ambo illi velut stipatores, ac laterones cinxerint, utram in partem Theodotionis editio conferretur, nihil ad propinqvitatem interfuit. Idipsum veteres Patres animadvertisse videntur; qvi in commemorandis illis interpretibus Theodotioni Symmachum anteponunt; rarò Theodotionem Symmacho. Nec eo ordine duntaxat appellant, cùm ex Origenis codicibus depromptis eorundem testimoniis utuntur; sed tùm qvoqve qvum singulorum τὰ ἱστορούμενα singillatim exponunt. Nam primo loco LXX Interpretes constituunt, qvibus Aqvilam, Symmachum, Theodotionem subjiciunt. Sic Athanasius in Synopsi anteriorem fuisse Symmachum affirmat: cujus editionem LVI post Aqvilæ versionem annis extitisse narrat. Si, ut author est Epiphanius, XII Adriani anno Aqvilæ Interpretatio prodiit, qvi est annus Christi CXXVIII, vel ab eo proximus, qvinqvagesimus ab illo & sextus annus incidit in annum circiter CLXXXIV, Commodi qvartum, vel qvintum. Sed perperam idem Synopseos author sub Severo editam esse refert. Nam subinde Theodotionem subtexens, ἡρμήνευσε καὶ αὐτὸς, inqvit, ἐπὶ Κομμόδου τοῦ βασιλέως ἐν αὐτοῖς τοῖς χρόνοις. *Eodem tempore & ipse sub Commodo interpretatus est.* Non igitur alter sub Severo. Ita propter exoticæ historiæ neglectum plerumqve sanctissimi Patres inextricabilibus sese laqveis implicant: Epiphanius deniqve, ex qvo contrariæ sententiæ unicum & singulare firmamentum Alexandrinum Chronicon, ac recentiores hauserunt, palam, ac si-

Uter prior extiterit, Symmachus, an Theodotio.

Romanorum Imperatorum epochæ.

ne ambage Symmachum Theodotione priorem extitiſſe confirmat, atqve hunc ſub Commodo; illum ſub Vero, id eſt M. Aurelio ſcripſiſſe: qvem fruſtra *Severum* appellat, idemqve ut faceret Synopſeos illius, vel appendicis Synopſeos, qvæ Athanaſio tribuitur, authorem induxit. Eſt enim hæc lacinia neqvaqvam, ut opinor, Athanaſii, ſed ſcriptoris alterius, qvi ex Epiphanio iſta deſcribens, perinde atqve ille, pro Vero, Severum uſurpavit. Qvare qvod Symmachum ſub Severo Pertinacis ſucceſſore edidiſſe vulgò ferunt, qvatenus ex Epiphanio iſtud aſſerunt, mutent deinceps ſententiam omnes, &, ſi hunc authorem ſeqvi cupiunt, ad Marci Aurelii Veri tempora ſummoveant. Cedrenus Symmachum ex Euſebii fide Pertinacis tempore fuiſſe ſcribit. Qvod ego apud Euſebium nondum reperi. Nam in Lib. VI. Hiſt. Cap. XII. & Lib. VII. de Demonſtr. Cap. II. ubi qvis Symmachus fuerit exponit, de illius ætate verbum nullum. Eſt tamen, ut ingenuè fatear, nonnihil, qvod in aſſerenda Sammachi vetuſtate ſcrupulum movet: nimirum qvòd Irenæus, qvi Marci Aurelii, & Commodi tempore, ac Severi qvoqve initio floruit, Lib. III. Cap. XXIV. cùm de illo Iſaiæ loco Cap. VII, 14. *Ecce virgo concipiet*, adverſus Judæos diſſerit, Theodotionis, & Aqvilæ, qvi aliter interpretati fuerant, meminit, non item Symmachi. At non minus iſte, qvam ambo illi, pro *virgine* νεᾶνιδα reddiderat, ut Lib. VII. de Demonſtr. teſtatur Euſebius. Itaqve ſi tum illius extabat editio, uſurpari ab Ebionæis, qvorum è grege Symmachus fuit, & ab Irenæo refelli debuit. Cogitent eruditi. Nondum enim in communi ſententia acqvieſcere poſſumus.

Ὅσοι γὰρ ἀπὸ τῶν Ἰουδαίων.] Contrarium tradit Auguſt. Lib. I. contra Creſcon. Cap. XXXI. *Nunqvid apud Samaritanos circuncisus, ſi fieri tunc vellet Judæus, poſſet iterum circuncidi? Nonne illius hominis error corrigeretur; ſignaculum autem fidei agnitum probaretur? Et nunc ſunt qvidam Hæretici, qvi ſe* Nazarenos *vocant, à nonnullis autem* Symmachiani *appellantur, & circuncisionem habent Judæorum, & baptiſmum Chriſtianorum; ac per hoc qvemadmodum ſi qvis eorum ad Judæos venerit, non poteſt iterum circuncidi, ſic cùm ad nos venerit, non debet iterum baptizari.* Symmachianorum meminit etiam Philaſtrius. Sed ab alio qvàm ab hoc Interprete nominatos exiſtimo. Eſt illud verò obſervatione non indignum, qvod ad circuncisionem attinet, ſolis illam Judæis veterum Impp. legibus fuiſſe permiſſam, cæteris interdictam, etiam Samaritanis. Qva de re inſignis eſt Origenis locus, libro II. contra Celſum pag. 69. Ἀλλὰ φήσει τις, ὅτι καὶ Σαμαρεῖς διὰ τὴν ἑαυτῶν θεοσέβειαν διώκονται. πρὸς ὃν τοιαῦτα ἐροῦμεν· οἱ Σικάριοι διὰ τὴν περιτομὴν, ὡς ἀκρωτηριάζοντες, παρὰ τοὺς καθεστῶτας νόμους, καὶ τὰ Ἰουδαίοις συγκεχωρημένα μόνοις, ἀναιροῦνται. *Dicat aliqvis? Etiam Samaritani ob religionem ſuam perſecutionem ſuſtinent. Cui ita reſpondemus: Sicarii propter circuncisionem, tanqvam mutilantes contra leges, ac licentiam ſolis Judæis conceſſam, pœna mortis afficiuntur.* Proinde Samaritani tanqvam ſicarii ſupplicio ſubjecti, ut & marium exſectores. Modeſtinus IC. *Circumcidere Judæis filios ſuos tantùm reſcripto Divi Pii permittitur: in non ejusdem religionis qvi hoc fecerit, caſtrantis pœna irrogatur.* Qvòd caſtrare ne medicis qvidem fas eſſet, declarat Juſtinus Martyr Apol. II. exemplo Chriſtiani: qvi

ut ſparſam à Gentilibus adverſus Chriſtianos promiſcui concubitus invidiam refelleret, libellum obtulit Felici Ægypti Præfecto, qvo exſecandi ſui poteſtas fieret: Αὐδὼ γὰρ τῆς τοῦ ἡγεμόνος ἐπιτροπῆς τοῦτο πράττειν ἀπειρῆσθαι οἱ ἐκεῖ ἰατροὶ ἔλεγον. Qvin & Judæi aliqvando vetiti mutilare genitalia. Spart. Adriano: *Moverunt ea tempeſtate & Judæi bellum, qvòd vetabantur mutilare genitalia.* *Romanorum Imperatorum epocha.*

Τὸ δ᾽ ἔτι τούτων χαλεπώτερον.] Vide Corn. Celſum Lib. VII. Cap. XXV. Libro I. Maccab. Cap. I. Menelaus, & Tobias adduxerunt ſibi præputia. Qvod Hieron. in Cap. LII. Iſaiæ fieri poſſe non credidit.

Καὶ κολλητικοῖς περιοδευθέντες.] For. περιδεθέντες. Qvanqvam tolerari altera poteſt. De emplaſtris loqvitur, qvibus ea pars glutinatur. Vide Celſum.

N.XVII. Μετὰ τοῦτον δὲ κατὰ πόδας.] Imò ante ipſum extitit Theodotio, non Ponticus, ſed Epheſius: uti ab Athanaſio vocatur, & qvod caput eſt, ab Irenæo Lib. III. Cap. XXIV.

Ἅτινα εἰς ὕστερον ἐν τοῖς φωνῶν.] Origenes LXX Seniorum *editioni Theodotionis translationem miſcuit, aſteriſco, & obelo opus omne diſtinguens, dum aut illuceſcere facit, qvæ minus antea fuerant; aut ſuperflua qvæqve jugulat & confodit.* Hæc Hieron. Præfat. in Pentat. Vide & Ep. LXXXIX ad Auguſt.

Μετὰ Ἀντωνῖνον τὸν Πίον.] Hunc Severum pro Vero appellatum ab Epiphanio ſuprà vidimus. Hinc Pag. 172. M. Αὐρήλιος Σευὴρ dicitur: Hoc eſt Σευῆρος, ut opinor. Qvanqvam ſæpe Οὐῆρος rectè ab Epiphanio nominatur. Huic præter XIX annos, menſem I Euſebius aſſignat: Eutropius & Victor annos XVIII. Natus eſt Anni Vero II & Augure Coſſ. V. Kal. Mart. ut ait Capitolinus. Annus is eſt Chriſti CXXI. Vixit annos LVIII, Menſes X, dies XX, ut ait Xiphilinus. Mortuus eſt enim XVI. Kal. Apr. eodem Authore, Præſente & Gordiano Coſſ. anno Dionyſiano CLXXX. Imperavit igitur annos ſolidos XIX, & dies præterea XI. *XVII. M. Aurelius.*

Μετὰ τοῦτον Κόμμοδος ἄλλος.] Ἄλλος dixit, ut à priori diſcerneret, qvi M. Aurelii collega fuit; ſub qvo Theodotionis editionem produiſſe perperam exiſtimat. Xiphilinus Commodo dat annos XII, Menſes IX, dies XIV. Victor & Eutropius Annos XII, Menſes VIII. Occiſus eſt Prid. Kal. Jan. Commodo VII, & Pertinace Coſſ anno Dionyſiano CXCII. Imperavit igitur annos XII, menſes VIII, dies XIV. *XVIII. Commodus.*

Κόμμοδον τοῦτον διαδέχεται.] Falſum eſt menſes imperaſſe VI. Neqve enim tertium implevit. Eutropius dies LXXX, Dio LXXXVII: duobus minus Victor attribuit. *XIX Pertinax.*

Τοῦτον διαδέχεται Σευῆρος ἄλλος.] Julianum præteriit. Cur autem Σευῆρον ἄλλον vocet, cauſſam expoſuimus. Dio imperii tempus annis XVII, menſibus VIII, diebus III definit. At Epiphanius hoc tempus cum Antonino Caracalla filio communicat. In qvo fugit eum ratio. Nam Caracalla Saturnino & Gallo Coſſ. Auguſtus à Patre renunciatus eſt, anno Severi circiter VI. Mortuus eſt Severus Gentiano & Baſſo Coſſ. Chriſti CCXI. *XX. Julianus.* *XXI Severus.*

Τελευτήσαντος δὲ Σευήρου.] Severus duos habuit filios; Antoninum Caracallam, & Getam. Horum priorem cum patre XVIII annos ex- *XXII. Antoninus Caracalla.*

Romanorum Imperatorum epocha. plesse credit Epiphanius: alterum ambobus successisse. Qvod est falsissimum. Nam neqve Geta Caracallæ nomen habuit, & altero anno post Patris obitum à fratre necatus est. Caracalla verò, Dione teste, imperavit annos VI, menses II, cum diebus V. Obiit Præsente & Extricato Coss. anno Dionysiano CCXVII.

Ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ αὐτοῦ.] Vide Eusebium Lib. VI. Athanasij Interpres πίθοις proprium oppidi nomen esse credidit.

XXIII. Macrinus. Τὸν δὲ Καράκαλλον διαδέχεται.] Macrinum, qvem in Ancorato posuerat, hîc omisit. Qvi post Caracallam imperavit annum I, menses ferè II. Hunc *XXIV. Alagabalus.* Pseudoantoninus Alagabalus excepit. Cui annos IV tribuit Eusebius. Eutropius annos II, menses VIII. Victor in Cæsaribus menses XXX. In Epitome totidem, qvot Eutropius. Sed & Lampridius prope triennio illum imperasse scribit. Omnium largissimè Herodianus VI annos assignat.

XXV. Alexander Mamææ F. Μετὰ τοῦτον ἐβασίλευσεν Ἀλέξανδρος.] Occisus est VI. Id. Mart. à militibus Alagabalus, ipso IV, & Alexandro Cæsare Coss. Nec de anno dubitari potest. Est enim insigni charactere nobilis. Nempe qvod anno primo Alexandri, ut testatur Hippolytus in Canone Paschali, decima qvarta Paschalis contigit Eid. Apr. Sabbato. Proinde Cyclo Solis VII, Lunæ XIV, anno Christi Dionysiano CCXXII, Lit. Dom. F. Onufrius hunc annum Christi facit CCXXIII. propter anticipatam uno anno Dionysianam epocham. Cæteri CCXXIV. Qvorum metachronismus ex hoc charactere deprehensus castigationem meretur. Imperavit Alexander annos XIII, dies IX, ait Lampridius: adstipulatur & Eutropius; nec non Victor. Unus Herodianus annos XIV assignat; qvod scilicet XIV jam numerari cœptus esset. Obiit igitur anno Christi CCXXXV. Severo & Qvintiano Coss.

Ἐν Νικοπόλει τῇ πρὸς Ἀκτίῳ.] Perperam apud Athan. τῇ πρὸς ἀρκτίοις. Unde Interpres *Nicopoli Septentrionali*. Leg. τῇ πρὸς Ἀκτίῳ vel Ἀκτίῳ.

XXVI. Maximinus. Μετὰ τοῦτον βασιλεύει.] Maximinus triennium cum diebus aliqvot imperavit, ut refert Eutropius. Qvare moritur anno Christi CCXXXVIII. De annis tribus consentiunt & alii, ut Victor. At Onufrius in Chronico annos dat tantùm duos cum aliqvot mensibus, & diebus: & occisum facit Coss. Perpetuo & Corneliano, cui annum adscribit Urbis DCCCCXC, Christi CCXXXVIII, qvi revera est CCXXXVII. In Fastis verò anno Urbis DCCCCXCI. Maximinum interfectum esse narrat, qvi est annus æræ Dionysianæ revera CCXXXVIII, Ulpio & Pontiano Coss. Qvo anno librum suum Censorinus elucubravit; ut ex ejusdem illo loco constat, qvi afferri vulgò solet, estqve Chronologiæ munimentum, & ἔλεγχος τῆς διασφαλμένης τῶν χρόνων.

XXVII. Gordianus. Τοῦτον διαδέχεται Γορδιανός.] Prætermisit Gordianos, & Maximum, ac Balbinum, qvi vivo adhuc Maximino creati fuerant. Gordianus autem Junior annos ferè VI imperium tenuit.

XXIIX. Philippus. Μετὰ τοῦτον βασιλεύει Φίλιππος.] Eutropius annos dat V. totidemqve Victor; Epiphanius Eusebium secutus est. Vide Baronianos Annales. Onufrius annos V cum mensibus aliqvot tribuit. Insignitum fuit Philipporum imperium Sæcularibus ludis, qvi expleto jam millenario Urbis anno celebrati sunt, hoc est MI ab Urbe condita, Philippo III, & Philippo filio

II Coss. non Æmiliano, & Aqvilino Coss. ut scribit Cassiod. Annus ille est Christi CCXLIIX; non CCXLIX; ut est in Annalibus. Ubi dupliciter peccatur. Primò qvod millesimo ipso labente Sæculares ludi commissi referantur; Philippo Patre II, & filio I Coss. cùm millesimo iam expleto, hoc est M I ineunte peracti sint; Philippo patre III, & filio II Coss. uti veteres nummi fidem faciunt, qvos Onufrius, ipsiqve adeo, qvod mirum est, Annales repræsentant. Deinde qvòd illum ipsum urbis millesimum cum anno Christi CCXLIX concurrere putant. Etenim si de annis Christi Dionysianis sermo sit, ut est revera; usitato illo biennii metachronismo rationes conturbant. Qvippe annus Urbis millesimus, ex Varroniana computatione, qvam Annales seqvuntur, convenit cum anno Christi Dionysiano CCXLVII. Qvod ex iis, qvæ sparsim in his Animadversionibus adnotata sunt, manifestò constat: atqve inter alia ex egregio illo Censorini loco Pag. 47. Ubi annum illum, qvo Ulpius & Pontanus Coss. exstiterunt, qvo ab Olympiade prima millesimus & qvartusdecimus ex diebus æstivis inchoatus est, fuisse scribit ab Urbe Conditâ nongentesimum nonagesimum primum ex Parilibus; Iulianum verò CCLXXXIII. Non potestis alius annus esse, qvàm CCXXXVIII Dionysianus, Cyclo Lunæ XI. Solis XXIII. ut ex Olympiadum, Iulianorum, Nabonassareorum, ac cæterorum annorum comparatione colligitur. Igitur cum annus Urbis DCCCCXCI. Cyclum habeat Lunæ XI. primus Urbis annus Varronianus, qvem Censorinus amplectitur, in Cyclum Lunæ IX. incidit, Solis XIII. Proinde millesimus ab Urbe Condita Cyclos exigit; Lunæ qvidem I. Solis IV: qvi anno Christi CCXLVII competunt. Ergo is est ex Varronis sententia ab Urbe Conditâ millesimus. Annus enim CCXLIX. Cyclos obtinet Lunæ III. Solis VI. His ita constitutis; qvi annos Philippis attribuunt V. cum illorum initium consignetur Consulatu Peregrini & Æmiliani, qvi est annus Christi Dionysianus CCXLIV. mortem eorundem attribuunt Coss. Æmiliano & Aqvilino. qvi est Urbis MII; Christi CCXLIX. Ita Onufrius: qvi hunc ipsum numerat Christi CCL, propter institutam Christi annorum anticipationem, de qva sæpe diximus. At qvibus septem annis placuit imperasse Philippos: ii mortuos illos putant Deciis ambobus Coss. ut est apud Cassiodorum; qvi Decium filium appellat Etruscum. Estqve is annus Urbis MIV, ut Orosius prodidit; Christi Dionysianus CCLI. At vetus Inscriptio, qvæ anno Christi CCLIII Philippos occisos asserit, qvæqve in Annalibus refertur, sine dubio vana ac supposititia est, ideoqve meritò ab Onufrio prætermissa; si modò eam vidit. Neqve enim adeo vetusta est computandorum annorum ratio, qvæ à Christi Natali deducitur. Ut omittam ab Dionysianâ methodo biennio solido Inscriptionem illam abhorrere.

Romanorum Imperatorum epocha.

Τοῦτον διεδέξατο Δέκιος.] Eutropius Decio integros annos duos imputat: ut & Victor in Cæsaribus. At in Epitome menses XXX imperasse dicit. Cassiodorus biennium & menses IV. Epiphanius Eusebij Chronicon secutus annum I, Menses III. XXIX. *Decius.*

Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις Δεκίου.] Gallo imperante moritur Origenes, annum agens LXIX; author Eusebius Lib. VII. Cap. I. Hieron. in Catal. Qvare

Romanorum Imperatorum epocha. qvod hunc ait Epiphanius floruisse à Decii tempore ad Gallum & Volusianum, nimiùm angustum est spatium. Siqvidem isti non plus biennio, ac mensibus IV imperarunt. Ideo pro Decio *Severum* dicere oportuit. Nam sub hoc Imperatore celebris est habitus Origenes. Vide Euseb. Lib. VIII. Cap. III. Sed qvod ultra Galli & Volusiani imperium superstitem Origenem fuisse scribit Epiphanius; reclamat Eusebius, qvi Gallo Imper. ex hac vitâ migrasse disertè testatur. De qva re ad Hæres. LXIV. diximus.

Φαβιανὸς δὲ ἐπὶ Ῥώμης.] De Fabiano & Alexandro vide Eusebium Lib. VI. Cap. XXII.

Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Ὠριγένης.] Multa pro Christi nomine diversis temporibus passus est Origenes. Primum sub Severo; cùm sæpius ad necem qvæsitus ægrè latuit. De qvo Euseb. Lib. VI. Cap. III. Tum sub Alexandro: ac deinde sub Decio. Qvâ in persecutione lapsum illius accidisse meritò conjicimus. Tunc enim multo qvàm aliàs unqvam atrociora, ac vehementiora perpessus est. De qvibus Euseb. Cap. λθʹ. Et nos ad Origenianorum Hæresin qvædam attigimus.

N.XIX. *Ἑτέρων δὲ τῆς πέμπτης, καὶ ἕκτης*] Qvænam fuerint Origenis Tetrapla, Hexapla, & Octapla, nemo accuratiùs Epiphanio tradidit. Qvare ex ejus fonte omnes hauserunt, qvi illorum voluminum rationem explicarunt: & tamen pleriqve in tam aperto Epiphanii loco multum hallucinati sunt. Omnium verò maximè Marianus Victorius, qvi Hieronymum recensuit. Qvi in Scholiis ad Lib. II. Apol. in Ruff. Num. 63. credit Origenis *ἑξαπλᾶ* ex Græcis editionibus VI fuisse contexta: nimirum LXX Seniorum, Aqvilæ, Symmachi, Theodotionis, Qvintâ & Sextâ: & Erasmum aliter sentientem redarguit, ex Epiphanii, ut asserit, authoritate. Qvod valdè miror. Neqve enim cujusmodi editiones illæ fuerint Epiphanius obscurè significat, cùm hîc, tùm in Origen. Hæresi, qvæ est LXIV, Num. III. sed hîc potissimùm. Qvo ex loco singularum editionum ordinem in triplici codicum genere seqventi Diagrammate proposuimus.

TETRAPLA ORIGENIS.

Aqvila	Symmachus	Septuaginta	Theodotio

HEXAPLA.

Hebraica propriis elementis concepta.	Hebraica Græcis literis conscripta.	Aqvila	Symmachus	Septuaginta	Theodotio

OCTAPLA.

Romanorum Imperatorum epocha.

Hebraica prius literis côcepta.	Hebraica Græcis concepta literis.	Aqvila	Symmachus	Septuaginta	Theodotio	V. Editio.	VI. Editio.

Hinc illorum error insuper arguitur; qvi in Tetraplis primam columnam LXX Senioribus attribuunt, qvos tertium in locum conjectos Epiphanius tam disertè memorat. At Eusebius Lib. VI. Cap. ιϛ; in Psalmorum Hexaplis, post insignes ac tritas Editiones qvatuor, inqvit, *ὐ μόνον πεμπτην, ἀλλὰ καὶ ἕκτην, καὶ ἑβδόμην παραθεὶς ἑρμηνείαν ἐπὶ μιᾶς αὖθις σεσημείωται, ὡς ἐν Ἱεριχοῖ εὑρημένης ἐν πίθῳ κατὰ τοὺς χρόνους Ἀντωνίνου τοῦ υἱοῦ Σεβήρου.* Ita septem in Hexaplis Editiones fuerint: ut non Hexapla essent, sed Heptapla. Qvænam verò *ἑβδόμη* illa fuit? Græcane, an Hebraica? Græca in Octaplis nulla præter sex fuit. Si Hebraicam intelligit, non *ἑβδόμην* modo; sed *ὀγδόην* etiam in Octaplis adjecit Origenes: nempe eandem Hebraicam Græcis literis exaratam, In Hexaplis verò non sex Græcas, sed qvatuor duntaxat exhibuit. Qvare mirus est Eusebii locus: &, nisi fallor, mendosus. Expungenda igitur hæc arbitror, *καὶ ἑβδόμην.* Tametsi apud Nicephorum etiam in Græco Codice MS. Bibliothecæ Viennensis ex Eusebio translata reperio. Qvinetiam vitiosa illa esse crediderim: *ἐπὶ μιᾶς αὖθις.* Pro qvibus rescribo *ἐπὶ μιᾶς πέμπτης.* Qvinta enim Editio Jerichunte in dolio est inventa: cui soli titulus erat ille præfixus. Illud porrò consideratione dignum est, qvod ab Eusebio post illa verba subtexitur. *ταύτας δ' αὐτὰς ἐπὶ ταυτὸν συναγαγὼν ἁπάσας, διελών τε πρὸς κῶλον, καὶ ἀντιπαραθεὶς ἀλλήλαις μετὰ καὶ αὐτῆς τῆς Ἑβραίων σημειώσεως, τὰ τῶν λεγομένων ἡμῖν ἑξαπλῶν ἀντίγραφα καταλέλοιπεν. Has omnes Editiones* (qvas septem enumeraverat) *in unum omnes conjiciens, & per columnas dividens, ac sibi invicem opponens, cum Hebraica ipsa significatione, Hexaplorum nobis exemplaria reliqvit.* Qvibus ex verbis conjicere licet, *ἑβδόμην* illam, si modo integra lectio est, Hebraicam esse suis literis conscriptam, ad qvam *ἡ σημείωσις*, hoc est eadem Hebraica Græcis expressa literis accesserit. Atqvi Octapla jam erant; non Hexapla. An Octaplis ipsis Hexaplorum nomen inditum est, qvatenus sex Græcis Editionibus constabant? Sanè hoc ipsum docere præter Eusebium videtur Epiphanius Hæres. LXIV. Origenianorum, N. III. Nam Hexapla dicit præter Græcas Editiones sex, Hebraicas habuisse duas. *ὥστε εἶναι τὴν πᾶσαν παλαιὰν διαθήκην δι' ἑξαπλῶν καλουμένων, καὶ διὰ τῶν δύο Ἑβραϊκῶν ῥημάτων.* Lege attentius hunc locum. Nam Hexaplorum appellationem Octaplis etiam ipsis accommodare videtur; & qvidem in toto vetere Testamento, qvod de Psalterio solo testatur Eusebius.

N. XX. Μετὰ Γάλλον καὶ Οὐολουσιανόν.] Biennium cæteri ferè illis attribuunt; Eutropius, Victor, &c. Eusebius menses præterea IV. in Chron. In historiâ verò ne integrum qvidem biennium. At in Annal. A. CCLVI. N. XXXV. qvatuor imputantur anni, ex antiqvis numis: in qvibus Tribun. Pot. IV. Trebon. Gallus legitur. Qvæ Tribunitia potestas toties multiplicari sole-

XXX. Gallus & Volusianus.

Romanorum Imperatorum epocha. bat, qvot ad Imperium acceſſerant anni; ut teſtatur Dio. Sed ſi Gallo, ac Voluſiano prætereâ biennium arrogandum eſt, commune hoc iſtis eſſe cum Valeriano & Gallieno debet: qvod mirum eſt ab Hiſtoricis eſſe diſſimulatum. Nec illud neſcio, qvàm fallax plerumqve conjectura illa ſit, qvæ de Impp. annis ex Tribunitiæ poteſtatis numero capitur, qvi in marmoribus aut numis exhibentur: ut in Tacito paulò pôſt, & Caro monſtrabitur. Extinctus eſt Decius anno Chriſti CCLII. ex qvo Galli ac Voluſiani initium conſurgit.

XXXI. *Valerianus.* Ἐβασίλευσεν Οὐαλεριανός.] Qvindecim annos Euſebius in Chronico, & in Hiſtoria tribuit: in qvo cæteros fermè ſuffragatores habet. Nam
XXXII. *Galienus.* Valeriano VI aut VII; Galieno ſoli VIII, vel IX concedunt. Initium Valeriani & Galieni convenit anno Chriſti CCLIV: exitus, anno CCLXVIII. Nam XV annum Galienus attigit. Tribus annis minus dicit Epiphanius.

Ἐν τῷ ἐνάτῳ ὄν ἔτει τούτου.] Manichæi graſſationem variis annis conſignant veteres Chronologi. Noſter hîc qvidem Galieni nono collationem illam Archelai cum Manete contigiſſe ſcribit. At in Manichæorum Hæreſi, anno Aureliani ferè IV. Vulgò Coſſ. Probo ac Paulino: ut ibidem latius diſſeruimus.

XXXIII. *Claudius.* Μετὰ Οὐαλεριανὸν καὶ Γαλλιῆνον.] Hæc ex Euſebio. Pleriqve annos duos: qvos abſolutos fuiſſe, ita ut tertium inierit, demonſtrat Baronius. Nec multum repugnem. Cœpit Claudius anno Chriſti CCLXVIII; circa IX. Kal. Apr. ut indicat Trebellius. Deſiit anno CCLXX.

XXXIV. *Aurelianus.* Τοῦτον διαδέχεται Αὐρηλιανός.] Conſentiunt in hunc annorum numerum præter Euſebium Eutropius, Victor, Caſſiodorus, &c. Solus Annalium conditor annos VII attribuit; qvod in numo vetere ſepties Trib. pot. affingitur. Sed nihilominus communis ſententiæ nondum me pœnitet. Cœperit Aurelianus anno CCLXX, Februario menſe, hoc eſt X. Kal. Mart. ut ex Vopiſco refert Onufrius; periit anno CCLXXV ſub idem ferè tempus. Nam poſt ejus obitum interregnum fuit ſex menſium, authore Vopiſco, ac Victore, ad VII Kal. Oct. qvo tempore ſubrogatus eſt à Senatu Tacitus. Ita ſextum imperii annum leviter attigit. Veteres Inſcriptiones non amplius qvàm V. Tribun. Pot. referunt.

XXXV. *Tacitus.* Μετὰ τοῦτον ἐβασίλευσε Τάκιτος.] Sex illos menſes iniit ex A. D. VII. Kal. Oct. anni CCLXXV, perduxitqve ad Aprilem anni CCLXXVI. Atqvi in Inſcriptionibus Gruteri Pag. CCLXXVII. extat una, qvæ Tacito Trib. Pot. II. arrogat. Non igitur ex Trib. Pot. numero Imperii tempus æſtimandum. Et *De Tribunitia poteſtate nova obſervatio.* apparet; niſi Tribunitiam poteſtatem ante imperium nactus ſit Tacitus, hanc illi geminatam eſſe ineunte Juliano anno, ac nono Conſulatu; adeo ut prior Tribunitia poteſtas tres duntaxat menſes occuparit. Qvod utrum in aliis factitatum, affirmare nondum audeo. Sanè poteſtatis iſtius repetitio non perpetuò vertentibus Imperii annis reſpondere videtur. Qvod eſt animadverſione dignum. Vide infra in Caro Imper.

XXXVI. *Probus.* Μετὰ τοῦτον ἐβασίλευσε Πρόβος.] Probi Imper. anni paulo accuratius expendendi ſunt. In jis enim Chronologiæ Chriſtianæ velut cardo qvidam vertitur; atqve eò demum perducta in Annalium libris annorum ſeries ab er-

Romanorum Imperatorum epocha.

tore in viam longo intervallo reducitur. Intellectum est hactenus ex iis præsertim, qvæ de Natali Christi anno ad Hær. LI. proposuimus; complures Annalium conditores in Christi annis cum Romana, vel Græca historia comparandis biennio lapsos esse; alios uno duntaxat anno. Qvod iccirco illis accidit, qvia Christianam æram, qvæ in annum IV. Olymp. CXCIV, Urbis verò DCCLIII, ex Varronianâ putatione convenit, ad annum Olympiadis illius secundum, vel tertium; Urbis DCCLI, vel DCCLII tetrahendam putarunt. Hinc unius, vel duorum annorum metachronismus imprudentibus illis incidit; qvod è cœlestium observationum, ac Cyclorum methodo nullo negotio deprehenditur. Sed qvoniam doctrinam istam partim ignorant; partim etiam contemnunt aliqvi; & opportunissimam vel errori, vel inscitiæ latebram præbent Consulares illorum temporum Fasti, qvi magnopere incerti depravatiqve sunt, atqve à se mutuo dissentiunt, non prius agnitus est error, qvàm ad insignem aliqvam, & illustrem epocham perventum est, qvæ certum ac definitum intervallum clauderet. Ejusmodi est Diocletiani primordium, qvod anno æræ Dionysianæ CCLXXXIV congruit. Tum Valentiniani; qvem anno bisextili, hoc est CCCLXIV, iniisse constat. Cùm igitur ab initio illo, qvod sibi isti præfixerant, nimirum ab anno II Olymp. CXCIV, Cyclo Lunæ XVIII, Solis VII, ad initium Diocletiani, cui Cyclus Lunæ XIX, Solis XIII competit, interjecti esse debeant anni CCLXXXVI, vel uno pauciores, ab anno III Olymp. ejusdem, Cyclo Lunæ XIX, Solis VIII; ut cum Dionysiana æra Chronologiam suam conciliare possent, utiqve Diocletiani primus in annum æræ suæ Christianæ CCLXXXIV caderet; unum aut alterum annum, totidemqve Consulatuum paria sustulerunt; qvod, ut diximus, in illa fæce Romani imperii impune propter Annalium perturbationem facere licuit. Atqve hanc annorum jacturam labemqve Probus Imperator facilè sustinuit; de cujus imperii tempore nonnulla est inter primarios authores dissensio. Nam Vopiscus annos illi V duntaxat attribuit. Cæteri VI aut VII; hoc est annos solidos VI, & menses IV. Ita Eutropius, Victor, Eusebius, & ex Eusebio noster: Julianus in Cæsaribus, Cassiodorus, alii fermè omnes, præter unum Vopiscum. Qvamobrem qvi suos Annales uno anno vel biennio hactenus anteverterant, detractis totidem ex imperio Probi, cum Dionysianâ ærâ deinceps paria fecerunt. Augustus Imperator obiit duobus Sextis Coss. ut author est Svetonius, & Dio. Horum verò Consulatus, ut & mors Augusti, congruit anno Juliano LIX, Dionysianæ æræ XIV; qvod Solis eclipsis indicat, qvæ sub ejus mortem accidit. Post hunc Consulatum ducentesimus ac septuagesimus esse debet Consulatus Carini II & Numeriani II, qvibus Coss. Diocletianus ad imperium evectus est. Totidem enim anni sunt à XIV Dionysiano ad CCLXXXIV. Apud Onufrium verò ducentesimus sexagesimus duntaxat nonus est: In magnis Annalibus ducentesimus sexagesimus octavus. Ergo in istis, Consulum paria duo: in illis, unum desideratur. Similiter annus primus Alexandri Mammææ filii, ut ex Hippolyti Canone supra vidimus, iniit anno Christi CCXXII: à qvo sexagesimus secundus annus est Christi CCLXXXIV: proinde LXII Consulum paria numerari debent.

Romanorum Imperatorum epocha.

Verùm in Onufrianis Fastis nonnisi LXI; in aliis LX ponuntur. Qvare hîc duo Coss. paria, illic unum est expunctum. Hoc ut certissimè constat; ita qvinam maximè Coss. præteriti sint, in tantâ Fastorum discrepantiâ designare difficile est. Periclitandi tamen caussa aliqvot Coss. seriem ex diversis Fastis excerpemus. Qvorum initium ab iis Coss. ducemus, qvibus, occiso Gallieno successit Claudius, ut Onufrio videtur; nempe Ovinio Paterno II, & Mariniano Coss. In primâ & qvartâ columellâ Onufrianos, & Baronianos Coss. in mediis ambabus ex Cassiodoro, & Siculis Fastis exscriptos subjiciemus.

LATERCULUM CONSULATUUM
ALIQVOT EX VARIIS FASTIS EXCERPTUM.

Anni Urbis.	Anni Christi	Ex Onufrio. Coss.	Ex Cassiodoro. Coss.	Ex Fastis Siculis. Coss.	Anni Christi	Ex Baronianis Annalibus. Coss.
1021	269	Paternus II, Marinianus.	Paternus II, Marianus.	Paternus, Marianus.	269	Paternus II, Marianus.
1022	270	Claudius II, Paternus.	Claudius, Paternus. •	Claudius, Paternus III.	270	Claudius II. Paternus.
1023	271	Antiochianus, Orphitus.	Antiochianus, Orphitus.	Antiochianus, Orphitus.	271	Antiochianus, Orfitus.
1024	272	Aurelianus, Bassus.	Valerianus, Bassus.	Aurelianus, Bassus.	272	Aurelianus, Bassus.
1025	273	Qvietus, Valdumianus.	Qvietus, Valdumianus.	Qvietus, Bradumianus.	273	Qvietus, Valdumianus.
1026	274	Tacitus, Placidianus.	Tacitus, Placidianus.	Tacitus, Placidianus.	274	Tacitus, Placidianius.
1027	275	Aurelianus II, Capitolinus.	Aurelianus Capitolinus.	Qvietus II, Budumianus.	275	Aurelianus II, Capitolinus.
1028	276	Aurelianus III, Marcellinus.	Aurelianus II, Marcellus.	Aurelianus II, Capitolinus.	276	Aurelianus III, Marcellinus.
1029	277	Tacitus II, Æmilianus.	Probus, Paulinus.	Aurelianus III, Marcellus.	277	Probus, Paulinus.
1030	278	Probus II, Lupus.	Probus II, Paternus II.	Tacitus II, Æmilianus.	278	Paternus, Probus II.
1031	279	Probus III, Paternus.	Probus III, Paternus III.	Probus, Paulinus.	279	Tacitus, Æmilianus.
1032	280	Messala, Gratus.	Messala, Gratus.	Probus II, Lupus.	280	Messala, Gratus.
1033	281	Probus IV, Tiberianus.	Probus IV. Tiberianus.	Probus III, Paternus.	281	Probus IV, Tiberianus.

Anni Urbis	Anni Christi	Ex Onufrio. Coss.	Ex Cassiodoro. Coss.	Ex Fastis Siculis. Coss.	Anni Christi	Ex Baronianis Annalibus. Coss.
1034	282	Probus V, Victorinus.	Probus V. Victorinus.	Messala, Gratus.	282	Probus V, Victorinus.
1035	283	Carus II, Carinus.	Carus, Carinus.	Probus IV, Tiberianus.	283	Carus, Carinus.
1036	284	Carinus II, Numerianus.	Carinus II, Numerianus.	Probus V, Victorinus.	284	Carus II, Numerianus.
1037	285	Diocletianus II, Aristobulus.	Diocletianus, Aristobulus.	Carus, Carinus.	285	Diocletianus II, Aristobulus.
1038	286	Maximus II, Aqvilinus.	Maximus, Aqvilinus.	Diocletianus, Bassus.	286	Maximus, Aqvilinus.

Romanorum Imperatorum epocha.

Ad eos Coss. qvi adscripti sunt anni Christi, in Onufrianis, & Baronianis Annalibus iidem omninò sunt. Atqvi Onufrii Fasti uno anno & Baronianis sunt tardiores. Ita qvidem hactenus, ad annum usqve Christi CCLII, qvo Coss. in Fastis Onufrianis fuere Decii ambo, qvi apud Baron. incidunt in annum CCLIII. Sed Consulatum unum eximit Onufrius. Nam anno CCLIV. apud Baron. Coss. sunt Decius III, Gratus II; qvos omittens Onufrius biennio primum à Baronianis dissidet: tum Consulatus duos inculcat, qvos Baronius præterit: nimirum anno CCLX, Æmilianum & Bassum: & CCLXI, Sæcularem & Donatum. Ita anno CCLXII, ac deinceps, iidem utrobiqve sunt Coss. nec à se amplius dissident: sed ab epocha Dionysiana pariter biennio recedunt, donec ad Probum perventum est: ubi Coss. duobus exemptus paribus cum æra communi consentiunt. Atqve Onufrius qvidem Probum & Paulinum Coss. suffectos credidit: Baronius Probum & Lupum. Utrosqve verò partim Siculi, partim Cassiodorus exhibent. Alterum par videtur esse Probi Imper. & Scorpiani: qvem Consulatum ab cæteris pleriqve distingvunt. Sed ubinam inferciendus sit, nimis anxiè hoc loco disqvirendum non censeo. Hoc unum admonebo, neqvaqvam probari mihi, qvòd in Annalibus qvibusdam, Taciti II. & Æmiliani Consulatum post duos Probi Imperatoris collocari video. Rectius, opinor, in Fastis Siculis, & Onufrianis Probi Consulatus omnes antecedit. Neqve enim credibile est, bis ante Tacitum Imper. Consulatum gessisse Probum; qvi à Tacito primum, ut apparet, Consulatum obtinuit; qvemadmodum Tacitus ipsemet apud Vopiscum in qvadam ad Probum Epistola significat: qvam ita concludit: *Te enim manet pro virtutibus tuis Capitolina palmata.* Ex qvo minimè antea Probus videtur Consulatum adeptus. Qvocirca post Tacitum & Æmilianum, subjiciendi sunt Probus, Paulinus, ac deinceps cæteri. Conjecturam nostram adjuvat Leonis ille locus, qvem ad Manich. hæresin attulimus: ubi Probum Aug. & Paulinum Coss. nominat. Redeo jam ad Probi Imperatoris initium. Qvem cum annum inchoasse septimum major pars veterum Scriptorum existimet, nos cœpisse illum arbitramur anno Christi CCLXXVI, Tacito & Æmiliano Coss. mense circiter Aprili, post Taciti mortem, qvi iis Coss. obiit; cum sex mensibus im-

Romanorum Imperatorum epocha. peraſſet. Obiit verò Probus inchoato jam ſeptimo, Chriſti anno CCLXXXII. Primus ejus Conſulatus, ſi qvinqve ſolos geſſit, convenit anno CCLXXVII, qvo Paulinum collegam habuit. Sin VI Conſul fuit, ut aliis viſum eſt, primus ordinarius non fuerit; ſed ſuffectus eodem ipſo anno, qvo Tacitus geſſit; in qvo fortean Scorpianum collegam nactus eſt; qvi eodem ipſo anno Conſul extitit. Nam Vopiſcus in Probo ſcribit, *Ælium Scorpianum Coſ. de Probi Imper. literis ad Senatum retuliſſe.* Sed ex eodem iſto Vopiſci loco gravis ac perdifficilis oritur qvæſtio. Etenim Probus militaribus ſuffragiis imperium adeptus literas ad Senatum dedit; qvarum hoc eſt exordium: *Rectè, atqve ordine, P. C. proximo ſuperiore anno factum eſt, ut veſtra clementia orbi terrarum principem daret*, &c. Tum SC. ſubjicitur: *Die III nonas Februarias in æde Concordiæ, inter cætera, Ælius Scorpianus Coſ. dixit: Audiſtis P. C. literas Aurelii Valerii Probi: de his qvid videtur?* Acta hæc oportet eſſe proximo anno ab eo, qvo Tacitus à Senatu Imperator eſt factus: qvod hæc verba demonſtrant; *proximo ſuperiore anno factum eſt.* Porrò Tacitus VII Kal. Oct. Imperator à Senatu renunciatus eſt, ut idem Vopiſcus refert. Imperavit VI menſes, ſive, ut ait Victor, dies CC, qvi ex a. d. VII Kal. Oct. putati deſinunt in Prid. Id. Apr. ſive Aprilis XII. Atqvi non ſtatim poſt Taciti mortem ſcriptæ ſunt à Probo literæ; ſed poſt necem Floriani, ut eadem Epiſtola declarat. Florianus verò menſes duos, ut ait Vopiſcus; ſive LX dies, ut author eſt Victor, imperium tenuit, nempe ad III Id. Julias. Adjice nunc dies aliqvot, qvi à Floriani obitu ad illum diem elapſi ſunt, qvo acceptis literis SC. eſt factum. Qvomodo III nonas Febr. lectæ in Senatu Probi literæ dicuntur? Miror diligentes homines, qvi hiſtoriam illam Commentariis ſuis illuſtrarunt, tam inſignem locum prætermiſiſſe. Mendum igitur eſt apud Vopiſcum; qvod is ſuſtulerit, qvi pro *Februarias*, *Auguſtas* ſubſtituerit. Neqve enim veriſimile eſt, poſt VII ferè menſes, qvàm à militibus electus eſt, imperium Probo ab Senatu eſſe confirmatum, anno CCLXXVII. Qvia non longè poſt militare ſuffragium Senatus authoritas acceſſit: qvod iis verbis Vopiſcus ſignificat. *Ita ei ſine ulla moleſtia totius orbis Imperium & militum, & Senatus judicio delatum eſt.* Tum illud argumento eſt, qvòd haud procul Italia, nempe in Illyrico, ut ait Victor, à militibus eſt creatus. Qvare paucis diebus Senatui hoc ſignificari potuit.

Illuſtratur Vopiſci locus difficillimus, & emendatur.

XXXVII Carus. Μετὰ τοῦτον ἐβασίλευσε Κᾶρος.] Rectè annos duos tribus Imperatoribus & hic, & Euſebius, atqve Oroſius imputant: ab initio videlicet Cari ad initium Diocletiani. Non tamen ſolidi iſti ſunt, ſed aliqvot menſibus ſecundus inchoatur. In Annalibus Eccleſiaſticis Probi Imperat. obitus notatur anno Chriſti CCLXXXIII, Caro & Carino Coſſ. eodemqve anno Carus cum Carino, & Numeriano filiis exorſus eſt. Cari autem exitus confertur in annum Chriſti CCLXXXIV, Carino II & Numeriano II Coſſ. Qvo etiam anno Numeriano cæſo, ſubrogatus eſt à militibus Diocletianus, Palilibus ipſis, ut ex Panegyrico probatur. Verùm ex eo ſeqvitur, vix tribus qvatuorve menſibus imperaſſe Carum; qvod cum hiſtoria pugnat. Probus Imperator menſe Julio circiter, ut paulo ante declaratum eſt, imperium iniit; & qvarto menſe ſupra ſextum annum obiit, menſe ferè Novembri; unde exorſus eſt Carus, IV. Non. Novemb. ut

author est Onufrius. Ex a. d. IV. Non. Novembr. anni CCLXXXIII. ad XI. Kal. Maji, sive Palilia anni seqventis, qvo cœpit Diocletianus, menses sunt V, dies fere XX. Totidem Cari, ac Numeriani imperio eximendi sunt. Ita Carus paucissimis mensibus imperarit. Atqvi vel Numerianus ipse post Cari necem aliqvandiu cum Carino fratre imperium tenuit; ut paulo post ostendetur. Necesse est igitur initium Cari statuere anno Christi CCLXXXII. Qvo mortuo, incertum qvo mense, anno qvidem CCLXXXIII, ac fortasse jam inclinante, Numerianus & Carinus aliqvot mensibus imperio præfuerunt. In Vet. Inscript. Tribunitia postea bis Caro tribuitur, apud Gruterum Pag. CCLXXVII, & CCLXXVIII. Nam tres priorem Trib. Pot. indicant. IMP. CÆS. AUG. CARO. PIO. FEL. INVICTO. PONT. MAX. TR. POT. P. P. PROCOS. Alia eidem TRIB. POT. II. arrogat. Qvæ res & Annalium observationi præscribit, & conjecturam nostram affirmat, qva Tribun. Pot. Kal. Jan. repetitam interdum ostendimus. Neqve enim Carus ante imperium illam est adeptus: cum prior Trib. Pot. ut ex lapidibus constat, jam Augusto & Imperatori contigerit. Et tamen vix est ut annum accesserit. Imò, si qva fides Annalibus, paucissimos menses imperavit. Superest alius nodus, qvem implicat, non dissolvit Scaliger, Animadvers. Euseb. ad Annum MMCCXCIX. Etenim Numerianus paulo post parentis necem soceri insidiis occisus perhibetur. *Qvomodo igitur*, inqvit, *constabunt illa, qvæ idem Vopiscus dicit in Carino; memorabile maximè, & Carini, & Numeriani hoc habuisse imperium, qvòd ludos Romanos novis ornatos spectaculis dederint? Qvî potuerunt ambo illos ludos edere; qvum Numerianis Euphratensi provincia pedem post obitum patris non extulerit?* Igitur ab uno tantùm Carino datos illos esse ludos existimat. *Ad hæc Olympius Nemesianus dicat Cynegetica sua Carino, jam patre Caro mortuo, ut ipsemet versibus suis indicat. Vivente autem Numeriano hæc eadem se scripsisse significat.* Hæc Scaliger. Ex qvibus suspicor, Numerianum post Cari mortem aliqvot mensibus superfuisse ad Aprilem anni CCLXXXIV; qvo intervallo imperium cum fratre tenuerit; adeoqve celeberrimi illi ludi utriusqve nomine, absente licet altero, sunt exhibiti. Qvanqvam tametsi paucissimis diebus post Cari necem Numerianus vixisset, utrumqve contingere potuit: ut & ludi in illos ipsos dies inciderent, & ab ambobus ederentur; ac Cynegetica sua Carino Nemesianus inscriberet. Qvare qvis demum admirationi tantæ locus fuerit, non video. Utrum malit, eligat lector: sive Carum alterum Imperii annum inchoasse, & à Novembri anni CCLXXXII ad Januarium vel Februarium anni CCLXXXIV imperium prorogasse: Ludos verò appetente vere, puta Martio, indictos esse: sive Carum anno CCLXXXIII jam exeunte cæsum; Numerianum verò menses aliqvot imperasse. Postremò Carinus post parentis, & fratris obitum annum unum, aut alterum superstes fuit; occisusqve est à Diocletiano, ut Onufrio placet, Diocletiano II, & Aristobulo Coss. Alii seqventi anno Maximo & Aqvilino Coss. id assignant.

Romanorum Imperatorum epocha.

Μετὰ τῦτον Διοκλητιανός.] Nihil est illustrius, nihil insignius æra, sive initio Diocletiani, à qvo Christiani veteres tempora sua computare solebant, priusqvam Dionysiana æra illam excluderet. Et tamen incredibile dictu est,

XXXVIII. Diocletiani æra.

Romanorum Imperatorum epocha.

qvantum in ea conflictatus sit Scaliger, qvamqve perplexè, ac confusè de ea scripserit: adeo ut ne ipse qvidem videatur intellexisse qvæ diceret. Nam tribus locis; hoc est Lib. V. de Emendat. Temp. & in Eusebianis Animadversionibus, ac postremò Lib. III. Isag. Can. tria diversa tempora designavit, eaqve ad illam epocham illustrandam attulit; qvæ incertiorem qvam antea lectorem dimitterent.

Scaligeri afflus & hallucinatio.

Primùm enim Lib. de Emend. V. pag. 466. Diocletiani primordium conjicit in annum Christi CCLXXXVII. Sed alia qvædam addit, qvæ huic ipsi sententiæ contraria videntur. Orosius, inqvit, scribit, anno ab V. C. MXLI. Diocletianum Imperatorem esse factum. Hoc est, annus Urbis MXLI inibat ab illis Palilibus Varronianis, à qvibus Diocletianus imperium exorsus est. Ergo ille annus Varronianus incidit in XXI diem Aprilis, anni Christi CCLXXXVII, Periodi Julianæ 5000, & secundi Olympiadis CCLXVI, Cyclo Lunæ 3, Solis 16. Qvare his Consentanea scribit Eusebius; è regione anni secundi ejusdem, Olymp. 266: & Beda Lib. I. Hist. Angl. Cap. VI: Ubi anno Dominicæ Incarnationis CCLXXXVI Diocletianum ab exercitu ait electum. Hæc ferè Scaliger. Qvæ non solùm de initio Diocletiani falsa sunt, ut paulo pòst dicetur; verùm etiam sibiipsis contraria. Etenim annus primus conditæ Urbis, ex Varronis & Scaligeri sententia, est Per. Jul. 3961, Cyclo Lunæ 9; annus verò Christi CCLXXXVII est Per. Jul. 5000, Cyclo Lunæ 3. Ab anno 3961 ad 5000, non plures qvàm anni 1040; ita ut millesimus qvadragesimus inierit a Palilibus anni Periodi Jul. 5000, Christi 287. Non igitur hic erat 1041. Præterea nec illud verum est; annum Urbis Varronianum 1041 cum anno secundo Olymp. CCLXVI concurrere. Annus Urbis 1041 est Per. Jul. 5001, cœpitqve anno Christi 288, qvo desiit annus tertius Olymp. 266, & qvartus iniit. Qvandoqvidem ex Scaligeri sententia primus annus Iphiti incidit in annum Periodi Jul. 3938. Unde 1062, hoc est secundus Olymp. 266. cœpit anno Periodi Jul. 4999. Eusebius autem annum primum Diocletiani cum Olympiadis 266 anno primo non secundo, componit in editione ipsâ Scaligeri, tam Latinâ, qvàm Græcâ. Hic igitur multa sunt hominis errata. Nec pauciora, aut leviora sunt, qvæ in Eusebianis Animadversionibus ad annum MMCCCI commisit. Nam cùm Eusebius anno Abraami MMCCCI Olympiadis CCLXVI primo, Diocletiani primordium affixisset, metachronismum ille anni unius esse scribit, si a Kalend. Januar. & amplius, si æræ Diocletiani ratio habeatur, à XIX. Augusti, numero MMCCC. *Inde enim est exordium anni τῦ Πασχαλίῳ Ægyptiorum Christianorum. Sed Ecclesia Græca, & Latina incipiebant annos Diocletiani à Martio numeri MMCCCI Maximo II & Aqvilino Coss. At Ægyptii à XXIX Augusti numeri Eusebiani MMCCC Diocletiano II, & Aristobulo Coss.* Mox ista subjicit: *Sanè secundum Dionysium & Ecclesiæ Latinæ institutum, ab Incarnatione ad primum annum numeri aurei Diocletianei, sunt anni* CCLXXXIV *absoluti, & annus* CCLXXXV *est primus Diocletiani à Martio.* Hæ sunt perturbatissima. Eusebius primum annum Diocletiani confert in annum Abraami MMCCCI. *Est autem,* inqvit, *metachronismus unius anni, si à Kalend. Januar. numeremus: & amplius, si à XXIX Augusti.* Igitur secundum

Romanos, qvi a Kal. Jan. ordiuntur, initium Diocletiani qvadraret Euse- *Romanorum*
biano numero MMCCC. At secundum Ægyptios, qvi a Thoth, sive *Imperatorum*
XXIX Aug[..]sti ineunt, conveniet numero MCCXCIX. Non ergo La- *epocha.*
tinæ ac Græcæ Ecclesiæ à Martio numeri MMCCCI i[..]ipiebat: alioqvi metachronismum Eusebianum seqverentur, qvod non putat Scaliger; sed è contrario hunc ipsum metachronismum ex Græcorum & Latinorum epocha castigat. Deinde ad numerum MMCCCI apud Eusebium adscribitur annus Christi CCLXXXVI, cum anno primo Olymp. CCLXVI, & Coss. Maximo II & Aqvilino. Ubi in anno Olympiadis nullus est metachronismus: si qvidem Eusebius anni caput à Nisan, & Paschate repetat. Est autem annus Christi Eusebianus CCLXXXVI, Dionysianæ æræ CCLXXXV; qvandoqvidem Eusebius Natalem Domini in annum confert Olymp. CXCIV tertium, & uno anno Dionysianam æram antevertit. Qvartò initium Diocletiani rectè tribuitur anno CCLXXXVI, hoc est CCLXXXV communi: cujus ab Januario, vel Martio Latini Diocletiani initium auspicantur: qvod Ægyptii aliqvot antè mensibus, hoc est XXIX Augusti, anni Dionysiani CCLXXIV, Eusebiani CCLXXXV inchoarunt. Qvo eodem anno CCLXXXV cœpit Olymp. CCLXVI primus. In Coss. aberratum est ab iis, qvi Coss. adtexuerunt. (Nam Consules Hieronymi codices non exhibent.) Qvippe Maximi II & Aqvilini Consulatus convenit anno Dionysiano CCLXXXVI, qvi est Eusebianus CCLXXXVII, numero MMCCCII, non MMCCCI. At Diocletianus II & Aristobulus Coss. competunt anno Christi Dionysiano CCLXXXV, Eusebiano CCLXXXVI, proinde numero MMCCCI. Anno Deniqve Dionysiano CCLXXXIV, numero MMCCC adscribendi sunt Coss. Carinus II & Numerianus: qvo anno Diocletianus init, cyclo labente XIX. Ægyptii verò in neomenia Thoth, sive XXIX Aug. seqvente, qvo numerum aureum I inierunt, Diocletiani epocham fixerunt. Qvamobrem manifestè sibi ipsi contraria docet Scaliger, cùm & Latinos ait annos Diocletiani numerare à Martio numeri MMCCCI, Maximo & Aqvilino Coss. & eosdem paulo post asserit inire ab Martio Dionysiani CCLXXXV, Diocletiano II & Aristobulo Coss. qvi est numerus MMCCC. Qvod posterius verum est: illud autem falsum. Qvemadmodum & illud, qvod in eadem Animadversione subtexuit; Diocletiano II & Aristobulo Coss. Indictionem IV cœpisse mense Septembri, eo anno, qvo Novilunium incidit in neomeniam Thoth Diocletianei, XXIX Augusti. Annus hic esse debet æræ Dionysianæ CCLXXXIV, Cyclo Romano XIX, qvo anno Indictio III non IV cœpit à Septembri. Ca-
stigandum verò est Chronicon Alexandr. in qvo scriptum est à Coss. Dio- *Chronicon*
cletiano II & Aristobulo, Indict. IV Diocletiani annos in Paschali Cyclo *Alexand.*
digestos fuisse. Qvod est ἀσύστατον. Nam secundum Ægyptios, qvi ab *corrigitur.*
Aug. XXIX anni CCLXXXIV incipiunt, contigit hoc Indict. III. ineunte. Secundum Latinos, à Martio anni CCLXXXV, Indict. perinde III. Qvarta verò nonnisi ab Sept. seqvente numerari cœpta. Ideo Chronicon Indictionem à Septembri ad antecedentem Martium retrahere videtur: aut uno anno tardius putare. Nam Diocletianus, & Aristobulus Consulatum inierunt Indict. III, anno Christi CCLXXXV, non CCLXXXVI, ut habet Chroni-

Romanorum Imperatorum epocha.

con. Redeo ad Scaligerum: Qvi postremò in Isag. Cap. P.305. docet aliud esse Diocletiani æram, aliud initium ejusdem. Nam Diocletiani æra ad methodum cycli Paschalis constituta est anno Dionysiano CCLXXXIV, à Thoth Ægyptiaco, vel ab seqvente Martio. Diocletianus autem imperium iniit anno Christi CCLXXXVIII, qvatuor annis solidis post initium æræ Paschalis Ægyptiacæ. Ita sententiam mutat, qvam Lib. V. de Emend. proposuerat, ubi Diocletianum cœpisse probat anno CCLXXXVII. Sed utrobiqve plurimùm hallucinatur. Certissimum enim est, Diocletianum eodem anno imperium adeptum esse, à qvo illius est æra postea deducta: nempe anno Christi CCLXXXIV. Etenim Ammianus initio Lib. XXIII. refert *nullum privatum hominem ulli Augusto collegam fuisse à Diocletiano Aug. II, & Aristobulo Coss. ad tempora Juliani Apostatæ.* Igitur Imperator jam erat Diocletianus, qvando Consul II cum Aristobulo fuit. Hunc Ammiani locum profert in Animadversionibus Scaliger: atqve his Coss. Indictionem IV iniisse dicit mense Septembris, ac Novilunium incidisse XXIX Augusti. Qvi duo Characteres in eundem Julianum annum convenire neqveunt. Nam Indictio IV à Septembri competit anno CCLXXXV, Novilunium verò XXIX Augusti, anno CCLXXXIV cyclo XIX: ut paulo ante monuimus. Sed sive anno CCLXXXIV, sive CCLXXXV, Consules illos defixerit; perspicuum est, qvantoperè falsus sit, cum postea in Can. Isag. Diocletianum iniisse voluit anno CCLXXXVIII; qvarto, imo qvinto anno, qvam Imperator est factus. Qvippe anteqvam Consulatum ordinarium cum Aristobulo gereret, ex Kal. Jan. Imperator jam à militibus erat acclamatus, idqve à Palilibus, ut ex Panegyrista colligit Scaliger Proinde anno CCLXXXIV. Nam Diocletianus & Aristobulus incidunt in A. CCLXXXV. Tum vero idem ex veteri Inscriptione confirmatur, qvæ est apud Gruterum P. 279: in qva Diocletianus Coss. II & Trib. Pot. II legitur. Qvare si Consulatum II iniit anno Christi CCLXXXV, cum Aristobulo collega, Tribunitiam potestatem jam adeptus erat anno superiore. Sed in iisce Consulatibus digerendis turbant nonnihil vulgatam rationem Inscriptiones veteres. Qvarum illa, qvæ à Baronio producitur, Consulatum Diocletiani II cum Trib. Pot. II. componit. Altera verò, qvæ apud Gruterum P. CCLXXX. legitur, ejusmodi est. MAXIM. AUG...... N. DIOCLETIANO. II COSS. SUB FELICE PROC. AUG. N. THERM. ANTONIANARUM. Vulgo Consulatus II Diocletiani cum Aristobulo collega componitur, ut est in Fastis Siculis. At in lapide cum Maximiano Augusto. Siculi verò Diocletianum III Coss. & Maximianum comparant. Cassiodorus primum Diocletiani Consulatum eum numerat, qvem cum Aristobulo gessit: secundum cum Maximiano. Sed utrumqve privatus adhuc obtinuit ex mente Cassiodori. In Fastis Siculis primum Consulatum cum Basso privatus adhuc iniit. Ad hæc Maximianum imperii participem esse factum volunt Maximo & Aqvilino Coss. anno Christi CCLXXXVI. Qvibus contraria sunt, qvæ ex lapidibus colliguntur. Nam posterior Inscriptio persvadet Diocletianum in secundo Consulatu collegam habuisse Maximianum jam Augustum. Qvoniam autem in Inscriptione altera Diocletianus Coss. II. & Tribun. Pot. II. fuisse dicitur, non aliter conciliari ista possunt, qvàm ut Diocletiani II, & Maximiani Consulatus ante Maximum, & Aqvilinum Coss. ponatur anno Christi CCLXXXVI; qvo

Tribunitiæ potestatis perinde atqve Imperii secundus annus decurrebat: atqve ita Maximianus anno superiore, vel eodem ipso, qvo Consul factus est, Imperium obtinuerit. Aut certe eodem anno, qvo Maximus & Aqvilinus Consulatum a Kal. Jan. auspicati sunt; cùm Maximianum collegam Diocletianus adscivisset, suffectum pariter cum illo Consulatum iniit. Qvin & illud considerandum est, qvod Panegyricus Maximiano & Constantino Augustis dictus Maximianum asserit vicesimo anno Imperatorem, octavo Consulem Imperium abdicasse. *Te rursus*, inqvit, *vicesimo anno Imperatorem, octavo Consulem ita ipsa amplexu qvodam suo Roma voluit detinere.* Et subinde: *Non potuisti resistere sanctæ illius parentis imperio, & invitus licet paruisti, & te illius vigiliis, illisqve curis, qvas viginti annis expertus fueras, reddidisti.* Annus autem, qvo Diocletianus & Maximianus Imperium deposuerunt, fuit Christi CCCIV, ut indicat Zosimus, Coss. Diocletiano IX, & Maximiano VIII, qvod & Panegyristes significat; cùm Diocletianus vicesimum vix implesset. Qværo igitur, cùm tertio anno post Diocletianum Maximianus imperare cœperit, & eodem qvo ille tempore desierit, qvî fieri possit, ut XX annos imperarit. Ferunt, Maximo & Aqvilino Coss. hoc est anno Christi CCLXXXVI, Maximianum à Diocletiano collegam adscitum. A qvo ad annum CCCIV, qvo Aprili mense Imperium exuerunt, annus currebat Maximiani XVIII, neqve plures ipsi in Alexandrino Chronico tribuuntur. Sed si XX annum inchoavit, proximo post Diocletianum anno cooptatus sit oportet, ut anticipatione qvadam à Kal. Jan. anni CCCIV, vicesimus illius ab Oratore numeretur. Qvid autem tergiversamur? Ecce tibi Aurelius Victor à Schotto nostro publicatus, Diocletianum *celebrato regni vicesimo anno curam abjecisse Reip.* prodit, *& in sententiam Herculium ægrè traduxisse: cui anno minus potentia fuerat.* Ergo XIX annos Maximianus explevit, uti Diocletianus XX: ideoqve cœpit anno CCLXXXV. At in Epitome annorum XX Imperator dicitur. Videndum igitur etiam atqve etiam utrum Diocletiano & Aristobulo Coss. anno ipso CCLXXXV Maximianus adscitus fuerit, & anno inseqvente cum Diocletiano Consulatum inierit. Ita enim verum esse potest, qvod antiqvi lapides suggerunt; ut primus Maximiani Consulatus cum secundo Diocletiani, & Tribunitia potestas II Maximiani cum eodem Consulatu congruat: ac deniqve Consulatus II, & II perinde Tribunitia Diocletiani potestas consentient. Qvippe ineunte anno Christi CCLXXXVI, currente Tribunitia potestate II Diocletiani, lapidum alter inscribi potuit; alter verò post Palilia, cùm jam secundum Imperii ac Tribunitiæ potestatis annum Maximianus esset ingressus, & uterqve Consulatum gereret. Huic conjecturæ tamdiu nos inhærebimus, dum exploratius ac certius aliqvid docti homines excogitaverint, qvod in perturbatissimis illis temporibus ut est difficile, ita conjiciendi multò major, minùs certè invidiosa libertas esse debet. Ex iis omnibus corrigendus est vitiosus Epiphanii numerus, qvi Diocletiano & Maximiano tribuit annos XIII. Qvod minimè Librarii culpæ potest adscribi. Nam distinctè annos ita partitur, ut post XII, qvibus grassata persecutio est, annum unum ante abdicationem imperarit. Atqvi XX annos solidos imperavit; nimirum à Palilibus anni CCLXXXIV ad Palilia anni CCCIV. Eodem enim tempore,

Romanorum Imperatorum epocha.

Romanorum Imperatorum epocha.

qvo cœperat Diocletianus, imperium posuit; ut Onufrius tradit. Zosimus Lib. II. scribit à Consulatu Chilonis, & Libonis, qvo Severus seculares ludos instauravit, ad Consulatum Diocletiani IX, Maximiani VIII, annos fluxisse CI. De qvibus ludis Censorinus ita scribit: *Octavos Imperatores Septimius, & M. Aurelius Antonius Chilone & Libone Coss. anno DCCCLVII.* Corrige *DCCCCLVII.* Contigerunt enim anno Urbis nongentesimo qvinqvagesimo septimo, Severi anno XII, ut ex Vet. Inscript. constat: adeoqve Per. Jul. 4917, Dionysianæ æræ CCIV. Qvare ad annum CCCIV, qvo se Diocletianus, & Maximianus abdicarunt, anni sunt CI. Ex qvo satis apparet, qvod sæpe diximus, biennio Annales Ecclesiasticos esse decurtatos: qvi non plures, qvàm XCIX Consulatus interponunt. Unde & frustra Zosimus illic erroris arguitur. Indidem porrò Scaligeri supra à nobis confutatus error validius refellitur: qvi initium Diocletiani statuit anno Christi CCLXXXVII, vel CCLXXXVIII. Unde XX ejus definit anno CCCVII, vel CCCVIII, ad qvem annum à XII Severi, sive Christi CCIV, anni sunt CIV, vel CV, non, ut Zosimus, ipso approbante Scaligero, scripsit, CI.

Ἐφ' ὧν κραταιὸς διωγμός.] Largè adversus historiæ fidem hîc peccatum est. Etenim persecutio illa, qvæ à Diocletiano & Maximiano cœpta est, qvæ qvidem κραταιὸς διωγμὸς dici mereatur, neqve XII annos tenuit, neqve ab Imperatoribus ad exitum perducta est. Nam licet toto ferè illorum Imperii tempore sævitum sit in Christianos, ut ex Actis variorum Martyrum colligit Baronius; fuit hæc tamen velitatio qvædam, ac rudimentum crudelitatis, qvæ per aliqvot Martyrum necem atqve ex militari præsertim ordine, ad totius Christiani nominis internecionem efferbuit. Atrocioris verò persecutionis initium anno Diocletiani XIX ab Eusebio Lib. VIII. Hist. Cap. III, & in Chronico tribuitur, qvando mense Martio edictum propositum est de subvertendis Ecclesiis. Tùm aliud secutum est de Præsulibus comprehendendis, & ad Idolorum cultum omnibus machinis ac cruciatibus adigendis: atqve ita paulatim in Christianos omnes vis illa fœdissimæ tempestatis incubuit. Horum omnium erat ex Eusebio, Scriptoribusqve cæteris non tam impedita ratio, ut non eam vel mediocriter acuti homines pervidere possent. At Josephus Scaliger majorem in modum permiscuit, ac confudit omni, dum errores erroribus nectens ex absurdis principiis absurdiora colligit. Cùm enim in Diocletiani epochâ valdè illum, ut vidimus, opinio fefellerit, ingens ex eo seges hallucinationum in reliqva, qvæ cum illâ conjuncta sunt, intervalla redundavit. Qvod hoc loco facilè à nobis lector intelliget.

Scaliger notatur.

In Libro V. de emend. Temp. Pag. 467. Cap. de Persecutione Diocletiani, hoc velut fundamentum disputationis posuit. Decimo nono Diocletiani, mense Martio, in diebus Paschæ Ecclesias Edicto Impp. esse subversas, Eusebio teste. Ex qvo hunc in modum argumentatur: *Ut Pascha in Martium incideret, non potuit accidere, nisi Terminus Paschalis fuisset in Martio. Non potuit igitur contingere cyclo primo, neq; tertio; contigit ergo Cyclo secundo. Terminus Paschalis XXV Martii anno Christi CCCV, feria I, Cyclo Solis VI. Qvare eodem die, & qvartam decimam, & Pascha celebrarunt: qvod non rarò fie-*

bat eo tempore, ante decretum Nicenum. Est ergo locus illustris, qvo probamus ante Canonem Nicenum Πάσχα ἀναστάσιμον *concurrisse cum Termino.* Tum errorem apud Eusebium esse dicit. *Non enim anno primo Olymp. CCLXXI, qvi qvidem cœpit à cyclo secundo, sed eodem anno Juliano hoc contigit, à cujus diebus æstivis cœpit annus primus Olymp. CCLXXI. Itaqve nondum incœperat annus XIX Diocletiani. Deerat enim mensis ad Palilia, unde initium Diocletiani.* In Animadversionibus verò ad annum MMCCCXIX, ex eo qvòd annus Antiochenus in Eusebii Chronico CCCLI sit appositus ad XIX Diocletiani, concludit annum esse Christi Dionysianum CCCIII, aureo numero XIX, Solis cyclo IV. Mox autem titubans, atqve æstuans, qvòd mense Martio, & in Paschate id accidisse scribat Eusebius, in CCCIV conferre videtur; imò verò etiam in CCCV. Sed hîc, ut in plerisqve aliis, Scaligero contigit, ut Eusebio falsa qvædam affingens, sic tanqvam larvam qvandam fabricaret, qva cum manum confereret. Nam qvod Eusebium dicere affirmat, Martio mense ipso Paschatis solenni die publicatum illud Edictum; nusqvam hoc Eusebius scripsit. Hujus enim verba ista sunt Lib. VIII. Cap. III. ἔτος τοῦτο ἦν ἐννεακαιδέκατον τῆς Διοκλητιανοῦ βασιλείας· Δύστρος μήν. λέγοιτο δ' ἂν οὗτος Μάρτιος κατὰ Ῥωμαίους· ἐν ᾧ τῆς τοῦ σωτηρίου πάθους ἑορτῆς εἰσελαυνούσης ἥπλωτο πανταχόσε βασιλικὰ γράμματα, &c. *Annus erat iste Diocletiani XIX: mensis Dystrus, qvi Romanorum Martio respondet. In qvo salutiferæ Passionis appetente festo ubiqve Imperatoria edicta proposita fuerant.* Falsò itaqve Lib. V. de Emend. scripsisse refert Eusebium τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα εἰσελαυνούσης: qvasi Pascha necesse sit in Martium incidisse. Etenim de solennibus diebus passionis loqvitur, sive hebdomade Paschali, qvæ *Pascha* nonnunqvam appellatur, ut ad fidei Professionem, qvæ in calce primi Tomi extat, adnotavimus. Unde licet Paschatis nomen Eusebius exprimeret, non ideò festum ipsum Martio mense contigisse necessariò concludi posset; præsertim cùm εἰσελαυνούσης, hoc est, *appetente, appropinqvante*, scripserit. In fragmentis, qvæ in Lib. VIII. ad calcem conjecta sunt, edit. Rob. Steph. fol. 91. pag. 2. idem ille locus ita concipitur: ἔτος τοῦτο ἦν ἐννεακαιδέκατον τῆς Διοκλητιανοῦ βασιλείας, Ξανθικὸς μὴν ὃς λέγοιτ' ἂν Ἀπρίλλιος κατὰ Ῥωμαίους. Hic Aprili mense factum illud asserit. Nempe qvòd Hebdomas sancta utriusqve mensis partem aliqvam decerpsit. Fuit hic annus Christi CCCII, cyclo Lunæ XVIII, Solis III, Lit. D. Novilunium Paschale Nicænum, Martii XVI. Sed Diocletiani tempore adhuc fortassis hærebat in XVII. Igitur qvattadecima Paschalis Martii vicesimo nono, Dominica, vel tricesimo, feria II. Hinc τοῦ σωτηρίου πάθους ἑορτῆς initium. Neqve enim necesse est, qvod jactat Scaliger, in termino ipso celebratum fuisse Pascha. Festum autem ipsum Aprilis V. convenit. Vides qvàm egregiè omnia constent, atqve extra Scaligerianas salebras consistant. Nam Diocletiani initium anticipavit Eusebius, & à neomenia Nisan, vel Paschalis mensis annum ejus XIX antevertit: qvi qvidem cœpit à Palilibus annis CCCII. Qvod si anno ipso Diocletiani labente id accidisse velimus, possemus anno CCCIII tribuere: in qvo Cyclo Lunæ XIX, Solis IV, litera C, novilunium VI Martii inciderit: decima qvarta Lunæ, Martii XIX, feria VI, Pascha Martii XXI, si qvidem Judaico more embolimæus annus iste non fuerit, adeoqve ante Æqvinoctium, ut nonnun-

Romanorum Imperatorum epocha.

Romanorum Imperatorum epochæ.

qvam illis temporibus fiebat, Pascha celebratum fuerit. Sed verius est, anno Christi CCCII contigisse. Cæterùm annum Diocletiani XIX Eusebius cum anno qvarto Olymp. CCLXX conjunxit, non cum primo ducentesimæ septuagesimæ primæ, ut putat Scaliger, videlicet numero MMCCCXIX. Annus qvartus Olymp. CCLXX iniit anno Periodi Jul. 5017, Christi Dionysiano CCCIV, Eusebiano CCCVI, ut est in vetustissimis editionibus, nec non & Pontaci. In Scaligeriana verò, CCCIV. Sed præter prochronismum anni unius, qvo Dionysianam æram Eusebiana præcedit; annus alter inculcatus est, ut hic annus esset CCCVI, qvi CCV esse debuit, Dionysianus verò CCCIV. Et alioqvin Eusebius Diocletiani epocham uno anno tardiùs repræsentat. Nam adscribit annum illius primum ad Olymp. CCLXVI annum primum, qvi Per. Jul. 4998 cœpit, Christi Dionysiano CCLXXXV; cum superiori competat, anno tertio Olymp. CCLXV labente, tribus mensibus ante initium qvarti. Unde Diocletiani annus XIX cùm anno tertio Olymp. CCLXX comparatur, qvi cum secundo potiùs copulari debuit. Cœpit enim hic anno Christi CCII, tribus mensibus exactis ab initio anni XIX Diocletiani. Sed in annis Christi Eusebianis frustra conflictamur; qvos à Librariis intextos, non ab Eusebio ipso, viri docti meritò persvadent.

Superest annus Antiochenus, qvi Scaligerum adeo conturbat. Æræ Antiochenæ primordium XLVIII solidis annis Dionysianam æram antecedit. Incidit enim in annum Per. Jul. 4666; ex posteriore Scaligeri sententia in Animadvers. &ʒ Isag. Can. Qvare anno Per. Jul. 5015, Christi Dionysiano 302, cœpit annus Antiochenorum CCCL ab Octobri; CCCLI verò anno Dionysiano CCCIII. Iccirco manifesta est Eusebii labes tam in ærâ Diocletiani, qvàm in Antiochenâ. Annus Diocletiani XIX cœpit anno Antiocheno CCCXLIX adhuc labente, ac post menses fere VI iniit annus Antiochenorum CCCL. Est igitur unius anni prochronismus apud Eusebium, qvi cum anno XIX Diocletiani connectit annum CCCLI.

Ad summam Diocletiani horribilis illa persecutio cœpit anno ejusdem XVIII exeunte, vel ineunte XIX à Kalend. Jan. aut Martiis, Christi Dionysiano CCCII. Unde nonnisi biennium Diocletianus illam exercuit: tametsi à Galerio Maximiano, aliisqve Diocletiani, & Maximiani Herculii successoribus propagata sit ad annos plures, hoc est ad CCCXI, ut opinatur Baronius. Ex qvo constat errasse nostrum, qvi imperante Diocletiano, annos totos XII, hoc est præter unum, omnes illius Imperii annos occupasse tradit.

Καὶ παύεται τῆς βασιλείας οὐετρανίσας.] Anno Christi CCCIV, ipso IX, & Maximiano VIII Coss. Qvanqvam ambo iterum Consules fuisse legantur anno CCCVIII, nisi mendosi sint Fasti, qvod qvemadmodum acciderit, supervacaneum est qværere. Et variæ divinationes esse possunt, qvas nihil moramur. Observanda porrò vox est, qvâ Epiphanius utitur, *οὐετερανίσας*: qvod nihil aliud significat, qvàm veteranorum instar vocationem sibi sumere, ac secedere; qvod vocabulum hacte-

nus in Onomasticis mixobarbaris desideratur. Romanorum Imperatorum epocha.

Μαξιμιανὸς δὲ κακῷ μόρῳ.] De Maximiano Herculio Diocletiani collegâ loqvi se putavit, & verò debuit Epiphanius; sed qvod hoc loco narrat, neutri Maximiano, sed Maximino contigit. Sæpenumero Græci scriptores Maximianos duos invicem, & cum Maximino confundunt. Qvæ res etiam attentissimum lectorem frustrari possit. Diocletianus, & Maximianus Herculius Constantium Chlorum, & Galerium Maximianum Armentarium Cæsares creant: qvi post illorum secessionem Augusti ex Cæsaribus facti. Galerius Maximianus duos Cæsares constituit sororum filios, C. Galerium Maximinum, qvem Orienti præfecit, & M. Aurelium Severum, cui Occidentem permisit. XXXIX. Constantius Chlorus & Galerius Maximianus. Severus Cæsar à Galerio Maximiano contra Maxentium missus Ravennæ occiditur, ait Eusebius in Chronico: Victor in Cæsaribus, & alii. Maximianus Herculius resumpto Imperio cùm insidias Constantino genero strueret, Massiliæ est occisus, non Tarsi, ut Zosimus scribit. Galerius Maximianus Christianos crudelissimè persecutus, consumptis genitalibus defecit, ait Victor. Hujus funestissimam mortem, ac divinitus immissos cruciatus pluribus exeqvitur Eusebius Lib. VIII. Cap. XXVIII, & XXIX. Galerius Maximinus ab Licinio victus, ac dirâ tabe correptus Tarsi periit. Vide Eusebium Lib. IX. Cap. VIII. Ubi qvod Ephinanius ait, *ἐξεβολεῖθη τοὺς ὀφθαλμοὺς*, sic enarrat: *προεκπηδῶσι μὲν αὐτοῦ τὰ ὄμματα, καὶ τῆς ἰδίας λήξεως ἀποπεσόντα, πηρὸν αὐτὸν ἀφίησιν.* Haud dubia igitur Epiphanii est hallucinatio, qvi Maximiano Diocletiani collegæ, hoc est Herculio, tribuit, qvæ Maximino Dazæ Galerii Armentarii sororis filio contigerunt. Hæc ex Victore, Zosimo, Eutropio, Eusebio, aliisqve collegimus.

Καταλείψας Λικίνιον, καὶ Κωνστάντιον.] Atqvi Constantium cum Diocletiano, & Maximiano XIII annos imperasse dixerat. Qvod ut minimè verum est, ita falsum ambos illos *ὑπολογίσαντας* successores reliqvisse Licinium & Constantium. Nam Constantium Chlorum, & Galerium Maximianum sibi substituerunt: Licinius postea à Galerio Maximiano Cæsar factus cum Constantino imperium tenuit, cum eoqve à moriente Maximino relictus est. Itaqve Maximianum Herculium cum Maximino permiscuit.

Τούτους τελευτήσαντας διαδέχεται.] Constantino Chronicon Eusebii dat annos XXX, menses X. XL. Constantinus Magnus. At idem Eusebius Lib. IV. de vita Constantini, cap. LIII, ait imperasse annos XXXII, minus paucis mensibus: vixisse verò duplum tempus. Socrates & Sozomenus imperium annis XXXI definiunt: vitam, LXV. Hieronymus in supplemento Imperii XXXI, vitæ LXVI numerat, qvod ex Eutropio transtulit. Mors ejus indubitato charactere notatur, anno Christi CCCXXXVII, undecimo Kalend. Junii, ipso die Pentecostes Cyclo Solis X, litera B. Feliciano, & Titiano Coss. Errat verò Scaliger, qvi tricesimum explesse negat; sed Scaligeri error. annos solidos duntaxat imperasse XXIX, cum mensibus VII, diebus XXVIII, ex a. d. VIII Kal. Oct. Ejus verò initium statuit in anno Christi CCCVII. Qvo ex errore cæteri propagati sunt de Indictionum origine,

Romanorum Imperatorum epocha.

deqve Nicenæ Synodi tempore, qvæ sunt apud illum depravatissima. Nam & Nicenum Concilium celebratum constat anno Christi CCCXXV, Paulino & Juliano Coss. & eodem anno, expleto vicesimo anno, Constantinum Viennalia celebrasse. Qvod neqvaqvam accidisset, si anno demum Christi CCCVII cœpisset. Socrates mortuum Constantinum esse dicit anno secundo CCLXXVIII Olympiadis: Constantium verò Chlorum obiisse anno primo Olymp. CCLXXI, Julii XXV. Ut igitur ineunte Olympiade CCLXXI Constantinus Imperium ceperit, cum exeunte anno secundo Olymp. CCLXXVIII mortuus sit, nondum XXX annos expleverat. Atqvi XXXI Socrates attribuit. Falso igitur Olympiadis CCLXXVIII anno secundo obitum ejus consignat. Anno Christi CCCXXXVII sive Per Jul. 5050, iniit annus Iphiti 1113, sive Olymp. CCLXXIX primus ante qvem mortuus est Constantinus, exeunte qvarto Olymp. CCLXXVIII. Jam verò si ex Eusebii sententia, qvæ præferenda reliqvis videtur, Constantinus XXXII annos, paucis exceptis mensibus, impleverit, adeo ut vicesimus tertius ejus inchoandus fuerit anno illo CCCXXXVII, qvo mortuus est, conseqvens est, annum ejus primum cadere in annum Christi CCCV, qvo ex diebus æstivis cœpit annus primus Olympiadis CCLXXI; in qvem Socrates Constantii Chlori mortem contulit. Panegyricus Maximiano & Constantino Augustis ab incerto authore dictus significat, Constantinum, cùm in Britannia mortuo patre imperium esset adeptus, *Cæsaris* appellatione contentum, *Augusti*, & *Imperatoris* abstinuisse nomine, donec à Maximiano gener adscitus, unà & *Augusti* nomen obtineret. *Cujus*, inqvit, *tanta maturitas est, ut qvum tibi pater Imperium reliqvisset, Cæsaris tamen appellatione contentus expectare malueris, ut idem te, qvi illum, declararet Augustum.* Qvod altero anno ab Constantii morte contigit. Ex qvo duplex Constantini consurgit initium. Qvamobrem verisimile est, Constantium Chlorum decessisse anno Christi CCCV, anno primo ineunte Olymp. CCLXXI, ut scribit Socrates; ac tum Constantinum à militibus Augustum, & Imperatorem acclamatum abstinuisse tamen summi imperii titulis, donec anno conseqvente à Maximiano consecutus est. Ex qvo factum putamus, ut alii XXXI, alii XXXII annos Constantino tribuerint. Ac profectò, si, ut Eusebius affirmat, annus imperii XXXIII, Christi trecentesimo tricesimo octavo inchoandus fuit, fieri non potest, qvin anno CCCV Constantinus inierit. Hic nescio qvæ de lustris Julianis ariolatur Scaliger; qvæ Olympiadum nomine censeri cùm ab aliis, tum à Socrate somniat. Qvod suo loco refutabitur.

Κωνσταντα, καὶ Κωνστάντιον.] Constantini liberorum minimus natu fuit Constans; maximus Constantinus: medius Constantius.

Υἱὸς Οὐαλεντινιανοῦ.] Non dubia est conjectura nostra, qvam ad oram adscripsimus, legendum *ἀδελφὸς*, pro τοῦ *ἀδελφοῦ*: Nisi forte pro *Γρατιανοῦ* substituendum sit, Οὐ*άλεντος*. Fuit enim Valentinianus Junior Gratiani frater: Senior autem Valentis. Sed perobscurus qvidam locus est apud Themistium, Oratione XI, qvam habuit in laudem Valentiniani Junioris cùm Consulatum iniisset, in qvo collegam habuit Aurelium Victorem. Qva in

Oratione,

Oratione, pag. 261, nonnulla injicit, qvibus significare videtur, Valentinianum Juniorem Valentis esse filium, & Valentiniani patruelem. Vide qvæ ad illum locum adnotavimus: qvi profectò etiam atqve etiam considerandus est.

Ὧν τὰ ἔτη μέχρι τοῦ Ἀρκαδίου.] Annos intelligit eorum Imperatorum, qvi à Constantino magno ad necem usqve Valentiniani Junioris extiterunt. In qvo uno anno saltem calculus aberrat. Non enim anni LVII, sed LVI ab obitu Constantini numerantur. Etenim annus ille, qvo Valentinianus ab Arbogaste necatus est, dubius esse non potest, cùm tam insigni charactere notetur. Fuit enim in anno illo Dominica Pentecostes Maji XVI. Proinde litera Domin. C. Pascha verò qvinqvagesimo antè die, Martii XXVIII. Igitur Cyclus fuit Lunæ XIII, anno Christi CCCXCII, Cyclo Solis IX. Jam verò moritur Constantinus anno Christi CCCXXXVII, ut paulo antè declaratum est. Si ab annis CCCXCII deducas CCCXXXVI, reliqvi erunt LVI.

Κατὰ δὲ Ἕλληνας Ἀρτεμισίου] Si Artemisii XXIII dies est Maji Juliani XVI, cœpit Artemisius Aprilis XXIV. Ac tum nova & inaudita mensium dispositio nascetur. Nam *Ἕλληνες* sunt Syromacedones, & Antiocheni. Qvorum menses merè Juliani sunt, Græcis nominibus appellati. Horum verò Artemisius idem est cum Majo. Qvare XVI Maji est Artemisii Græcorum, sive Syrorum XVI: Idqve Epiphanio ipso suffragante, ut ex Hær. LI Alogorum constat. Vide qvæ ad illum locum disputata sunt, pag. 130. Hic igitur pro *τρίτῃ, καὶ εἰκάδι*, leg. *ἕκτῃ καὶ δεκάτῃ*. De Valentiniani nece Baronianos Annales consule.

Μέτρον ὢν ἐστικόρος.] De seqventibus mensuris tàm Hebraicis, qvàm Græcorum propriis accuratè agere hoc loco non decrevimus. Res est enim otii majoris atqve operæ, qvam ut nos commentandi labore jam fessi, atqve aliis insuper rebus occupati, in eam incumbere possimus. Præsertim cùm alii pleriqve jam argumentum ejusmodi doctissimis lucubrationibus occuparint, & inprimis Arias Montanus, ac Villalpandus noster in Apparatu ad Ezechielem. Qvare nos qvod superest pauca qvædam, & ad Epiphanii intelligentiam, id enim præcipuè profitemur, necessaria breviter adnotabimus.

Ἑλληνιστὶ δὲ ἐστὶν ὁ κόρος.] Corum Hebræi vocant כר: qvæ mensura eadem est cum חמר, continetqve decem Ephoth, qvæ sunt XXX sata, ait R. David Kimchius in Radic. Sed origo illa, qvam affert Epiphanius, ut à *χαρίᾳ* dicatur, qvod idem est ac *βουνὸς*, sive *clivus*, aut *acervus*, à me, ut ingenuè profitear, nondum capitur. Neqve vox ejusmodi mihi in Hebraismo hactenus occurrit. Radix enim est כר, qvæ vox *catinum*, & *fornacem* significat. Qvanqvam huic affine est כיור, qvod idem est ac suggestum, Par. II, cap. VI. 13. Sed de *χαρίᾳ* qværant Hebraismi peritiores.

Λεθὲκ δὲ ὡς ἐν τῷ Ὠσηέ.] Non alibi qvàm in illo Oseæ loco vox ista legitur, cujus etymologia parum explorata. Nam ut *ἔπαρμα* significet, non persvadet Epiphanius. Est autem ea mensura dimidiatus corus aut לתך, Nam Corus triginta modios habet: Lethec qvindecim. Mirum hoc eruditis Interpretibus visum est, qvid in mentem venerit LXX Senioribus, ut pro eo, qvod in Hebræo est, לתך שערים hoc est *dimidio coro hordei*, verterint, *καὶ νέβελ οἴνου*. Qvod Hieronymus adnotavit: Nam cæteri Interpretes *ἡμίκορον*

tranſtulerunt. Ego verò mendoſum fuiſſe LXX Seniorum codicem illum arbitror, qvo uſus eſt Hieronymus; in eoqve cùm voces illas deſideratas, qvæ duabus illis Hebraicis reſponderent; utputa καὶ ἡμίκορον κριθῶν, vel ut Epiphanius legit, λεθὲκ κριθῶν, tùm ſuperfluas alias inſertas, καὶ νέβελ οἴνου; qvod pro Hebraicarum ambarum interpretamento perperam eſt acceptum, cùm aliæ jam eſſent extritæ. Conjecturæ hujus admonet non hic ſolùm Epiphanii locus; ſed etiam Ambroſius, qvi Epiſt. LII, qvæ eſt ultima Lib. II, ſic illum Oſeæ locum concipit: *Et conduxi eam gomor hordei, & ſemigomor hordei, & nevel vini.* Priorem autem verſum ita legit: *Conduc tibi fornicariam qvindecim denariis.* Ubi qvindecim argenteos ab hordei menſuris ſejunxit, qvaſi pretium illud hordei fuerit, non autem meretrici ad illas menſuras appenſum. Ergo ἡμίγομορ, vel λεθὲκ κριθῶν fortean ſcripſerant LXX. Niſi Ambroſii lectionem illam ex miſcellâ eâ, qvam Origenes ex diverſis concinnavit, manaſſe ſuſpicemur.

Τὸ δ' αὐτὸ καὶ τὸ γόμορ.] Vox iſta γόμορ apud Græcos ambigua eſt. Duo enim ac diverſiſſima menſurarum genera ſignificat, hoc eſt חמר, & עמר: qvam utramqve dictionem Græci per eandem efferunt, γόμορ. Etenim in illo Oſeæ loco, ubi eſt חמר, id eſt *homer*, γόμορ apud illos legitur. At Exodi XVI, ubi eſt עמר, perinde etiam γόμορ LXX ſcripſerunt; ut & Ezech. XLV, 11, & 14. Sed vocabulum γόμορ rectius poſteriori huic tribueris: qvia denſiſſima Hebræorum aſpiratio ע per γ' Græcè reddi ſolet. Itaqve D. Hieron. עמר Latinè, *gomor*, חמר autem *corum* interpretatus eſt. Porrò Gomor decima pars eſt Ephi. At Ephi decima pars cori, ſive chomer. Igitur gomor centeſima pars eſt chomer. Epiphanius, qvi apud Oſeam duo illa ſimul non legerat, γόμορ κριθῆς, & λεθὲκ κριθῆς, vel κριθῶν, ſed alterum tantùm; λεθὲκ κριθῶν, vel γόμορ κριθῶν; perperam arbitratus eſt, γόμορ κριθῶν idem eſſe, ac λεθὲκ κριθῶν, eamqve variam diverſorum codicum lectionem putavit, qvæ unum idemqve ſignificaret; cùm eſſent ejuſdem loci duæ, & qvidem neceſſariæ diverſæqve partes. Nam ita concipiendus ille locus fuit, ut ex Ambroſio ſupra monuimus, καὶ ἐμισθωσάμην αὐτὴν ἐμαυτῷ πενδεκαίδεκα ἀργυρίοις, καὶ γόμορ κριθῆς, καὶ λεθὲκ (vel ἡμίγομορ, vel ἡμικόρων) κριθῆς —— καὶ νευὲλ οἴνου, cui nos obeliſcum adjecimus, qvod poſteriora illa diſpungenda videantur; utpote qvæ abſint ab Hebræo. Qvod & in Miſcella ſactum ab Origene hoc in loco conjicimus. Eſt igitur Epiphanii cavendus hic lapſus; qvi Gomor, qvod idem eſt ac Chomer, cum Lethec, hoc eſt totum cum dimidiâ parte, confudit, variâ, & vitioſâ Codicum lectione deceptus. Nam Gomor nusqvam cum Lethec, aut ἡμικόρῳ idem eſſe legitur. Qvo ex errore propagatus hic, qvi ſeqvitur, alius eſt; duplex eſſe Gomor, majus, ac minus: qvorum illud idem ſit cum Lethec, hoc eſt, modiorum XV, cujusmodi corus ſive Chomer eſt triginta: alterum verò XII.

Τὸ δὲ μικρὸν δώδεκα βάθου.] Mendoſiſſimus hic locus interpunctione ſanandus eſt. Duplex eſt, inqvit, Gomor; Majus modiorum XV, minus, modiorum XII. Legendnm itaqve τὸ δ' μικρὸν δώδεκα (ſub μοδίων) Βάθος· καὶ τοῦτο, &c. Eſt enim nova menſuræ alterius explicatio. Qvem ad modum caſtiganda ſunt Latina. Cæterũ eſt qvidem gomor apud Græcos duplex, ſed minus non eſt modiorum XII, neqve major XV; ut qvarta parte alterum excedat. Qvin ita potiùs; ut minus gomor, ſive עמר, centeſima ſit majoris pars; qvod paulo ante vidimus.

Βάθος καὶ τοῦτο ἀπὸ τῆς Ἑβραϊκῆς.] Bathus ab Hebræis בת nominatur. Cujus

origo vocabuli parùm explicata. Qvomodo autem ὁμώνυμος sit ista dictio ἐλαιοτριβείῳ, hoc est trapeto, vel tudiculæ, qvibus oleum exprimitur, sive vasi, in qvo è prælo ac trapeto fluens excipitur, ignorare me fateor. Nam בת, aut בית nullum ejusmodi olearium instrumentum significat. Qvamvis idem ex Epiphanio scripsit Isidor. Lib. XVI, Cap. XXV. *Batus*, inqvit, *vocatur Hebraica lingva ab olearia mola, qvæ bath apudeos, vel batha nominatur, capiens L sextaria, qvæ mensura una molæ vice proteritur.* Unicum restat subsidium, idqve perleve. Nam בת Hebraicum βάδος à Græcis, ut Josepho, dicitur, mutatione τοῦ θ in δ, ut & subinde Epiphanius expressit. Atqvi בד Hebraicè inter alia *vectem* significat. Hinc suspicari licet, Epiphanium Hebraicam vocem, perinde ut apud Græcos, per δ concipi arbitrantem, ad olearios vectes respectum habuisse. Etenim tudiculis, hoc est vectibus oleum exprimi consveverat. Columella Lib. XII Cap. L. *Est & organum erectæ tabulæ simile, qvod tudicula vocatur, idqve non incommodè opus efficit, &c.* Utrum hoc in mente habuerit Epiphanius, divinare non possum. Certè nihil aliud occurrit modò, qvod ad olei factionem attineat. Bathi porrò mensura liqvidarum rerum est: ut olei, vini, decima pars Chomer. Ezech. XLV, 11. & 14. Unde cum Chomer ab Epiphanio modiorum XXX constituatur; modius XVII Sextariorum Chomer sextarios explet DX, atqve adeo Bathus erit sextariorum LI, non L.

Μνασὶς, ἡ μέδιμνος.] Non eadem est mensura Mnasis, & medimnus. Siqvidem μνασίον Hesychio est μέτρον ἢ διμέδιμνον, duos medimnos continens. Sed utramqve vocem ab Romana origine deflexit: nimirum à vocabulo *medium*. Qvod mirum est utriusqve lingvæ perito excidere potuisse. Certè μνάσις nihil habet cum appellatione istâ commune. De medimno verò Grammatica nulla concesserit, etsi aliqva similitudo vocis appareat.

Εἰσὶ δὲ καὶ μόδιοι σίτου.] Leg. δέκα μόδιοι: ut & Comarius legit. Mnasis duos medimnos continet: Medimnus Cyprius modios qvinqve. Igitur Mnasis modios capit decem, At Romanis, Græcisqve medimnus senos modios capiebat. Sed qvæ subinde pertexit, ea corrupta sunt & obscura. Ex qvibus illud tamen efficitur, Modium apud Cyprios XVII sextarios continere. Vulgò autem XVI duntaxat imputantur. Sed in istis ἀκριβολογεῖν nolumus.

Σάτον καλεῖται.] Hebræi סאה vocant satum. Qvæ mensura sesqvimodium Italicum complectitur, Josepho & Hieronymo testibus: adeoqve sextarios XXIV. At Epiphanius modium cum qvartâ insuper parte sato tribuit. Qvare cum modio sextarios XVII assignet, capiet satum sextarios 21¼. Hanc mensuram μόδιον ὑπέργομον appellat. Unde & Hieronymus fortasse vocem Hebraicam סאה hoc est *satum* per Latinam *modium*, expressit. Neqve verò magis de Hebraici nominis origine constat, qvàm aliarum mensurarum. Proinde qvod dicit, satum Hebraicè idem esse ac λῆψιν, sive ἄρσιν, suffragatorem habet nullum. Qvod utcumqve verum esset, si שאה non סאה scriberetur. Tametsi litera ש cum sinistro puncto pro ס promiscuè nonnunqvam usurpatur.

Τὸ δὲ ἅγιον μέτρον.] Igitur alius fuit modius profanus, alius sacer. Hic erit satum, qvarta parte vulgari modio majus. Hæc Epiphanius, qvæ nos hoc loco non discutimus.

Τῇ μὲν γὰρ πρώτῃ.] Seqvens disputatio prætermitti ab Epiphanio poterat. Neqve enim ad rem admodum facit, neqve qvicqvam continet, qvod

ſcire magis, qvam ignorare noſtrâ refcrat. Qvanqvam ea qvoqve ab Iſido ro in Lib. XVI. Cap. XXV. Orig. eſt tranſlata.

Αἱ δὲ κεφαλαὶ περὶ ὧν εἶπεν.] Perturbatus ac præpoſterus ordo nominum eſt. Qva in re qvid inſit myſterii non video.

N. XXIII. *Διησῦ, ἢ τῦ Ἰησῦ.*] Depravata ſunt pleraqve ſacrorum librorum vocabula. Sed nos nihil immutandum cenſuimus. Plerisqve litera ד praefixa: qvi eſt Chaldaicus articulus.

Πληρωθεὶς γὰρ ὁ μόδιος.] Eadem ratione nullum non menſuræ genus modium appellare licet. Nam nullum eſt, qvod non perinde, cum impletum ſit plenum ſe eſſe fateatur. Iſidorus aliam vocis etymologiam affert, ab eo, qvod ſit ſuo modo perfectus.

Πλήσας δὲ τὸ μέτρον, καὶ ῥητλιάσας.] Barbara vox ac peregrina, qvæqve emendari variè poſſit. Sunt qvi *ῥηγλιάσας* reſcribant à *ῥήγλα*, qvæ eſt regula: qvod idem eſt ac rutulus, ſive baculus rotundus. Unde apud Heſychium legi ſcribunt, *ἀποεγλῶν*, pro eo, qvod eſt, menſuram exæqvare. Sed nihil ejusmodi apud illum reperi. Hoc verò ſolum: *ῥῆγλαι· σίδηρα, ὡς ῥάβδοι*: ut ſint baculi, aut virgæ ferreæ. Ergo apud Epiphanium *ῥυτλιάσας* fortaſſe leg. vel *ῥοτλιάσας*, ut à rutulo derivetur, qvi eſt vectis rotundus: qvo nomine repagulum verſatile in Amphitheatro apud Calpurnium dici, obſervatum à Lipſio. Atqve ita radium, ſeu vectem rotundum appellare licet, qvo exaggeratum in modio frumentum abraditur, & menſura peræqvatur: qvi & ruplus nominatur in Gloſſario Vet. *Ruplus ϛροφεὺς γαλεάγρας, καὶ ἀποψήκτιον.* *Ruplus*, inqvam, in Gloſſario, non *Rutulus*, ut qvidam parum fideliter concipit, exponitur *ἀποψήκτιον*, hoc eſt *radius menſorius*. Unde & naſci altera apud Epiphanium lectio poteſt, *ῥοπτλιάσας*: qvod à Græco *ῥόπαλον* fortean deducitur. Ac videndum etiam atqve etiam, an *replum* illud Vitruvianum, qvod eruditos homines jamdudum torqvet, eò ſit referendum. Scribit ille Lib. IV, cap. VI, ubi de forium ſtructura diſſerit: *Item replum de impage dimidia, & ſexta parte.* Ubi *replum* vectis inſtar oblongum qviddam ac rotundum in foribus eſſe arbitror. Habet & Germanicum idioma vocem, rütteln/ qvæ propriè de menſuris dicitur.

Κάμψα δὲ ἐξ αὐτῆς.] Leg. *Κάβος*. Cui ſextarios qvatuor imputant: hoc eſt qvartam modii partem.

Χοῖνιξ δὲ καὶ ὑφή.] Chœnix ſextarios continet qvatuor, auctore Fannio. Qvare de alio Sextarii genere, vel Chœnicis loqvitur Epiphanius: qvemadmodum & cum de *ὑφῇ* loqvitur: qvod exiſtimari poſſit Hebraicum Epha vel Epha. Sed hujus major eſt modus. Apud Heſych. lego, *Οἶφι, μέτρον τι τετραχοίνικον Αἰγύπτιον*.

Ἀρτάβη τῦτο τὸ μέτρον.] De Artaba pluribus Villalpandus.

Τρία μέτρα σεμιδάλεως.] Locus eſt Gen. XVIII, 6. Verum qvod L X X. vertunt *τρία μέτρα σεμιδάλεως*, Hebraice legitur שלש סאים *tria ſata*. Qvare ſingulæ menſuræ non gomor ſunt, ſed ſatum. Impoſuit Epiphanio communis *μέτρυ* dictio, qvam de eo menſuræ genere accipiendam putavit, ad qvod diurnum mannæ demenſum exigebatur. Sed Satum trigeſima pars eſt Cori, Gomor centeſima.

Τὸ δὲ γόμον δέκατον ἦν.] Perperam etiam in Regio γόμον, ut & in Basileensi: Qvare nihil immutare voluimus. Verùm γόμορ fortaſsè restiruendum. Eſt enim in Veteribus codicibus literarum ρ & ν pictura non absimilis. Qvæ res ex ſcriptoribus fraudi fuit. De Gomor, & authoris hallucinatione ſuperiùs egimus: Ubi duplex Gomor conſtituit, majus, & minus: neutrum rectè. Nos aliud diſcrimen apud Græcos duntaxat obſervavimus; qvi promiſcuè Chomer, & Omer γόμορ appellant. Unde alius eſt γόμορ magnus, qvi idem eſt ac Corus, ſive Chomer: alius minor, qvi eſt עמר, centeſima pars majoris. Qvare qvod Villalpandus noſter Lib. III, Cap. IX ſcribit, Epiphanium eandem coro notionem tribuere, qvam chomor, ad idqve ſuperiorem locum, ubi de coro egit, accommodat, ſanè non intelligo. Neqve enim Epiphanius uſqvam τοῦ Χόμορ mentionem facit: Sed eam menſuram, qvæ reipſa eadem eſt cum coro, γόμορ appellat, ex Græcorum conſvetudine. Qvam is tamen non integrum, ſed dimidium corum eſſe putat, & cum Lethec, atqve ἡμικόρῳ confundit. De qvo errore ſatis antea diſputavimus. Hoc verò tandem in loco poſteriorem τοῦ γόμορ ſpeciem, qvæ revera unica eſt, ac propria, nempe עמר, declarat. Etſi dubitari poteſt, utrum γόμορ, an, ut cuſi & ſcripti codices exhibent, γόμον legerit Epiphanius. Nam ſi poſtremum hoc menſuræ genus γόμορ appellari credidiſſet, non duplicem antea γόμορ, ſed triplicem eſſe dixiſſet. Hic enim tertius eſt, à duobus illis planè diſtinctus. Sed utcumqve Epiphanius ſcripſerit, γόμον iſtud non aliud eſſe poteſt qvàm γόμορ; hoc eſt עמר: Fuit enim Omer, ſive Gomor ſextariorum $7\frac{1}{5}$. Qvod cùm verè ab illo definitum fuerit, ab iis, qvæ paulo ante conſtanter aſſeverat, magnoperè diſſentit. Nam Corum, qvi eſt Chomer, modiorum eſſe docuerat XXX. Modio verò ſextarios imputaverat XVII. Ita Corus ſextariis conſtabit 510. Jam verò Bathus, qvi Ephi aridorum menſuræ reſpondet, decima pars eſt Cori: Gomor decima pars Bathi. Igitur ex Epiphanii ſententia Bathus ſextarios colligit LI, (cui qvidem nonniſi L tribuit) Gomor ſextarios $5\frac{1}{10}$. Hîc autem τὸ γόμον, ſive γόμορ habere putat ſextarios $7\frac{1}{5}$. Qvæ ſi centies multiplices, fient ſextarii 720: qvot reipſa corus continet. Etenim corus modios capit non XXX, ſed XLV, ut Villalpandus docet, Modius porrò ſextarios XVI: qvi in XLV ducti ſextarios conficient 720. Ea ſumma in centum diviſa dat ſextarios unicuiqve gomor $7\frac{1}{5}$. Qvæ opinionum varietas, ſi non ex hallucinatione nata, ex eo certè profecta videtur, qvòd cùm aliæ apud alias nationes menſuræ iisdem appellationibus cenſerentur, ac minores majoresvè eſſent, hæc ipſa diverſis ex Authoribus tumultuariè in Adverſariis notata in hunc Commentarium redegerit, neqve accuratè ac diſtinctè propoſuerit.

Τὸ σάτον κς´ ξέστων.] Neqve iſtud ſuperioribus conſentaneum eſt: Ubi Satum docuerat eſſe μόδιν: ὑπέργομον, hoc eſt modium unum, cum eiuſdem qvarta parte. Qvare cum modio XVII ſextarios attribuat, erunt in Sato, ſextarii $21\frac{1}{4}$: ut antea diximus. At ſecundum communem uſum, qvi modio ſextarios aſſignat XVI, erunt in ſato ſextarii XXIV.

Ἀλάβαστρον μύρου.] Alabastrum ex sui generis lapide, non ex vitro. Βικίον item aliàs fictile vas, alias vitreum. De hoc Eustathius, & alii Grammatici.

Ὁ δὲ Ἠλίας ἑτοιμασθείς.] Locus est III. Reg.XIX,6: ubi Hebraicè est [illegible]. LXX καμψάκης. Sed qvonam argumento qvatuor fuisse sextariorum colligat, nullus video.

Κυαθός ἐστιν ἔχων ξέστου.] Vulgo tamen Sextario XII cyathi tribuuntur. De qvo Gregorius Agricola Lib. I.

Μεδεκὼθ δὲ λέγει.] Idem locus extat Hær. LXXV, N. VI. Forte pro μεδεκὼθ, μψακὼθ rescribendum. Vide qvæ illic observamus.

Ιν, τοῦ μέγα.] Hin sextarios capit XII, hoc est Logos totidem.

Χοῦς ἐστι ξέστον ή.] Chus Atticus, & Romanus congius sextarios habet non amplius VI, qvæ est duodecima pars Metretæ. Continet enim metreta sextarios LXXII.

P. 183. Τάλαντόν ἐστι τὸ ὑπερβάλλον.] De Talento, ejusqve multiplici varietate infiniti sunt doctorum hominum commentarii, qvibus ea diligenter explicantur, ut otiosis hac in parte nobis esse liceat. Talentum hîc Judaicum, sacrumqve definitur, qvod minas habuit CXX, hoc est libras Romanas CXXV. Nam Libra drachmas habuit XCVI, mina verò centum. In centum viginti minis, drachmæ sunt 12000, qvæ per 96 divisæ dant libras Romanas 125.

Ἐξ λεπτὰ ταλάντου.] Qvæ sint Talenti λεπτὰ, qvorum sex, septem assibus valeant, qvæve septem assium λεπτὰ, centum æstimata denariis, qvi docuerit, magnam à me gratiam inibit. De λεπτοῖς ταλάντου, nescio qvid Hesychius adspersit in voce Κοδράντης. Ibi enim τὸ λεπτὸν ἑξακισχιλιοστὸν esse Talenti docuit, bisqve istud repetiit. Qvinetiam alibi, ἀσσάριον esse dicit idem ac λεπτόν. Unde in Talentum sex assium millia competent, qvot & λεπτῶν. Est & de λεπτοῖς insignis locus, ex Budensi Codice productus à Camerario in cap. XXI. Matth. Ubi cùm Staterem dimidiam unciæ partem esse dixisset, subjicit: πάλιν δὲ τὸ Σίκλον, ὅ ἐστιν ἥμισυ τοῦ στατῆρος, τέταρτον τῆς οὐγγίας, ἔχει λεπτὰ κ. τὸ λεπτὸν ὁλκῆς μιᾶς ἐστι δέκατον, ὄγδοον τῆς οὐγγίας· παρά τισι δὲ καὶ ὀβολὸς καλεῖται. Mox ait νόμισμα μέγα μὲν εἶναι τῷ χαράγματι, καὶ τῇ ὁλκῇ, ὃ ἐκλήθη ἀργυροῦς· ὥστε ἔχειν αὐτὸν δηνάρια ρ', ἕκαστον δὲ δηνάριον ἔχειν ἀσσάρια ζ (al. ξ) Siclum, sive dimidium stateris decem λεπτοῖς constare scribit: ἀργυροῦν verò, hoc est Staterem tetradrachmum, qvem μέγα νόμισμα vocat, denariis centum. Porrò denarium VII assibus, aut, ut alia lectio exhibet, LX. Si in drachma decem λεπτὰ sunt: ergò λεπτὸν idem erit, qvod vetus Romanorum assis, decima pars denarii. Atqve ut denario septem imputemus asses, erunt in drachma 175. λεπτὰ verò assibus constabunt 17½. Tetradrachmus assibus 700. Nam denarios habet centum. Qvare λεπτὸν denarios habet 2½, qvoniam in qvatuor drachmis, qvadraginta numerantur. At verò si lectionem aliam amplectimur, ut in denario sint asses sexaginta: tetradrachmus colliget assium sex millia. Nam denarios centum si per sexaginta multiplices, totidem conficient: λεπτὸν verò 150 comprehendet asses, drachma 1500. Qvid ex istis Scholiis, vel superiore Hesychii glossemate ad Epiphanium enarrandum proficiat possit, judicent alii.

Mihi ſine ingenti aliqva ſectione, huic ulceri, qvod ὕπυλον ſubeſt, ſubnoveri non poſſe videtur. Sed illud præterea, & verò cumprimis animadvertendum, de qvo Talenti genere loqvatur tam Epiphanius, qvàm Heſychius. Neqve enim vulgare illud & magnum intellexiſſe puto; ſed Epiphanium maximè ſtaterem, vel tetradrachmum argenteum. Qvâ de re accuratius in diatriba de folle, & milliarenſi paulò pòſt inqviretur. Ergò in Talento hujusmodi XL λεπτὰ ex Matthæi Scholio cenſentur, qvæ centum denariis valent; denarii aſſibus ſeptem. Hæc Epiphaniani loci veſtigia premunt. Nam & centum denariorum, & ſeptem aſſium in illo mentio eſt. Qvomodo verò reformanda ſint Epiphanii verba, tentabunt, uti diximus alii. Nos qvæ potuimus in eam rem adjumenta congeſſimus.

Ἐκ δὲ τῶν ἀσσαρίων.] Scrib. ἐκ δέκα δὲ τῶν ἀσσαρίων, aut ἑκκαίδεκα δὲ τῶν ἀσσ. Sed in priorem emendationem proclivior ſum; qvòd denarius initio denis aſſibus valuit.

Ἡ δὲ οὐγγία ἔχει στατῆρας δύο.] In libra unciæ ſunt XII; ſtateres XXIV. Qvare cùm libra XCVI drachmas capiat, ſtater argenteus qvaternas continet. Eſt enim τετράδραχμος. Atqvi ſubinde didrachmum facere videtur. ἔχων δὲ, inqvit, δίδραγμα. Sed emendabis authore me, δ' δραχμάς. Id enim ſeqventia demonſtrant. Nam ſcribit ſiclum dimidiatum eſſe ſtaterem, & drachmas habere duas. Igitur in ſtatere ſunt qvatuor. Scripſerat Epiphanius δ' δραχμάς. Librarius longurium, qvi numerali notæ adſcriptus erat, ἰῶτα ratus, δίδραγμα ſcripſit. Sed δίδραγμα, pro δίδραχμα, ἰδιωτικὸν eſt: neqve tamen mutandum. Poteſt & δύο δίδραχμα ſubſtitui.

Σίκλος, ὁ λέγεται καὶ Κοδράντης.] Confer cum iis Iſidori verba Lib. XVI. Orig. cap. XXIV. *Sicel, qvi Latino ſermone ſiclus corruptè appellatur; Hebræum nomen eſt, habens apud eos unciæ pondus: apud Latinos autem, & Græcos qvarta pars unciæ eſt, & ſtateris medietas, dragmas appendens duas. Unde cum in Divinis literis legitur ſiclus, uncia eſt; cum verò in Gentilium libris, qvarta pars unciæ eſt.* Tàm hæc Iſidori verba, qvàm illa Epiphanii Villalpandus noſter in ſicli voce depravata credens, *ſicilicum* reſcribit; & pro *uncia*, apud Iſidorum, *ſemunciam*. Qvi me ſubſcriptorem non habet. Licet enim ſiclus reipſa qvatuor drachmas habuerit; idqve ex Joſepho, Hieronymo, cæterisqve perſpicuum ſit; nihilominùs Græci, ac qvi Græcos ſecuti ſunt, ſiclum paſſim didrachmum conſtituunt. Cur ita ſentirent, LXX Interpretes fecerunt: qvi Hebraicum nomen שקל, *ſiclum*, δίδραχμον conſtanter interpretati ſunt. Ideò duplex à nonnullis Siclus excogitatus eſt; unus duarum, alter qvatuor drachmarum. Qvod ego ex errore profectum arbitror. Nam revera Siclus qvatuor drachmas habuit. Sed qvia Græci interpretes δίδραχμον pro Siclo reddiderunt, hinc qvi Græcè Scripturam legebant, non plures duabus drachmis attribuêre Siclo. Et tamen cum apud accuratiſſimos authores inveniſſent, eundem Siclum eſſe tetradrachmum, eò delapſi ſunt, duplex ut ſicli genus ſtatuerent. Nam qvod reipſa, qvemadmodum dixi, duabus ex drachmis componi Siclum arbitrati ſint, non unus Epiphanius, aut Iſidorus fidem fecerint: Sed & alii permulti. Inter cæteros Scholiaſtes ille; cujus verba ex Budenſi codice Camerarius exſcripſit. τὸ ἥμισυ τῆς οὐγγίας (inqvit) στατῆρα ἐκάλεσαν, διὰ τὸ ἐξ ἀμφοτέρως τοῦ ζυγοῦ τὰς πλάστιγγας ἰσοῤῥοπεῖν, τοῦ ἡμισέως

τῆς οὐγγίας ἐν ἑκατέροις τοῖς μέρεσιν ἐπιτιθεμένου. ὅθεν τῇ ἰσορροπίᾳ τοῦ κανόνος, καὶ τῇ τοῦ ζυγοῦ ἰσότητι, στατὴρ ἐκλήθη. ἔχει δὲ ὁ στατὴρ ἥμισυ τῆς οὐγγίας, σίκλους δύο. πάλιν δὲ Σίκλον, ὅ ἐστιν ἥμισυ τοῦ στατῆρος, τέταρτον τῆς οὐγγίας, ἔχει λεπτὰ κ, &c Absurdum est autem cùm in isto; tum in aliis sexcentis Veterum locis, *Sicilicum* pro *Siclo* reponere. Fuit enim Siclus usitatum apud Hebræos nummi genus, non Sicilicus. Atqve iccirco *κοδράντην* etiam appellari Siclum testis est Epiphanius: qvòd nimirum à Græcis passim didrachmus, adeoqve qvadrans unciæ constitui soleret. Qva in re non à LXX Senioribus, sed à Græcis posterioribus, qvi illos secuti sunt, error admissus est. Non enim animadverterunt, interpretes illos vel Alexandrinos fuisse, vel Alexandriæ certè scripsisse; atqve eorum proinde, apud qvos, & qvorum in gratiam scriberent, usui consvetudiniqve serviisse. Atqvi cùm Alexandrinorum talentum duplum esset Attici, eandem qvoqve proportionem Alexandrinæ drachmæ ad Atticas habuere, ut *δίδραχμοι* essent. Etenim Talentum omne, ut ex Herone constat, minis constabat sui generis LX. Mina verò sui perinde generis stateres habuit XXV, drachmas centum. Unde cum Talentum unum altero duplo majus esset, non plures qvidem in majori minæ vel drachmæ numeratæ sunt, sed eædem pondere, ac valore præstiterunt. Unde aliæ *λεπταὶ*, aliæ *παχεῖαι* vocatæ sunt, ut ait Hesych. Qvod & Pollux Lib. IX, cap. VI. confirmat. Sic igitur Alexandrinum talentum; qvod, authore Festo, duodecim denariorum millibus valebat, cum totidem Atticarum drachmarum millibus æstimaretur, non plura sui generis, hoc est Alexandrinarum drachmarum numerabat, qvàm sex millia. Qvare singulæ drachmæ, ad Atticas, & vulgatas comparatæ, *δίδραχμοι* censebantur. Qvam ob caussam LXX Interpretes *δίδραχμον*, hoc est duarum Alexandrinarum drachmarum pondere ac valore præditum Siclum esse dixerunt, cùm interim Atticas drachmas haberet qvatuor. Qvod cùm reliqvi minus animadvertissent, & ad vulgares, Atticasqve respicerent, duplo minorem, qvàm erat revera, Siclum esse crediderunt. Non melior afferri caussa potest hallucinationis istius, qvæ tantas hactenus turbas, & opinionum varietates conscivit. Observatio illa Isidori de unciali Siclo nimium à vero distat. Certè enim nonnisi semuncialis constitui debebat; si qvidem duplex esset, nempe *δίδραχμος*. & *τετράδραχμος*.

Τῆς γὰρ οὐγγίας.] Deest numerus, qvi qvota pars unciæ drachma sit exprimat. Scribo: *τῆς γὰρ οὐγγίας η ἦν ἡ δραχμή.*

Ἐκαλεῖτο δὲ ὁλκή.] Mirè hæc perturbata sunt, & implicita. Utrum *ὁλκὴν* idem ac *δραχμὴν* esse dicat: an potiùs *δραχμὴν*, *ὁλκὴν*, id est pondus idem cum siclo esse statuat, dubitari potest. Sed prior interpretatio præferenda, qvam & Cornarius expressit, & nos secuti fuimus. Nam & *ὁλκὴ* pro drachma sæpius accipitur. Sed qvod ejusdem cum Siclo ponderis fuisse refert, superioribus repugnat: ubi didrachmus Siclus constitutus est; qvamvis revera tetradrachmus fuerit. Jam exemplum illud de Absalomi capillorum pondere nihil ad rem pertinet. Lib. II. Reg. cap. XVI, 26, *Ponderabat*, inqvit, *capillos capitis sui, ducentis siclos pondere publico:* מאתים שקלים LXX, *καὶ ἵστη ἑκατὸν σίκλων ἐν τῷ σταθμῷ τῷ βασιλικῷ.* Nulla hîc drachmarum mentio; sed Siclorum; qvos Hebraici, Latiniqve codices ducentos; Græci centum nu-

meiunt: Sixtiani tamen *διακοσίοις σίκλοις* recte concipiunt. At verò Epiphanius comam illam scribit *ὁλκὴν* habuisse CXXV Siclorum: quæ est, inqvit, uncia sicli unius, & librarum duarum cum semisse. Hæc ego nullus capio. Sicli CXXV, si qvatuor drachmæ singulis, ut par est, arrogentur, drachmas colligunt qvingentas. Eæ per 96 divisæ libras Romanas efficiunt V, cum XX drachmis. Sin didrachmos Siclos esse malis, drachmæ consurgent 250, ex qvibus libræ conficent duæ, cum drachmis 58, qvi modus selibram excedit drachmis decem. Est enim selibra drachmarum 48. Sanè, ut Epiphanii verba præferunt, illud significare videntur: Siclum aliqvem fuisse, cujus uncia, sive duodecima pars, siclos communes habuit CXXV, qvæ sint duæ libræ cum dimidia. Ita Siclus iste libris constabat XXX, drachmis 2880. Erit cum per otium ista retractabimus. Interim hic hæreo, & à peritioribus doceri me vehementer cupio.

Ὀβολὸς καὶ αὐτὸς ἐν ἀργυρίοις.] Obolus drachmæ pars est sexta, unciæ qvadragesima octava. Fuit & æreus numus. Qvem duplicem Epiphanius statuit: alterum æreum, qvi *μέτρον εἶχε τῆς οὐγγίας*. Ubi *μέτρον* pro pondere sumere videtur. Nam majus istius, qvam seqventis pondus esse debuit, qvod octogesimam partem unciæ facit. Qvod si minus placeat obolos æreos tam grandes extitisse, *μέτρον εἶχε*, sic accipiendum erit, ut sit, *erat pars dimetiens*, vel potius, *valorem habebat unciæ areæ*. Manifestum est autem hoc in loco *ἀργύριον* pro nummo qvolibet, etiam æreo *καταχρηστικῶς* sumi. Nam obolum æreum *ἐν ἀργυρίοις τετυπῶσθαι* vult. Sic paulò pòst *χαλκοῦς ἀργύρια* vocat.

Ἦν δὲ καὶ ἕτερος.] Si obolus argenteus octogesima pars est unciæ, drachmæ autem octava, denis obolis singulæ drachmæ constabunt, non senis.

Λέγει γὰρ ἐν τῷ Λευιτικῷ.] Moysis verba sunt עשרים גרה יהיה השקל: *Viginti geræ siclum facient*. Hieron. vertit *obolos*. Non qvod *gera* propriè sit *obolus*, (major est enim qvintâ ferè parte: nam qvinqve geræ sex obolos faciunt) Sed qvod nullum apud Græcos aut Latinos genus mensuræ vel nummi propinqvius occurreret: qvemadmodum denarius promiscuè usurpari pro drachmâ consvevit. Habet igitur siclus, hoc est tetradrachmum XX geras: proinde drachma qvinqvè geris constat. LXX. *εἴκοσι ὀβολοὺς ἔσαι τὸ δίδραχμον*. Didrachmum pro Siclo reddiderunt, cui XX oboli non competunt; sed tetradrachmo. Qvæ res Epiphanium decepit. Qvi ex eo frustra deduxit, unciam obolos LXXX continere, qvia XX duabus drachmis, qvæ qvarta pars est unciæ, conveniunt. Sed didrachmum pro Siclo, hoc est, pro tetradrachmo, Græci videlicet usurparunt.

Ὅτι δὲ τέταρτόν ἐστι τῆς οὐγγίας.] Dixit hoc non alibi, qvàm supra iis verbis: *ὁ δὲ στατὴρ ἥμισυ μὲν οὐγγίας, ἔχων δὲ δίδραχμα*. Qvare *διστάκτως* conjecimus scripsisse Epiphanium *δ' δραχμάς*.

Χαλκοῦς, τοῦτο οἱ Αἰγύπτιοι.] Chalcus octava pars oboli fuit. Pollux Lib. X. cap. VI. *ὁ μὲν ὀβολὸς ὀκτὼ χαλκοῦς εἶχε*. Mox: *οἱ δὲ τέσσαρες χαλκοῖ ἡμιωβόλιον*. At Suidas in *τάλαντον*, *ἡ δραχμὴ ὀβολῶν ἕξ, ὁ δὲ ὀβολὸς χαλκῶν ς'*. Sex obolo chalcos tribuit. Qvod posterius Agricola seqvitur, libro V. Chalcus alias nummi genus, aliâs ponderis fuit. Numus item æreus, vel argenteus, abu-

ſione vocis; ut inplerisqve paſſim: niſi ἀργύρειον hîc latius uſurpetur. Pollux οἱ μὲν ἦν χαλκοῖ, νομισμάτιον ἦν λεπτὸν· ἡ δὲ τῶν πολλῶν, καὶ ἰδιωτῶν χρῆσις τὸν χαλκὸν ἀργύρειον λέγει. Heſychius, χαλκοῦς, τοῦτο ἐπὶ τοῦ χρυσοῦ, καὶ τοῦ ἀργύρου ἔλεγον. Ubi Latitii æris nomine pecuniæ genus omne complexi. Chal... verò, de qvibus Epiphanius loqvitur, diverſum qviddam à vulgaribus videntur. Nam & ab Ægyptiis inventos aſſerit, & eſſe ἀργύρεια τετυπωμένα δύο. Tum octavam ait eſſe partem unciæ, hoc eſt eandem cum drachma.

Μνᾶς, ἥλις τῇ Ἑβραΐδι.] Mina Hebræis מנה μανή, & ita ſcribendum hoc loco. Italicam minam Epiphanius ſtateras habere dicit XL, qvæ ſint unciæ XX, ſive libra cum beſſe. Hac ratione ſtater erit ſemuncia, ac drachmas continebit qvatuor: qvod & antea ſcripſit. Libra Romana uncias habet XII; cujus bes octo ſunt unciæ. Ambo hæc, id eſt unciæ XX, minam Italicam faciunt, qvæ drachmas colliget CLX. Aliud erit igitur libra Italica; aliud mina. Hero Atticam minam ἰσοδύναμον, καὶ ἰσοστάσιον eſſe dicit τῇ Ἰταλικῇ μνᾷ στατήρων γάρ ἐστι κέ: ἡ δὲ Ἰταλικὴ λίτρα στατήρων κδ'. Italicam libram ecce à mina ſeparat, & illi ſtateras XXIV, huic XXV imputat. Interpres Nicandri: ἡ δὲ Ἰταλικὴ μνᾶ λίτραν μίαν ἥμισυ. Qvod ita Scaliger explicat: ut Libra Italica ſit drachmarum LXIV, id eſt unius libræ, & dimidiæ, hoc eſt drachmarum XXXII, qvæ XCVI drachmas in Italicam minam conſtituunt. Atqvi hoc modo unciæ ſingulæ drachmas ſibi vendicabunt 5⅓. Qvod cum Epiphanio conciliari non poteſt. Major eſt enim Italicæ apud illum libræ modus, ut & unciæ.

Τὸ δὲ νουμίον τετύπωται.] Cedrenus. καὶ ἀσσάρια δὲ ἀπὸ ἀσήμου, καὶ χαλκοῦ πεποιημένα πρῶτος Ῥωμαίοις ἐχαρίσατο, πρὶν διὰ σκυτίνων, καὶ ξυλίνων, καὶ ὀστρακίνων τὴν χρείαν πληρούντων, ἅπερ ἐκ τοῦ ἰδίου ὀνόματος νουμία ἐκάλεσε. *Aſſes, inqvit, ex argento, & ære cuſos primus Romanis largitus eſt; cùm antea ſcorteis, & ligneis, & teſtaceis uterentur; qvos de ſuo nomine nummos appellavit.* ἀσήμου, pro ἀσημίου legendum eſſe perſpicuum eſt: qvæ vox *argentum* ſonat; ne A ſignum cum interprete ſomniemus. Sed commentum illud de appellationis origine, qvod & Iſidorus Lib. XVI. Cap. XVII. ſecutus eſt, refellit Pollux, qvi νοῦμμον Græcum nomen eſſet cenſet; Lib. IX, Cap. VI, ὁ δὲ νοῦμμος δοκεῖ μὲν εἶναι Ῥωμαίων τοὔνομα τοῦ νομίσματος· ἔστι δὲ Ἑλληνικὸν τῶν ἐν Ἰταλίᾳ, καὶ Σικελίᾳ Δωριέων.

Δίχρυσον δὲ ἐκάλουν.] Δίχρυσος ex nominis ratione numum ſignificat, qvi binos aureos valet. Verùm Epiphanio teſte argenteus numus eſt, τοῦ ἀργύρου, hoc eſt argentei, dimidium.

P. 184. Τὸ δὲ ἄργυρον, τοῦτό ἐστιν.] Cedrenus pag. 139 Μιλιαρίσια δὲ ἀπὸ τῆς μιλιτίας, ἤγουν στρατείας. Subjungit fabulam de Scipione, qvi primus militibus τὰ μιλιαρίσια cudit. Sed vana eſt hæc originatio. De *milliarenſi* multa haud vulgaria dicenda ſunt, qvæ qvoniam cum *folle* implicatam diſputationem continent; de utroqve Diatribam paulò longiorem inſtituemus. Neqve enim paucioribus, aut explicari omnia potuerunt, aut hic ipſe Epiphanii, ac ſeqvens de folle locus enarrari.

DE FOLLE MILIARENSI, AC NUMMORUM MINUTIIS DIATRIBA.



ΟΛΗΣ, ὃ καὶ ταλάντιον.] Non est ullus apud Epiphanium locus, qvem vehementius eruditi homines vexaverint, qvique vicissim illos acrius exercuerit. Ita variis modis interpolatus, atqve explicatus est. Qvam opinionum varietatem, non ipsa solùm Epiphanii verborum obscuritas peperit, sed etiam rei per sese difficultas; qvòd de folle diversa admodum in antiqvorum monimentis expressa legantur. Ac mihi vulgò vocabuli istius proprietas haud satis explorata videtur: & cùm in eam investigandam paulò accuratius incubuissem; nonnulla reperi secus ab doctis & studiosis hominibus explicata, qvàm veritas ipsa, & authorum veterum testimonia paterentur. Qvocirca ut non huic tantùm illustrando Scriptori opera nostra serviat; sed ad communem utilitatem sese latiùs effundat; visum est non abs re fore, si qvæ de *folle* lucubrationibus aliqvot commentatus essem, ea opportunitate loci hujus inductus copiosius ac diligentius exponerem. Non enim pueriliter arcessita, neqve emblemaris instar ad pompam illigata erit ista disputatio. Sed ejusmodi, qvæ proponentur, erunt omnia; ut qvi ea cum Epiphanii verbis conferre voluerit, breviores esse nos minimè oportuisse concedat. Nobis verò in ipso operis exitu eò alacriùs postremus hic superandus labor; qvò jam velut longa navigatione perfuncti, propiùs jam terram ipsam, portumqve contuemur.

Qvicqvid igitur de Folle ab Antiqvis proditum, & ab recentioribus adnotatum est, id ad duo fermè capita revocatur. Nam aut ποσότητα, sive ὁλκὴν; & ἄθροισμα, hoc est summam pecuniæ, vel pondus, aut certum aliqvem nummum significat. Utrumqve nos genus hac Dissertatiuncula proseqvemur.

DE FOLLE UT EST PECUNIÆ COLLECTIO QVÆDAM AC SUMMA.



E vulgata duntaxat, ac trita de Follis prima ista notione complectar; insignem hanc disputationem luculentissimâ qvadam accessione faciam: hoc est ejusdem in eas interpretamento, cujusmodi in vetere Basilicorum Glossario reperi, qvod est penes R. P. Jacobum Sirmondum. Ex qvo ad Epiphanii locum

de Folle Miliarensi. enarrandum operæ pretium aliqvod futurum confido. Ita ergo de Folle Glossæ istæ prodiderunt. Φόλλις· ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ νέου φόρος ἡμιόνων εἰσήχθη τοῖς Κωνσταντίνου πολίταις, διὰ τὸ τῶν τοιούτων ὑποζυγίων τὴν ἐν τῷ πολέμῳ χρείαν περιεχομένου. ἕτερος δὲ ὁ κληθεὶς Φόλλις τὰς τῶν ἀξιολογωτέρων κατὰ πόλεις οἰκίας κατέλαβεν, ὅτι ἦν αὐτοῖς τὸ γένος ἄνω τῆς ἀξιώσεως τετυχηκός. καὶ ἦν ἀτύχημα τὸ κρεῖττον ἐν τοῖς γένεσι πρὸς τὸ μέγεθος τῆς ἀξιώσεως διακεινδυνον τῷ ποσῷ. τοῖς μὲν τοῦ πρωτίστου τέλους ὀκτὼ χρυσίου λίτραι· τοῖς δὲ τοῦ δευτέρου, τέσσαρες· καὶ δύο τοῖς τρίτοις· ὥς φησιν Ἡσύχιος ὁ Ἰλλούστριος ὁ φιλόσοφος τῆς Μιλησίας, ἐν τῷ ἕκτῳ χρονικῷ διαστήματι τῆς ἱστορίας. ΦΟΛΛΙΣ· σταθμός ἐστι, λεγόμενος καὶ βαλάντιον. ἕλκει δὲ δηνάρια διακόσια, πεντήκοντα. ταῦτα δέ ἐστι λίτρας τιβ', καὶ οὐγγίας ἕξ· ὡς ἔχοντος ἑκάστου δηναρίου λίτραν α', καὶ οὐγγίας γ'. ἔστι δὲ καὶ ἕτερος Φόλλις συναγόμενος ἐξ ἀργυρίων λεπτῶν τῶν τοῖς στρατιώταις διδομένων, καὶ διὰ τοῦτο μιλιαρισίων καλουμένων. ἔχει δὲ ἕκαστον τῶν τοιούτων λεπτῶν ἀργυρίων κεράτιον ἕν, ἥμισυ, τέταρτον. ὁ δὲ Φόλλις ἀργύρια τοιαῦτα ρκε', ἃ ποιοῦσι κεράτια σιη', καὶ νούμμους θ'. ἤτοι πρὸς τὸ νῦν κρατοῦν μιλιαρήσια ρθ' καὶ νούμμους θ', γινόμενα ἐν χαράγμασι νομίσματα θ', μιλιαρήσιον ἕν, νοῦμμοι θ'. τὰ τοίνυν ρκ' καὶ πέντε ἀργύρια συνήγετο εἰς ἀπόδεσμον ἕνα· καὶ οὗτος ἐκαλεῖτο Φόλλις. ἔστι δὲ καὶ ἕτερος Φόλλις διαφόρους ἔχων ποσότητας. ἀπὸ γὰρ δύο χρυσίου λιτρῶν ἀρχόμενος, εἰς ὀκτὼ προήκει κατὰ τὴν ἀξίαν, καὶ τὴν εὐπορίαν τῶν ἀπαιτουμένων. οὗ μέμνηται μὲν καὶ Ἡσύχιος ὁ Ἰλλούστριος ἐν τῷ χρονικῷ διαστήματι τῆς ἱστορίας. μέμνηται δὲ καὶ Θαλέλαιος ἐν τῇ β' διατάξει τοῦ β' τίτλου, τοῦ ιβ' βιβλίου τῶν Κωδ. οὗ τίνος τίτλου, ἡ μὲν α' διάταξις ἐξελήφθη ἐν βίβλῳ τῶν Βασιλικῶν ς', τίτλῳ ζ' κεφαλ. δ'· ἡ δὲ β' παρελείφθη, ὡς πάλαι ἀναιρεθεῖσα παρὰ τοῦ θείου Μαρκιανοῦ.

vet. Cod. habere videtur δοτάρια.

Hactenus Glossæ. Qvas Alciatus laudat: ex eoqve Ludovicus Vives in Comment. ad Lib. XXII. de Civit. Dei. Cap. III. Sed illîc Latinè qvædam parùm expressa sincerè, ut in mendosis exemplaribus accidit, qvæ ex Græcis nostris emendare liceat. Triplex verò indidem Follis notio deducitur. Nam est primo tributi, & pensitationis genus, idqve duplex; alterum mulare (perperam apud Vivem *multorum*, pro *mulorum*, extat) alterum nobilioribus familiis indictum, cujus author est Hesychius Illustrius Lib. VI. Qvod posterius institutum à Constantino M. scribit Zosimus Lib. II. ἀπεγράψατο δὲ τὰς τῶν λαμπροτάτων οὐσίας τέλος ἐπιθεὶς, ᾧτινι φόλλιν αὐτὸς ἐπέθηκεν ὄνομα. Ejusmodi follem, sive præstationem Senatoriam gradatim per triplex discrimen processisse, Glossæ demonstrant: ita ut primus gradus follibus duobus esset obnoxius; secundus, qvatuor; tertius, octo. De iis Follibus mentio est Lib. XXI. Tit. II. Cod. Theod. de Præt. cùm Senatorium ordinem trifariam distribuens, alios in professionem habere folles ait duos; alios qvatuor; alios amplius. Glossæ singulis follibus unam auri libram imputant. Sed in tenuiorum gratiam postea de canone detractum, & ad septenos solidos minima Senatorum redacta pensitatio; qvæ proinde à folle distingvitur. Etenim Lib. VI. Cod. Theod. Tit. I. Lege I. cùm Gratianus, Valentin. & Theod. sic edixissent: *Duorum verò follium maneat cunctos indiscreta professio, etiamsi possessionem fortè non habeant*; postea à Valentin. Theod. & Arcad. imminuta præstatio est; & amplissimorum virorum consilio definitum dicitur; ut septenos qvotannis *solidos pro suâ portione conferret, qvi prabitiones implere follium non valeret.*

leret. Ubi septem solidorum functio a folle perspicuè separatur: qvamvis Hotomanus Lib. *de re Num. Pag. 370.* confundere ambo ista videatur. Atqve ea pensitatio aliqvandiu perseveravit. Lege XII. Tit. ejusdem, septem solidorum præstatio tenuissimos Senatorum obligare dicitur. Sublatum vero postea est onus illud; ut ex Lib. XII. Cod. Justin. patet. Nam Tit. II. Lib. II. Valentin. & Martianus ita rescribunt: *Glebam, vel follem, sive septem solidorum functionem; sive qvamlibet hujusmodi collationem, tam circa personas, qvam res, & prædia, funditus jubemus aboleri: ut omnis hujusmodi sopita perpetuò conqviescat exactio.* Ante hanc constitutionem durissima fuit ordinis Senatorii conditio, ac pœnæ loco nonnullis imposita: aliis pro ingenti beneficio est adempta; ut ex Epist. XXXVIII. Synesii constat: nec non Ammiano Lib. XXII; Juliano Epist. XXV. Qvod & Glossa superior ostendit. Secunda follis significatio est, qvâ pro pondere sumitur librarum CCCXII, & unciarum sex. Qvæ sunt denarii CCL; qvorum singuli libram unam habent, uncias tres; *Donos* Alciatus vertit. Qvid autem sint, libenter doceri me cupiam. Nam & Codex manuscriptus *δωνάεια* repræsentare videtur. Tertiò Follis *ἀϑροισμα*, summamqve pecuniæ significat, ex nummis argenteis minutis conflatam, nempe ex miliarensibus numero CXXV: qvorum singuli ceratium pendebant cum semisse, & qvadrante. Ita follis iste ceratia colligit CCXVIII, nummos novem. Alciati codex hoc in loco depravatus erat. Sic enim vertit: *Est & alius follis coactus ex argenteis leptis, qui militibus, qvos miliarios vocabant, dabatur. Lepti autem ceratium unum cum dimidio continent. Ita follis iste argenti ceratia CCVIII habet, & nummos IX.* Ergo argentei omnes illi in sacculum unum conjecti. Unde & follis appellatio deducta. Atqve ex argenteis illis CXXV, sive miliarensibus, conflunt nummi, sive solidi aurei novem. Etenim ceratia CCXVIII si per novem partiare, singulis XXIV competent; qvantum solidi pondus erat. Isidorus Lib. XVI. cap. XXIV: *Siliqva vicesima qvarta pars solidi est, ab arboris semine vocabulum tenens.* Tametsi siliqvam inter, & *κεράτιον* interesse videtur. Seqvitur enim apud Isidorum: *Cerates oboli pars media est, siliqvam habens unam, & semis. Hunc Latini semiobolum vocant. Cerates autem Græcè, Latinè siliqva cornuum interpretatur. Obolus siliqvis tribus appenditur, habens cerates duos, chalcos qvatuor.* Continet ergo *κεράτιον* sesqvisilicam. Unde in drachma XVIII siliqvæ sunt, ceratia XII. In didrachmo siliqvæ XXXVI, ceratia XXIV. Qvoniam itaqve stater, sive aureus primis temporibus pondus habebat drachmarum duarum; ita ut qvaterni duntaxat cuderentur in unciam; ideo tum *κεράτια* XXIV, siliqvas XXXVI pendebat. Postea de pondere tertia pars est deducta; ita ut seni in unciam solidi percussi sint: ac tum sexrula nuncupata. Isidorus: *Solidus apud Latinos alio nomine Sextula dicitur; qvod de iis sex uncia compleatur.* Tum ergò solidus ad XXIV siliqvas, *κεράτια* XVIII redactus est. Verum *κεράτια* cum siliqvis deinceps confusa sunt; adeoqve XXIV *κεράτια*, perinde ac siliqvæ, XXIV, solido tributa sunt. *Drachma* (inqvit Isidorus) *tribus constat scrupulis; id est XVIII siliqvis.* Ergo in uncia siliqvæ sunt CXLIV. Qvæ si per qvatuor dividantur, dant unicuiqve solido veteri siliqvas XXXVI.

De Folle Milia-rensi.

Oo

De Folle Miliarensi.

Si per ſex, dabunt ſextulæ, ſive ſolido ſiliqvas XXIV, qvæ & *κεράτια* vocarunt. Apparet ergo CCXVIII *κεράτια* recte novem nummis, ſive ſolidis imputari; qvos eſſe Gloſſa dicit miliarenſes *λεπτὰς* CXXV. Ii in unum ſacculum injecti follem conficiebant. Iidem ex ſacculis ſtipendium militare, vel donativum in ejusmodi miliarenſium ſpecie perſolvebatur. Unde miliarenſibus nomen inditum Græci paſſim autumant. Apud easdem illas Gloſſas, *μιλιαρίσιον στρατιωτικὸν δῶρον*. Et alibi paſſim. Nec aliam ab ullo proditam vocabuli iſtius originem extare memini. Qvæ à noſtris tamen meritò rejicitur. Nam à *militia* aut *milite* non *miliarenſis*, ſed *militarenſis* fieri debuit. Qvare ſi mihi in obſcurâ re conjecturâ licet uti; qvod cur minimè concedatur, non video; libentius miliarenſem a millenario numero detortum exiſtimem: qvòd videlicet mille iſtiusmodi nummis auri libra æſtimata fuerit. Etenim ſolidorum, ſive aureorum in libram numerus cùm diverſus aliqvando fuerit, tandem ad LXXII pervenit. Sex enim, uti dictum eſt, in unciam percuſſi. Ideo *ſextula* vocata: qvod ſextam unciæ partem penderet. Zonaras de Nicephoro Phoca: *ἦν δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ χρημάτων ἥττων, ὡς ἔοικε. μέχρι γὰρ ἐκείνου παντὸς νομίσματος ἑξαγίου σταθμὸν ἕλκοντος, ἐκεῖνος τὸ τεταρτηρὸν ἐπενόησε, κολοβώσας αὐτὸ κατὰ τὸν σταθμόν.*

Si igitur milliarenſes CXXV, novem ſolidos exæqvant, & CCL, ſolidos octodecim; ergo qvater ducenti qvinqvaginta milliarenſes, hoc eſt mille, ſolidos explebunt LXXII, qvæ eſt auri libra. Vera igitur, qvantum apparet, miliarenſis notatio ex optimis illis Gloſſis eruta eſt, qvæ hactenus latuerat, & à Græculis, ut aſſolet, depravata, ac diſſimulata fuerat. Sed de miliarenſibus iſtis amplius agetur, cùm ad follem argenteum ventum erit: ad qvem priusqvam orationem convertimus, de aureis, ſi qvi fuerint, diſputandum. Hactenus enim prima Follis eſt explicata notio, qvatenus *ὁλκὴν*. & *ἄθροισμα* nummorum ſignificat.

DE FOLLE, UT INTER NUMMOS CENSETUR: AC PRIMUM, AUREUM FUISSE NULLUM OSTENDITUR.



FOLLIS *aurei nummi genus eſt*, inqvit Cujacius ad Leg. XII. Cod. Juſtiniani, Tit. II, Leg. II. Idqve ex legum aliqvot Theodoſiani Codicis authoritate confirmat: Veluti Leg. II, & III Qvor. Ap. non rec. Item Lege III de Suariis. Lege V, & XXI de Prætoribus. Qvod & aliis perſvaſit. Itaqve vir

doctus Alexandrini Chronici locum illum Pag. 742 ἐπὶ τούτων τῶν αὐτῶν ὑπάτων λεῖψις γέγονεν τοῦ ἄρτου, ὥστε πραθῆναι τὸν ἕνα ἄρτον φόλεων τριῶν, ad folles, ſive nummos aureos retulit. Verùm ex allatis à magno Juriſconſulto legibus adeo nihil de aureo aliqvo numiſmate colligitur, ut contrarium potiùs ex plerisqve manifeſtiſſimè concludi poſſit. Lex eſt prima, qvæ temerariæ appellationi multam indicit follium XXX; cujuſmodi vel argentei nummi commodè poſſunt intelligi, vel nummorum certa collectio, ſive ſacculus. Reliqvis in legibus mirum qvantopere illum ratio fugerit. Lege III de Suariis, libra ſuillæ carnis ſenis follibus taxatur. Qvis aureis nummis ſex valuiſſe porcinam arbitretur? Ergo ne argenteis qvidem totidem puto: Et folles hîc æreos, ac minutos interpretor. De Folle Milleranſ.

Seqvitur Lex V, de Prætoribus: qvæ erogationis modum in Præturis definit. Primæ Præturæ, qvæ Flavialis dicitur, erogationem præſcribit viginti & qvinqve millium follium, ac triginta librarum argenti: Secundæ Conſtantinianæ dictæ, viginti millia follium, & qvadraginta libras argenti. Tertia Triumphali, qvindecim millia follium, ac triginta libras argenti. Hos verò folles aureos eſſe nummos, qvis tandem perſvadeat? Neqve enim veriſimile eſt tanto majorem auri qvantitatem in editiones, qvam argenti vel inſumptam, vel conceſſam fuiſſe. At XXV follium, ſi aurei nummi ſunt, millia, utcumqve ad libras redigantur, immane qvantum argenteorum numerum excedant. Ergo folles iſtic ærei nummi, ſive follarales videntur, qvos Lamprid. in Alagabalo folles æris appellat. Cujusmodi minutæ ſpecies, & æreæ cum argenteis, & aureis conjunctim in ſalarium Ducibus nominatim taxatæ leguntur apud Auguſtæ Hiſtoriæ ſcriptores. Ita centum ærei diurni apud Vopiſcum in Aureliano; æreorum Philippeorum annua decem millia apud eundem in Probo. Æris HS decies in Bonoſo.

Poſtremò Lege XXI de Præt. follium planè diverſa & abhorrens ab omni nummorum genere ſignificatio eſt. Ibi enim triplicem Senatorii ordinis gradum diſcernit, pro diverſa profeſſione, in qvam alii duos folles, alii qvatuor. alii amplius habebant. Follis verò non pro nummo; ſed pro canone tributi, ac præſtationis ſumitur, qvi à Senatoribus pro cujusqve facultate ac dignitate ſolebat exigi; κατὰ τὴν ἀξίαν, καὶ τὴν εὐπορίαν, ut Gloſſæ loqvuntur. Qvocirca nihil hactenus allatum video, qvod aurei nummi genus fuiſſe follem argumento eſſe poſſit; Sed vel auri, argentiqve ſummam, vel argenteum certè nummum, aut æreum.

De Folle Miliarensi.

DE MILIARENSI ARGENTEO, QVÆ PARS FOLLIS VIDETUR.



Nteqvam de Folle argenteo certi aliqvid eruatur, necesse est de miliarensi, qvod *ἄργυρον* Epiphanius nominat, pauca qvædam præmittere: qvoniam ex eo nummorum genere componi follem idem ille affirmare videtur. Miliarensem argenteum fuisse nummum non aureum, declarat Novella Justiniani CV. in qva Magistratibus, præsertim Coss. profusionis modum præscribit: vetatqve nummos aureos spargere; argenteos permittit. *οὐ μὴν χρυσίον ῥίπτειν ἐφίεμεν, οὐ μικροτέρου τινὸς, ἢ μείζονος ὅλως, ἢ μέσου χαράγματος, ἢ σταθμοῦ, ἀλλ' ἀργύρου (καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν) μόνον. τὸ μὲν γὰρ χρυσίον διαρρίπτειν ἀνεῖσθαι τῇ βασιλείᾳ, ἣ παρὰ μόνη καὶ χρυσίου περιφρονεῖν ὁ τῆς τύχης δίδωσιν ὄγκος. ἄργυρος δὲ ὁ μετὰ χρυσὸν εὐθὺς τιμιώτατος γένοιτο ἂν καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπάτοις φιλοτιμία πρέπουσα. τοῦτον ἐφίεμεν αὐτοὺς ῥίπτειν ἔν τε τοῖς καλουμένοις μιλιαρησίοις, καὶ μήλοις, καὶ καυκίοις, καὶ τετραγωνίοις, καὶ τοῖς βιύτοις.* Miliarensem duodecimam solidi partem fuisse; hoc est solidum aureum duodenis miliarensibus valuisse, viri docti pridem observarunt: proindeqve duas siliqvas auri unius miliarensis æstimatione taxatas. Qvippe solidus XXIV siliqvis constabat. Atqve idcirco miliarensem *δικέρατον* Cedrenus nominat. Verum istud perpetuum esse minimè potuit. Docent enim Glossæ *νομικαὶ* novem circiter solidos miliarenses habuisse CXXV; qvibus competunt *κεράτια* CCXVIII. Proinde singulis miliarensibus attribuenda sunt *κεράτια* singula cum dodrante, hoc est cum semisse, & qvadrante. Solidus verò miliarensi æstimatur 1¾ ut supra dictum est.

Scaliger Libro de re Numaria, Miliarensem ait esse *δωδέκατον τοῦ νομίσματος*, & Suidam corrigit, qvi *δέκατον* esse docuerat. Eundemqve & duabus auri siliqvis valuisse, & fuisse didrachmum, ob eam, qvam dixi, rationem, qvod *δικέρατον* foret, & duarum siliqvarum æstimationem haberet, qvarum singulæ drachma argentea valerent. Qvod si qvis diligenter excutere velit, falsum & absurdum esse reperiet. Falsum est, inqvam, & siliqvas auri singulis valuisse drachmis argenteis, & solidum XXIV drachmis æstimatum fuisse. Qvæ ambo simul esse vera non possunt.

Etenim triplex, qvod ad præsens institutum attinet, aurei Romani, qvi postea solidus appellatus est, modus ab doctissimis Jurisconsultis ad Justiniani saltem tempora definitur. Primus antiqvior, in qvo qvaterni in unciam auri cudebantur; in libram XLVIII. Alter circa Constantini ætatem; cum septeni in unciam solidi percussi sunt; in libram LXXXIV; ut ex Lib. I. Cod. Theod. de Ponderat. patet. Tertius à Valentiniano constitutus, in qvo seni ex uncia cusi; è libra LXXII; qvi & deinceps observatus videtur.* Atqvi in triplici illa solidi ratione duo illa Scaligeri firmamenta consistere neqveunt. Qvod ut manifestum fiat, illud imprimis animo repetendum; drachmam sex obolos continere; obolum siliqvas tres. Ita fiunt in drachmam siliqvæ XVIII; in unciam CXLIV, qvæ drachmas octo complectitur. Libra siliqvas continet 1728.

Jam qvo tempore aurei in unciam qvaterni percutiebantur, è libra

XLVIII, singuli qvidem aurei XXIV drachmis, sive denariis æstimati sunt; qvanqvam scio XXV & a Dione, & ab aliis imputari. Sed ut μικρολογία circumscriptâ, rotundum maximè numerum consectemur, XXIV denariornm aureus fuit: eratqve tum duodecupla auri ad argentum proportio; cum duorum denariorum legitimum aurei pondus esset. Qvamobrem auri libra drachmis valebat 1152, didrachmis, sive miliarensibus 576. Per qvos si 1728 siliqvas, qvot in librâ numerantur, dividas, competent uni didrachmo siliqvæ tres, non duæ. Postea, cùm LXXXIV in libram percussi sunt solidi, si singulos nihilominus, paris cum veteribus, longeqve gravioribus, pretii fuisse qvis dixerit, absurdum qviddam ex eo conseqvetur. Nam ut LXXXIV per XXIV multiplices, invenies libræ auri pretium drachmarum esse 2016, didrachmorum, seu miliarensium Scaligerianorum 1008. Unde illud conseqvens est, qvoniam drachmæ in Romana libra sunt XCVI, (In unciam enim octonæ conveniunt) Libræ autem XXI drachmas totidem, hoc est 2016 sibi vindicant, eandem Constantini sæculo proportionem auri fuisse, qvæ est 21 ad 1. Qvod immane & prodigii simile est. Nam ad summum qvatuordecim duntaxat, & eo amplius argenti selibra, auri libram taxatam esse, fidem facit Hotomanus, idqve Arcadii, & Honorii tempore. Tum ut illud concedamus, totidem didrachmis, hoc est 1008, auri libram æstimatam fuisse, falsum aliud erit, auri siliqvas duas didrachmi pretio taxatas esse. Nam si siliqvas 1728 per miliarenses 1008 distribuas, singuli siliqvam $1\frac{5}{7}$ duntaxat auferent.

De Follo Miliarensi.

Supereſt tertium illud tempus, ad qvod Scaliger potissimùm respexisse videtur. Nam de solido loqvitur, cujusmodi seni in unciam qvadrant, unde & sextula nominatur. Atqve hac postrema ratione solidus sextulas aufert XXIV. Siqvidem in priori, siliqvis constabat XXXVI, in secunda siliqvis $20\frac{4}{7}$. Postrema igitur solido siliqvas attribuit XXIV. Verum neqve tum siliqvæ duæ didrachmi pretio censeri possunt; neqve miliarensis, sive duodecima pars solidi didrachmo valet. Nam si LXXII per XXIV multiplicentur, drachmæ conficient in auri libram, 1728; miliarenses 864. qvot sunt διкέρατα. Nam siliqvas in libra esse scimus 1728. Drachmæ verò totidem libras conficiunt XVIII. Ita auri libra octodecim argenteis valebit, qvod est inauditum. Ob eas caussa vana est illa Scaligeri definitio; miliarensem didrachmum fuisse, & simul duabus auri siliqvis valuisse. Accedit & Glossarum, qvas supra commemoravimus, luculentissimum illud testimonium, qvo miliarensibus siliqva duntaxat una cum dodrante, vel tribus qvadrantibus imputatur, nummis verò solidis ferè novem, miliarenses CXXV; qvibus κεράτια congruunt CCXVIII, non CCL; ut Scaligeriana conjectura postulabat.

Roget aliqvis; ecqvod demum miliarensis argentei pondus, ac pretium, qvæve ad aureum solidum, ac solidi partes proportio fuerit? Eqvidem nihil certò ea de re neqve affirmare ipse possum, neqve ab ullo affirmari posse judico. Pendet enim ea res ex solidi primùm æstimatione; tum ex auri ad argentum ratione; qvod utrumqve diversum, ac penè arbitrarium fuit. Verumtamen ut in obscurissimâ re, atqve ambiguâ conjecturæ

De Felle Milia- rens. probabili locus esse potest. Qvæ cujusmodi mihi in mentem venerit, paucis aperiam. Ego verò milliarenses arbitror ab argenteis didrachmis paulatim ortum accepisse. Etenim initio cum aurei qvaterni in unciam percuterentur, ac singuli XXIV drachmis, sive XII didrachmis valerent, tres auri siliqvæ, qvæ sunt κερατα ex Isidori authoritate duo, didrachmi pretio censebantur. Erant enim, uti superius ostendimus, siliqvæ in aureo XXXVI, ceratia XXIV. Qvare tum δικερατ⊙ erat argenteus didrachmus. Postea de solidi, sive aurei pondere, ac proinde nonnihil etiam de valore sive æstimatione detractum. Qvamvis enim aureorum pondus in eum finem plerumqve minuatur, ac plures in libram cudantur, ut in fiscum ex ea re lucri aliqvid redundet; non tamen eadem solidi levioris, qvæ gravioris taxatio esse potest. Alioqvi nimium iniqva lex esset; & immanis auri ad argentum proportio; ut paulo ante demonstravimus. Neqve tamen pari decremento solidi pondus ac pretium est imminutum: Ut cum exempli caussa solidus duas argenteas drachmas penderet, ac XXIV drachmis valeret, postqvam ad scrupulorum qvatuor pondus est redactus, ac tertia parte decurtatus, non eadem, ut opinor, proportione solidi pretium à XXIV ad XVI drachmas descendit. Alioqvi nullum omninò compendium ex eo Princeps faceret. Verùm justâ aliqvâ & moderatâ æstimatione taxatus est aureus; ut esset nihilominus major qvam antea auri ad argentum proportio. Diximus Constantini ferè sæculo aureorum numerum in libram vehementer auctum fuisse, ut ad LXXXIV perveniret, atqve ita qvartâ ferè parte pondus aureorum imminueretur. Postea sub Valentiniano sex in unciam taxati sunt, in libram LXXII. Hoc igitur tempore, cum XXIV siliqvas solidus penderet, qvot κεράτια ex Isidori definitione vetus auferebat, suspicor duabus auri siliqvis argentei unius pretium indictum: qvi qvidem minimè didrachmus esset, sed in didrachmi locum successisset, ac proinde bisiliqvus foret: uti apud veteres aureus didrachmus διкέρατ⊙ fuit, qvatenus κεράτιον à siliqva discernitur. Cum autem subinde κεράτια pro siliqvis promiscuè usurpari cœpta sunt, etiam argenteus ille διкέρατ⊙ est habitus, qvòd siliqvas duas, sive κεράτια valeret. Hujusmodi in libram erant 864. Sunt enim siliqvæ in libra 1728. Qvodnam autem singuli pondus habuerint, non aliunde qvam ex auri ad argentum proporrione definiri potest. Fingamus eodem illo tempore duodecuplam extitisse. Cum ergò auri libra 864 argenteis æstimetur, qvæ sunt argenti libræ XII; si per 12 numerum illum divjdas, conficient in singulas argenti libras argentei LXXII, qvot aurei in libram incurrunt: ac cum XII argentei, solidi pretium exæqvant. Singulorum verò pondus ex libræ argenteæ comparatione colligitur. Habet enim libra ponderalis drachmas XCVI. Qvare cum argentei LXXII totidem drachmas exhauriant, habebunt singuli drachmam unam, & unam ferè tertiam, hoc est obolos propemodum octo, sive siliqvas argenteas XXIV. Qvod siliqvarum auri duarum pretium esse debuit. Sed si auri ad argentum ratio ista fuisset, nihil ex solidorum aucto in libram numero fiscus lucraretur. Ob id majus argenteorum singulorum fuisse pondus arbitror.

Hotomannus Lib. *de re Numaria pag.* 347, Impp. Arcadii & Honorii temporibus animadvertit libram auri qvatuordecim argenti libris, ac fere selibra æstimatam fuisse, ex L. I. C. de arg. pret. Nam libra argenti qvinis aureis solidis taxatur, libra autem auri duobus & septuaginta solidis aureis. Glossæ verò supra citatæ proportionem illam exactiùs retinere videntur, qvæ est unius ad qvatuordecim. Nam auri solido milliarenses permutantur ferè qvatuordecim: cum CXXV milliarenses solidis novem valeant. *De ⟨pondere⟩ Milliarensi.*
Esto igitur auri ad argentum ratio ut unius ad qvatuordecim. Tum 864 siliqvæ, qvot in librâ auri sunt *διχεράτα*, per 14 dividantur, consurgent in unamqvamqve libram argentei 61⅗. Fingamus esse 62. Ii si ad drachmarum legitimum in libra numerum exigantur, singuli pondus habebunt drachmæ unius, obolorum trium, & ³⁄₇ unius oboli: sive drachmæ unius, siliqvarum 10; qvæ sunt siliqvæ 28. Hic modus, atqve ejusmodi pondus esse potuit argenteorum circa Valentiniani, & Arcadii tempora, qvibus ad 72 solidorum numerum deductam auri libram antea diximus: tum scilicet, cum duabus auri siliqvis argentei singuli valerent, ac solidus siliqvas penderet qvatuor & viginti. Neqve tamen in eo pondus argenteorum constitit. Sed rursum sexta ferè parte diminuti sunt, ut in auri libram non jam 864 argentei, sed mille deinceps imputarentur. Qvod utrumqve certa aliqva authoritate firmandum. Scribunt Glossæ Basilicorum apud Meursium milliarenses duodecim aureum solidum, hoc est ceratia XXIV valere, Ecl. XXIII. *Χρὴ γινώσκειν, ὅτι τὸ ἓν κεράτιον Φόλλεις εἰσὶ δώδεκα, ἤτοι μιλιαρισίου τὸ ἥμισυ· τὰ οὖν ιβ´ κεράτια, εἰσὶ νομίσματος ἥμισυ· τὸ γὰρ ἀκέραιον νόμισμα ἔχει μιλιαρίσια ιβ´, ἤτοι κεράτια ιβ´.* Item *κατὰ νόμισμα λαγχάνει μιλιαρίσια ιβ´.* Tum idem & Cedrenus confirmat, qvi *διχέρατον* pro miliarensi accipit. Qvapropter cum siliqvæ sint in libra 1728, necesse est *διχεράτους* argenteos in auri libram incurrere 864; qvorum singuli pondus habent argenteæ drachmæ unius, & obolorum trium, & unius siliqvæ, sive 28 siliqvarum. Unde qvoniam auri siliqvæ duæ argenti siliqvis valent 28, auri siliqvæ 24, argenti valebunt 336. Qvæ per 28 divisæ dant 12. Duodecim igitur argentei eo, qvo dixi, pondere cusi, 24 auri siliqvas valebant, sive solidum aureum, & *διχέρατοι* propriè vocabantur, didrachmis minores octo siliqvis. Jam verò ex Glossario R.P. Sirmondi, qvod superiùs adduximus, patet, CXXV milliarenses argenteos, novem propemodum solidis valere. Qva ratione LXXII solidi millenos exigunt miliarenses. Detractum est igitur de argenteorum pondere, indeqve miliarenses appellari cœpti, posteaqvam mille in auream libram imputari sunt. Horum verò ad argenti libram rationem, ac pondus eadem via, qvam superius instituimus, licet inqvirere. Milliarenses in argenti libras qvatuordecim sive drachmas 1344, percutiuntur mille. Habent ergò singuli drachmam unam, & præterea obolos duos, & ⅘ siliqvæ; hoc est siliqvas 24⅘. Sed 24 siliqvæ sumantur. Iidem argentei superioribus *διχεράτοις* minores sunt sextâ ferè sui parte, majorum verò septima. Proinde si 28 siliqvæ auri siliqvis duabus æstimantur, in qvartadecupla auri ad argentum proportione, 24 argenti siliqvæ, auri siliqva valebunt 1⅐. Atqve eadem proportio in argenteis singulis inter sese comparatis cernitur: qvæ est summarum ipsarum, qvæ utrobiqve in argenti libras qvatuordecim conveniunt. Ut enim mil-

De Folle Miliarens.

lenarius numerus ſeptima fere ſui parte, hoc eſt 136, major eſt qvam 864, cujus ſexta ferè pars ſunt 136. Ita 28 ſiliqvæ ſuperant 24 ſeptima ſui parte, nempe 4, qvæ eſt ſexta pars 24. Qvamobrem cùm duarum ſiliqvarum auri pretium argentei ſinguli non exæqvent, ſed duabus ſeptimis unius ſiliqvæ minus habeant, non jam XII argenteis ſolidus æſtimabitur, ſed qvatuordecim ferè. Verùm Gloſſarii ille locus accuratius expendendus, atqve illuſtrandus videtur. Eſt enim ſcrupuloſa & anxia minutiarum illic fractio. Follem igitur affirmant ſummam eſſe argenteorum miliarenſium CXXV: qvorum qvilibet ſiliqvam unam habet cum dodrante, hoc eſt unam dimidiam, & unam præterea qvartam. *ὁ δὲ Φόλλις ἀργύρεια τοιαῦτα ρκέ· ἃ ποιοῦτι κεράτια σιή, καὶ νοῦμμους θ· ἤτοι πρὸς τὸ νῦν κρατοῦν μιλιαρίσια ρθ', καὶ νοῦμμους θ', γινόμενα ἐν χαράγμασι νομίσματα θ' μιλιαρίσιον ἕν, νοῦμμοι θ'.* Hic *νοῦμμους* non uſitata ſignificatione *ἀντὶ τοῦ νομίσματος*, pro ſolido videlicet & aureo ſumpſit, qvemadmodum eædem Gloſſæ *νοῦμμους τὰ νομίσματα* interpretantur. Sed pro minutiis ſive ponderum, ſive nummulorum, qvæ duodenæ in ſiliqvam incurrunt, uti ſtatim planum efficiam: *νόμισμα* verò propriè ſolidum appellant, qvæ fuit uſitata illius acceptio. Gloſſarium Henrici Stephani, *νόμισμα, Solidus*; &, *Solidus, νόμισμα*. Idem & *χάραγμα* nominatur, qvæ eſt propriè forma & effigies, qvam etiam τοῦ *νομίσματος* vox exprimit, authore Suida. CXXV argentei milliarenſes ceratia colligunt CCXVIII, & nummos IX, qvi ſunt ſecundum hodiernum, inqvit, uſum, miliarenſes CIX, & nummi ſolidi IX, cum miliarenſi uno, & nummis tribus. Qvod ego ſic interpretor. Miliarenſes ſinguli pretium habent aureæ ſiliqvæ unius & qvadrantium trium. Ideò CXXV miliarenſes ſiliqvas aureas valent CCXVIII cum tribus qvadrantibus. Hos qvadrantes nummis novem definit. Proinde ſiliqva duodecim nummos habet, qvorum dodrans ſive tres qvadrantes ſunt novem. Suntqve nummi, vel ponderales, uti dixi, minutiæ, qvomodo & denarius antea libræ unius & unciarum trium pondus erat: vel tenuiſſimi nummi, cujuſmodi in ſiliqvam XII, in *ἀκέρατον* argenteum, XXIV taxati ſunt. Cumqve *χάραγμα νόμισμα*, vel ſolidus, ſiliqvis conſtet XXIV, novem verò ſolidi ſiliqvis CCXVI: miliarenſes CXXV, paulo plus ſolidis novem æſtimantur, nempe duabus amplius ſiliqvis, & dodrante. Ex qvo ſeqvitur milliarenſes argenteos mille, ſiliqvis auri valere 1750, qvi ſunt ſolidi 72, & ſiliqvæ 22, qvo ſiliqvarum numero libram auream excedunt. Nam ſi ſolidum XXIV ſiliqvis definias, 72 ſolidi, qvot in libram cuſi ſunt, ſiliqvas auferunt 1728: qvibus accedunt duæ & viginti ſuperfluæ, qvæ argenteorum millenarium perficiunt. Nam ſiliqvæ 1728 milliarenſes duntaxat 987 & $\frac{3}{7}$ exigunt, ſiqvidem ſiliqvæ 1750 milliarenſes $12\frac{4}{7}$ reqvirunt: ut unusqvisqve ſiliqvas duas uno qvadrante minus habeat, ſeu ſiliqvam unam & $\frac{3}{4}$. Atqve hoc pacto, ſi conſtituta illis temporibus auri ad argentum proportio qvartadecupla retineatur, diviſi 987 milliarenſes per 14 dabunt in libras ſingulas milliarenſes fere $70\frac{1}{2}$. Qvi ex drachmis 96 deducti pondus unicuiqve milliarenſi relinqvunt drachmæ unius, & ſiliqvarum ſex ferè, hoc eſt ſiliqvarum 24. Atqvi tunc milliarenſes mille paulo plus auri libra conficient. Qvocirca videndum an per illud tempus ſolidus paulo plus XXIV ſiliqvis penderet, hoc eſt præterea $\frac{22}{72}$ ſive $\frac{11}{36}$ unius ſiliqvæ. Aut certè

ex auri libra præter 72 ſolidos, ſeptuageſimus tertius levior, ac ſiliqvarum tantummodo 22 percutiebatur. Ut cum milliarenſibus millenis auri libra penitus adæqvaretur. Pergit Gloſſarium, & milliarenſes iſtos CXXV, ſi ad novorum canonem exigantur, eſſe dicit CIX, ac nummos præterea novem; Unde fiunt ſolidi, ſive νομισματα novem, cum uno milliarenſi, & nummis illis reliqvis novem. Qvæ verba ſatis indicant reditum poſtea ad milliarenſes illos δικεράτυς fuiſſe. Nam ceratia 218 ſi in 109 partiare, dant unicuiqve milliarenſi ſiliqvas auri duas cujusmodi μιλιαρίσιον το νῦν κερατῦν, inqvit, hoc eſt ejus, qvo ſcribebat, temporis proprium, majus erat priore, paulo plus ſeptima parte. Qvare ſi CIX ejuſmodi novem ſolidos exhibent, LXXII ſolidi, ſive libra auri, 872 milliarenſes efficiet. *De Folle Miliarenſ.*

Has nummorum tricas, ac minutias non ſine aliqvo fortaſſe lectorum tædio, ſcrupuloſius excuſſimus. Verùm tanti fuit, miliarenſis, ac follis, de qvibus agit hîc Epiphanius, vim, originem, proprietatemqve cognoſcere: cum inveteratum illum, & a Scaligero probatum errorem, de didrachmo milliarenſi, ac tetradrachmo folle convincere. Qvod de folle poſt paulo docebitur. Ad milliarenſem verò qvod attinet, eorum, qvæ hactenus ſunt diſputata, ſumma ſit: Milliarenſem argenteum fuiſſe nummum, non didrachmum, ſed aliqvanto minorem, qvi aliâs duabus auri ſiliqvis, aliàs paulo minore pretio permutatus eſt, itidemqve levior aliàs, aliàs gravior extitit. Ac tum cùm levior fuit, milleſima pars fuit aureæ libræ, unde & μιλιαρίσιον à Græcis, à Latinis milliarenſis appellari cœpit. Qvam etiam ob cauſſam λεπλὸν ἀργύρεον vocatum eſt, ut à didrachmo, vel gravioris ponderis argenteo diſcreparet. Cæterùm ejusmodi milliarenſium ſpecies militaris fuiſſe videtur, qvod donativum ac ſtipendium in eo genere perſolveretur, nec non ſparſiones, & erogationes in populum eodem illo fierent; ut ex Novella Juſtiniani, qvam ſupra produximus, apparet. Hinc ςρατιωτικὸν δόμα, vel δῶρον Epiphanius interpretatur, & Gloſſæ cum eo ferè omnes. Gloſſarium P. Sirmondi Στιπένδιυμ, ἢ τελβῦτον, τὸ ἀπὸ λεπλῶν ἀργυρίων συναγόμενον. Item: Στιπένδια λέγεται τὰ δημόσια, διὰ τὸ ἀπὸ λεπλῶν συνάγεσθαι ἀργυρίων. τὰ αὐτὰ δὲ καὶ τριβῦτα λέγεται. ἀπὸ τῦ ἐπικλᾶσθαι τοῖς καταβάλλυσιν, ἢ ἐπιμερίζεσθαι τοῖς ςρατιώταις. Ergo ſtipendium à ſtipe, hoc eſt minutulis nummis, qvæ λεπλὰ ἀργύρια vocantur. Tametſi miliarenſium modus ſatis magnus videtur. Sed nihilominus & inter λεπλὰ numeratus eſt. De λεπλοῖς ſeqventi capite, ubi de folle diſſerimus, amplius agetur. Hæc nos partim conjecturâ freti; partim certiſſimâ Gloſſarium veterum authoritate nixi, de miliarenſi protulimus. Erunt qvi certiora fortaſſe conferent. Qvibus non modò non invidebimus; ſed illud citra convicium & obtrectationem ſi fecerint, qvòd ægrè à plerisqve impetrare poſſis, libentiſſimè id nos accepturos; ſin utcumqve meliora docuerint, aſſenſuros eſſe pollicemur.

De Folle Miliarensi.

EPIPHANII DE FOLLE LOCUS EXPENDITUR AC DECLARATUR.

FOLLIS, inqvit Epiphanius, *ταλάντιον καλεῖται*; estqve duplex, nimirum duobus ex argenteis conflatus, qvi sunt CCVIII denarii. Paulo antè dixerat, *τὸ ἄργυρον*, eum esse nummum, qvi à Romanis, hoc est Constantinopolitanis, miliarensis appellatur. Nunc ex duobus argenteis istis constare follem asseverat. Hoc ipsum Epiphanii verba præ se ferunt, nisi aliter castiganda videantur. Qvod variè à plerisqve tentatum. Scaliger in postumo libello *de re Numaria, pag. 56.* Epiphanium sic emendat, ut pro *ταλάντιον*, *βαλάντιον* reponat: tùm pro *σή δηνάρια*, hoc est CCVIII, *σπή*, CCLXXXVIII. Follem itaqve duplum esse *τοῦ μιλιαρησίου*, ac tetradrachmum existimat, qvoniam miliarenses, ut vidimus, didrachmos constituit: habere verò denarios, hoc est minutulos nummos CCLXXXVIII. Sed in eâ Scaligeri conjecturâ primum illud est à nobis superiori capite validissimè refutatum, qvod miliarenses didrachmos fuisse defendit. Alterum, qvod pro *ταλάντιον*, *βαλάντιον* legit, vereor ut obtinere possit. Etenim qvamvis follis idem sit, qvod Græcè *βαλάντιον*, nihilominus à Græcis *βαλαντίου* vox non folli, ut singularis est nummus, imponitur, sed ut est pecuniæ summa, & nummorum *ἄθροισμα*, vel *σαθμὸς*, ut Glossæ significant. De folle argenteo nummo neqve mentionem illæ faciunt, neqve *βαλάντιον* appellatum esse puto, tametsi ut id analogia qvadam usurpatum fuerit, non valdè repugnem. Cum enim propriè follis certa illa nummorum *ὁλκὴ*, ac summa diceretur, ex certo, ut apparet, nummorum genere collecta, & in unum inclusa follem; usu postea factum est, ut folles etiam singulæ *τοῦ ἀθροίσματος* partes, ac nummi ipsi vocarentur. Deniqve qvod ad Epiphanii summam octoginta denarios addidit, caussam nullam aut habuit, aut qvam haberet, ostendit. Hotomanus Lib. *de re Num.* hunc ipsum Epiphanii locum non capere sese sine ambage profitetur. Alii qvid de illo sentiant dicturos se aliqvando promittunt. Ego nihil in Epiphanii verbis animadverto, qvod tam impeditum & inextricabile videri possit, ut vadimonium propterea deseratur. Hoc enim simpliciter, ac citra ullam emendationem & interpolationem colligi ex illis potest: Follem argenteum esse nummum, qvod *Talentum parvum* dictum fuerit, ex argenteis duobus conflatum, in qvo denarii minutuli numerantur CCVIII, hoc est in singulis argenteis CIV. Cur *Talentum* ejusmodi nummus appellatus fuerit, vel nescire me dico, qvando id Epiphanius tacuit, vel caussam aliqvam reperio, qvam non probare magis qvispiam possit, qvàm ratione certa refellere. Idem & de denariis illis asseram, qvorum varius apud diversas nationes usus, æstimatioqve fuit. Cum tam facile defungi loci illius interpretatione liceat, tamen ne frustra tot eruditi homines in eo laborasse, atqve hæsitasse videantur, nos ipsi qvoqve simplici illâ declaratione, & obviâ minimè contenti, alias excogitavimus, qvas singil-

latim percensere omnes, atqve exponere, plus tædii, qvam utilitatis lectoribus afferet. Unam igitur proponam aut alteram; si illud imprimis admonuero: in manuscripto cod. Biblioth. Regiæ paulò aliter locum illum concipi. Ita enim scriptum reperi. *Φόλης ὅσα παντιον καλεῖται. διπλοῦν δέ ἐστι, ὑπὸ δύο ἀργύρεων συγκείμενον οἳ γίνονται σοι κ´ δηνάρια.* Non σή´, hoc est CCVIII, denarii, sed XX folli huic arrogantur. Qvæ lectio mihi non contemnenda videtur. Qvocirca follis apud Epiphanium nummus est ex duobus argenteis compositus: qvos miliarenses intelligimus, qvorum singuli denarios decem continent. Denarios verò non veteres illos, & Romanos, sed minores aliqvos nummos; qvi & ideo *denarii* nuncupati videntur, qvòd totidem in argenteum nummum competerent. Cur autem talenti parvi nomen ei nummo sit impositum, caussæ complures divinari possunt. Veluti qvòd denarii isti in sex iterum chalcos divisi fuerint: ita ut in milliarensem CXX convenirent; qvot in Talentum Epiphanii, qvod CXXV librarum est, Atticæ minæ congruunt. Aut hæc igitur, aut alia qvæpiam ejusmodi ratio fuerit, cur *talenti* nomen in argenteo folle resederit. Sanè cùm Epiphanius follem asserit duos argenteos complecti, licet argenteos non milliarenses intelligere, hoc est minores, ac non legitimos illos, sed didrachmos, qvi in usu nihilominus essent. Plura enim *τῶν ἀργυρῶν* genera fuerunt, qvorum uni miliarensis vocabulum inditum; non tamen argentei omnes milliarenses appellati. Ideo follis tetradrachmus esse potuit, ex duobus didrachmis compositus, qvod & Scaligero visum est: Sed falsa ratione; qvoniam solidi pretium XXIV drachmas esse credidit, & duarum auri siliqvarum drachmas duas, sive milliarensem unum. Atqvi siliqvæ in solido erant XXIV, in didrachmo XXXVI. Proinde auri proportio ad argenteum fuerit, ut XVIII ad I, qvod abunde in superiori capite refutatum est. Qvòd si ex duobus ejusmodi argenteis didrachmis constabat follis, obolos capiebat XXIV, qvot scilicet in solido sunt siliqvæ. Qvare cùm solidus talenti nomine sit affectus, uti postea dicetur, potuit & idem folli nomen attribui, qvoniam totidem in eo censerentur oboli, qvot in solido siliqvæ. Atqve haud scio an non idipsum vetera illa Matthæi Scholia, qvæ ex Budensi codice antea laudavimus, persvadere possint, qvæ staterem argenteum tetradrachmum *στατῆρος* nomen ideo sortitum esse dicunt, qvòd bifariam divisa uncia, & in duas lances imposita, æqvilibrium faciat: *ὅθεν τῇ ἰσοῤῥοπίᾳ τοῦ κανόνος, καὶ τὴν τοῦ ζυγοῦ ἰσότητα. στατὴρ ἐπεκλήθη.* Nam & ad *ταλάντου* vocem ac notionem istud alludit; & *τάλαντον*, perinde ac *στατῆρα*, trutinam esse scimus. Ob id ergo *ταλάντιον* follis, si qvidem tetradrachmus erat, appellari potuit. Suidas qvoqve, tametsi corrupta illius verba sunt, nonnulla eôdem spectantia scribit in voce *ὀβολός. τὸ δὲ τάλαντον τοῦ ἀργυρίου τῶν νῦν, τέσσαρα, καὶ νομίσματος ή, καὶ ς´.* Sed lubrica est plerumqve Suidæ fides; qvòd interdum tacito nomine, Authorum nuda verba describit. Sane idem ille Scholiastes, ut antea docuimus, staterem argenteum significat centum denarios colligere; qvorum singuli LX continent asses, prout altera lectio concipit. Hoc modo sex in statere sunt assium millia, qvot in Talento drachmæ. Scimus autem talenti nomen non solùm exiguis summis, verùm etiam minoribus nummis ex usu qvorumdam populorum inditum fuisse. Festus Nea-

De Folle Miliarensi.

De Folle Milia-rensi.

politanum talentum ſex denarium facit: Syracuſanum trium denariûm: Rheginum, Victoriati. Pollux Lib. IX. cap. VI: τὸ μϑὺ Σικελικὸν τάλαντον ἐλάχιστον ἴσχυε. τὸ μϑὺ ἀρχαῖον, ὡς Ἀριστοτέλης λέγει, τέσσαρας καὶ εἴκοσι νύμμους· τὸ δὲ ὕστερον δυοκαίδεκα. Talentum ecce XXIV nummorum extitit; qvi ſinguli velut minæ talenti minoris eſſent. Scribit enim Suidas apud eosdem Siculos, τὸ μὲν ἀρχαῖον fuiſſe μνῶν κδ', νυνὶ δὲ ιβ'. Qvanqvam pro μνῶν, Scaliger νύμμων reſcribit. At totidem oboli in tetradrachmo fuerunt. Pari ergo jure ταλάντιον, alicujus populi, ac fortaſſe Cypriorum conſvetudine, follis tetradrachmus nuncupari potuit. Poſtremo qvandoqvidem ex Gloſſario Nomico illud habemus, Follem eſſe ὁλκὴν ἀργυρίων CXXV, qvæ κεράτια, ſive ſiliqvas auri valent CCXVIII, cogitandum ecqvid Epiphanii verba ad eam Gloſſarum authoritatem exigenda ſint; ut primùm pro δύο ἀργυρίων legamus ρκέ. Tum pro σιή δηνάρια, σιή κεράτια: niſi forte κεράτια etiam δηνάρια nominentur. Tum enim Follis Talentum parvum dicetur, qvod CXXV argenteos minutos continet, qvot libræ majori, ac ponderali talento tribuuntur. Sed in iis omnibus nihilo plus nobis, qvàm meram conjecturam, ac divinationem permittimus: ne qvis hæc à nobis bonâ fide, ac ſeriò pro veris & compertis allata ſuſpicetur.

Ex iis verò maximè illud amplector, hîc hæreo: Follem Epiphanii argenteum eſſe nummum duorum argenteorum λεπτῶν, qvi & milliarenſes eſſe poſſunt, æſtimatione, ac pondere, qvorum ſinguli decem denarios habent: ita ut follis κ' δηνάρια colligat, qvæ eſt Manuſcripti Codicis regii lectio. Aut ſi vulgatus numerus retinendus videatur, qvilibet miliarenſis CIV denarios colliget, follis CCVIII. Sed regii codicis authoritas præferenda. Ita ſine ullo fuco, & ambagibus, ſuus eſt obſcuriſſimo, ut vulgo habetur, Epiphanii loco reſtitutus nitor. Hoc igitur contenti ſimus, dum aliud nos doceant, qvi omnia ſe ſcire dicunt, & mira pollicentur.

DE FOLLE ÆREO, MINUTIS, AC RELIQVIS NUMMULIS.

DUPLEX apud Epiphanium follis genus eſt, ut ex ejus verbis apparet. Nam aut κατὰ τὸν ἀργυρισμὸν uſurpatur; aut κατὰ τὸν δηναρισμόν. Hoc eſt, ut ego interpretor, vel pro argenteo nummo ſumitur; vel pro æreo. Eſt enim δηνάριον recentioribus Græcis levioris nummi ſpecies, de qva poſt paulo dicam. Ideo δηναρισμὸς ſectio eſt nummi alicujus in æreas ſpecies: ἀργυρισμὸς in argenteas. Sed δηναρισμὸς duplicem capit ſenſum. Nam aut æreus nummus in ſui generis nummos, hoc eſt æreos dividitur: aut argenteus atqve aureus in æreos. Poſſunt enim bifariam illi diſtribui. Imo aureus trifariam: nimirum in aureas minores ſpecies, argenteas, & æreas. Ut ſi qvis ſolidum in tremiſſes, vel denarios aureos, aut alios ejuſmodi leviores partiri velit. Tum in miliarenſes aut drachmas argenteas: ac poſtremò in æra, vel chalcos. At hoc loco cum

cum ab Epiphanio follis κτ' δηναρισμὸν, vel ἀργυρισμὸν tribuitur: non idem est follis genus, sed prior, qvi κατ' ἀργυρισμὸν secatur, argenteus est follis duos argenteos continens: Posterior æreus est nummus, qvi in duos λεπτοὺς dividitur. Nam si obolus argenteus κτ' δηναρισμὸν divideretur, plures qvàm duos λεπτοὺς contineret. De hoc igitur posteriori folle, qvi & æreus est, hoc in capite disputandum. Qvi qvidem variè ab authoribus circunscribi solet. Suidas, & Moschopulus φόλλεις ὀβολοὺς interpretantur. Idem Suidas: ἀσσάρια ὀβολοί. Qvod ex Plutarcho *in Publicola* sumptum videtur. Erunt ergo φόλλεις ἀσσάρια. Eustathius in Lib. I. Iliad. pag. 136. cùm obolos dixisset in drachmam imputari sex; subjicit: οἱ δὲ ὕςτοι, ὡς εἰκὸς, ὀβολοὶ χρόνῳ τοῦ ὕψους ὑποσπώμενοι, καὶ κτ' μικρὸν ὑποκαταβαίνοντες, ἀπὸ ὕστερον ταπεινοὺς, καὶ πεταλώδεις, καὶ οἷς ἄν τις ἐρεῖ, ἐπιπέδους ἐποίησαν ὀβολοὺς τοὺς λεγομένους φόλλεις. Ita Glossæ supra citatæ milliarensem unum, qvi κεράτια duo valet, follibus constare XXIV docent, unum verò κεράτιον, follibus valere XII. Sed non qvilibet oboli folles habendi sunt; sed minutissimi. Nam obolus propriè si sumatur, drachmæ pars est sexta, siliqvas habens tres. Proinde cum aurea siliqva, secundum duodecuplam proportionem, duodecim siliqvis argenteis valeat, continebit argenteos obolos qvatuor. Valet autem, ut Glossæ scribunt, folles XII. Ergo obolus argenteus tres folles continebit: adeoqve follis argentea erit siliqva. Sed leviorum nummorum appellationes confundi invicem, & usurpari promiscuè solent: Veluti denarii, oboli, chalci, λεπτοὶ, sive λεπτὰ, minuti & minuta, qvadrantes, æra, folles, ærei, follærales, & id genus alii, qvibus non magno sanè discrimine, neqve certa ac constanti ratione, scriptores abutuntur. Qvamobrem nihil absurdius, fallacius nihil est, qvàm ex vetere, ac prioribus usitatâ sæculis nummulorum ad drachmam, unciamve proportione, eorundem, cujusmodi posteriorum usu scriptorum fuerit, pondus & æstimationem concipere. Ut si qvis obolum, qvia sexta pars drachmæ fuit, eadem ad argenteam drachmam ratione perpetuò definiendum existimet: cùm Plutarchus & Suidas assem obolum esse dicunt; assis porrò decima qvondam, postea decima sexta pars denarii, sive drachmæ fuerit. Ita chalci octo in obolo sunt, in chalco λεπτὰ, sive minuta septem. Et tamen apud Isidorum ultra chalcos non proceditur. Qvadrans denarii qvarta pars, unciarum trium olim extitit. Hesychio qvarta pars est follis, aut etiam λεπτόν. Epiphanius siclum qvadrantem nominat: Isidorus unciæ qvartam partem appendere scribit, hoc est drachmas duas. Hesychius, & ex eo Suidas, κοδράντην ait esse τὸ πᾶν, ἢ λεπτὰ δύο, Idem Hesychius ἀσσάριον & λεπτὸν unum idemqve esse docet, & talenti sex millesimam partem. Vides qvàm horum omnium nummulorum ratio sit incerta, utqve nihil ex iisce tricis, ac minutiis, nisi temerè pronunciari possit. Ut non interim illud omittam; qvod ad rem magnoperè facit, easdem diversos apud populos nummorum, mensurarum, ac ponderum appellationes non easdem notiones, ac potestates habuisse, sed alibi majori æstimatione, alibi minore fuisse præditas. Cujus rei infinita sunt exempla, in qvibus immorari otiosum est, ac putidum. Nam qvod

De Folle Milia-rensi.

Pp

De Folle Milia-rensi.

ad λεπτὰς, qvorum hîc mentio eſt, ſpeciatim pertinet, qvis de eo genere certi aliqvid aſſeveret? Epiphanius folles κτ̃ δηναρισμὸν, duos eſſe λεπτὰς ait. Si iidem λεπτοὶ ſint ac λεπτὰ, ſeptem erunt in chalco, in obolo, qvi chalcos habet octo, λεπτοὶ LVI, in drachma CCCXXXVI. Fiunt in drachmâ folles Epiphanii CLXVIII, in obolo XXVIII. Sed λεπτὰ apud eundem diverſa ſunt. Nam λεπτὰ ταλάντȣ ſupra memoravit, alia τῶν ἀσσαρίων. Scholia in Matth. ex Budenſi codice λεπτὰς in denario, qvæ eſt ſtateris tetradrachmi centeſima pars, drachmæ XXV, ait eſſe decem. Ad hæc Marci XII, 42 vidua illa πτωχὴ, id eſt *mendica*, in gazophylacium injecit λεπτὰ δύο, ὅ ἐστι κοδράντης. Ergo follis idem erit cum qvadrante. Hilarius in Pſalm. CXXVIII. minuta iſta viduæ denarios duos interpretatur, eadem voce, qva & nummi illi cenſentur, qvos Samaritanus apud Lucam cap. X. ſtabulario in ægroti ac ſaucii ſumptus erogavit, qvæ δηνάρια δύο Lucas appellat. Sed non idem nummi genus utrobiqve denarii voce ſignificatur. Multo enim minus eſt, qvod mendica fœmina de ſua paupertate in arcam immiſit, qvam qvod pius ille Samaritanus in ægroti alimoniam, ac curationem contulit. Sed neqve Bedæ poſſum aſſentiri, qvi ad illum Marci locum viduæ minuta duo qvadrantem eſſe ſicli putat, hoc eſt obolos qvinqve. Imò verò obolos ſex. Nam ſiclus obolos colligit XXIV, ſive drachmas IV; qvarum ſingulæ ſunt ἑξώβολοι.

Sed eſt abſurdius multo; qvod non nemini placuiſſe nuper didici; λεπτὰ illa duo viduæ, qvos Hilarius denarios vocat, eſſe denarios illos veteres, unciæ partem octavam; qvorum duo qvadrantem ſemunciæ reddunt. Sic enim ratiocinatur: Qvadrans, qvi duos minutos habere dicitur in Evangelio, definitur unciæ pars qvarta, duo minuti ſunt in qvadrante, ſic minutus octava pars unciæ, ut duo minuti, qvarta. Octo igitur minuti in unciam incurrunt, ut octo drachmæ; & ſic minutus, & drachma, vel denarius ſunt ἰσοδύναμα. Hæc ſi vera eſſent; ſi λεπτὸν, cujusmodi duo vidua projecit, idem eſſet cum argenteo denario, vel drachma, non pœnitenda ſane largitio illa foret; nec eam mulierculæ ſolùm mendicitas; ſed & ſuum qvoqve pretium commendaret: nimirum ſi, qvod proximè ante dictum eſt, tantum mendica mulier erogaſſet, qvantum in ægroti alimoniam ac curationem à benigno illo Samaritano eſt impenſum. Qvocirca non dubia eſt ἀλογιστία; qvæ ex eo nata, qvòd λεπτὰς, vel λεπτὰ ubiqve pro *denariis* ſive *drachmis* uſurpari falsò credit, ejusqve ſibi commenti, qvòd doctiſſimos etiam ignoraſſe dicit, authoritatem vendicat. Hoc verò & ignoratum eſſe hactenus fateor, & ignorari multo magis communium literarum intereſt, qvàm in lucem efferri. Eſt enim falſiſſimum. Qvis duo illa viduæ minuta aliter accipiat, qvàm pro duobus æreolis, minimiqve pretii nummulis, hoc eſt chalcis, qvales octo in obolo numerantur? Certè tenuiſſimum nummi genus fuiſſe ratio ipſa perſvadet. Cyrillus minuta illa obolos appellat. Ergone denarii argentei ſunt oboli, qvod eandem τῶν λεπτῶν vocem Hilarius denarios interpretatur? Nugæ meræ ſunt. Denarios enim Hilarius pro æreolis uſurpavit; ut & Epipha-

nius, dum κατὰ δηναρισμὸν opponit ei, qvod est κατὰ τὸν ἀργυρισμόν: idqve etiam sibi idiotismus noster ascivit. Qvod verò qvadrantem duo illa λεπτὰ Marci nominat; cur unciæ potiùs, qvàm oboli, imo etiam chalci qvadrantem arbitremur? Octo in drachma chalci sunt; totidem à nonnullis in chalco minuta statuuntur. Tam igitur chalci duo, oboli, & λεπτὰ duo, chalci qvadrantem faciunt, qvàm unciæ, qvadrantem denarii duo', vel drachmæ. Itaqve chalcos ajo duos esse, hoc est oboli qvadrantem, λεπτὰς illos viduæ. Qvod & Latinus interpres agnovit, qvi Lucæ XXI, ubi eadem historia narratur, λεπτὰ vertit, *æra minuta duo*, nempe χαλκία. Unde & χαλκολόγοι, *æruscatores*. Nam χαλκὸς pro omni nummulorum genere passim accipitur. De Follo Miliarens.

Sed clarè, inqvit, hoc Epiphanius; dum ita scribit: Siclum, qvi & qvadrans vocatur, unciæ qvartam esse partem; stateris semissem, ac drachmas continere duas. Duas, inqvit, drachmas dixit author ille, qvæ alii minuta. Hoc verò nunqvam Epiphanius dixit, drachmas duas ejusdem esse generis cum λεπτοῖς illis mendicæ mulierculæ: qvod est ἄτοπον, & inauditum. Scimus qvartam unciæ partem drachmas esse duas: qvas cur Epiphanius cum Siclo confundat, caussam suo loco reddidimus. Sed has duas drachmas minuta esse duo, cujusmodi vidua in gazophylacium intulit, neqve probatum illic est, neqve argumentatione ullâ potest effici.

At ecce author est Hesychius, λεπτὸν esse ἑξακισχιλιοστὸν ταλάντου. Ergo sex millia τῶν λεπτῶν in Talento continentur. Sunt autem in talento totidem denariorum ac drachmarum millia. Qvare idem est minutum cum drachma. Hoc est probationis caput; atqve ipsum tamen levissimum. Nam Talentum apud Hesychium non ingentem illam pecuniæ summam, qvæ sex denariorum millia complectitur; sed solidum aureum significat; ut in Libro de re Numaria Scaliger animadvertit. Sed Hesychii verba necessario hûc adscribenda sunt. Κοδράντης, inqvit, τὸ πᾶν, ἢ τὸ τέταρτον τῆς φόλεως. ἢ λεπτόν. τὸ δὲ λεπτὸν ἑξακισχιλιοστὸν ταλάντου· ὅ ἐστι νόμισμα ἕν, ἢ κόκκοι τρεῖς. τὸ δὲ τάλαντον λίτραι ἑκατὸν εἴκοσι πέντε. ὁ δὲ κοδράντας νομίσματα τρία. ὁ δὲ ἔσχατος κοδράντης τὸ τέταρτον τῆς φόλεως. Mox Κοδράντης, τὸ πᾶν, ἢ λεπτὰ δύο. τὸ δὲ λεπτὸν ἑξακισχιλιοστῶν ταλάντων. Qvàm hæc perplexa, qvamqve ad authoritatem novi commenti sint inania, nemo non videt. Qvadrantem follis esse qvartam partem asserit, aut minutum. Postea qvadrantem duo λεπτὰ continere. Secundum priorem rationem qvadrans sexies millesima pars erit talenti: posteriori, ter millesima, qvia λεπτὸν ἑξακισχιλιοστὸν ταλάντου dicitur. Deinde qvod erit νόμισμα illud ἕν? Idemne cum qvadrante? An potiùs cum λεπτῷ? At subinde νομίσματα tria qvadrantem esse definit. Ergo qvadrans sunt νομίσματα tria, & nomisma unum. Idem qvadrans, unum erit minutum, & duo minuta. Qvæ omnia mendosa, inextricabilia, ac tumultuariè congesta sunt; neqve ad novi figmenti testimonium valere possunt. Etenim si pro eo, qvod Hesychius docet, λεπτὸν esse partem talenti sexies millesimam, ideo verum est, λεπτὸν idem esse cum drachma, qvia talentum Atticum sex drachmarum millia continet: cum idem Hesychius talentum

De Fol. Miliarens. Atticum ſex drachmarum millia continet: cum idem Heſychius talentum definiat libris CXXV, hoc eſt minus Atticis CXX; ſitqve duplum ad Atticum, ideoqve duodecim millia drachmarum Atticarum colligat qvale fuiſſe ſupra diximus Alexandrinum talentum; cur non eodem jure concludimus λεπτὸν eſſe didrachmum; qvoniam ſex didrachmorum millia talentum illud continet, de qvo Heſychius loqvitur? Qvanam verò fiducia id ex illa authoritate ſeligit, qvod in rem ſuam facere putat: id reſpuit, qvod ei potiſſimum adverſetur? Cur enim de talento Attico Heſychium locutum qvi potiùs affirmet, cum λεπτὸν ait ἑξακισχιλιοστὸν eſſe ταλάντυ, qvam eidem diſerte loqventi teſtantiqve fidem habeat, ſe talentum illud intelligere, qvod duplum ſit Attici, & duodecim drachmarum millibus conſtet? Redeo igitur ad id, qvod paulo ante propoſueram, & talentum iſtîc eſſe dico ſolidum aureum, ſive νόμισμα. Qvippe nomiſmatis vox recentiore ſæculo ad aureum ſolidum plerumqve reſtringitur. Hujus, ſi κατὰ δηναρισμὸν ſecetur, ſexies milleſima pars eſt qvadrans, qvi & denarius, & minutum, & aliis promiſcuè vocibus exprimitur. Solent enim, ut antea ſignificavimus, permiſceri invicem, & confundi appellationes illæ nummorum vilium, neqve ſingularum proprietas ubiqve retinetur. Itaqve qvadrans alias λεπτὰ δύο complectitur, aliàs pro λεπτῷ ſumitur. Qvanqvam veriſimilius eſt in priore loco ſcribendum eſſe, ut in poſteriore, ἢ δύο λεπτὰ, pro ἢ λεπτόν. Nam ad Marci verba reſpexiſſe videtur. Ac cum follis Epiphanii qvadrans erit Heſychii: licet hujus follis, qvàm illius, ſit major: qvia follis apud Heſychium λεπτὰ continebit octo, & idem erit fortaſſe cum obolo. Verum cujuſmodi ſint utrobiqve folles, aut λεπτὰ, tam difficile eſt aſſeqvi, qvam inutile ſcire, pronunciare verò temerarium, ac ridiculum. Sed talentum apud Heſychium eſſe ſolidum non ſolum ideo probabile eſt, qvia idipſum ait eſſe νόμισμα ἕν: verum etiam, qvod ex Caſſiodoro idem poteſt colligi. Cujus in Lib. I. Epiſt. X. hæc verba ſunt. *Sex millia denariorum ſolidum eſſe voluerunt.* Ubi Hotomanus fruſtra, *ſex milliariſiorum*, pro *millia denariorum*, legendum conjicit. Nam duodenis miliariſiis, non ſex, vulgo ſolidus æſtimatur. Retinenda proinde vulgata lectio. Ex qva ſex millia denariolorum in ſolidum imputata diſcimus, qvæ ab Heſychio λεπτὰ vocantur. Hoc modo ſi duodecim ſolido milliarenſes attribüantur, singuli qvingenta minuta, vel δηνάρια colligent. Qvod cur mirum Hotomano videretur, cauſſæ nihil erat: cum in noſtratem aureum, qvi Romano duplo ferè minor fuit, plures etiam minutiæ poſſint incurrere, ſi ad infimas nummorum ſordes κατὰ δηναρισμὸν redigantur, qvas vulgo maculas, obolos, pitas, aut aliis id genus vocabulis, appellant. Ex eo vero ratio inſuper evidens eſt, ob qvam talenti nomen ſolido ſit impoſitum. Nempe, qvod totidem minutiarum ac denariolorum millia comprehenderet, qvot drachmarum Atticum, ac vulgare talentum. Reliqva, qvæ apud Heſychium ſeqvuntur, peregrina ſunt, & accumulata temerè, ut in Gloſſariis aſſolet, in qvæ variæ, ac contrariæ plerumqve vocum earumdem notiones ex diverſis Authoribus collectæ ſub uno lemmate paſſim inculcantur.

Nihilo itaqve ratiocinatio ista doctiores viros doctissimos efficit; ut *λεπτὰ* argenteos denarios esse, sive drachmas, qvod hactenus ignorabant, deinceps intelligant. Non illud qvidem inficiamur, *ἀργυρια λεπτ̃α* pro argenteis nummis accipi: Ut in Glossis illis Basilicorum, qvæ solidis novem *ἀργύρια λεπτὰ* tribuunt CXXV. Sed eodem modo *λεπτὰ* dicuntur: qvo drachmas alias esse *λεπτὰς*, alias *παχείας* author est Hesychius, in voce *Λεπταλέον. τὰς δραχμὰς, λεπτὰς μὲν τὰς ἐξωβόλους, παχείας δὲ τὰς πλέον ἐχούσας.* Sed non statim conseqvens est, *λεπτὰ* pro drachmis simpliciter, ac sine adjectione sumi. Qvemadmodum propterea qvod Talentum aliud erat commodum, cui nihil deerat; aliud magnum, cui supererat: non ideo voces illæ *magnum*, vel *commodum*, simpliciter usurpatæ talentum significant. Ad eundem modum *ἀργύρια λεπτὰ* Glossæ nominant minores argenteos, ut a majoribus discernantur, qvales erant didrachmi, vel argentei majores; à qvibus millenarii nummi, sive milliarisii *ὑποπτώμενοι*, & *ὑποκαταβαίνοντες*, ut cum Eustathio loqvar, propagati fuerunt. *Δικέρατοι* nummi argentei priores duodecim solidum faciebant. Igitur novem solidis respondebant argentei CVIII. Totidem solidi *ἀργύρια λεπτὰ*, sive milliarenses continent CXXV. Qvare argenteus prior ille, qvi *Φερωνύμως* est appellatus *δικέρατος*, miliarensem, sive *ἀργύριον λεπτὸν* continet unum, & insuper ejusdem $\frac{17}{108}$ Ideo *λεπτὸν* hoc posterius vocatur. Sic argentei Philippei minutuli apud Vopiscum. Qvod autem *τὸ λεπτὸν*, vel *ὁ λεπτὸς* solitariè sumpta argenteum nummum apud authorem illum significent, ac citra substantivi nominis adjectionem, non temere inficiari audeam. Illud scio, ex iis omnibus qvæ ad id ostendendum allata sunt, nihil ejusmodi persvaderi posse: imo verò contraria omnia colligi. Nisi forte in illo ipso, qvo de agitur, Epiphanii loco *λεπτοὺς* argenteos esse denarios somniare licet. Qvod ex nova illa doctrina, iisdemqve principiis affirmare necesse est. Non enim *τὰ λεπτὰ*, vel *τῶν λεπτοὺς* aliqvando pro argenteis usurpari rantummodo svadet; qvod ipsum tamen authoritate aliqva fulciendum erat. Sed æreos fuisse nummos omnino negat, qvod est falsissimum. Nam vel hic ipse locus Epiphanii *τῶν λεπτοὺς* æreos esse nummos evidenter arguit. Siqvidem aliud est *κατὰ ἀργυρισμὸν* dividi, aliud *κατὰ δηναρισμὸν*: & hoc posterius idem est atqve adærari, sive in æreas species distribui. Cum igitur follem dicit *κατ' ἀργυρισμὸν* in argenteos, *κατὰ δηναρισμὸν* in *λεπτοὺς* dividi, profecto, si qvid sapimus, *λεπτοὺς* negat argenteos esse nummos, æreos fatetur.

Sed ut ad follem revertar, cujus partes sunt *οἱ λεπτοὶ*; ne illud qvidem superior illa doctrina probat, qvod magnoperè videri cupit, idem esse follem, ac sestertium æreum, qvatenus sestertius uncialis fuit, idqve Constantini, & Epiphanii sæculo. Nam ratio, qva istud evinci putat, inanis est ac frivola. Hesychius, ait, qvadrantem esse scribit *τὸ τέταρτον τοῦ φόλλεως*: qvadrans illi dicitur de duabus drachmis: octo drachmæ in uncia. Sic duæ drachmæ qvarta pars unciæ, vel follis, vel sestertii. Verùm qvis hoc illi concedit, Hesychium de qvadrante unciæ loqvi potius qvam oboli, vel alterius? Qvinetiam cum *λεπτὸν* esse dicatur idem atqve drachma, qvadrans

De Folli Miliarensi.

De Folle Milia-rensi.

verò λεπτὰ duo contineat; follis qvadrantes duos, nonne iisdem ex principiis, atqve ex eadem Hesychii authoritate, convincitur, follem octo drachmis constare, sive denariis. Non igitur jam æreus nummus erit, sed argenteus, sane vegrandis, in qvo sestertii erunt XXXII; nedum follis idem erit ac sestertius æreus. Qvod utrum per sese verum necne sit, nihil hic affirmo. Hoc pugno, qvæ ad id ostendendum allata sunt, ea cassa & inania esse maximè, & alia omnia, qvàm qvorum caussa producta sunt, efficere.

Concludamus igitur, follem æreum ex Epiphanii mente tenuissimum extitisse nummum, qui duos λεπτὰς, sive minuta duo contineret: ut idem & qvadrans Marci Evangelistæ possit videri. λεπτὰς porrò æreolos esse, sive chalcos, cujusmodi in obolum octo numerantur: ut propterea duo λεπτοὶ, κοδράντης & à Marco, & ab Hesychio nuncupentur.

DE FOLLIS ΟΜΩΝΥΜΙΑ, ET AMBIGUITATE.



Cum tam diversa sit follis significatio, ut & ἄθροισμα nummorum, & argenteos, & æreos nummos exprimat, fit nonnunqvam, ut ea voce sic Authores abutantur, ut qvo de genere potissimum intelligendi sint, conjectura asseqvi difficile sit. Interdum verò ex rei ipsius, de qva agitur, natura, si qvis paululum adhibeat judicii, nullo negotio discernitur. Hujus rei exempla non pauca suppetunt. Sed insignia maximè sunt, qvæ ex Theodosiano Codice adversus Jurisconsultorum principem in superioribus adduximus. In qvibus cum cætera satis explicatam rationem habeant, primus ille locus de Appellationibus temerariis, qvibus *XXX follium multa* dicitur, ambiguus esse potest. Qvi tamen ex Jurisconsultorum usu, & caussæ ipsius merito dijudicandus est. Ut vel XXX sint argentei nummi, vel totidem, uti diximus, nummorum ἀθροίσματα. Apud Alexandrinum verò Chronicon, ubi in summa annonæ caritate, panis follibus vænisse tribus dicitur, folles non aureos, qvi nulli in rerum natura fuerunt, sed argenteos interpretor, hoc est senos milliarenses.

Eusebius Lib. X. Hist. cap. VI. Constantinum refert Cæciliano Carthaginensi Episcopo tria follium millia in Africanarum provinciarum Ecclesias eroganda misisse. Ibi τρισχίλιοι φόλλεις totidem sacculi sunt, nummorumqve. Neqve enim eruditissimo viro adstipulator accedam: qvi de folle agens, exemplum illud inter ea promiscuè collocat, in qvibus follis obolus, vel æreus esse dicitur: ut est apud Moschopulum, ac Suidam. Tales, hoc est ærei, fuerunt illi, qvorum meminit Augustinus Lib. XXII. de Civit. Cap.

VIII. Qvo in loco miraculum qvoddam recenset, atqve historiam Florentii sartoris, hominis egentissimi, qvi ad XX Martyrum memoriam orans, pecuniam ad vestes emendas ab illis postulavit: *eumqve discedentem* inqvit, *adolescentes, qvi aderant, exagitantes proseqvebantur, qvasi à Martyribus qvinqvagenos folles, unde vestimentum emeret, petivisset.* Mox ille discedens ejectum in litore piscem ingentem reperit, qvem cuidam coqvo trecentis follibus vendidit. Hæc Augustinus. Sane folles isti non argentei sunt, ut opinor; (neqve enim tanti piscis unus a coqvo redimeretur, nempe sexcentis milliarensibus, aut majoribus etiam argenteis, qvi si didrachmi fuerint, mille ac ducentos denarios argenteos reddunt) verùm ærei nummi fuisse videntur, alterius plane speciei, qvam Constantiniani illi, qvorum tria millia per universas Africæ, Numidiæ, ac Mauritaniæ Ecclesias imperator ille distribuit. Qvare ambo illa exempla minimè confundenda fuerunt. Qvod idem & de follibus illis qvadringentis æstimare licet, qvos Lucilla clarissima fœmina pro Majorini ordinatione dedit; qvorum in caussa Donatistarum freqvens occurrit mentio; ut apud Aug. Lib. III. contra Crescent. Ridiculè enim folles istos ejusdem generis cum trecentis illis esse dixeris, qvibus piscem sartor ille permutavit. Qvare ad argenteos folles pertinere puto. Eadem in cæteris exemplis, qvæ passim occurrunt, adhibenda cautio est, ut pro argumenti ratione, & ex orationis ἀκολουθίᾳ divinandum sit, de qvo follis genere sermo ab Authoribus instituatur.

Κατα δηναρισμὸν, καὶ οὐ καθ' ἀργυρισμόν.] Jam hæc à nobis explicata sunt. Ostendimus δηνάριον æreolum nummum posterioribus temporibus appellatum fuisse. Unde δηναρισμὸς, ἀργυρισμῷ cœptus est opponi. Sic accipiendus est haud dubiè denarius apud Macrobium Lib. I. cap. VII. cum de vetere figura nummis impressa ita loqvitur: *Æs ita fuisse signatum hodieqve intelligitur in aleæ lusu; cum pueri denarios in sublime jactantes, capita aut navim, lusu teste vetustatis, exclamant:* Sic & apud Vopiscum in Aureliano *aris denarii centum*, minuti nummi sunt, non decusses ærei. Frustra igitur Hotomanus ex iis locis concludit Denarium æreum fuisse nummum pretii ac ponderis decem assium. Nam denarii sunt illic minutissimi nummi, hoc est chalci, & æreoli, vel alii paulo majores, minoresve. Imo & pro assibus veteribus accipi videntur. Ut cum Scholia Budensis Cod. denarios drachmæ tribuunt decem. Sed & alia veterum testimonia, qvibus fretus Hotomanus contra Budæum contendit, denarium nummum fuisse non argenteum solum, sed etiam æreum denis assibus æstimatum; nihil prorsus efficiunt. Hoc enim persvadent, unum denarium, qvi argenteus nummus esset, denis assibus valuisse. Ita Varro Lib. IV. de L. L. *Qvod primum est*, inqvit, *ab decem assibus, decussis; secundum ab duobus, decussis.* Tum Festus his verbis, *Grave as dictum à pondere, qvia deni asses singuli pondo libra efficiebant denarium, ab hoc ipso dictum denarium.* Qvis ex hoc loco meritò colligat, denarium, sive decussum æreum fuisse? Non magis opinor, qvam ex altero Plutarchi, qvem ex Camillo citat: *Ἀσσάριον γὰρ ἦν τὸ ἀργύριον καὶ τὸ δεκάχαλκον οὕτως ἐκαλεῖτο δηνάριον.* Aut ille Vitruvii Lib. III. Cap. I. *Nostri primò decem fecerunt antiqvum numerum, & in denario denos æreos as-*

De Fosse Mildarensi. *ses constituerunt, & ea re compositio numeri hodiernum diem Denarii nomen retinet.* Cum, *primò*, dixit Vitruvius, Hotomanus ostendi putat, ante argenteum signatum, æreum fuisse denarium. Verùm illud solum Vitruvius indicat; denarium argenteum principiò denis assibus æstimatum; postea vero sedecim, ut ex Plinio, Tacito, aliisqve notissimum est. Nullus igitur, qvod qvidem ex allatis ab Hotomano testimoniis constet, denarius, sive decussis æreus fuit; uti nec centussis, qvandiu qvidem librales asses exstiterunt. Neqve enim tam graves nummi ærei cusi videntur. Sed decussis æreus ἄθροισμα fuit assium æreorum decem: centussis, centum. Denarius verò, argenteus nummus decem assium æreorum olim pretio, non pondere, taxatus.

Μάρις μέτρον ἐστί.] Meminit hujus mensuræ Aristoteles Lib. VIII. de Hist. Anim. Cap. IX. *ἔστι δὲ ὁ μάρις ἓξ κοτύλαι.* Cotylæ sive heminæ in sextario duæ sunt. Igitur Maris, vel Mares sextarios duos capit. Porro hydria idem atqve urna videtur. Qvæ congios qvatuor continet. Congius sextarios sex. Mares ergo Ponticus Macedonico, & Aristoteleo multo major est. Nam hydrias Ponticus duas complectitur; hydria decem sextarios. At Polyænus Lib. IV. Marin habere scribit congios decem Atticos, adeoqve sextarios sexaginta. Vides qvam varium, & incertum sit mensurarum istiusmodi negotium.

Ὥστε εἶναι τὸν κύπρον.] Imo *ὥστε εἶναι τὸν μάριν.* Nam id ratiocinatio postulat. Si Mares hydrias capit duas, hydria sextarios decem, necessariò Mares sextarios decem continet.

Κύπρος παρὰ τοῖς αὐτοῖς Ποντικοῖς.] *Κύπρου*, & *ἡμικύπρου* mentio est apud Pollucem Lib. IV. Cap. XXIV. Hesychius *Κύπρος μέτρον σιτηρὸν, ἢ κεφάλαιον ἀριθμοῦ.* Æram ergo significat præterea, Sed Epiphaniani calculi perversa subductio est. Scribit enim Cyprum Ponticum ex modiis duobus confici, qvod ipsum chœnicibus qvinqve circumscribitur. Ambosne modios, an singulos Ponticos totidem constare chœnicibus statuat, non satis declarat. Sed utcumqve censeat, ratio minimè cohæret. Sunto modii duo qvinorum chœnicum. Cum igitur chœnix apud Ponticos sextarios capiat qvinqve, erunt in Cypro sextarii qvinqve & viginti: non viginti. Qvare, uti numerus constet, chœnix sextariorum qvatuor constituendus erat, qvot etiam Fannius assignat. Etsi diversa de chœnicis modo Scriptores alii sentiant. Lego itaqve *χοῖνιξ παρ' αὐτοῖς ξεστῶν ἐστι τεσσάρων.*

Κόλλαθόν ἐστι παρὰ τοῖς Σύροις.] Satum aridorum mensuram esse consentiunt omnes. Qvare notandus hic locus, qvi *ὑγρὸν* etiam satum commemorat.

Κογγιάριον δὲ μέτρον.] Hebræos intelligit recentiores. Nam in puro Hebraismo vox est inaudita. Cujus origo Grammaticis haud ignota. Hanc à *congerendo*, nisi fallor, Epiphanius deducit. Qvod aliud agenti, uti fit, excidit.

AD EPIPHANIANAS ANIMADVERSIONES ADDENDA NONNULLA.

PAG. 79. verſ. *Inter.* poſt hæc verba : *Interpres hæc omiſit*, hæc adde. Uſus eſt in eadem ſignificatione & *καθοσιώσεως* vocabulo Iſidorus Peluſiota in Epiſt. CLXXVII nondum editâ, qvam cum aliis plerisqve habet Andreas Schottus noſter. Ubi de Chriſtianis loqvitur, qvi, cum Divinam legem profiteantur, huic tamen in perferendis injuriis neqvaqvam obtemperant. *κἂν τις αὐτοὺς ἐλέγχειν ἐπιχειρῇ, λοιδορείας φάσκουσιν, καὶ ὡς ἐπὶ καθοσιώσει ἁλόντα δίκας πράττουσι.* Gloſſæ Baſilicων; *τὸ περὶ καθοσιώσεως· τὸ περὶ προδοσίας, καὶ ἐπιβουλῆς βασιλέως.* Ambroſius commodè per *devotionis* nomen exprimit, Lib. de Elia, & Jejunio cap. XVII. *Qvid autem obteſtationes potantium loqvar? Qvid memorem ſacramenta, qvæ violare nefas arbitrantur? Bibamus, inqviunt, pro ſalute Imperatorum: & qvi non biberit, ſit reus in devotione. Videtur enim non amare Imperatorem, qvi pro ejus ſalute non biberit.*

Pag. 86. verſ. *tabant :* poſt hæc verba: *ut alibi dicetur*, hæc adjice. Sed hæc qvæ de Latinis obiter injecta ſunt; nimirum eos nonnunqvam Paſcha decimâ qvartâ Lunâ peregiſſe, cautione ac diſtinctione opus habent. Duplex enim Latinorum, vel eorum ſecta fuit; qvi cum Dominico diu Paſcha conficerent, à Catholicis nihilominus diſcrepabant. Nam alii XIV Luna, ſi in Dominicum incideret, celebritati vacabant. Alii nonniſi decima ſexta Luna; qvos propriè Latinos Beda, & Victorius appellant. Qvorum doctrina breviter hoc loco declaranda videtur.

Latinorum igitur ritus in qvibusdam cum Alexandrinis conveniebat, in aliis verò differebat. Congruebat, qvatenus non alio die, qvàm Dominico, Paſcha celebrabant: tum qvod nunqvam Luna XIV, qvantumvis Dominicus in eam dies incurreret. Differebat verò primum, qvoniam illorum Paſchales Neomeniæ ac decimæ qvartæ, Nicænas antevertebant, in Cyclis duobus; nempe XIX. & VIII; qvi Alexandrinis embolimæi fuerunt, Latinis communes. Reſpondebant enim cyclis Latinorum XVI, & V. Latinorum Niſan Cyclo Nicæno XIX, qvinto Martii menſis initium habuit: Cyclo autem octavo Nicæno, Latinorum qvinto, Niſan Martii VI congruebat; qvi dies extra Paſchalem Alexandrinorum terminum conſiſtunt. Propterea in annis illis Latini uno menſe Paſcha Nicænum anticipabant. Igitur Neomeniæ Paſchales Latinorum à V. Martii ad II. Aprilis

novem & viginti diebus extentebantur. Decimæ qvartæ Paſchales à XVIII Martij die cœptæ ad XV Aprilis perductæ ſunt, diebus totidem, hoc eſt XXIX. Dominicæ deniqve Paſchales à XXI Martij ad XXIV Aprilis, diebus XXXV decurrerunt. Atqve hoc imprimis Latini cavebant, ne ante Lunam XVI, Paſcha; ante XIV, Paſſionem Dominicam indicerent. Qvare ſi XIV Luna in Sabbatum caderet, non poſtridie, Luna XV, ſed octavo poſt die. Luna XXII celebrabant. Qvæ omnia ex Victorij Prologo conſtant: cujus fragmenta apud Bedam extant, Lib. de Temp. rat. cap. XLIX Integrum autem ejusdem Faſtis habet Manuſcriptus codex, qvi eſt penes R. P. Sirmondum. Sed eſt alia præterea cautio, cujus admonet Victorius (*Victorius* enim non *Victorinus* in vetuſtiſſimo illo codice nominatur, qvemadmodum & apud Bedam) Nimirum qvoties Cyclo XIX Nicæno, Luna decima qvarta in Martij XVIII incidit, feria VI; qvòd accidit in anno non biſextili, qvando Luna XXVII Sabbato in Kalend. Ian. incurrit, ut Victorius obſervat. Tum enim Paſcha non, ut poſtulabat methodus, Martij viceſimo, Luna XVI celebratum; ſed in ſeqventem menſem dilatum; cujus neomenia in Aprilis III competit; Paſcha vero in XXIV, Luna XXII, qvæ Alexandrinorum erat XXI. Nam aureus numerus Nicœnus XIX qvarto Apr. affixus fuit; Latinorum vero XVI ei reſpondens Aprilis tertio. Hæc ſola diffundendi Paſchatis, & in ſecundum menſem trajiciendi cauſſa commemoratur à Victorio, qvando decima qvarta contingit Martij XVIII, feria VI. Cum autem Nicæno Cyclo VIII, Latinorum V, decima qvarta in diem Martij XIX caderet, feria VI, Dominica vero Martij XXI, ipſo civilis Æqvinoctii die Paſcha ſuum Latini peregiſſe videntur. Nam legitimi menſis nullam tum ἀντιμεταϐολὴν factam, indicat Victorius. Alioqvi ſi in Aprilem rejicerent, cum cyclus Latinorum V Aprilis qvarto ſit adſcriptus, decima qvarta concurreret cum decimo ſeptimo die, feria VII. Ideo transferendum foret Paſcha in Lunam XXII, hoc eſt Apr. XXV. Qvod qvidem devitaſſe Latinos Victorij verba demonſtrant. Nam remotiſſimum illorum Paſcha conſtituit Aprilis XXIV, Cyclo Nicæno XIX, qvando litera Dominic. eſt B. De octavo verò cyclo Nicæno penitus tacuit. Unde colligas Latinos nonnunqvam Æqvinoctio ipſo Paſcha peregiſſe.

Cum hæc ita ſeſe habuerint, ut ex Victorij Prologo manifeſtum eſt; Paulus tamen Foroſempronienſis Lib. V. Partis I. Latinos affirmat Paſchales Dominicas diebus triginta circunſcripſiſſe, nempe à XXII Martii ad XX Aprilis: qvi limites in Concilio Cæſarienſi definiti leguntur apud Bedam in Appendice ad libellum de Æqvinoctio; qvæ in Sirmondiano codice Philippum, uti diximus, authorem præferebat. Qvare nonnunqvam Latinos idem Paulus exiſtimat, ne præſcripos illos terminos exciderent, Paſcha Luna XIV celebraſſe. Qvod cum ad eosdem illos Latinos referat, qvorum è grege Victorius extitit (Hos enim ipſos refert Paſchalem Dominicam a Luna XVI ad XXII extendiſſe) perſpicua eſt hallucinatio. Fallum eſt enim, Paſchalem Victorii menſem diebus XXX comprehenſum fuiſſe. Imprimis, qvod, ut paulo ante demonſtratum eſt, citimum illorum Paſcha in ipſum Æqvinoctii diem inciderit, Cyclo VIII Nicæno; qvoties Lu-

na XIV Martii XIX, feria VI con[illegible]. Rursus Cyclo Latinorum VIII, Nicæno XI, neomenia Paschalis Alexandrinorum pariter ac Latinorum convenit Aprilis II. Fingamus ergo literam Dominic. eodem anno fuisse A; decima qvarta Paschalis incidet in Apr. XV, feria VII. Qvocirca Nicænum Pascha celebratum est Apr. XVI, Luna decima qvinta: Latini vero ex Victorii regula in Lunam XXII, hoc est XXIII Aprilis distulerunt. Igitur a XXI Martii ad XXIII Aprilis legitimum atqve ordinarium Latinis Pascha, XXXIV diebus extenditur. Præter ordinem verò, præterqve legem in XXV Aprilis summovetur, cum cyclo XIX, decima qvarta Paschalis in Martii XVIII incurrit, feria VI, ut antea declaratum est. Ita tricesimus qvintus dies Paschalibus Latinorum terminis arrogatur. Nec minus redarguitur, qvod idem Paulus asseverat, Latinorum factionem istam Luna XIV Pascha peregisse; veluti anno Christi CCCLXXXVII, qvo insignis de Paschate controversia inter Catholicos agitata; qvam Ambrosius in luculenta illa Epistola disceptat, qvam super ea re scripsit ad Episcopos Æmiliæ. In illo igitur anno Latinos Paulus Forosempron. existimat Pascha Apr. XVIII celebrasse in ipso termino; qvo suum Pascha intra præstitutos a Cæsariensi Concilio limites continerent. In qvo, ut opinor, aberrat; ac tam ex ipsomet Ambrosio, qvàm ex Victoriana regula castigandus est. Ambrosius enim scribit Judæos anno illo Pascha duodecimo mense, XIII Kalend. April. hoc est Martii XX celebrasse. Qvippe tam Judæis, qvàm Latinis communis annus ille fuit, Cyclo Nicæno VIII; illorum vero V. Cyclus erat Solis IV, litera C. Neomenia Latinorum iniit Martii VI: decima qvarta proinde Martii XIX, feria VI. Igitur Pascha ex Victorii præscripto incidit in Martii XXI, Luna XVI. Uno die Latinorum Neomenia Judaicam antevertit; si qvidem Paschatis Judaici nomine, decimam qvartam Lunam Ambrosius intellexit, non primam Azymorum. Nam Pascha celebratum esse narrat Martii XX, cum Latinorum decima qvarta decimo nono convenerit. Idem & de reliqvis exemplis, qvæ Paulus commemorat, debet esse judicium. Nunqvam enim Latini illi, qvorum è secta Victorius fuit, Pascha suum in terminum conjecerunt. Proinde segregandi ab aliis erunt: Uti duo Latinorum genera, vel eorumdem duo ac diversa fuerint instituta, variis usurpata temporibus. Nam alii Pascha ex Cæsariensium formula à die Martii XXII ad April. XXI celebrabant, diebus XXXI, qvi est primus novorum mensis, sive Κοιών. Iidem sæpenumero in ipso termino, qvoties cum Dominica concurrebat, Pascha suum agitabant. Cujus rei nonnulla cum apud Scriptores alios, tum verò Gregorium Turonensem, & Sigebertum exempla leguntur. Aliud Latinorum genus extitit, qvod non Christiani solum Paschatis, & ἀναςασίμȣ; verum etiam Judaici, & ςαυρωσίμȣ rationem haberet. Nunqvam enim ante XIV Lunam Passionem Dominicam celebrare consveverant, *eligentes potius* (ait Victorius) *in Luna XXII diem festi Paschalis extendere, qvam Dominicam Passionem Luna XIV ullatenus inchoari.* Unde illi τεσσαρεσκαιδεκατῖται nova qvadam ratione appellari possunt; non qvod Christianum Pascha Luna XIV peragerent unqvam, sed qvod in eadem ςαυρωσιμον, qvod & Judaicum fuit, obeundum putarent. Hæc de Latinorum Cyclo, rituqve Paschali; qvòd & Qvartadecimanorum ap-

pendix qvædam esset, & non satis explorata illorum mysteria fuisse ... etiam eruditis animadverterim. Qva de re uberior alias instituenda disputatio. Ejusdem porrò Victorii regulæ, ac methodi insigne occurrit exemplum apud Gregor. Turon. Lib. X. Hist. cap. XXIII: ubi anno XV Childeberti, Paschalem controversiam exortam esse refert ob hoc, qvod Victor (Victorium Aqvitanum intelligit) cum Luna XV Pascha fieri (ab Alexandrinis videlicet) scripsisset; ne Christiani eadem, qva Judæi Luna Pascha peragerent, addidit, Latini autem Luna XXII. *Ob hoc*, inqvit, *multi in Galliis XV Luna Pascha celebrarunt. Nos autem XXII.* De hoc Gregorii loco vide omninò, qvæ ad Nicephori Breviarium adnotavimus: Est enim illustris. Ubi nos annum ostendimus non esse Christi DLXXXVIII: ut Scaliger putabat. Hoc enim anno Latini ex Victorii regula Pascha celebrarunt Martii XXI, Luna XVI, non XXII. Cum Luna XIV in feriam V inciderit Martii VIII. Qvare alius annus qværendus est: qvi qvidem videtur esse Christi DXC, Cyclo Nicæno II; Solis XI, litera Domin. A. Neomenia Paschalis Latinorum, & Alexandrinorum Martii XII: decima qvarta, Martii XXV, feria VII. Ob id Alexandrini Martii XXVI, Luna XV Pascha Nicænum obierunt: Latini, ne XIII Luna Passionis Dominicæ solenne celebrarent, in Lunam XXII, hoc est Aprilis secundum, diem diffuderunt. Consentit & character ille, qvem Gregorius adjungit: nempe terræ motum accidisse XVIII Kalend. mensis qvinti; hoc est Junii XIV, feria IV. Hoc omnino anno Christi DXC convenit. Qvocirca Childeberti primus iniit anno Christi DLXXV, Natali Christi die. Qvod & R. P. Sirmondus certis rationibus compertum sibi esse confirmat. Qvanqvam Solis Eclipsim eodem illo anno ac mense qvinto mediante contigisse narrat Gregorius. Qvæ Junio μεσοῦντι, anno isto competere non potuit, Cyclo Nicæno II, qvi Junii VIII est adscriptus. Sed hæc suo loco accuratius viderimus.

Pag. 113. post finem capitis, & paginæ addenda ista sunt. Et tamen Campanus insignis computorum artifex in illud prolapsus est. Nam in Computo, cap. XXIV, & XXXII, Christum Dominum natum asseverat anno cycli decemnovennalis secundo, cycli verò Epactarum tertio, ante II menses inchoato, die vicesima qvarta Lunationis embolimææ, qvæ secundo Decembris iniit; cyclo Solis X, litera Dom. B. Non alius hic annus est, qvàm æræ Dionysianæ primus, cycli Dionysiani secundus, qvem nos primum a Natali computare solemus; qvò cyclus Epactarum tertius, qvi idem est cum Alexandrino, ab Septembri mense cœpit, currente aureo numero II. Rursus passum esse Christum docet anno ætatis XXXIV, qvo Pascha in IV Eid. Apr. incidit. Est is annus æræ Dionysianæ XXXV, qvo cyclo labente Lunæ XVII, Neomenia Nisan Nicæni cadit in Martii XXVII, feria I, cyclo Solis XVI, litera Dom. B. Qvare decima qvarta Paschalis incurrit in IX Apr. fer. VII. Postridie itaqve Dominica Paschalis. Atqvi ut Christus natus sit exeunte anno Dionysiano secundo, anno XXXIV exeunte, non amplius XXXII annos solidos expleverit; ineunte verò XXXV, tricesimum tertium inchoabat. Ergo primum ætatis annum Campanus eum numerat, qvo in materno utero gestatus est.

Pag.

Pag. 144. verſ. *cunda*, poſt hæc verba, *Martii* XXII, hæc addenda. Non minorem Cyclorum annorumqve perturbationem comperi apud Victorium Aqvitanum. Cujus Faſti ſunt penes R. P. Sirmondum cum Præfatione, ex qvâ nonnulla citat, refellitqve Beda Lib. de Temp. rat. Cap. XLIX. In illa ergò Præfatione Victorius (Ita enim in vetuſtiſſimo illo codice nominatur, atqve etiam Victor, non Victorinus) de anno Dominicæ Paſſionis agens, *Paſſum autem*, inqvit, *Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum peractis V M* CCXXVIII *annis ab ortu mundi eadem Chronicorum relatione monſtratur* (De Euſebii, Hieronymi. & Proſperi Chronicis loqvitur:) *Quod geſtum incboante* XXVIII *anno non poteſt dubitari. Siqvidem* VIII *Kalend. Apr. primo menſe Luna* XIV *veſpere precedente, ſicut ab initio creaturæ qvarta facta eſt, cœpiſſe doceatur: adjunctisq; biſſextis ad ſummam* V M CCXXVIII *annorum, ſeqventi* VIII. XX *anno*, V *feria docet ſe traditione præventum. Primò vero Azymorum die Dominus noſter Jeſus Chriſtus cœnans cum diſcipulis ſuis poſtqvam ſui corporis, & ſanguinis ſacramenta patefecit, ad montem Oliveti, ſicut Evangelia ſancta teſtantur, progreſſus, ibiq; detentus eſt à Judæis tradente diſcipulo. Deinceps VI feria ſubſeqvente; id eſt VII Kal. Apr. crucifixus eſt, & ſepultus. Tertia die, hoc eſt V Kal. Apr. Dominico ſurrexit à mortuis.* Hactenus Victorius. Qvi paſſum aſſerverat Chriſtum Martii XXVI, feria VI, reſurrexiſſe verò Martii XXVIII. Ita Dominicalis litera fuerit C, qvi character anno æræ Dionyſianæ XXXIV congruit Cyclo Solis XV. Sed cùm dicat Lunam Martii XXV, qvo die epulum Paſchale celebravit, fuiſſe Lunam XIV; hoc nonniſi Cyclo Nicæno ſecundo convenit, vel XIII, ſi decimam qvartam appellavit decimam qvintam. Cyclus XIII competit anno Dionyſiano XXXI. Qvare in anno Cycli Lunaris cum Epiphanio, ac veteribus conſentit; in Solari Cyclo cum Beda, ac reliqvis. In expanſis Faſtorum annis perturbatiora omnia ſunt. Illic crucifixum eſſe Dominum ait Coſſ. duobus Geminis; qvibus ſucceſſerunt Ruffus & Rubellius, anno poſt Natalem XXXII, qvo anno Paſcha incidit III. Id. Apr. Luna XX. Qva ratione Cyclus erit Lunæ I, Lit. Domin. C. qvæ eadem & anno XXXIV Dionyſiano congruit. Sed Cycli decemnovennalis fœdiſſima depravatio eſt.

Pag. 169, poſt verſ. 5. & fin. cap. adde. Cæterùm Victorius Aqvitanus in eadem illa Præfatione, cycli LXXXIV annorum meminit, tanqvam à nonnullis ad Paſchale negotium accommodati. Ut appareat non Judæos ſolùm, ſed & Chriſtianos ejusmodi annorum orbe uſos aliqvando fuiſſe. Et ante Victorium Cyrillus in Præfatione, qvam ad Cyclum ſuum edidit, qvæ in eodem Codice extabat, reprehendit illos, qvi LXXXIV annorum Paſchalem Cyclum inſtituerunt, ſive ſeptem Qvatuordecennitatum. Ita enim Latinus Interpres convertit.

Pag. 171. verſ. *qva nocte*, poſt hæc verba: *ſed* VIII *reſcribendum:* adde, qvomodo in antiqviſſimo P. Sirmondi codice reperimus. In qvo præterea illud obſervavimus; fragmentum illud, qvod ad Bedæ libellum de Æqvinoctio attexrum eſt, cum hac inſcriptione: *De Ordinatione feriarum Paſchalium per Theophilum*; alterius authoris titulo notatum eſſe: nimirum iſto: *Incipit epiſtola Philippi de Paſcha.*

Pag. 191. verſ. ultimus: poſt hæc verba; *fuſius docebimus*, adde: Sic & Ambroſius in Epiſtola ad Æmiliæ Epiſcopos. *Incipit autem menſis non ſecundum*

vulgarem usum, sed secundum consvetudinem peritorum ab Æquinoctio; qui dies est duodecimo Kal. Apr. & finitur undecimo Kal. Mai. Inde maximè intra hos triginta & unum dies sæpè celebrati Paschæ dies.

Pag. 255. vers. *surditatem illustrandam:* post hæc verba, *ea similitudo refertur,* adde. Verum ex Glossario νομικῷ, qvod Labbæus edidit, manavit hæc hallucinatio, uti postmodum intelleximus. Ibi enim scriptum est: Οδδονάρια (cor. Οδονάρια) τὰ περιαπλόμενα τοῖς ποσὶν ὑφάσματα, ἃ λέγεται ποδάπανα κατὰ καθαρῶν. τὰ δὲ ἄλλα πέδια, ὡς εἰπεῖν τὰ ἐξ ἱματίων γεγλυμμένα· ἃ παρά τισιν ὀθώνια κέκληται, ἢ βράκαι, χερσὶ περιτιθέασι, δακτυλίους δὲ τοῖς ποσίν. Deest enim Epiphanii nomen, cujus verba Glossarium exscripsit. Leg. itaqve ὡς Ἐπιφάνιος κατὰ Καθαρῶν. Ridiculum est igitur absurdum illum vestiendi morem ex Epiphanio Novatianis tribui, de qvo nunqvam cogitavit. In Glossis P. Sirmondi de ὀθωναρίοις illud amplius extabat. Οθονάρια, & ὀθόνια, ὑφάσματα ἐπιμήκη, ἃ καὶ ὀράρια παρά τινῶν λέγεται· ταῦτα δὲ οἱ εἰς τὸ Παλάτιον εἰσιόντες συγκλητικοὶ ἐπιφερόμενοι, ἐν αὐλοῖς καὶ ἀπεμύττοντο, καὶ ἀπέπλυον.

Pag. 291. post notata ad illum Epiphanii locum: ἵνα δείξωσι τὸν ἀπὸ τῆς περιτομῆς, in fine addi ista possunt. Ex iis castiganda Scaligeri sententia; qvi Lib. II. de Emend. Temporum non solùm Apostolos; sed etiam eos, qvi centum post illos annis vixerunt asserit Judaico more Pascha peregisse. Tum alia nonnulla subjicit, in qvibus, more suo pugnantia, ac plane contraria loqvitur; qvod paucis hoc loco declarandum; ut qvi illius librum recudunt, videant qva ratione tam fœdam labem eluant: qvod aliter, qvàm toto illo, qvantum qvantum est, delero Opere conseqvi non poterunt. Sunt enim capitibus illius dogmata ex ipsius doctrinæ visceribus deprompta, & cum eá prorsus implicata. Sed jam paucis illius παρεγχείρημα perstringamus.

SCALIGERI HALLUCINATIO, ET ANTIMACHIA DE TESSARESCÆDECATITARUM CYCLO REFELLITUR.

IN primordiis Ecclesiæ (ait Scaliger) tùm Apostoli; tùm qvi eos centum annis postea secuti sunt, Pascha semper Judaicè celebrarunt, ut testantur Eusebius, & Historia vetus Ecclesiastica, & post omnes Nicephorus. Sed sub Commodo ii, qvi Judaicè Pascha celebrabant, damnati sunt hæreseos à Victore Rom. Pontifice. Hæc ille. Qvæ qvidem de solis Asiaticis Christianis, vel de Joanne solo dicta esse neqveunt. Nam non solùm primis centum annis; sed & duobus, pluribúsve, cum maximè apud Asiaticos, Judaicè Pascha peractum esse, nemo, qvi historiam legerit, ignorat. Qvare ad Apostolos omnes, omnesqve Christianos sententia illa pertinet, qvos centum post mortem Apostolorum annis Tessarescædecatitarum more Paschate functos esse definit. Qvod si verum est, si non major pars saltem Apostolicarum Ecclesiarum aliter, qvàm Judaico more, Pascha celebrarit, celebrandumqve

præscripserit, ne nunc qvidem celebrare aliter licebit. Qvippe Paschatis festi celebrandi rationem Ecclesia Catholica se ab Apostolis accepisse perpetuo professa est, Petro imprimis, ac Paulo Apostolorum principibus. Atqvi, si Scaligerum audimus, non solùm Apostoli Judaico more, & decima qvarta die Lunæ Pascha constanter egerunt, non autem Dominica, nisi in XIV incideret, sed neqve aliter celebrandum esse suæ Ecclesiæ tradiderunt. Nam si id egissent, eorum sanè posteri non Judaicum illum ritum consvetudinemqve tenuissent, neqve tantum totos annos τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν hæresin totus Christianus orbis esset amplexus. Neqve condemnari illi, ac pro Hæreticis haberi potuerunt, qvi in ejus festi celebratione, cujus authoritatem Ecclesia solis ab Apostolis repetit, Apostolorum exemplo atqve imitatione niterentur. Atqvi veteres omnes Patres, omnes Synodi, qvæ de communi, & à Romanis præsertim, atqve Occidentalibus usurpato Paschatis ritu meminerunt, aut decretum aliqvod ediderunt, uno ore profitentur, hanc ab Apostolis consvetudinem Ecclesiis fuisse traditam; neqve aliter ex illorum authoritate, qvàm Dominica die, idqve post Lunam XIV; &, ut uno verbo dicam, alio, qvam ab Judæis instituitur, more ac tempore celebrandum esse. Etenim Nicænus ille consessus, qvi de Paschate sanctionem edidit, qvid de ritus illius vetustate senserit, ex Constantini M. Epistola conjici potest, qvam ex eodem Concilio scripsit. Refert illam Eusebius Lib. III, de vita Constantini, & ex eo Socrates, Theodoretus, & alii. Is qva cum in Iudæos, ac Iudaici Paschatis morem acriùs esset invectus, ista subjicit. Ἔξεστι γὰρ τοῦ ἐκείνων ἔθους ἀποβληθέντος ἀληθεστέρᾳ τάξει, ἣν ἐκ πρώτης τοῦ πάθους ἡμέρας ἄχρι καὶ τοῦ παρόντος ἐφυλάξαμεν καὶ ἐπὶ τοὺς μέλλοντας αἰῶνας τὴν τῆς ἐπιτηρήσεως ταύτης συμπλήρωσιν ἐκτείνεσθαι. Μηδὲν τοίνυν ἔστω ἡμῖν κοινὸν μετὰ τοῦ ἐχθίστου τῶν Ἰουδαίων ὄχλου. εἰλήφαμεν γὰρ παρὰ τοῦ Σωτῆρος ὁδὸν ἑτέραν. *Licet enim illorum gente repudiata, veriori ordine qvem à primo die Passionis ad hoc usqve tempus tenuimus, ad futura secula observationis illius functionem perducere. Qvamobrem nihil sit nobis cum odiosissima Judæorum turba commune. Nos enim aliam viam à Salvatore traditam accepimus.* Cyrillus Alexandrinus insuper in Heortasticis omnibus, ubi Qvadragesimalis jejunii, & Paschatis tempora præscribit. identidem κατὰ τὰς Ἀποστολικὰς παραδόσεις, se ea tradere significat, maxime in Orat. VII. XV. XX. & aliis. Idem testatur & Leo Papa in Epistola ad Proterum Alexandrinum Præsulem, qvam citat Beda Lib. de Æqvinoctio, & Lib. de Temp. rat. Cap. XLII. Ubi Marcum scribit a Petro didicisse celebrandi Paschatis ritum. Deniqve nemo est ex Sanctis Patribus, qvi non Catholicum solennis illius ritum vetustissimum esse, & ab Apostolis ipsis manasse fateatur.

Nam qvod Eusebium, & Ecclesiasticæ Scriptores historiæ, atqve inter eos novissimum Nicephorum subscriptores habere se dicit Scaliger, manifesti mendacii tenetur. Eusebius enim contrà, Catholicum obeundi Paschatis morem, cujusmodi ab Occidentalibus, & Romanis maximè, servatus est, Apostolis adscribit. Nam Cap. illo XXIII. Lib. V. ubi acerrimam de Paschate dissensionem, qvæ inter Victorem Papam, & Asiaticos flagravit, pluribus commemorat, Asiaticos refert ex antiqva traditione, XIV Lunam, qvamcunqve in diem incideret, Dominico Paschati peragendo præfinivis-

se: οὐκ ἔθους ὄντος τοῦτον ἐπιτελεῖν τὸν τρόπον ταῖς ἀνὰ τὴν λοιπὴν ἅπασαν οἰκουμένην Ἐκκλησίαις ἐξ Ἀποστολικῆς παραδόσεως τὸ καὶ εἰς δεῦρο κρατήσαντος ἔθους φυλαττούσαις. *Cum eo ritu celebrandi consvetudo non esse reliqvis terrarum orbis Ecclesiis, qvæ, EX APOSTOLICA TRADITIONE morem illum observabant, qvi ad hoc usqve tempus obtinuit.* Tum Cap. XXVI. Irenæi ad Victorem Epistolam citat; in qva illum hortabatur, ut ne propter contrariam Asianorum consvetudinem tot Ecclesias a Catholica communione abscinderet, cùm antecessores Romani Pontifices cum illorum Episcopis pacem concordiamqve tenuissent. Nam & Anicetus, Pius, Hyginus, Telesphorus, & Xystus οὔτε αὐτοὶ ἐτήρησαν (Asiaticam, Judaicamqve consvetudinem) οὔτε μετ' αὐτῶν ἐπέτρεπον. Et nihilominus aliter sentientibus communionem impertiebant. Hæc Eusebius ex Irenæo: qvibus Scaligeriani commenti falsitas detegitur, qvo centum post Apostolos annis Ecclesiam Judaicè Pascha peregisse confinxit. Cœpit enim Sixtus Traiani tempore, circa annum Christi CXXX, non utiqve centum annis post Apostolos: qvi tamen neqve ipse Judaicè functus est, neqve successores suos fungi voluit. Addit qvidem Irenæus Polycarpum ea mutare noluisse, qvæ à Joanne & cæteris Apostolis didicerat, qvibus cum consveverat. Verùm Apostolorum nomine eos appellat, qvi Discipuli Christi fuerant, aut ab Apostolis eruditi. Nam cum uno duntaxat Apostolo Joanne Polycarpus versari potuit. Petrum certè Paulumqve neqve videre potuit, neqve qvicqvam ab illis traditum accipere. Qvamobrem ut Joannem, aut paucos insuper ex Domini discipulis Judaicè Pascha peregisse concedatur in Asia; (Qvanqvam de Joanne negat istud in Tessarescædecatitarum Hæresi Theodoretus, & Hæreticos istos perperam illius mentem accepisse docet:) Sed ut ita Joannem egisse Pascha non inficiemur, non dubium tamen est, qvin aliter Apostoli cæteri, ac Discipuli, eorumqve principes Petrus ac Paulus cum celebraverint ipsi, tum celebrandum deinceps edixerint. Cujus rei argumento est, qvòd, ut Constantinus in superiore Epistola, & Eusebius citato loco memorant, totus penè terrarum orbis, hoc est præter Asianos, & paucos aliqvot Episcopos, Catholicæ ac Romanæ consvetudini serviret. Vnde planum est, Ecclesias istas, qvem à prima sui origine, & ab Apostolis iis, à qvibus erant fundatæ, ritum acceperant, eum perpetuò servasse. Socrates vero qvid super ea re prodiderit, pag. 295. retulimus. Huic & Eusebio consentanea scribit Nicephorus Lib. IV. Cap. XXXVI, & Lib. XII. Cap. XXXIII. Nec aliud omninò, qvàm qvod superiores isti, de Romanorum ab Apostolis tradita consvetudine disputat. Qvare manifesti sese mendacii alligat, qvi Eusebium, Nicephorum, & Ecclesiasticam vererem historiam ad erroris sui patrocinium ausus est adducere.

OSTENDITUR EX SCALIGERIANÆ DOCTRINÆ PRINCIPIIS QVANTUM A SEIPSO IN TESSARESCÆDECATITARUM CYCLO DISSIDEAT.

PERGIT Scaliger, & Tessarescædecatitas illos asserit, ut & Apostolos, cyclo merè Judaico usos esse, & ex Periodo Alexandrea, sive Calippica desumpto. Ex qvo contigit, ut interdum toto mense à Catholico Paschate, veterum illorum tàm Tessarescædecatitarum, qvam etiam Apostolorum Pascha differret, ut in Cyclo VIII, & XIX. Nam cum anni illi in Judaico Cyclo communes sint, in Nicæno autem, & apud Alexandrinos, ac Catholicos embolimæi; Tessarescædecatitæ, & qvi ipsorum ritum amplexi sunt, in Nisan Judaico Pascha celebrabant; reliqvi in Iiar. Qvæ cum asserit Scaliger, iis ipsis consentanea loqvitur, qvæ passim & ubiqve prædicat, Judæos tribus fere ante Christum seculis, totidemqve post ipsum, Calippicam anni formam, & Cyclum Alexandreum ad popularem usum adscivisse. Hoc verò planè esse confictum, ac sine ulla ratione temerè creditum, in superiori de anno Dominicæ Passionis diatribâ demonstravimus, idemqve copiosius aliâs, Deo juvante, confutare decrevimus. Sed ut illud modò Scaligero concedatur, ex eo profectò contrarium ejus seqvitur, qvod & verum est, & ab eodem affirmatur, Judæos ac Tessarescædecatitas Cyclo VIII, ac XIX. communem annum usurpantes Pascha ante Æqvinoctium indixisse. Cur enim Catholici Cyclis illis, intercalato mense, Neomeniam Paschalem in Aprilem summoverint, nulla alia caussa extitit, qvàm qvòd decimæqvartæ Lunares, qvæ tum in Martium incurrunt, Æqvinoctium antevertunt, ideoqve ad duodecimum, non ad primum mensem pertinent, ut inter cæteros Proterius Alexandrinus in ea Epistola docet, qvam de Paschate scribit ad S. Leonem Papam. Qvippe Cyclo XIX, Luna decimaqvarta Nicæna contigit Martii XVIII; Cyclo verò VIII, Martij XIX. Qvare cum ante Neomeniam primi mensis, sive Κριῶν incurrant, posteriori Adar, non Nisan tribuendæ sunt. Proinde Paschales Neomeniæ Cyclorum istorum in Aprilem conjiciuntur. At ex Scaligeriano dogmate, iisdem illis duobus Cyclis, Judæorum decima qvarta, qvæ in Martium incidit, revera est ultimi mensis, sive Adar, non primi. Licet enim æqvinoctium terminum non antecedat, sed eum potius moretur: tamen politicè Adar attributa fuit, adeo ut Paschalis non esset. Hoc enim in Diatriba illa de Passione Domini, cum de Judaico anno vetere disseruimus, ex Philone, Josepho, Aristobulo, aliisqve Judæorum antiqvissimis ostendimus, decimam qvartam Nisan, sive Paschalem Judaicam, illorum ætate in ipso Æqvinoctii die, aut ab eo proximo collocatam fuisse, neqve unqvam antevertisse: qvod apud Eusebium perspicuè Anatolius indicat. Qvamobrem si, ut Scaligero persvasissimum est, Calippicam Periodum, & ab eo præscriptam Lunaris

ac Solaris anni formam amplexi sunt Judæi: qvoniam à Calippo Solstitium æstivum, ut idem Scaliger docet, constitutum est Junii XXVII, ex ratione vernum Æqvinoctium, si Solaris anomaliæ rationem habeamus, convenit in Martii XXVI, hoc est diebus fermè CCLXXI, horis XIX post Solstitium. Aut ut Judæos existimemus qvadrantes Julianos duntaxat observasse, ac per totidem Tekuphas qvadrifariam Sosigenis annum esse partitos, post Julianam editionem, in Martii XXVIII idem illud Æqvinoctium qvadrabit, diebus post æstivum Solstitium CCLXXIII, horis XXII, 30. Qvo qvidem die Calippica forma defixum Æqvinoctii cardinem perpetuò retinet: ita ut nulla προέμπτωσις, atqve in anteriora recessio contingat. Tametsi revera Æqvinoctium cœleste paulatim Calippicam epocham relinqvat eo annorum intervallo, qvod ex Tropici anni definitione pendet. Qvare Anatolii sæculo, flagrante cum maxime Paschatis controversia, medium Æqvinoctium, affixum est XI Kal. Apr. sive Martii XXII. Nicænum verò Concilium in XII Kal. hoc est XXI Martii transtulit. Qvo ex tempore citima neomenia Paschalis hæsit in VIII Eid. Martias, qvi est æqvè mensis octavus: citima verò qvartadecima in XXI, sive ipso Æqvinoctii die. At Judæorum citima Paschalis Neomenia, si, ut Scaliger arbitratur, Calippicum anni modum tribus ante Christum ferè sæculis usurpaverint, in Martii XIII die constiterit oportet; cujus decima qvarta in ipsum civilis Æqvinoctii Calippici terminum caderet, nempe in XXVI Martii. Ex qvo factum est, ut cum Cyclo Nicæno XIX, qvi erat Judaicus XVI, neomenia Calippica civilis, Martii IX competeret; decima qvarta verò vicesimo secundo, ante Calippicum Æqvinoctium, adeoqve mensis iste Adar esset, Nisan Judaicus neomeniam habuerit in VIII circiter Aprilis, certè in Martium convenire minimè potuerit. Qvod idem & de Cyclo VIII dici necesse est. Qvo currente, ac Judaico V, neomenia Calippica, Martii mensis decimo die contigit. Ideoqve Nisan in nonum Aprilis traducendus fuit. Apparet ergò si, qvod Scaliger defendit, Calippicam periodum tribus ferè ante Christum sæculis ascitam, totidem fere post ejusdem Passionem retinuerint Judæi, nullam in illorum Neomenia προέμπτωσιν incidisse; ac tantum abesse, ut illorum decimæ qvartæ Paschales Æqvinoctium antevertetrint, ut ipsum potiùs Æqvinoctium κατὰ προήγησιν τροπικοῦ ab illis recesserit, qvæ κατὰ μετέμπτωσιν Æqvinoctium paulatim qvatriduo moratæ sint. Ita falsissimum est Cyclo XIX, & VIII Nicæno Catholicos, in Iiar Judaico Pascha celebrasse; cùm tam Judæi, qvàm eorum asseclæ Qvartadecimani ex Calippica Periodo Nisan suum in Aprilem diffuderint, & eodem, qvo Catholici, mense celebritate sua functi sint. Qvòd si civilis Æqvinoctii terminum a Sosigene, ac Cæsare constitutum veteri Calippico Judæos prætulisse qvis dicat; citima illorum neomenia, & decima qvarta Paschalis uno tantùm die promovebitur: Neomenia qvidem ad Martii XII, decimaqvarta vero ad Martii XXV: qvo die civili ab Julio Cæsare Æqvinoctium defixum est. Unde nihilo minus Cyclis VIII, ac XIX Nicænis Nisan in Aprilem, non in Martium congruet. Atqvi illud inter omnes convenit, Judæorum XIV Paschalem sub Nicæni Concilii tempus, Cyclis illis, Æqvinoctium triduo ac biduo circiter antevertisse: ut est à nobis in Diatriba de

Domini Paſſione declaratum. Qvare falſa eſt Scaligeri conjectura, qvæ Judæis, & *τεσσαρεσκαιδεκατίταις* Calippicum annum & Alexandream Periodum affingit. Falſa itidem ejusdem Alexandreæ Periodi deſcriptio, qvæ Lib.II de Emend. pag. 63 proponitur; qvatenus Judæos illam ipſam ad civilem uſum accommodaſſe putat; ex eaqve Judaica Paſchata, præſertim qvæ Chriſtus Dominus obiit, Libro VI. de Emendatione Temporum, certis characteribus deſignat. Nam in illo Laterculo, Cyclo Nicæno VIII currente, anno Periodi XIV, Niſan Martii IX competit, cum ſit annus Communis *ὑπερήμερος*; cujus Tiſri iniit Sept. XII. Cyclo VII Nicæno. Hoc vero Judæorum vetuſtiſſimorum authoritati refragatur. Ex qvibus conſtare illud demonſtravimus, decimamqvartam Niſan nunqvam per illa tempora civilis Æqvinoctii prævertiſſe diem. Qvocirca cum Æqvinoctium civile Calippicum in XXVI Martii conſtiterit, non potuit neomenia Niſan ante Martii XIII accidere; multoqve minus ad nonum tranſire diem, ut XIV in viceſimum ſecundum incurreret. Qvod idem & de Cyclo XIX dicendum eſt. Propterea Paſchalis illa *διαστροφὴ*, qvæ Judæis, ac *τεσσαρεσκαιδεκατίταις* oblata eſt, ut eorum decima qvarta Paſchalis Æqvinoctium præverteret, ex alio Cyclo annove, qvàm Calippico, manare debuit; ejusmodi ſcilicet, in qvo Lunaris Enneadecaëteris, Julianâ, hoc eſt Calippicâ longè minor eſſet; uti ſupra fuſiſſimè diſputatum in Diſſertatione illa de anno Judaico. Neminem adeò pervicacem, ac Scaligeri ſtudioſum confido fore, qvin ambo iſta; qvæ in illo de Qvartadecimanis capite poſuit, pugnantia, & contraria eſſe fateatur: nimirum Judæos Calippicum anni modum, ejusqve Periodum ab annis amplius trecentis ante Natalem Domini, ad annum CCCXLIV poſt eundem, uſurpaſſe, & illos nihilominus Cyclis Nicænis VIII, ac XIX, Niſan ſuum Martii V, atqve VI cœpiſſe. Qvod nonniſi ex Neomeniarum anteceſſione, ac Lunari *προηγήσει* accidere potuit. Cujusmodi nullam Calippicus annus agnoſcit. Hoc opinionum divinationumqve conflictu, his craſſiſſimi ſtuporis argumenta Scaligeriana omnis doctrina referta eſt. Qvorum nos ſparſim his in Animadverſionibus, prout ſeſe occaſio dedit, ſpecimen præbuimus: reliqva ſuum ac præcipuum opus expectant.

Pag. 333 ante N. XIV hæc inſerenda:

Ἀπὸ τοῦ ὁρμασθῆναι αὐτὴν αὐτῷ.] Conjeceram *ἁρμοσθῆναι* pro *ὁρμασθῆναι* legendum eſſe. Unde & *ἁρμοστὴν* pro *ὁρμαστὸν* Num. XVI. Pag. 1048 reſcribendum foret. Verùm nihil omninò mutandum. Apparet enim vocem qvandam fuiſſe Græcis illius temporis uſitatam. Qvam & in illa Oratione poſteà reperi, qvæ *ψευδεπιγράφως* Epiphanio tribuitur; de laudibus B. Virginis, Tomo II. editionis hujus, Pag. 292, C. 5. *ὡρμάσατο τὴν παρθένον εἰς τὸν μονογενῆ υἱὸν*: *deſpondit cœleſtis Pater filio ſuo Virginem*. Igitur *ὁρμάσασθαι* idem erit ac *deſpondere*, *ὁρμαστὸς ſponſus*: qvod alibi non legeram.

Pag. 444 in fine cap. poſt hæc verba *mira pollicentur:* adde ſeqventia. Scripſeram de milliarenſi nummo, & ſuperiora jam illa commentatus eram ex veteribus P. Sirmondi Gloſſis, qvas ille dimidiatas ac mutilas Romæ deſcripſerat, cum necopinatò mihi Gloſſæ Baſilicæ oblatæ ſunt, à Carolo Labbæo ante plures annos editæ, qvarum hactenus copiam non habueram. Has

cùm avidè perlegiſſem, & cum prioribus illis conferre cœpiſſem, cùm alia pleraqve in iſtis offendi, qvæ in noſtris extabant (qvanqvam in multis alterum altero Gloſſarium amplius erat) tùm illum ipſum, qvem integrum adſcripſi, de folle locum: ac prætereà de miliarenſi alterum ſanè luculentum, qvi in Sirmondiano deſideratur. De qvo priusqvam agere incipio, de follis Gloſſemate admonendus eſt lector, qvædam in Labæanis Gloſſiis mendosè concipi, qvæ ex noſtris emendanda ſunt. Inter qvæ præcipuum eſt, qvòd perperam in illis ſcriptum eſt *ἤτοι φεὸς τὸ νυῦ κεράτων μίλλια ϑ'*. Legendum enim eſt *μιλιαρίσια ρϑ'*, poſtulante ſententia. Nam milliarenſes poſterioris formæ CIX *κεράτια* CCXVIII continent. Item paulo ante malè in iisdem legi, ubi de folle ponderali agitur; ſingulos ejus denarios habere *λίτραν α, καὶ οὐγγίας ιγ'*. Rectè enim in Sirmondianis *οὐγγίας γ'*.

Venio nunc ad miliarenſem: de qvo hæc in Labæanis reperi. *Μιλιαρίσιον, τὸ χιλιοςὸν τῆς τοῦ χρόνου λίτρας. μίλε γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τὰ χίλια καλοῦσι, καὶ οὕτω κατεκερμάτωσε τὸ θοσὸν τῆς λίτρας· ἵνα δι' αὐτοῦ σώζηται τὰ χίλια μιλιαρήσια, ὥςε κατὰ νόμισμα λαγχάνειν μιλιαρήσια ιδ'*. Magnopere ſanè gaviſus ſum, qvod ſine ullo authore, atqve ex ſolâ conjecturá de origine vocabuli iſtius affirmaveram, id me poſteà in illis Gloſſis inveniſſe, nimirum ideò *milliarenſes* appellatos eſſe, qvòd milleni in auream libram imputarentur. Corrigendum enim eſt, & pro *χρόνου λίτρας ά* leg. *χρυσίου*. Addunt inſuper, qvatuordecim miliarenſibus aureum ſolidum æſtimari. Qva ratione, ut in libram auri ſolidi, duo & ſeptuaginta percuſſi ſint, ac ſinguli qvatuordecim plenos miliarenſes habuerint, paulo plus millenis in Libram incurrent: Erunt enim 1008. Nam 72 per qvatuordecim multiplicata dant 1008. Sin millenos præcisè ſolidis 72 imputes, diviſis mille per 72, ſinguli miliarenſes obtinebunt 13⅞ hoc eſt fere 14. Sed de miliarenſium æſtimatione ac pondere copiosè in illo loco diſſeruimus.

ANIMADVERSIONUM AD EPIPHANIUM FINIS.



Ad

EPIPHANIUM
DION. PETAVII
ANIMADVERSIONUM
APPENDIX

ejusdem gemina:

altera adversus

MATURINUM SIMONIUM;



altera adversus

CLAUDIUM SALMASIUM.



DIONYSII PETAVII
è Societ. Jesu
APPENDIX
AD EPIPHANIANAS ANIMADVERSIONES.
Sive
Elenchus
DISPUNCTIUNCULARUM
MATURINI SIMONII
DE
Pœnitentiæ ritu veteri in Ecclesiâ.

antehac prodiit
PARISIIS,
Apud SEBASTIANUM CRAMOISY,
viâ Jacobæâ, sub Ciconiis
M DC XXIV.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI
GABRIELI ALBASPINÆO,
Aurelianensi Episcopo,
DIONYSIUS PETAVIUS
è Societate Jesu
S.

QVod in Clericorum querelis & controversiis vetera Ecclesiæ jura præscribunt, Præsul Amplissime, *ut Episcopi se arbitrio judicioque sistant: id in hac quadam lite nostra libenter ad te venio studioseque facturus. Accusatus enim à Clerico tuo Clericus & ipse quondam tuus: tum injuriarum in te falsò & immeritò postulatus, non alium, quàm teipsum mihi judicem, imò verò defensorem ac patronum quæsivi. Editus est enim paucos ante menses obscurius quidam libellus à Maturino Simonio, Aurelianensis Ecclesiæ Decano: cujus species & Inscriptio quidem ipsa Dispuncti-*

unculas nescio quas de Pœnitentiæ ritu vetere in Ecclesiâ pollicetur. Sed in epistolâ, quam in fronte tibi operis inscripsit, postquam verissimis te laudibus, at longè merito tuo minoribus, ornavit, de me ita queritur: cùm ingenui sit animi profiteri, per quos profeceris, idipsum factis suis non probâsse Petavium; qui quæ in schedis tuis à se lecta esse dicit, ea, te nusquam laudato, publicare anteverterit. *Caput est hoc accusationis illius, criminisque nostri: tum libelli conscribendi finis unicus. Reliqua disputatio omnis, quam septem capitibus complectitur, accessionis locum habet. Itaque languida est, ac debilis illius de ritu Pœnitentiæ consequens oratio; & ut cætera non desint, nudâ & simplici authoritate dicentis, non probationibus argumentisque nititur: ut indicio sit, non præcipuè id illum agentem, ad alterius instituti occasionem ista scripsisse. Ego verò postquam attentè diligenterque circumspexi, meque in omnes partes cogitatione converti, intelligere non possum, quâ re adductus ille, quem neque de facie hactenus novi, neque cum eo usum aliquem, ac ne levissimi quidem sermonis commercium habui, cujus denique nomen aliunde, quàm ex Dispunctiuncularum inscriptione, non didici; ita in me commoveri potuerit, tam ut incredibilia de me sua illa Epistola vulgaret. Equidem Decanum Aurelianensis Ecclesiæ non modò Christianum & Catholicum, sed etiam virum bonum ac probum esse statuo, neque Christianæ legis, & divinæ fraternæque charitatis oblitum. Atque eo magis admiror, id ætatis, prudentiæ, ordinis ac dignitatis hominem, non dicam has finxisse de me, sed undecunque tandem accepta, tam credidisse facilè, ut aliis etiam persuadere voluerit. Nam quid eo crimine, quod nobis objicit, vanius est, aut minori veritatis specie conjunctum? Schedas me tuas,* Præsul amplissime, *antequam Animadversiones nostras ederem, legisse dicit. Quod longè aliter habere, non tu ipse modo scis; sed amicis etiam nostris ea de re querentibus palam testatus es. Tametsi schedas me legisse tuas non ille quidem dicit apertè; sed obliquè & captiosè loquitur: ut qui minùs attentè ipsius verba percurrunt, illud ipsum affirmari putent, atque ejusmodi de nobis suspicionem auferant. Rursus si de tam perspicuâ falsitate redarguere quispiam illum voluerit, eò confugere possit, non se schedas istas à nobis dixisse esse lectas, sed, quòd in schedis tuis ipse legisset, de quo sermonem sæpe tecum habuissem, id me edere in vulgus antevertisse. At ego me tecum fateor, cùm aliis de rebus quæ ad doctrinam pertinent, tùm de Ecclesiasticis moribus & antiquitate non rarò disputâsse; ac de nonnullis, quæ minùs habebam explicata, quæsisse; nec mediocrem sanè fructum ex hoc usu tuo ac colloquio cepisse; cum iis etiam, quæ à te respondebantur, partim assentirer penitus, partim fretus æquitate, humanitateque tuâ contradicerem. Nam cùm hodie te nemo rerum illarum scientiâ & exercitatione superet; tum candore illo & facilitate mirificè præstas: ut eorum, quæ sapienter asseris, non, ut ille, qui contra me scripsit, authoritate solâ fidem extorqueas, sed liberum cuique judicium, & integras, quæ velit, tuendi ac disputandi partes relinquas. Quod ad ea verò pertinet, quæ de Pœnitentia, deque cæteris Ecclesiæ ritibus, in Epiphanianis Animadversionibus commentatus sum, ea me scio, DEI ope ac beneficio, non aliunde mihi, quàm labore & industria mea, assidua Veterum lectione, aliquot annorum usu ac meditatione peperisse. Possum Dispunctori accusatorique meo de singulis, quæ illic tractavi, capitibus, easdem illas, quibus usus sum, authoritates, iisque multò plures in Ad-*

versariis meis notatas ac perscriptas ostenderé, quas ex Tertulliano, Cypriano, cæterisque Patribus & antiquis Conciliis ac Canonibus, ut Scriptorem quemque legebam, studiosè multis abhinc annis observaveram. Sed neque χρηστομαθείας istas, neque si quid ex illis solerti ratione, aut conjectura deduxi, tanti æstimo, ut pro tantillarum rerum vindicanda possessione suscipiendas simultates & altercationes existimem: nedum ut ex incerta falsaque suspicione certam nomini alicujus infamiam invidiamque consciscam. Ac vel tuam ille saltem, amplissime doctissimeque Præsul, moderationem imitari vellet: qui quum luculentissimum ac laudatissimum illud opus Ecclesiasticarum Observationum post Animadversiones nostras ederes, de plagio illo ne litera quidem conquestus es; quod recenti re, & ab eo, cuja hæc erat, fieri maximè conveniebat. Tu vero, quum certis de capitibus contrà atque ego sentires, nihil in nos asperè tamen, inclementerque dixisti: atque ita tuam homo non minùs prudens, quàm eruditus, opinionem explicasti, ut existimationi nostræ amicitiæque parceres. De hac in me lenitate uti jure tibi maximam gratiam habeo; ita Dispunctori meo succensere possum, qui eandem aliena in caussa non adhibet, quam in tua tibi decoram & honestam putasti. Quamobrem quod contra me utcunque ille scribere, & errata mea castigare voluit, non modo non reprehendo; sed quoquo animo fuerit, bonam in partem accipio. Video enim id & communium interesse literarum, & honestè ac laudabiliter posse fieri; quum nemo sit, qui aut aliqua re non peccet, aut ab errore suo, sic tanquam malo, ac morbo se quodam eximi optare non debeat. Hunc igitur redarguendi mei conatum fero non invitus: hoc conqueror, sine injuria contumeliaque, cùm posset, magis istud ipsum noluisse facere. Alterum enim tolerabile est, ut dixi; alterum cujusmodi sit, ne is à me violatum se putet, nolo verbis meis exprimere. Equidem quod adversus Catholicos, & illius præsertim ordinis viros ægrè adducor ut scribam; etiam lacessitus; quamlibet iniquam ejus reprehensionem non solùm patienter tulissem, verùm etiam tacitè, si hactenus conatus ille procederet, ut in probabili quæstione, contra opinionem nostram, non adversus tuam, Præsul Amplissime, imo vero communem Ecclesiæ doctrinam veniret. Hoc enim restabat unum, ut in plerisque, quæ pronuntiare satis habuit, non solùm à tuis ipsis, quorum se vindicem atque interpretem facit, scriptis & authoritate recederet; sed à communi Catholicorum judicio magnopere dissideret. Caput est secundum Dispunctiuncularum, quô quid sit dare pœnitentiam, planè contraria, ac tuum & Ecclesiæ dogma fert, ratione prudens animprudens exposuit. Omitto nunc cætera, quæ te in ea, quam inscriptam nomini tuo apparere volui, Disputatione legere malo, quàm ex brevi hac epistola cursim leviterque cognoscere. Quam quidem Diatribam nostram quisquis attentè ac patienter exceperit; non minùs ad iniquam depellendam criminationem, honestam nobis; quàm ad tuam, & Ecclesiæ propugnandam illustrandamque doctrinam, piam ac necessariam fuisse judicabit. A te vero, Præsul Amplissime, postremo illud postulo, quod impetraturum me esse confido; ut contra criminatores meos integrum mihi tuum animum, benevolentiamque conserves: tum ut de me vicissim tibi pollicearé, fautorem me dignitatis tuæ, non, ut quidam, alienis dispungendis laboribus; sed more bono proboque, tuendis, quoad licet, monimentis tuis perpetuo futurum.

Vale.

APPENDICIS
SIVE
ELENCHI

CAPUT I.

DISPUNCTIONES SUPER NOVATI ET NOVATIANI nominibus discussæ. Ostenditur, non ea promiscuè usurpari debere. Novatiani cur damnati pro Hæreticis; deque eo Dispunctoris conflictus secum, & cum R. D. Albaspinæi sententiâ; quæ & ipsa propugnatur.

Dispunctiuncul. pag. 14.



Mirum in ipso capitis aditu, nec vulgare παρακινδύνευμα: Cùm duo ac diversi fuerint Novatus & Novatianus; iidemqve patriâ, moribus, institutisqve dissimiles: tamen qvi unum ex ambobus conflaverit, non aut errare ipsum, aut miscere alios ac confundere. Qvis hoc ænigma dissolvat? *Constat*, inqvit, *duos fuisse, qvorum alter Romanus, alter Africanus fuit.* Et tamen: *Nulli*, inqvit, *in eô errarunt, qvòd duos illos in unum miscuerint.* Non auro contra carum duxerim hoc mysterium cognoscere. Amabo te, Vir erudite, qvid esse puras duos invicem confundere? Nonne qvæ unius ita propria sunt, ut ad alterum minimè conveniant, in eum ipsum transferre; nomen, genus, dicta, facta, cætera deniqve promiscue habere? Confer Græcos illos Latinosqve Scriptores, qvos in Diatribâ vel citavi, vel omisi: rem ipsissimam videbis. At vide subrilitatem. *Non miscuerunt*, inqvit, *qvia duntaxat unum noverant.* Argutissimè. Nempe μίξις duorum est. Verùm qvid necesse est, ambos singillatim cognitos habere? Nam si cognoscerent ac discernere possent, profectò non confunderent. Ergò ut aliqvi duo confundi misceriqve dicantur, tu ejusmodi conditionem feres, qvæ ne confundantur ipsa perficiat? Qvid alienius? Duos inter se Cyprianos Gregorius Nazianzenus aliiqve confuderunt, an singulos nosse priùs oportuit, qvàm confundere putarentur?

Illud verò qvis tibi concedat: *nemini fraudi futurum: Africanum Novatum, & Novatianum Romanum, Novatianum & Novatum appellasse promiscuè & indifferenter?* Sanè fraudi ita non fuerit, ut ad caussam capitis pertineat: ab errore verò ac reprehensione nulla tua Grammatica vindicabit. *Verba*, inqvis, *paulum declinata, variè & multipliciter reducuntur, aut correptis, aut porrectis, aut adjectis, aut detractis, aut permutatis literis syllabisve.* Ergo idem erit Rex, qvod Regulus, Regillus, Regillianus; ut qvi

cognomento Rex dictus sit, velut in gente Marcia, cæteris qvoqve cognominibus, qvæ indidem declinata sunt, appellari potuerit. Nemini item fraudi fuerit, Victorem Historicum appellare Victorinum: Catonem, Çatum, Catium, Catienum, *ἀδιαφόρως* usurpare. Reliqva ejusdem generis & absurditatis omitto.

Novatianos in Diatriba scripsi jus relaxandi peccata ab Ecclesiâ qvondam abjudicâsse. *Qvippe unicam illam peccatorum indulgentiam in Ecclesiæ arbitrio versari, qvæ per Baptismum obtinetur.* Hæc te fateris non intelligere. Qvid faciam? Illud sanè tuum non asseqvor: *Novatum, sive Novatianum, Hæreticos habitos, atqve ab Ecclesiâ Catholicâ proscriptos fuisse, qvòd nullum ad lapsos reconciliandos condonandaqve peccata jus in Ecclesiâ esse asseverarent, sinuosæ qvæstionis disceptatio est.* Videris hoc arguere velle, qvod dixi; Novatum & Novatianum Hæreticos habitos, atqve ab Ecclesiâ proscriptos esse, qvòd nullum ad condonanda delicta jus in Ecclesiâ esse dicerent. Et tamen id Concilii Tridentini authoritate ac voce comprobas. Gratum est hoc officium. *At hujus*, ais, *verba nihil aliud sonant, qvàm inter cæteros Novatianorum errores, & hunc fuisse.* An aliud dicimus? Pag. 227. verba nostra sunt: *Qvòd clavium, ut vocant, potestatem Ecclesiæ ac sacerdotibus detraherent, ut reliqvos eorundem errores omittam, Novatiani tanqvam Hæretici damnati sunt.* Hoc refellere ac negare intererat ejus, qvi Dispunctionem scriberet.

Animadversion. p. 226.

pag. 3.

At etiam *μάτην πτερυγίζει*, & in seipsam incurrit tua disputatio: & in id, qvod oppugnat, vel invita relabitur. Qvid est, qvod à qvartâ paginâ, & deinceps, ad finem usqve capitis probare niteris? Opinor illud: non ob unum hunc errorem, qvòd relaxandorum criminum jus, potestatemqve clavium, penes Ecclesiam esse negaret; pro Hæretico habitum esse Novatianum. Hoc neqve ego dixi, neqve contrarium demonstrare opus omnino fuit. Verùm qvomodo illud persvadeas demum, porrò videamus. Cypriani locum affers, qvi ab Antonio interrogatus, *qvam hæresin Novatianus introduxisset?* ita respondet: *Scias nos primo in loco nec curiosos esse debere, qvid ille doceat, cùm foris doceat. Qvisqvis ille est, & qvaliscunqve est, Christianus non est, qvi in Christi Ecclesiâ non est.* Hic scilicet Cypriani locus in eum à te finem adducitur, ut ostendas, alium qvempiam ob errorem, qvàm qvòd clavium jus Ecclesiæ detraheret, Hæreticum esse judicatum. Hoc enim tanqvam à me positum oppugnare volebas. Jam verò qvid alienius ab eâ hypothesi institutoqve disputationis tuæ, qvàm illud Cypriani testimonium? Doce enim vel literâ notatum in iis verbis alium qvempiam errorem, propter qvem Hæreticus haberi meruerit. Negat Cyprianus curiosiis inqvirendum, cujus sit Hæresis author ille, qvi in Ecclesiâ non doceat; hoc est, qvi se ab eâ schismate diviserit. Deerrore aut hæresi ipsâ, cujusmodi sit, qvidve contineat, verbum nullum. Nam & alterum dogma, qvod ex Commentario Ambrosii in Epist. I. ad Corinth. Cap. VI. colligitur: *Qvi fornicatur, etiam in Spiritum Sanctum peccare, propter qvam caussam scissus est ab Ecclesiâ:* non sic accipiendum est, ut ob id præcisè judicatus sit Hæreticus, qvòd illud assereret. Verùm qvòd peccata in Spiritum Sanctum ejusmodi putaret esse, ut relaxari nullo modo possent; idqve ex Evangelii authoritate perperam intellectâ confectum crederet: forni-

cationis inter cætera peccatum eo sensu ac mente contra spiritum esse docuit; ut Ecclesiastico jure ac potestate remitti neqviret. Qvam ob caussam divortium primò fecit: tum errore pleniùs cognito, eò potissimùm nomine, pro Hæretico damnatus est. Horum prius; id est, schisma, non hæresin; verbis iisce Commentariorum Author indicat: *propter qvam caussam scissus est ab Ecclesiâ.* At inter nos non de schismate, sed dogmate & hæresi controversia est. Qva re nihil caussam tuam locus ille sublevat.

At ecce: *Tres*, inqvis, *potissimum Novatianorum errores Canon VIII. Nicenæ Synodi perstringit.* Cedo qvos? Primus est; *qvòd se Catharos nuncuparent.* Hiccine tuo judicio error est, aut Hæresis, cujus gratia Hæreticus sit Novatianus habitus? Qvis nudam, qvamlibet stolidam & insulsam appellationem, nisi qvid subsit aliud, pro Hæretico dogmate condemnet? Tum illud attendas velim; ut eô nomine pro Hæreticis habiti sint Novatiani, qvòd se Catharos vocabant, nihil hoc ad Novatum vel Novatianum pertinere; qvi utrum se Catharum appellârit unqvam, constare non arbitror. Atqui de Authore ipso sectæ Novato vel Novatiano, non de ejus discipulis, ac partiariis loqveris;
Pag. 6. & verò loqvi debes: præsertim quum ita postremò colligis: *Gradibus itaqve potiùs, quàm præcipiti cursu, cecidit Novatus.* Secundus error: *qvòd à Catholica & Apostolica Ecclesiæ decretis deficerent.* Tertius; *qvòd digamorum & lapsorum communionem penitus rejicerent.* Miror pro duobus ac diversis dogmatibus, & erroribus obtrudi, qvi in Canone illo Nicæno pro uno & eodem habentur. Verba Concilii: πρὸ πάντων δὴ τούτων ὁμολογῆσαι αὐτοὺς ἐγγράφως προσήκει, ὅτι συνθήσονται, καὶ ἀκολουθήσουσι τοῖς τῆς καθολικῆς καὶ Ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας δόγμασι· τουτέστι, καὶ διγάμοις κοινωνεῖν, καὶ τοῖς ἐν τῷ διωγμῷ παραπεπτωκόσιν. *Præ omnibus autem eos scripto profiteri oportet, qvòd consentiant, & sequantur dogmata Ecclesiæ Catholicæ & Apostolicæ: id est, & cum digamis communicare, & his qvi in persecutione lapsi sunt.* Qvæ sint decreta illa Ecclesiæ, vox τουτέστι subjecta significat; nempe illa, ex qvibus tertium genus erroris, novi scilicet, nec à nobis animadversi, conflare voluisti. Sanè quum peculiaris aliqvis error Novatiani qværeretur; ut non ideo condemnatum pro Hæretico fuisse monstrares, qvod jus clavium abjudicaret ab Ecclesiâ, non possum non mirari denuò ejusmodi à te ex illis Canonis verbis exsculptum, *qvòd ab Ecclesiæ decretis deficeret.* Id enim non unum aliqvem errorem; sed infinita errorum capita suo ambitu complectitur. Qvocirca verissima est assertio illa nostra, cui vel invitus ipse suffragaris: Novatum ac Novatianum ob id præcipuè Hæreticos esse judicatos; qvòd *remittendi potestatem*, ut Tridentinæ Synodi verbis utar, *pertinaciter negarent.* Prima qvidem illorum ab Ecclesiâ disjunctio à schismate ortum habuit, nondum vulgatâ penitùs Hæresi; qvod Cypriani allatus à te locus indicat. Qvem ut in re facillimâ, minimeqve necessariâ, compendifacere potuisti. At Hæretici ob id præcipuè judicati sunt, qvòd non solùm peccatores ad communionem admittendos non putarent; sed qvòd ne admitti qvidem absolviqve posse crederent. Postremò quum Dispunctiunculas tuas in eum finem scripsisse te dicas, ut R.D. Albaspinæi, Aurelianensis Episcopi, qvem honoris caussâ nomino, eximiam de pervetustis Ecclesiæ rationibus doctrinam ac sententiam à præposterâ meâ opinione vindicares; vide annon in caussâ manifestè prævaricatus fueris.

Ne-

Neqve enim aliud eruditissimus ille Præsul docuit, qvàm qvod usurpatum à me reprehendis. Etenim libro secundo Observationum Ecclesiasticarum Cap. XXI. pag. 312. ita non minùs verè qvàm doctè sententiam suam explicat: *Qvo autem minore negotio ex illis difficultatibus emergere possint, advertant oportet, Novatianorum errorem non in eo positum, qvòd dicerent, neqve lapsum neque excommunicatum in morte à peccatis liberandum: sed Hæreticos ideo habitos, quod opinarentur, Deum ipsum Ecclesiæ neque remittendorum, neque retinendorum peccatorum capitalium potestatem copiamque fecisse.* Hæc ille, & iis affinia compluria antecedenti capite: qvæ & certissima sunt, & nostris illis consentanea, qvæ tu reprehendis: qvi ne ob illud unum præcipuè dogma Novatiani pro Hæreticis habiti videantur, (qvod ego, juxta ac Reverendissimus ille Præsul, affirmabam,) multiplices illorum errores fuisse, nobis objicis. p. 5. 6. Sed ejusdem Præsulis doctrinam seqventi capite longè apertiùs, ac minori specie veritatis oppugnas.

Caput II.

EXPLICATUM QVID SIT DARE POENITENTIAM. Innocentii locus illustratur perperam in Dispunctiunculis acceptus. Dispunctoris secum, & cum Catholica sententiâ, pugna. Sed & cum R. D. Albaspinao; cujus doctrina defenditur. De quarto gradu pœnitentiæ. Ostensum, perpetuos in eò pœnitentes hæsisse nonnunquam. Sub mortem repræsentatam olim fuisse communionem: idque ex Nicæni Concilii mente.

LEMMA capitis secundi: *Qvibusnam peccatorum generibus, & qvatenus negata Communio sit in Ecclesia veteri.* Qvar vim habeat hæc Inscriptio, qvòve præfixa sit, divinare non possum. Nam aut subjecta disputationi seqventi materia est, & summa eorum comprehensio, qvæ in isto capite tractantur; aut ejus, qvod oppugnare instituit, capitis argumentum, sive τὸ κριϑέμενον. Neutrum horum Dispunctor ibi præstitit. Lege sis caput ipsum, & vel minimam, si potes, inde partem ejus exsculpe, qvod inscriptio ipsa minatur. Nihil hîc de peccatorum generibus, qvibus aut repræsentata sit, aut negata communio, οἴκοϑεν attulit; nihil super eâ te propositum à nobis vel levissimè refellit. Pauca qvædam vexat, nec illa sanè καίρια. *Pax*, inqvit, *sive reconciliatio cum Ecclesia, quæ Absolutio dicitur, ab Eucharistia longo intervallo separatur.* Credo periculum erat, ne qvis Absolutionem cum Eucharistiâ confunderet, sic qvasi pharmacum aliqvis idem esse ac sanitatem existimet: aut jus ad annuos beneficii fructus capiendos, cum fructibus ipsis, annonâqve confundat. Nemo sic hebes fuit, ut Absolutionem Eucharistiam esse crederet. Itaqve neqve *ut facilius intelligeremus*, neqve ut omninò intelligeremus, laborandum fuit. Seqvitur: *Sciendum, apud Innocentium in Epistolâ ad Exuperium, Pœnitentiam, Absolutionem, reconciliationem communionis, Eucharistiam non significare.* Qvis hoc ignorat? Sed tamen qvid Pœnitentia sit, juvat discere. *Pœnitentia*, inqvit, *id est, pœnitendi cupido, qvando recens adhuc Salvatoris calebat cruor, donum DEI erat, quod animis fide-*

tium illabebatur. Qvid nunc postqvam cruor ille refrixit? Num Dei donum esse desiit? An Pelagiani erimus hodie, ut pœnitendi cupidinem aliunde qvàm ex Dei dono constare velimus? *Erat*, inqvit, *donum Dei, quando recens adhuc Salvatoris calebat cruor.* Ergo donum Dei non est hoc tempore? Seqvitur *ἀπόδειξις* ex Leone, Augustino: Eucharistiam à Pœnitentiâ differre. Tantæ molis erat, id adstruere, aut persvadere; Pœnitentiam donum esse Dei, ac citra absolutionem obtineri. Nôrunt hoc in scholis Theologiæ tyrones, qvi Pœnitentiam aliàs sensum animi, ac certæ virtutis officium esse didicerunt; qvæ cujusmodi sit, inter se hodieqve certant. Apud Innocentium verò Pœnitentiam nihil esse, præter illum animi mœrorem ac donum Dei, *cras fortasse* pag. 16. *credam, non hodie*; tuum ut tibi redhibeam. Innocentius ad Exuperium Epist. III. Cap. II. *Et hoc quæsitum est*, inqvit, *quid de his observari debeat, qui post baptismum omni tempore incontinentiæ & voluptatibus dediti, in extremo fine vitæ suæ Pœnitentiam simul & reconciliationem communionis exposcunt. De his observatio prior durior; posterior interveniente misericordiâ inclinatior est. Nam consuetudo prior tenuit, ut concederetur eis pœnitentia, sed communio negaretur, &c.* Hic pœnitentia aliud omnino esse videtur, qvàm interior ille sensus, afflatusqve Sancti Spiritus. Neqve enim is ab hominibus indulgeri vel negari potest, qvem nisi prius accepissent, hoc qvodcunqve est, qvod ab hominibus præstandum est, nunqvam peterent. Aliud est itaqve Pœnitentia, de qvâ Pontifex loqvitur: nempe jus & potestas obeundæ pœnitentiæ, siqvidem à lethi faucibus eripi & convalescere potuerint: qvæ potestas sine dubio ritu aliqvo nobis ignoto, & benedictione conferebatur. Hoc inqvam est *Pœnitentiam concedere*; inter Pœnitentes aliqvem adscribere, ritu illo ac ceremoniâ formulave qvâ in Pœnitentium gregem recipi fas esset. Tu aliter sentis. Eqvidem non invideo; nec insector. Sed tamen de Innocentii loco porrò disputemus. Qvæsitum est ab Exuperio, qvid de iis statuendum esset, qvi post Baptismum omni tempore incontinentiæ dediti, in extremo vitæ suæ pœnitentiam & communionem postulant. Respondet Innocentius; superiorum temporum consvetudinem austeriorem fuisse, ut eis concederetur pœni- pag. 11. tentia, sed communio negaretur. Hoc ita Dispunctor interpretatur: *Nam sæviente persecutionum procella, qui pœnitentia, prout erat donum Dei, afflabantur, concedebatur eis pœnitentia; id est, pœnitentiam illam approbabat Ecclesia; sed sine peccatorum absolutione. Reddita vero Ecclesiæ pace, communionem, id est, veniam seu peccatorum absolutionem morientibus dari placuit; & in eo damnata est, sed longo demum intervallo, Novatianorum hæresis, quòd morientibus veniam non relaxarent.* Primum illud cujusmodi est; concedere pœnitentiam, esse donum illud approbare Dei, qvô peccatores afflati sunt? Qvis sic loqvitur? *Concedere* enim est aliqvid tribuere, qvod in ejus, qvi indulget, potestate versatur. Hic qvi ad Pœnitentiam impetrandam ad Ecclesiam, vel Sacerdotes accedit, qvid necesse habet, id sibi concedi petere, qvod jam ab illo, qvi dare potest, acceperit? Deinde cur *admittere* Pœnitentiam, aut *approbare* non dixit, sed concedere? Verùm omittatur, si lubet, verbi ista conflictio. Reliqva omnis interpretatio nimis ambigua est. Volo mihi respondeas, qvid ista velint; *sæviente persecutionum procella?* Utrum totum illud tempus intelligas, qvo Ecclesia ex intervallo jactata, & intermittentibus

persecutionum procellis identidem qvassata sit; qvod ad annum ferè CCCX, & eo amplius, tenuit. Hæc enim persecutionum tempora sunt; non qvòd perpetuis & continuis iisce procellis conflictata fuerit, sed qvòd in eorum temporum partes grassatio hæc hostilis incubuit. Totone igitur illo tempore, nempe duobus illis tribusve seculis, ejusmodi fuisse disciplinam Ecclesiæ censes; ut pœnitentibus qvibuslibet communio negaretur; ut nullâ peccatorum absolutione tributâ, sola pœnitentia concederetur? hoc est, ut exponis, approbaretur interior ille sensus, divinitus hominum animis injectus. Non aliud interpretationis tuæ verba præ se ferunt, qvæ generatim docent, afflatis illis dono Dei peccatorum absolutionem minimè esse concessam, sed probatam duntaxat pœnitentiam. Ex qvo conseqvens est, nulli post lapsum communionem, id est, absolutionem fuisse redditam. Itane toto illo tempore pœnitens nemo cum Ecclesiâ reconciliatus est, nemo in integrum restitutus? exclusi in perpetuum ab Ecclesiâ, & communione usuqve Sacramentorum fuerunt, qvi semel deliqverant? Diceret saltem eos nominatim ad tantam severitatem exceptos, qvi gravissima qvædam flagitia commisissent: qvod in triplici criminum genere vetustissimis duntaxat temporibus institutum in Ecclesiâ fuisse, capite illo, qvod Dispunctor designat, ostendimus. At pœnitentes omnes, & ob qvælibet criminum genera pœnitentiâ mulctatos, absolutione communioneqve in sempiternum caruisse, neqve verum est, neqve, ut levissimè dicam, persvaderi ratione ullâ vel authoritate potest. Repetam iterum: Hoc illa tua ratio definire videtur, qvod nemini probaveris: priscis illis temporibus, qvibus persecutio sæviit, nullum, qvi qvidem gravius offendisset, hoc est, pœnitentiam publicam ageret, absolvi, reconciliari, communioni Sacramentisqve restitui potuisse. Nam ἀορίςως & infinitè doces, sæviente persecutionum procellâ iis, qvi poenitentiæ dono, id est, intimi sensu doloris erant afflati, pœnitentiam qvidem illam approbatam, sed sine peccatorum absolutione. Addis, *redditâ Ecclesiæ pace, veniam, seu peccatorum absolutionem morientibus dari placuisse: & in eo damnatam esse, sed longo intervallo, Novatianorum Hæresim, quòd morientibus veniam non relaxarent.* Ita serò tandem mos ille in Ecclesiam introductus est, ut pœnitentibus communio redderetur; neqve id qvidem qvovis tempore, sed in mortis duntaxat periculo. Ergò ita disputas: primis Christianorum temporibus, qvæ persecutionibus erant infesta, afflatis illis ac pœnitentibus negatam funditùs, vel in periculo mortis, absolutionem: redditâ verò tranqvillitate, solis morientibus esse concessam; atqve ex eô solo capite, qvòd saltem morientibus pax & reconciliatio tribueretur, Novatianos esse damnatos. Hanc tuam orationem ac mentem non solùm illa, qvæ ex pag. 11. retuli, demonstrant; ubi asseris, *sæviente persecutionum procellâ pœnitentes ad solam pœnitentiam admissos sine spe reconciliationis*; qvod tam de sanis ac valentibus, qvàm de moribundis accipis. Subjicis enim: disparem ac mitiorem consvetudinem subinde receptam, qvæ de morientibus tantummodo relaxavit, in eoqve Novatianorum damnavit Hæresim. Non igitur hæc solùm arguunt, priscis illis temporibus nullis omnino pœnitentibus, postea vero moribundis duntaxat, absolutionem esse permissam: sed ea qvoqve, qvæ pag. 13. differis, dum hæc Innocentii verba: *negata meritò communio est, concessa pœnitentia, ne totum penitus negaretur,* in hanc sententiam explicas: *Pœnitentia*

approbatione per Ecclesiam vinculum excommunicationis solvebatur, cùm tamen absolutio non concederetur. Qvod universè deq; genere pœnitentium omni putas intelligendum. Innocentius enim de temporibus illis loqvitur, qvibus *sæviente persecutionum procellâ,* nullis omnino concessam absolutionem esse dixisti.

Cùm igitur de tuâ mente ac sententiâ constet, hanc ego mentem, hanc sententiam tuam & veritati, & antiqvorum authoritati, & Ecclesiæ moribus, ne qvid gravius dicam, nego esse consentaneam. Hoc enim constituto, caussæ nihil apparet, cur Novatiani divortium cum Ecclesiâ Catholicâ facerent. Qvid enim est, qvod Hæretica ista factio præcipuè pugnabat? Opinor lapsos cæterosqve peccatores ad Ecclesiæ pacem & communionem nolebat admitti. Non illos à spe veniæ ac salutis excludebat: non afflatum illum, donumqve Dei, hoc est, intimum animi mœrorem ac pœnitentiam à peccatoribus abjudicabant. Imò hortabantur ad pœnitentiam: adeoqve pœnitentiam concedebant, hoc est, approbabant. Socrates Novatianus de authore factionis Novato: Lib. IV. Cap. XIII. narrans, scripsisse refert ipsum *ταῖς πανταχοῦ ἐκκλησίαις, μὴ δέχεσθαι τοὺς ἐπιτεθυκότας εἰς τὰ μυστήρια· ἀλλὰ προτρέπειν μὲν αὐτοὺς εἰς μετάνοιαν, τὴν δὲ συγχώρησιν ἐπιτρέπειν θεῷ τῷ δυναμένῳ καὶ ἐξουσίαν ἔχοντι συγχωρεῖν ἁμαρτήματα. Universis Ecclesiis, ne lapsos ad mysteria reciperent: sed ut ipsos ad pœnitentiam hortarentur; absolutionem verò Deo permitterent, qui & potest & facultatem habet peccata condonare.* Pœnitentiam igitur concedebant, hoc est, approbabant Novatiani. Qvod & Ambrosiii verba ista significant Lib. I. de Pœnit. Cap. II. *Qvid autem durius, quàm ut indicant pœnitentiam, quam non relaxent?* &c. Qvi *pœnitentiam concedere* nihil esse putat aliud qvàm donum illud Dei, & illapsum in peccatoris animum probare dolorem, Novatianos fatebitur concessisse pœnitentiam; adeoqve nihil hâc ex parte à Catholicis discrepasse. Nam qvòd jus illud peccata remittendi penes Ecclesiam esse Novatiani præterea negaverunt, affirmantibus Catholicis, nihil ad rem pertinet: Primùm, qvia superiori capite negare visus es, Novatianos illud initio docuisse; & gradibus qvibusdam eò demum pervenisse. Qvare primo illo in erroris gradu, velim respondeas, cur se Novatianus à Catholicis ideo segregarit, qvòd lapsis pacem ad veniam tribuendam non crederet; si idem & ab Ecclesiâ factitatum fuerit. Deinde, qvia de facto priùs qvàm de jure mota est ab illis controversia. Doceo jam falsissimum esse, qvod Dispunctor non ille qvidem probat; sed Pythagoreo more pronuntiat; Peccatoribus solàm sine absolutione tributam esse pœnitentiam. Tertullianus, credo, iis ipsis temporibus floruit, qvibus *persecutionis procella sæviebat*, qvibusve negatam pœnitentibus omninò pacem asseverat. At ille Lib. de Præscript. Marcionem Ponticum, qvem propter stuprum cujusdam virginis ab Ecclesiæ communione abjectum esse dixit, docet: ad pacem admittendum Ecclesiæ fuisse, nisi morte præventus esset. Pacem igitur tot ille sceleribus coopertus & infamis Hæresiarcha, ac sacrilegus, nisi morte illam antevertisset, obtineret. Tertulliani verba sunt cap. XXX: *Postmodum Marcion pœnitentiam confessus, cùm conditioni datæ sibi occurrit, ita pacem recepturus, si cæteros qvoqve, qvos perditioni erudisset, Ecclesiæ restitueret, morte præventus est.* Ad hæc qvis eodem seculo nescit, neqvicqvam reclamante Tertulliano jam Hæ-

Hæretico, pacem mœchis poſt pœnitentiam à Zephyrino Pontifice,& Catholicis fuiſſe conceſſam: Nondum Eccleſiæ pax erat reddita,& perſecutionum adhuc procella ſæviebat; cum veniam ſeu peccatorum abſolutionem vivis perinde ac morientibus oſtendit Eccleſia: nec ſolùm pœnitentiam approbavit, ſed & pacem ac reconciliationem communionis indulſit. Vixit & ſæviente perſecutionum procellâ, nondum Eccleſiæ redditâ pace, Cyprianus, iisdem qvibus Novatianorũ Hæreſis exorta eſt temporibus. Scribit ille epiſtolâ ad Antonianum, qvæ eſt II. Libri IV. *Nam & mœchis*, inqvit, *à nobis pœnitentiæ tempus conceditur, & pax datur.* Item: *Miror autem, qvosdam ſic obſtinatos eſſe, ut dandam lapſis non putent pœnitentiam, aut pœnitentibus exiſtiment veniam denegandam.* Prætereà libro de Lapſis id unum qveritur, *qvòd ante expiata delicta, ante exhomologeſin factam criminis, ante purgatam conſcientiam ſacrificio & manu ſacerdotis, ante offenſam placatam indignantis Domini & minantis, pacem putant eſſe, qvam qvidam verbis fallacibus venditant.* De qvo & alibi paſſim expoſtulat; maximè Epiſt. X. ad Clerum, & Ep. XII. & Ep. XV. Libri III. At Ep. XI. poſt plenam pœnitentiam ſtupratas Virgines exhomologeſi factâ redire ad Eccleſiam permittit. Qvin etiam ob ingruentes perſecutiones, pœnitentiæ contrahenda ſpacia, & pacem lapſis repræſentandam eſſe, decernit Ep. LIV. Sed vereor, ne Cypriani authoritates acervare nimis longum ac ſupervacaneum ſit. Plenæ ſunt enim illius Epiſtolæ certiſſimis evidentiſſimisqve teſtimoniis; ex qvibus appareat, *ſæviente procellâ perſecutionis*, peccatorum abſolutionem pœnitentibus indultam, vivis æqvè ac morientibus: neqve verum eſſe, qvod ſcribis; *longo demum intervallo Novatianorum hæreſin fuiſſe damnatam, qvòd morientibus veniam non relaxarent.* Qvod utiqve Novatiano adhuc ſuperſtite, imò ante Novatianum, in Eccleſiâ eſſe factum, ſatis oſtenſum eſt. Accedant modò Gregorii Thaumaturgi aliorumqve Pœnitentiales Canones, graſſante adhuc procellâ perſecutionis editi; qvibus ſuum plerisqve peccatis pœnitentiæ tempus deſcribitur, & in fine *μέθεξις*, communio abſolutioqve proponitur. Serapion ille confeſſor, cujus meminit Euſebius Lib. VI. cap. XXXVI. Eccleſ. Hiſtor. qvòd idolis ſacrificaſſet, diu rejectus, ſub ipſum mortis tempus ad communionem Dominici corporis eſt admiſſus: qvod à ſe mandatum eſſe Dionyſius Alexandrinus refert apud Euſebium. *ἐντολῆς ὑπ' ἐμοῦ δεδομένης*, inqvit, *τοὺς ἀπαλλαττομένους τοῦ βίου, εἰ δέοιντο, καὶ μάλιστα εἰ καὶ πρότερον ἱκετεύσαντες τύχοιεν, ἀφίεσθαι.* *Mandato à me edito, ut moribundi, ſi id poſtularent; præſertim ſi antea ſupplicaſſent, abſolverentur.* Proinde non dubium eſt, qvin ante pacem Eccleſiæ redditam, neqve tanto poſt Novatianorum ortum intervallo, moribundis pax & communio reſtituta fuerit, qvod & paſſim Cyprianus uſurpatum à ſe teſtatur in Epiſtolis.

Qvo magis admiror ea te ſcientem ſcribere, qvæ tam apertè Tertulliani, Cypriani, reliqvorum omnium Scriptorum & Canonum authoritati repugnent: ut de eorum falſitate cuivis vel mediocriter harum rerum intelligenti conſtet. Qvid qvod eadem illa tua doctrina cum iis, qvæ primo capite docueras, manifeſtiſſimè pugnat? Nam in illo capite, pag. 6. decretum illud Romani Concilii, qvod Novatiani tempore celebratum eſt, ex Euſebio profers; qvod *Novatum, ejusqve fautores tanta ſuperbia inflatos, & qvotqvot illius inhumaniſſimæ & à fraterna caritate alieniſſimæ opinioni aſſentirentur, in eodem numero, qvo*

approbatione per Ecclesiam vinculum excommunicationis solvebatur, cùm tamen absolutio non concederetur. Qvod universe deq; genere pœnitentium omni putas intelligendum. Innocentius enim de temporibus illis loqvitur, qvibus *sæviente persecutionum procellâ,* nullis omnino concessam absolutionem esse dixisti.

Cùm igitur de tuâ mente ac sententiâ constet, hanc ego mentem, hanc sententiam tuam & veritati, & antiqvorum authoritati, & Ecclesiæ moribus, ne qvid gravius dicam, nego esse consentaneam. Hoc enim constituto, caussæ nihil apparet, cur Novatiani divortium cum Ecclesiâ Catholicâ facerent. Qvid enim est, qvod Hæretica ista factio præcipuè pugnabat? Opinor lapsos cæterosqve peccatores ad Ecclesiæ pacem & communionem nolebat admitti. Non illos à spe veniæ ac salutis excludebat: non afflatum illum, donumqve Dei, hoc est, intimum animi mœrorem ac pœnitentiam à peccatoribus abjudicabant. Imò hortabantur ad pœnitentiam: adeoqve pœnitentiam concedebant, hoc est, approbabant. Socrates Novatianus de authore factionis Novato: Lib. IV. Cap. XIII. narrans, scripsisse refert ipsum *ταῖς πανταχοῦ ἐκκλησίαις, μὴ δέχεσθαι τοὺς ἐπιτεθυκότας εἰς τὰ μυστήρια· ἀλλὰ προτρέπειν μὲν αὐτοὺς εἰς μετάνοιαν, τὴν δὲ συγχώρησιν ἐπιτρέπειν θεῷ τῷ δυναμένῳ καὶ ἐξουσίαν ἔχοντι συγχωρεῖν ἁμαρτήματα. Universis Ecclesiis, ne lapsos ad mysteria reciperent: sed ut ipsos ad pœnitentiam hortarentur; absolutionem verò Deo permitterent, qvi & potest & facultatem habet peccata condonare.* Pœnitentiam igitur concedebant, hoc est, approbabant Novatiani. Qvod & Ambrosiii verba ista significant Lib. I. de Pœnit. Cap. II. *Qvid autem durius, quàm ut indicant pœnitentiam, quam non relaxent?* &c. Qvi *pœnitentiam concedere* nihil esse putat aliud qvàm donum illud Dei, & illapsum in peccatoris animum probare dolorem, Novatianos fatebitur concessisse pœnitentiam; adeoqve nihil hâc ex parte à Catholicis discrepasse. Nam qvòd jus illud peccata remittendi penes Ecclesiam esse Novatiani præterea negaverunt, affirmantibus Catholicis, nihil ad rem pertinet: Primùm, qvia superiori capite negare visus es, Novatianos illud initio docuisse; & gradibus qvibusdam eò demum pervenisse. Qvare primo illo in erroris gradu, velim respondeas, cur se Novatianus à Catholicis ideo segregarit, qvòd lapsis pacem ad veniam tribuendam non crederet; si idem & ab Ecclesiâ factitatum fuerit. Deinde, qvia de facto priùs qvàm de jure mota est ab illis controversia. Doceo jam falsissimum esse, qvod Dispunctor non ille qvidem probat; sed Pythagoreo more pronunciat; Peccatoribus solàm sine absolutione tributam esse pœnitentiam. Tertullianus, credo, iis ipsis temporibus floruit, qvibus *persecutionis procella sæviebat*, qvibusve negatam pœnitentibus omninò pacem asseverat. At ille Lib. de Præscript. Marcionem Ponticum, qvem propter stuprum cujusdam virginis ab Ecclesiæ communione abjectum esse dixit, docet: ad pacem admittendum Ecclesiæ fuisse, nisi morte præventus esset. Pacem igitur tot ille sceleribus coopertus & infamis Hæresiarcha, ac sacrilegus, nisi morte illam antevertisset, obtineret. Tertulliani verba sunt cap. XXX: *Postmodum Marcion pœnitentiam confessus, cùm conditioni datæ sibi occurrit, ita pacem recepturus, si cæteros quoque, quos perditioni erudisset, Ecclesiæ restitueret, morte præventus est.* Ad hæc qvis eodem seculo nescit, neqvicqvam reclamante Tertulliano jam Hæ-

Hæretico, pacem mœchis post pœnitentiam à Zephyrino Pontifice, & Catholicis fuisse concessam: Nondum Ecclesiæ pax erat reddita, & persecutionum adhuc procella sæviebat; cum veniam seu peccatorum absolutionem vivis perinde ac morientibus ostendit Ecclesia: nec solùm pœnitentiam approbavit, sed & pacem ac reconciliationem communionis indulsit. Vixit & sæviente persecutionum procellâ, nondum Ecclesiæ redditâ pace, Cyprianus, iisdem qvibus Novatianorũ Hæresis exorta est temporibus. Scribit ille epistolâ ad Antonianum, qvæ est II. Libri IV. *Nam & mœchis*, inqvit, *à nobis pœnitentiæ tempus conceditur, & pax datur.* Item: *Miror autem, qvosdam sic obstinatos esse, ut dandam lapsis non putent pœnitentiam, aut pœnitentibus existiment veniam denegandam.* Prætereà libro de Lapsis id unum qveritur, *qvòd ante expiata delicta, ante exhomologesin factam criminis, ante purgatam conscientiam sacrificio & manu sacerdotis, ante offensam placatam indignantis Domini & minantis, pacem putant esse, qvam qvidam verbis fallacibus venditant.* De qvo & alibi passim expostulat; maximè Epist. X. ad Clerum, & Ep. XII. & Ep. XV. Libri III. At Ep. XI. post plenam pœnitentiam stupratas Virgines exhomologesi factâ redire ad Ecclesiam permittit. Qvin etiam ob ingruentes persecutiones, pœnitentiæ contrahenda spacia, & pacem lapsis repræsentandam esse, decernit Ep. LIV. Sed vereor, ne Cypriani authoritates acervare nimis longum ac supervacaneum sit. Plenæ sunt enim illius Epistolæ certissimis evidentissimisqve testimoniis; ex qvibus appareat, *sæviente procellâ persecutionis*, peccatorum absolutionem pœnitentibus indultam, vivis æqvè ac morientibus: neqve verum esse, qvod scribis; *longo demum intervallo Novatianorum hæresin fuisse damnatam, qvòd morientibus veniam non relaxarent.* Qvod utiqve Novatiano adhuc superstite, imò ante Novatianum, in Ecclesiâ esse factum, satis ostensum est. Accedant modò Gregorii Thaumaturgi aliorumqve Pœnitentiales Canones, grassante adhuc procellâ persecutionis editi; qvibus suum plerisqve peccatis pœnitentiæ tempus describitur, & in fine *μέθεξις*, communio absolutioqve proponitur. Serapion ille confessor, cujus meminit Eusebius Lib. VI. cap. XXXVI. Eccles. Histor. qvòd idolis sacrificasset, diu rejectus, sub ipsum mortis tempus ad communionem Dominici corporis est admissus: qvod à se mandatum esse Dionysius Alexandrinus refert apud Eusebium. *ἐντολῆς ὑπ' ἐμοῦ δεδομένης*, inqvit, *τοὺς ἀπαλλαττομένους τοῦ βίου, εἰ δέοιντο, καὶ μάλιστα εἰ καὶ πρότερον ἱκετεύσαντες τύχοιεν, ἀφίεσθαι.* *Mandato à me edito, ut moribundi, si id postularent; præsertim si antea supplicassent, absolverentur.* Proinde non dubium est, qvin ante pacem Ecclesiæ redditam, neqve tanto post Novatianorum ortum intervallo, moribundis pax & communio restituta fuerit, qvod & passim Cyprianus usurpatum à se testatur in Epistolis.

Qvo magis admiror ea te scientem scribere, qvæ tam apertè Tertulliani, Cypriani, reliqvorum omnium Scriptorum & Canonum authoritati repugnent: ut de eorum falsitate cuivis vel mediocriter harum rerum intelligenti constet. Qvid qvod eadem illa tua doctrina cum iis, qvæ primo capite docueras, manifestissimè pugnat? Nam in illo capite, pag. 6. decretum illud Romani Concilii, qvod Novatiani tempore celebratum est, ex Eusebio profers; qvod *Novatum, ejusqve fautores tanta superbia inflatos, & qvotqvot illius inhumanissimæ & à fraterna caritate alienissimæ opinioni assentirentur, in eodem numero, qvo*

qui erant ab Ecclesia exclusi, haberi jubet. Quæ est inhumanitatis plena ista sententia, propter quam damnatus est Novatus? Opinor illa, quam eodem capite XXXV. lib. VI. Hist. Eccles. unde ista deprompsisti, refert Eusebius; quòd spem omnem veniæ lapsis eriperet. Ideo damnato Novatiano, statutum est, ut iidem lapsi pœnitentiæ medicamentis curari, ac sanitati restitui possent. Iam tum ergo, ut apparet, ab Ecclesiâ Catholicâ lapsi peccatorum absolutionem sunt consecuti. Atqui hoc ipso secundo Dispunctiuncularum capite, pag. 11. *sæviente persecutionum procellâ* pœnitentibus, id est, dono illo DEI afflatis negatam asseris absolutionem; *redditâ verò Ecclesiæ pace, communionem, id est, veniam seu peccatorum absolutionem morientibus dari placuisse: & in eo damnatam esse, sed longo intervallo, Novatianorum hæresin, quòd morientibus veniam non relaxarent.* Non album nigro contrarium magis est, qvàm prioris capitis doctrinæ, posterioris sententia. Si longo post Novatiani tempus intervallo, ac finitâ persecutione damnata est Novatiani hæresis; hoc ipso, qvòd morientibus duntaxat venia permissa fuit; qvomodo verum est, quod ex Eusebio & Romano illo Concilio, (qvod utiqve persecutionis tempore est habitum) modò proferebas: inhumanissimam, & à fraternâ caritate alienissimam Novati opinionem, vivente adhuc ipso, damnatam fuisse? Novatianus enim lapsis veniæ spem eatenus solùm detrahebat, qvatenus absolvi eos ab Ecclesiâ vetabat: pœnitentiæ autem affectum illum, sive donum DEI, ac mœrorem, aut qvidqvid tandem illud est, qvod pœnitentes citra absolutionem conseqvebantur, approbabat: ut ex Socrate Lib. IV. Cap. XIII. & Ambros. Lib. I. de Pœnitent. cap. II. in Animadversionibus, cap. I. Diatribæ de Pœnitentiâ demonstravimus. Qvare qvod in Concilio Romano damnatum Novatiani dogma ex Eusebio Cap. I. fateris, istud ipsum est, qvod non nisi longo post illum intervallo rejectum ac proscriptum esse, altero capite demonstras; qvodqve in Ecclesiâ Catholicâ illo ipso, qvo damnatum primo capite dixisti, tempore, moribus atqve usu comprobatum fuit. Hæc sunt ἀσύςατα. Qvamdiu persecutionis furor efferbuit; hoc est, Novatiani, Cypriani, & Romani, cujus meminit Eusebius, ætate Concilii, peccatorum absolutio ne in mortis qvidem articulo concessa est, ut pag. 11. capitis istius asseris: eaqve Catholicæ Ecclesiæ disciplina, authore te, fuit. Falsum est igitur, qvod in capite primo, pag. 6. posuisti; in Romano Concilio inhumanissimam, & à caritate fraternâ alienissimam opinionem Novatiani esse damnatam. Non enim alteram dices illic damnatam fuisse, qvàm qvæ lapsis in mortis periculo communionem negabat & veniam; cùm ejusmodi sectæ istius errorem fuisse pag. 11. fateare. Qvod si verum est hoc, qvod primo capite scribis, à Concilio esse decretum; ut esse nemo prudens negaverit; tum tu verò alterum illud capitis secundi retractes necesse est: ante redditam Ecclesiæ pacem, ne morientibus qvidem veniam relaxari consvevisse.

Nunc illud ostendam, qvod in ipso mihi capitis hujus lemmate præscripsi, te in secundi tui capitis disputatione contra certissimam, & Ecclesiasticæ fidei pietatiq; consentaneam R. D. Albaspinæi Aurel. Episc. doctrinam decretis pugnare tuis. Scribis pagina, uti dictum est, undecima: nonnisi redditâ Ecclesiæ pace, & longo intervallo post Novatianum, morientibus relaxatam esse veniam, ac tum demum Novatianorum damnatam hæresim, qvòd morientibus veniam negarent. Reverendissimus è contrario Præsul Lib. II. Obs. Cap. XX. *Cornelium*

qvi Novatiani, & persecutionis tempore vixit, *Concilium convocasse* scribit; *in qvo illud decretum ac præfinitum, ut cùm ad mortis usqve diem pœnitentiam produxissent, communionis participes efficerentur.* Ergo persecutionis tempore, & ante redditam Ecclesiæ pacem, ipso adhuc superstite Novatiano, morientibus relaxatam esse veniam, R. Præsul existimat: qvod tu serò tandem, ac non nisi pace constitutâ, & longo, ut loqveris, intervallo putas esse concessum. Utrius tandem opinio probabitur? Credo ne te ipsum qvidem dubitaturum, qvin veriora doctissimus Præsul; imò qvin solus ipse vera; tu ne probabilia qvidem toto illo capite scripseris. Ecce alterum tuum de Pœnitentiâ dogma cum ejusdem sententiâ convenire qvî potest? Doces nos pag. 8. Pœnitentiam, de qvâ sermonem instituit Innocentius, cùm eam dicit olim negatâ communione fuisse concessam; esse *pœnitendi cupidinem*, sive *donum DEI, qvod animis fidelium illabebatur.* R. D. Albaspinæus Lib. II. Observ. cap. III. p. 228. donum illud Dei & afflatum, fructum esse censet, & effectum, qvod ex benedictione pœnitentiæ in animos redundabat. Pergit deinde, & inter alia, qvæ de pœnitentiæ usu, sanè recondita & exqvisita disputat, Pœnitentiam, id est, statum professionemqve publicæ Pœnitentiæ, qvam laboribus & cruciatibus definit, genus qvoddam religionis fuisse probat, in qvod solenni sese voto homines adstringerent; cujus qvidem religione voti nemo teneretur, *nisi ab Ecclesiâ acceptum & ratum habitum esset. Id autem fiebat eâ manus impositione & benedictione, quâ pœnitentiam imperabat, & concedebat.* Reliqva, ne sim longior, omitto. Qvæ te miror animadvertentem aut ista scribere potuisse: *Pœnitentiam concedere* idem esse ac donum illud, & intimum approbare pœnitentis affectum; aut cùm ita sentires ac scriberes, hoc te ipso Præsulis tanti doctrinam illustrari ac tueri velle, fuisse professum. Nam pœnitentiam illam ipsam, de qvâ Innocentius agit, latissimè demonstrat, donum illud DEI benedictione suâ peperisse, non ipsum donum fuisse poenitentiam. Doce nos igitur, qvid in illis verbis tuis ac sententiis arcani sensus ac reconditi lateat; & orationem tuam ab erroris tanti suspicione, ne qvid aliud dicam, qvod dici posse profectò vides, si potes, exime. Fateor enim, me sæpiùs illa tractanrem, & in omnes partes interpretatione versantem, nihil hactenus extricare, qvo tam perspicuæ falsitatis invidia devitari possit. Nam qvod unum supererat, ut id sensisse viderere; in ipso æstu ac fervore persecutionis, lapsis aditum ad pacem & reconciliationem interclusum fuisse, qvò majore cum impetu animi & ardore certamen repererent; postea verò pace ad tempus Ecclesiæ restitutâ, mitiùs cum illis actum fuisse; qvod Epistola LII. institutum à se Cyprianus testatus est; hoc, inqvam, qvod verissimè dicere potuisti, neqve dixisse te, neqve sensisse, palam est ex iis, qvæ subjicis: *Redditâ Ecclesiæ pace, communionem, id est, veniam morientibus dari placuisse; & in eo damnatam esse, sed longo intervallo, Novatianorum Hæresin, qvòd morientibus veniam non relaxarent.* Pacis illam restitutionem Ecclesiæ factam, & damnatam contrariâ mitioriqve consvetudine Novatianorum hæresin, longo demum intervallo defendis. At illa, qvam dicebam, severitatis ac lenitatis alternatio, non longo intervallo, sed in ipso Novatianæ hæresis ortu, in Ecclesiâ suscepta, illius sævitiam crudelitatemqve damnavit. Mira sunt igitur, & meo judicio falsa, qvæ tu verbis illis explicas; ab Innocentii verò mente, & usu illo veteris, qvem exponit, Ecclesiæ prorsus aliena.

Petavio, inqvit, *aqva hic hæret.* Imò verò probabiliorem mul- Pag. 13.

tò & expeditiorem Innocentii interpretationem attulit. *Consvetudo*, ait ille, *prior tenuit, ut concederetur eis pœnitentia, sed communio negaretur.* Qvibus tandem? Nempe iis, de qvibus Exuperium interrogare dicit: *Et hoc qvæsitum est, qvid de his observari debeat, qvi post baptismum omni tempore incontinentiæ & voluptatibus dediti, in extremo fine vitæ suæ pœnitentiam simul, & reconciliationem communionis exposcunt.* Ad hæc Innocentius: *De his observatio prior durior* &c. Tum *ut concederetur eis* &c. videlicet, qvi in extremum vitæ tempus pœnitentiam distulerant. Qvis non videt de illo pœnitentium genere Innocentium ista scripsisse? At ὁ παρακεντητὴς ad omnes pœnitentes Innocentii verba, prioremqve illam duriorem observationem jubet referre. Nunqvam audiam. Nam ex eo ἄτοπον illud seqvitur: nullos per illa persecutionis tempora pœnitentes ad pacem, id est, absolutionem & communionem fuisse receptos, ne in ipso qvidem mortis periculo. Hoc verò qvam falsum sit, satis hactenus ostendimus; qvàm cum pietate & catholicâ fide consentaneum, viderint qvorum est eâ de re judicium. Mihi nunqvam persvadebis, neqve Catholico, opinor, alicui probabis; primis illis seculis, peccatoribus qvibuslibet post pœnitentiæ functionem, absolutionem & communionem esse denegatam. Qvocirca neqve nos adhuc sententiæ nostræ pœnituit, qvam in Animadvers. pag. 230. 231. & seq. exponimus; & ea placere nobis amplius cœpit, ex qvo tuam illam didicimus.

pag. 13. Aliud à Dispunctore caput Disputationis nostræ reprehenditur, qvòd p. 232. dubitaverim, utrum perpetuâ pœnitentiâ damnatis postremus gradus, qvem σύςασιν vocabant, patuerit; in qvo solâ precum communione gaudebant, nondum Eucharistiæ participes facti. Qvanqvam eò magis inclinarim, ut ad qvartum illum minimè pervenerint. Hoc me posterius rectè sensisse Dispunctor asserit. *Nam ad qvartum gradum evectis absolutio concessa fuerat, qvæ perpetuâ pœnitentiâ damnatis denegabatur.* Utrum in tertio gradu absolutio, hoc est, pax & reconciliatio tributa fuerit, an in qvarto demum, & σύςασει, qvæsitum est à nobis capite postremo Diatribæ, & utrimqve rationes expensæ, qvibus affirmari istud negarive posset. Hoc ego alterutram in partem definire nolui, & ad eruditorum hominum, atq; antiqvitatis Ecclesiasticæ consultorum judicia provocavi. Tu si ex eo genere hominum es, velim hanc mihi dubitationem eximas, & conjecturis iis occurras, qvæ partim illic à me propositæ sunt; partim aliis ex authoribus afferri possunt. Ego post absolutionem Sacramentalem, id est, perfectam pacem ac reconciliationem, optimo jure fuisse pœnitentes arbitror; neqve qvicqvam habuisse reliqvi, qvod eos à communione Dominici corporis arceret. Video enim paci ac reconciliationi subjici in Canonibus μέθεξιν, ac mysteriorum participationem, sive τὸ τέλειον: tum pœnitentiæ partem gradumqve σύςασιν haberi, ac nominatim irrogari. Ab eâ nos sententiâ nisi aliis momentis abstraxeris vereor ut persvadere possis. Sed eâ re tamen, uti fecimus, in medio relictâ: (Ignosces enim, opinor, si cùm in earum rerum tractationem incumberem, qvas antea, qvod qvidem sciam, attigerit nemo; in iis & similibus qvæstionibus hærere malui, qvàm tantis de rebus temerè judicare.) Sed eâ controversiæ parte prætermissâ; qvod tu citra dubitationem ullam asseris *perpetuis pœnitentibus postremum gradum non patuisse*; id negari tibi non immeritò potest. Atqve ut de illis interim concedam, qvi ad publicam pœnitentiam admitte-

rentur, qvam ſemel duntaxat per illa tempora conceſſam fuiſſe docuimus; poſſum oſtendere, nonnullos, qvi poſt obitam pœnitentiam, & reconciliationem, iterum peccaverant, ad ſolam σύςασιν in omne vitæ tempus fuiſſe reductos; ſic ut ſolâ cum fidelibus oratione juncti ſub exitum vitæ pacem & communionem perciperent. Qvâ de re luculentus extat Siricii Papæ locus Epiſt. I. Can. V. de iis, qvi actâ pœnitentiâ ad vomitum redeunt: *De qvibus*, inqvit, *qvia jam ſuffugium non habent pœnitendi, eò duximus decernendum, ut ſola intra Eccleſiam fidelibus oratione jungantur*, &c. Addit, ſub horam mortis communionem eſſe reddendam. Habes hic qvarto pœnitentiæ gradu, hoc eſt συςάσει damnatos in perpetuum, ſine abſolutione communioneqve, qvam nonniſi ſub obitum impetrarent. Non eſt ergo veriſimile, qvod jactas, eos qvi in συςάσει verſabantur, abſolutione prius impertitos eſſe. Niſi fortè qvi ad vomitum redierant, id impunè adeo ferebant, ut ſine pœnitentiâ abſolutionem illicò perciperent, longeqve commodiùs haberentur, qvàm qvi ſemel deliqviſſent. qvod omnem abſurditatem ſuperat.

At etiam illum *noſtri miſeret; qvòd huic aſſertioni, pacem, & abſolutionem, criminis dolorem & pœnitentiam præ ſe ferentibus denegatam fuiſſe, refragari putemus, qvod Nicena Synodus Can. XIII. appellat παλαιὸν καὶ κανονικὸν νόμον, qvô moribundis dandam eſſe pacem præſcribitur.* Homo miſericors, qvem tam facilè alieni, ut putat, erroris miſeret, cur in peccatores ac pœnitentes ſic acerbus & crudelis eſt, ut eos cum Eccleſiâ reconciliari prohibeat? Eqvidem pag. 231. poſtqvam in certis criminibus negatam aliqvando communionem probavi, paululum addubitavi, utrum ne in periculo qvidem mortis conceſſa fuerit. Hoc ne penitus aſſererem, prohiberi me dixi Canone illo XIII. Niceno; ubi Patres de morientibus decreverunt, ut ne ultimo ac neceſſario viatico privarentur, in eoqve vetus & Canonica lex ſervetur. Hæc verba Concilii: *vetus & Canonica lex* ſignificant, non χθὲς καὶ πρώην, ſed jam tum olim in Eccleſiâ cautum eſſe, uti ne morientibus communio negaretur. Excipit adverſus iſta Diſpunctor, *Nicænam Synodum non de apoſtatis aut excommunicatis, ſed de pœnitentibus tantùm pœnitentiâ ſolenni defunctis intelligendam venire.* Multa gratis concedenda ſunt, qvorum ſi ab illo poſtuletur ratio, nihil præter conjecturam poſſit afferre. Ejusmodi eſt illud, qvod de Niceni Canonis ſententiâ diſputat: qvod ne ipſum qvidem contra nos facit, neqve ad rem pertinet: imò ex eo ſuperioris, qvam oppugnavimus, ſententiæ falſitas convincitur. Demus hoc, Nicenam Synodum Canone illo XIII, qvo, ex antiqvâ & Canonicâ ſanctione, viaticum adeoqve pacem & abſolutionem morientibus impertiri jubet, de iis duntaxat præſcribere, qvi pœnitentiâ ſolenni defuncti ſunt; primùm ex eo conſeqvens eſt, cæteros, qvi nondum pœnitentibus adſcripti fuerant, & in mortis periculo pacem peterent, nunqvam impetrâſſe; qvia ſolenni pœnitentiâ defuncti non erant. Qvod qvidem inficiari poſſumus; præſertim ſi de citimis Niceno Concilio temporibus loqvamur. Qvis enim credat eos, qvi poſt unicum ſcelus admiſſum, anteqvam obeundæ, vel impetrandæ pœnitentiæ ſpacium haberent, in morbum incidiſſent, pace ac reconciliatione fuiſſe fruſtratos? Hoc niſi vehementiùs approbes, nemo tibi ſponte conceſſerit. Sed omittatur iſtud in præſens. Certè alterum ex opinione, &

interpretatione istâ seqvitur, qvod superiori illi, ut dixi, sententiæ refragatur. Ajebas modò, sæviente procellâ persecutionis, eos, qvi pœnitentiâ delictorum cœlitus afflati fuerant, solâ Ecclesiæ approbatione, sine absolutione, fuisse contentos: cumqve diu ne moribundi qvidem veniam ac pacem obtinere potuissent, postea longo intervallo remissum, ut morientibus duntaxat absolutio permitteretur; itaqve Novatianorum hæresim hâc tantùm ex parte damnatam. Hæc ipsa tempora, qvibus negata vel morientibus est communio, longè infra Cypriani ætatem incidunt. Qvippe Novatianus illius tempore vixit: tu verò longo intervallo post Novatiani ortam hæresim, laxatam asseris severissimam illam Ecclesiæ disciplinam. Proinde Cypriani tempore, longèqve postea, nullus qvibuscunqve pœnitentibus ad Ecclesiam & reconciliationem aditus patuit. Atqvi falsissimum id esse, cùm anteà ex ejusdem Cypriani & aliorum veterum authoritate monstravimus, tum ex posteriore illâ tuâ Niceni Canonis interpretatione concluditur. Si enim Nicena Synodus veterem & Canonicam sanctionem illam vocat, qvæ moribundos pœnitentes absolutione donari præcipit, sanè longè ante Nicenum Concilium, grassante adeo procellâ persecutionis, saltem morientibus absolutio concessa fuerit. Obiit Cyprianus Anno Christi CCLIX. Valeriano & Gallieno Impp. Ab hoc anno ad Concilium Nicenum, intervallum est annorum LXVI. Ut ergò *vetus* illa lex appelletur, qvæ moribundis pœnitentibus communionem tribuit, nonne vel ante LXX. annos ferri debuit? Qvocirca florente Cypriano Ecclesiæ jam erat usu recepta. Ita multis modis commentitium est; Persecutionum tempore, & longo ante Novatianum intervallo, Pœnitentibus etiam moribundis communionem esse denegatam.

pag. 14. At objicis: *Synodum Sardiensem, Nicenâ posteriorem, in periculo mortis negare communionem.* Qvid tum? an ideo negare potes, istud ipsum à Niceno Concilio fuisse decretum, qvod Canon illius tam apertè loqvitur? Nescis, generalibus interdum regulis, cùm ita temporum conditio, vel usus disciplinæ postulat, privatas abrogare leges, ut qvod universè cautum fuerat, ei vel æqvitas detrahat aliqvid, vel severitas apponat? Est enim in Ecclesiæ potestate arbitrioqve canonum usus; ut illorum authoritate salvâ, secus qvàm ii ferant, nonnihil plerumqve statuat. Nam & Synodus illa Side Pamphiliæ habita contra Massalianos, Sardicensi posterior, cujus ex Photio pag. 18. meminimus, iis qvi post anathemate damnatam hæresim illam, utcumqve suspicionem ejus postea dederint, communionem ne in vitæ qvidem exitu tribuit, qvamlibet mutatâ sententiâ pœnitentiam parati sint profiteri. Ac videsis acumen illius ratiocinationis. Nicenus Canon undecimus iis, qvi citra vim ac necessitatem sub Licinii tyrannide lapsi fuerint, duodecim annos Pœnitentiæ præfixit. Hoc tu simili, atqve illic uteris, argumentatione probabis nunqvam à Concilio fuisse sancitum. Siqvidem Valentinum Niceno posterius Can. III. decrevit, ut qvi post baptismum profanis Dæmonum sacris polluti fuerint, pœnitentiam ad mortem usqve suscipiant. Atqvi ratio minimè procedit. Neqve igitur illa qvam ad simile negotium adhibes. Pergis; & hoc redarguis, qvod pag. 234 de difficillimo illo Cypriani loco ex Epist. XIII disputamus: ubi sanctus Pontifex jubet, ut qvi libellos à Martyribus acceperunt, apud Presbyterum, aut si ejus copia desit, apud Diaconum exhomo-

logesin delicti sui faciant, ut manu eis in pœnitentiam impositâ, veniant ad Dominum cum pace. Hæc ego probabiliter, nisi fallor, sic interpretabar; ut cùm duplex fructus absolutionis fuerit, ut & à peccatis, hoc est, culpâ ipsâ post pœnitentiam absolverentur; & in integrum restituti ad Ecclesiæ, Dominicique communionem corporis admitterentur, utrumque per Episcopos aut sacerdotes obtinerent, alterum verò, cùm sacerdotis copia non esset, per Diaconum: ita ut nondum Sacramentali absolutione perceptâ, cùm ita necessitas ferret, pacem ac reconciliationem assequerentur, & Eucharistiæ participes forent. Huic tam apertæ, tam hodierno usui, ac moribus consentaneæ rationi qvid opponis? *Satis*, inqvit, *apertè insinuat, Eucharistiam absqve absolutione percipi potuisse.* Qvidni hoc apertè profiteatur, qvod ex illo Cypriani loco non obscurè colligitur? Nam & pacem Diaconus ille manuum impositione tribuebat. Est autem pax idem cum reconciliatione sive communione. Porrò Sacramentalis, ut vocant, illa non fuit; qvam solus sacerdos conferre potest. Restat, ut qvod dixi extra controversiam sit, qvod nullis prorsus contrariis argumentis elevas; Qvod verò subdis: Diaconos Eucharistiam ministrâsse qvidem, non tamen jus ad Eucharistiam percipiendam dedisse: Si enim illud conferre potuissent, etiam qvod minus est, absolutionem potuisse concedere; minimè callidum est ἐπιχείρημα. Nam absolvere pœnitentes, hoc est, Sacramentalem, ut vocant, absolutionem impertiri, Sacerdotes omnes vi ordinis ac potestate poterant; usu ac jurisdictione soli Episcopi, vel eo absente aut permittente, Sacerdotes cæteri. Ita Canones antiqvi docent: è qvibus occurrit modò Concil. Carth. II. Can. III. IV. & Carth. III. Can. XXXII. Diaconi verò utiqve hoc absolutionis genus conferre non poterant. Poterant autem absente Sacerdote, ex Episcopi mandato, ab excommunicatione & censuris absolvere; atqve ita compotem Eucharistiæ facere; qvemadmodum & hodie usu venit. Cum enim confitendi copia deest, potest qvi caussam habet, cur id faciat, citra Sacramentalem Absolutionem, ad celebranda vel participanda mysteria jus accipere, qvod excommunicatione, vel pœnâ aliâ perditum solâ hujus relaxatione revocatur. Non video, qvid tibi hâc in nostrâ sententiâ displicere possit. Si qvid tibi secus occurrit, planis ac Latinis verbis exprime. Postremò vexas illud, qvod p. 230. scripseram: *Clinicos à sacerdotio arceri solitos;* pag. 15. *hoc est, qvi baptismum in obitum usqve prorogassent; adeoqve in ægritudine baptizati fuerant.* Hic verò in nos jocari voluisti: si ad obitum, inqvis, usqve prorogabant, à sacerdotio utiqve non arcebantur; nisi fortè post obitum sacerdotio initiari poterant. *At baptismum in obitum usqve prorogare, & in ægritudine baptizari* longè differunt. Verùm qvis nescit, cùm ita dicitur: à Sacerdotii dignitate remotos illos fuisse, qvi in obitum usqve baptismum distulissent; eum habere sensum, ut eâ demum infamiæ notâ plectantur, si præter spem & opinionem à morbo convaluerint? Eos verò qvi in ægritudine baptizati forent, à Sacerdotio rejectos esse, docet Canon ille Neocæsar. XII. & Cornelius Papa Epist. ad Fabium Antiochiæ Episcopum, qvæ extat apud Eusebium Lib. VI. Cap. XXXV. ubi de Novato scribit, ipsum præter Canones initiatum fuisse sacerdotio: ἐπεὶ μὴ ἐξὸν ἦν τὸν ἐν κλίνῃ διὰ νόσον περιχυθέντα, ὥσπερ καὶ οὗτος, εἰς κλῆρόν τινα γενέσθαι. Quo-

niam nefas erat eum, qvi ob morbum in lectulo perfusus est, cujusmodi fuerat iste, in Clerum cooptari. Dispunctor hîc nescio qvid de Catechumenatu fingit; qvasi soli ii, qvi Catechumeni essent, in eôqve statu baptismum in ægritudine susciperent, lege illâ tenerentur. Atqvi universè Canones sacri eos omnes excludunt, qvi sive Catechumeni essent, sive non essent, in morbo baptizati fuissent. Qvid hæc porrò sibi velint: *Inverte illud Comici: Quod me vis cogit, voluntate non impetrent; & rationem hujus Canonis deprehendes:* cum sciemus, cùm teipsum interpretaberis.

Caput III.


PURGATA DE ILLUSTRI CARDINALI PERRONIO Dispunctiunculæ criminatio. Retractata perdifficilis super illius opinione qvæstio. Pœnitentiam publicam vel invitis oblatam esse, non exambitam vulgo, ac passim. De perjurio obiter.

DE illustrissimo Cardinali Perronio frustra nobis invidiam facere conaris. Neqve enim vel litera appellatus is est à me, aut de ejus existimatione detractum. De opinione ipsâ ita qvid sentirem exposui, ut nomini parcerem. Hoc si crimen est, à magnorum virorum sententiâ discedere; tum tu profectò in eâdem caussâ versaberis, qvi de pœnitentiâ, & absolutione qvædam scripsisti ab iis, qvæ tres illi Cardinales, Bellarminus, Baronius, & Perronius docent, plurimùm abhorrentia: imò verò à summorum Pontificum, Doctorum omnium, atqve Ecclesiæ sensu totius aliena; qvorum nonnulla superiori capite discussimus. Atenim hæc verba: *Atqvi nemo tam vecors erit, qvi humanius cum illis actum putet, qvi in eadem sæpius incurrissent, & qvidem horrenda flagitia, qvàm cum iis, qvi semel ea commisissent; qvod ex illa opinione conseqvitur;* acerbiùs de tanto viro dicta sunt *qvàm modesti hominis cogitata ratio postularet.* Hîc nimirum, hîc ille succus loliginis. Puta me modò de iniqva tua criminatione sic conqveri: Qvis tam vecors erit, ut qvi absurdi aliqvid & falsi ex cujuspiam opinione conseqvi dixerit, ab eô mendacem & absurdum appellari dicat illum, cujus sit opinio? Num me ideo in jus obtorto collo rapies, qvòd te ipsum vecordem nominarim, verboqve læserim? Atqvi ut illud prius verè meritoqve dicturus videor; sic alterum istud usurpare neqve velim ipse, neqve propterea videri possum, qvòd prius dixerim. Est enim aliud, vecordem appellare qvenqvam; aliud qvod ex ejus sententiâ concludi potest absurdum, qvod ipse non animadverterit, id profiteri, vecordis esse dicere. Ecce tu pag. 14. misereri te scribis mei, qvòd ego ex Niceno Canone colligam; olim in mortis periculo pœnitentibus, adeoqve grassante persecutione, communionem esse concessam. Qvam tu per ludibrium carpis opinionem meam, nescis eandem trium, qvos honoris caussâ nominavi, Cardinalium, ac fidelium omnium hactenus fuisse? Horum te igitur, perinde ut nostri, miseret: qvæ vox cùm ex contemptu ac reprehensione profecta sit, intelligis nimirum, ad qvos illa tua misericordia cavillatioqve pertineat.

Atqve ut semotâ paullulum Illustrissimi & immortalitate dignissimi viri

authoritate & amplitudine, de re ipsâ tecum disputem, rem clarè ac dilucidè proponendam esse prius, arbitror. Scripseram Animadvers. pag. 236: Pœnitentiam publicam semel tantùm ab Ecclesiâ concedi solere: sine qvâ tamen nemo, qvi qvidem ea crimina commisisset, qvibus pœnitentiæ genus illud infligebatur, ad communionem admitti poterat. Ex eo verò perdifficilem existere dixi qvæstionem: qvid illis hominibus factum sit, qvi post priorem pœnitentiam in eadem scelera rursus incurrerent? verumne sit, ab Ecclesiâ rejectos illos penitus, nec ad privatam aliqvam receptum habuisse, cujus beneficio in integrum restitui possent? Hic status controversiæ fuit. De qvâ qvid ex nuperi cujusdam Scriptoris verbis & sententiâ colligi posset, tacito illius nomine, subjiciendum puravi. Tu qvem ego prudenter & consultò silueram, qvòd illius opinionem non probarem; ut me apud ejus digniratis doctrinæqve faurores in invidiam adduceres, parùm qvidem opportunè nominasti. Qvod factum nemo prudens laudaverit. Qvoniam igitur invitis ac reclamantibus nobis, authorem ejus, qvam oppugnamus, sententiæ prodidisti; age videamus, cujuscunqve tandem illa sit, qvàm à nobis non probata meritò fuerit.

Triplex genus pœnitentiæ distingvit. Nam alia est publica, ob peccata publica: alia privata, proptet occulta peccata: tertia ob eadem occulta, publicè suscepta. Postrema hæc non cuivis ac promiscuè concessa; nec amplius semel in omni vitâ. Ea vero peccati culpam pariter ac pœnam abstergebat. Ad eam porrò moderandam, Pœnitentiarius ille Presbyter appositus erat, qvem Nectarius postea sustulit; & ejusdem abrogationem Nectarii successor Chrysostomus ratam habuit. Hic enim auditâ priùs pœnitentium caussâ, & eorum criminibus secretâ confessione cognitis, decernebat, qvænam publicè profiteri, qvæ tacere illos oporteret. Qvod qvidem nihil ad judicialem, hoc est Sacramentalem confessionem pertinet; sed ad eam, qvæ Satisfactoria nominatur. Etenim prior illa secreta & auricularis nunqvam abrogata fuit, sed perpetuò in Ecclesiâ perseveravit, hodieqve perseverat. Hæc summatim author opinionis illius. A qvibus ideò dissensimus, qvod ex eâ doctrinâ seqvatur: illos, qvi graviora peccata sæpiùs iterassent, tolerabiliori esse conditione, qvàm qvi semel in omni vitâ deliqvissent. Nam pœnitentia publica tam publicorum qvàm occultorum criminum, semel duntaxat in Ecclesiâ permissa fuit; qvod adeò verùm est, ut probatione non egeat. Fingamus igitur, qvempiam post publicam ob peccata publica vel occulta pœnitentiam peractam, in eadem rursus & atrociora prolabi; qvid isto fiet? Si opinionem illam seqvimur; nempe ad occultam & auricularem sive Sacramentalem receptum habebit; qvæ nunqvam sublata, & videlicet iterata sæpius est: pet qvam breviore compendio, sine publicâ illâ molestiâ, cum Ecclesiâ reconciliabitur. Hoc igitur illud erat, qvod probare me non posse dixi, faciliorem ad pacem & reconciliationem aditum illis patuisse, qvi sæpiùs, qvàm qvi semel omninò peccassent. Neqve verò publicam illam pœnitentiam, cujus ex Tertulliano, Ambrosio, cæterisqve Patribus authoritas reperitur, ejusmodi fuisse, ut à pœnitentibus exambienda, ac pro magno beneficio eblandienda fuerit; qvasi ægre illius facultas ab Episcopis facta sit. Est enim luce clarius, illos ipsos, qvibus pœnitentiæ genus istud



Tertullianus, Cyprianus, aliiqve proponunt, ad pœnitentiam publicam vi propemodum, ac ſeveritate cogendos fuiſſe, cùm eam amoliri ac deprecari omni ope & ratione contenderent: tantum abeſt, ut ea multum flagitantibus gratiæ loco conceſſa ſit. Non me præterit, nonnullos aliqvando repertos, qvi abundantiâ pietatis afflatusqve divini; qvem dari ab Eccleſia, id eſt, approbari dixiſti; eas ſibi pœnas & cruciatus ultrò depoſcerent: qviqve fræno potiùs, qvàm calcaribus indigerent. Sed id uti rarum minimèqve qvotidianum fuit; ita pleroſqve pœnitentium conſtat invitos ad publicam peccatorum pœnitentiam adactos fuiſſe, ad eamqve precibus, minis, hortatibus, crebrâ & vehementi oratione Patres illos incitâſſe. Hic ego Cypriano teſte non utar; qvô nemo gravius id qvod dico, luculentiusqve confirmat. Plena ſunt enim illius ſcripta cohortationibus ac qverelis ejusmodi; qvibus miſeros illos ad amplectendam obeundamqve pœnitentiam, non blanditiis ac lenitate mulcet; ſed authoritate ac neceſſitate compellit: tum eorum cunctationes varias, ac tergiverſationes increpat, ſeveriſſimeqve caſtigat. Sed eo, ac reliqvis omiſſis, unum illum proferam, cujus voce ac ſuffragio author ille contrariæ opinionis ac patronus nititur: & qvidem locum illum præ cæteris adducam, in qvô de publicâ occultorum ſcelerum pœnitentiâ feciſſe verba creditur. Tertullianus is erit, cujus è libro, qvi *de Pœnitentiâ* inſcribitur, ſententias aliqvot attulit, qvas ad iſtud pertinere genus affirmat: unde & tu ipſe nonnulla prompſiſti. Verba ſunt illius è Cap. IX. *Hujus igitur ſecundæ, & unius, qvanto in arcto negotium eſt, tantò operoſior probatio eſt, ut non ſola conſcientia præferatur, ſed aliqvo etiam actu adminiſtretur.* Item: *& temporali afflictatione æterna ſupplicia non dicam fruſtretur, ſed expungat.* &c. In his & aliis ejusdem Scriptoris locis, Poenitentiam publicam ob ſecreta peccata ſponte ſuſceptam intelligi cenſes; neqve cauſam, cur ita cenſeas, aperis. Atqvi nunqvam illud probare poteris, de publicâ occultorum criminum magis, qvàm publicorum poenitentiâ, loqvi Tertullianum. Hujus enim oratio, ut & Cypriani, de qvalibet publicâ poeniteniâ procedit; & ſolius eſt arbitrii, non rationis, non conjecturæ ſaltem leviſſimæ, qvod ad tertium illud ex tribus, qvæ ſuprà propoſuimus, poenitentiæ generibus, Tertulliani loca illa reſtringitis. Amabo te, doce nos, qvibus argumentis fretus non omne publicæ pœnitentiæ genus intelligas, ſed illam arcanorum criminum nominatim excipias. Verùm age, concedatur hoc tibi, qvod gratis affirmas, jam tuis te verbis ac ſenten-
pag. 18. tiâ convincam. Non temerè ais poenitentiam illam, de qva Tertullianus ibi loqvitur, indultam. Qværo abs te, ecqvid ad publicam illam occultorum poenitentiam cogi potuerint, reveraqve coacti ſint, qvi non publicè deliqviſſent. Utrum voles, elige. Si coactos dixeris, ſic ut absqve publicâ illâ ſatisfactione reconciliari minimè potuerint; qvomodo non temerè dicis indultam, qvòd tanto beneficio poenitentes afficeret, ut ipſos in eum gradum, qvem Baptiſmo conſecuti erant, integritatis innocentiæqve revocaret? Qvibus authoris verbis, tuisqve ſatis oſtenditur, ſponte à pœnitentibus ambiendam, & gratiæ loco impetrandam fuiſſe, nec iisdem tamen petentibus temerè conceſſam. Redit ergo ſuperior illa qvæſtio: qvid iis poſtea factum, ſi poſt publicam poenitentiam eadem occulta committerent, ob

qvæ priore illâ, nec iterandâ, damnati fuerant. Si enim auriculari confessione, & secretâ, qvæ propter occulta peccata suscipitur, qvæqve secunda est de tribus, pœnitentiâ defungi licuerit; nonne tolerabiliori conditione fuissent ii, qvi sæpius horrenda illa sed occulta scelera perpetrassent, qvàm qvi semel in eadem incurrissent? Qvippe cùm isti non sine multorum annorum cruciatu ac supplicio, pacem ac reconciliationem fuerint, nec aliter qvàm publicâ pœnitentiâ, consecuti; illi postea qvam hanc obierant, secretæ pœnitentiæ beneficio expeditam illam, ac parabilem habuerint. Sin est, ut ad publicam poenitentiam cogi non potuerint, sed precariò potiùs illius potestatem impetraverint, cur in illo ipso de Poenitentiâ libro Tertullianus tam impensè ad eam capessendam hortatus est? cur plerosqve tergiversari ac defugere qveritur? cur exemplis & rationibus, ut illâ velint uti, tam enixè persvadet? Nam post illa, qvæ antea citavi, statim subjicit: *Plerosqve tamen hoc opus, ut publicationem sui, aut suffugere, aut de die in diem differre præsumo, pudoris magis memores, qvàm salutis.* Facit eodem & ille locus, qvem Author adduxit è duodecimo capite: *Igitur cùm scias, adversus gehennam post prima illa intinctionis Dominicæ monimenta, esse adhuc in exhomologesi secunda subsidia, cur salutem tuam deseris? cur cessas aggredi, qvod scias mederi tibi?* Apparet inde, si de publicâ secretorum poenitentia sermo est, non eam beneficii instar spissè ac difficiliter indultam, sed vel invitis oblatam fuisse, siqvidem cum Ecclesiâ reconciliandi forent. Nam si aliter & per privatam poenitentiam possent, accusandi non erant, si faciliore isto remedio defungi mallent, qvàm illo uti, non operosiore modò, sed etiam qvod non temerè, neqve facilè ab Episcopis & Sacerdotibus impetrari posse cognoscerent? Hæc παράδοξα & ἄτοπα non illum commisisse dixi, qvi fortasse non animadverterit: itaqve excusatione dignus est. Te, qvi ad eadem prudens ac sciens offendisti, si tamen animadverteris, excusare vix possum. Neqve tamen inciviliter & inhumanè traducam, aut *vecordem* appellabo; ut hoc ipsum sentias, qvantæ modestiæ sit, qvam tu mihi detrahis; cùm ne à te qvidem adeò præter jüs ac decorum omne lacessitus & dispunctus, repungere ac maledictum & contumeliam reponere voluerim.

De perjurio non penitus affirmaveram, nullas à Canonibus pœnas illi constitutas, sed eas solas intelligi volebam, qvæ Laicos obligarent; qvibus pœnitentia publica, non Clericis, præscripta fuit: tum de primis Ecclesiæ temporibus loqvebar; ad qvæ disciplina illa, de qvâ sermo erat, propriè pertinet. Itaqve Tiburiensis ille Canon alienus est ab hoc negotio: non solùm qvia de solis Clericis præscribit, qvorum publica pœnitentia non fuit; sed etiam qvia temporibus illis recentior est. Ex antiqvis sanè Canonibus nullus, qvi qvidem probatæ fidei esset, occurrebat, qvi nominatim perjurio pœnas decerneret, neqve id tamen certò affirmatèqve dixi: sed in exemplum tantùm attuli peccatorum gravium, qvibus Canonicæ nullæ pœnæ constitutæ videntur. Poteras Ilerdensem Canonem VII. Tiburiensi ad propositum tuum aptiorem proferre: Nam qvi ex Gratiano & Ivone commemorantur, Eutychiani, vel Fabiani Papæ &c. longè citerioris antiqvitatis videntur. Verùm uti dixi,

de eâ re nolim admodum pugnare. Et fieri poteſt, uti Canon aliqvis ſuper eâ re vetuſtior occurrat, qvem neuter noſtrûm animadverterit.

Caput IV.

DISPUNCTORIS ERRATA DUO CASTIGANTUR. Conſuli nonnunqvam à Senatu mandata qvæſtio capitalis.

CAPUT tuum qvartum duabus hallucinationibus eſt inſigne. Prima eſt pag. 26. ubi poſtqvam argutiam meam illuſiſti, verba iſta Socratis: ἡ δὲ γυνὴ προβαίνουσα καὶ ἄλλο πταῖσμα ἑαυτῆς κατηγόρει, perperam interpretatus es. Sed verba tua præſtat audire. *Hæc verba*, inqvis, *interpretantur*: (nimirum Petavius) *Hæc mulier, cùm in obeundâ pœnitentiâ longius procederet, alterum nefas interim commiſit, & ſubinde declaravit. At contra oportuit: (ſi verbum verbo reddere fidi interpretes velimus,) Hæc mulier exorbitans, ſive transgrediens, & aliud peccatum ſuum accuſat; dicit enim, qvomodo ſecum dormiens fuiſſet Eccleſiæ Diaconus.* Itane vox προβαίνειν, ſi verbum verbo reddere velis, *exorbitare* ac *transgredi* ſignificat; aut idem eſt, qvod παραβαίνειν? qvis novam hanc Grammaticam ferat? προβαίνειν rectè & ab interpretibus, & à nobis acceptum eſt pro eo, qvod eſt *progredi*, ac *procedere*. Unum illud in Chriſtophorſono jure diſplicuit, qvòd è ſuo vocabulum adjecit, *in confitendo*. Putavit mulierem in publicâ confeſſione dicenda tacenda vulgaſſe, & crimen illud infame inter alia profeſſam; qvod neqve verum eſt, neqve in Græco continetur. Hoc primum eſt Grammaticum σφάλμα.

Aliud erratum tuum. Pag. 29. carpis illud, qvod ego dixeram: à Senatu Conſulum alteri, ambobusve capitalium cauſſarum cognitionem eſſe mandatam, anteqvam publica qvæſtio conſtitueretur. *Non ita ſe res habet*, inqvis, *Senatus nunqvam Conſulibus rerum capitalium cognitionem commiſit*. Qvod tu deinceps ad finem capitis usqve probas. Et hîc, ſiqvidem εἰρωνεύεσθαι & cavillari ſcirem, aut niſi pudentior modeſtiorqve eſſem qvàm tu me eſſe vis, bellam mihi jocandi materiam obtuliſti. Unus Cicero docebit, qvàm rectè iſta ſcripſeris. Refert is in eo libro, qvi de claris Oratoribus inſcribitur, ubi de Lælio & Galbâ Oratoribus agit, qvid Publio Scipione, & D. Bruto Coſſ. Romæ geſtum ſit, in hæc verba: *Nam cùm in ſilvâ ſuâ* (al. Scantia) *facta cædes eſſet, notiqve homines interfecti, inſimulareturqve familia, partim etiam liberi ſocietatis ejus, quæ picearias de P. Cornelio, L. Mummio, Coſſ. redemiſſet; decreviſſe Senatum, ut eâ de re cognoſcerent & ſtatuerent Conſules.* Cùm illa de Senatu Romano & Conſulibus in exemplum Eccleſiaſticæ conſuetudinis afferrem, Ciceronis locum illum habebam in animo; neqve ita mihi perſuaſeram: à Senatu perpetuò Conſulibus aut ſine Pop. Rom. juſſu fuiſſe mandatum; ſed qvòd id aliqvando contigiſſet, ad exemplum ſatis eſſe duxi. At tu præceps in aliud extremum incurriſti; ut generatim pronunciare auderes: *Senatum nunqvam Conſulibus rerum capitalium cognitionem commiſiſſe*.

Sed ut ad Nectarianam illam hiſtoriam redeam; obſecro te qvo argumen-

mento, qvâ conjecturâ nixus mulierem iſtam in confeſſione publicâ infandum illud flagitium propalâſſe defendis? qvem authorem nominas? Nam Socrates & Sozomenus, unde hæc hiſtoria manavit, nihil tale commemorant. Cur tibi ſic illos interpretari licebit, ut ex mente tuâ, qvod non expreſsè referunt, affingas & attexas; nobis eorundem verba ſimpliciter, & ſecundum nativam illorum vim accipere atqve explicare nefas erit? Qvare diutiùs in refutandis iſtis non morabimur. De Canone contentioſa res eſt, ne- Pag. 27.
qve qvod vis, ingratiis obtinebis. Nam & ſubinde *κανόνα* pro lege & ſanctione ſumſit, cùm ſubjicit *ὅτι ὁ κανὼν κρατεῖ μέχει νῦν ἐν ταῖς ἄλλαις αἱρέσεσι.*

Caput V.

DE PUBLICA CONFESSIONE; QVÆ NULLA VULgò moribus recepta. Leonis Papæ authoritas perperam in Diſpunctiunculis accepta. Pag. 31.

PUBLICAM peccatorum confeſſionem ita moribus Eccleſiæ receptam fuiſſe in Diatriba negamus, ut id lege ullâ Eccleſiaſticâ, aut eâ conſvetudine, qvæ in legem abiiſſet, conſtitutum fuerit. De qvâ re non ea repetam, Pag. 33.
qvæ pleniùs illic uberiusqve tractata ſunt. Diſpunctor verò noſter, cùm de re ipsâ nobiſcum ſentire ſe profiteatur; (Nam legem ullam in Eccleſiâ latam eſſe non putat, qvæ peccata publicè proferri juſſerit,) tamen tacito & illiterato conſenſu Epiſcoporum laudatam ejusmodi conſvetudinem eſſe pertendit. Nec animadvertit, primùm id contra nos facere nihil, qvi de lege vel expreſsâ, vel tacitâ locuti ſumus: Deinde non minùs id, qvod aſſerit, Sancti Leonis, & Tridentini Concilii verbis & authoritati refragari. D. Leo Epiſt. LXXX. publicam illam peccatorum profeſſionem, qvam in angulo qvodam Italiæ uſurpari audierat, *præſumptionem contra Apoſtolicam regulam* appellat, *qvam nuper agnoverit à qvibusdam illicitâ uſurpatione committi.* Scire velim, qvâ tu ratione contendas, laudatam Epiſcoporum conſenſu, hoc eſt, Eccleſiæ authoritate comprobatam, *præſumptionem ullam, qvæ contra Apoſtolicam Regulam illicitâ uſurpatione commiſſa ſit.* Tum ſi non ſatis conſultè publica peccatorum, etiam arcanorum, confeſſio lege aliqvâ præſcribi potuerit; ut ex Tridentini Concilii verbis, probante te, colligimus; nonne paris & ejusdem imprudentiæ eſſe videbitur, illam ipſam publicè confitendi conſvetudinem non tolerare ſolùm; qvod ne ipſum qvidem contra Apoſtolicam Regulam ac prudentiam tolerabile ſit; ſed aſciſcere etiam ac laudare? Qvicqvid authoritatum accumulas, uti publicam peccatorum confeſſionem adſtruas, nihil promovet. Horum qvippe partim de publicâ illâ profeſſione loqvuntur, qvæ non tàm voce, qvàm factis ipſis, & habitu pœnitentium, ac luctuoſis ſordibus continetur, qvomodo & exhomologeſin uſurpari ſcimus: partim qvid aliqvando & raro geſtum ſit, non qvid lege, vel communi & laudata conſvetudine ſancitum fuerit, oſtendunt. Adde & publicam nonnullam fuiſſe confeſſionem, qvâ generatim & universè peccatores ſe eſſe faterentur; cujusmodi typus

eſt ille confeſſionis, qvem ex ſolenni & legitimâ formulâ in ipſo Miſſæ aditu, præeunte Sacerdote, populus concipit. Hæc pauca ſi diligenter obſerventur, ad interpretandas authoritates illas, qvas fruſtra congeris, ac diluenda tua omnia ſatis idonea ſunt. In Leonis teſtimonio non placet iſta collectio: Cùm tantus Pontifex publicam confeſſionem *præſumptionem contra Apoſtolicam regulam*, & qvidem *illicitam* appellet, inde concludis, *peccata etiam occulta pœnitentes confiteri ſolitos, vel ex hoc loco patere.* An non dixi ſæpiùs, non ſic à me publicam negari confeſſionem, ut ea nunqvam uſurpata ſit; ſed ſic, ut lege nullâ, vel tacitâ vel expreſſâ, recepta, & pœnitentibus impoſita fuerit? Deinde Leonis verba legeres, & conſideràres attentius. Non ſcribit, *olim præſumptionem illam ſic receptam, ut in conſvetudinem abierit*, ſed *ſe nuper agnoviſſe* dicit, *qvòd à qvibusdam illicitâ uſurpatione committeretur.* Qvæ verba, *nuper*, &, *à qvibusdam*, non ſvadent, veterem & multis annis ignoratam, aut diſſimulatam fuiſſe conſvetudinem. Et omninò gratis argutari eſt, ex hoc Leonis loco publicæ confeſſionis ritum, etiam arcanorum criminum, velle comprobare: qvem qvi *tacito Epiſcoporum conſenſu laudatum eſſe* defendat, parùm is mihi Tridentini Concilii, ac Leonis Magni judicio atqve authoritati deferre videtur; qvi contra Apoſtolicam traditionem præſumptionem illicitam, ut à Leone vocatur, & parùm conſultam, uti Tridentinum Concilium nominat, rationem, conſenſu laudatam, approbatamqve definiat.

Caput VI.

DISPUNCTIUNCULÆ FALSA REPREHENSIO, SUPER Origenis hiſtoriâ: tum hallucinatio de Auguſtini loco. Epiphanii Panarium ab Auguſtino minimè eſſe lectum.

QVID ad Pœnitentiæ ritum, qvod eſt lemma operis & argumentum, Origenis fabula ſpectet, non video. Sed illud videlicet Diſpunctionis auctarium, & mantiſſa fuit. In qvo qvis pro dignitate miretur adeò indiligenter id actum eſſe, qvod prætexebas, ut cùm me reprehenderes, ne hoc qvidem intelligeres, qvid ego dixiſſem? Origenis veram eſſe hiſtoriam illam, qvam Epiphanius retulit; & à nonnullis piis & eruditis viris pro adulterinâ falſâqve non rectè habitam, *Animadverſ. noſtrarum pag. 258.* ſolidis argumentis probavimus. Unum erat, qvod ab illis opponebatur, qvod plus cæteris momenti ac ponderis habere videretur, nempe qvòd Auguſtinus nihil de Origenis lapſu illo memoriæ prodidiſſet, qvi ea, qvæ contra Origenem ſcripſerat, ſe ab Epiphanio mutuatum eſſe teſtatus eſt. Contra hæc nos ita præſcripſimus: non videri Auguſtinum magnum illud de Hæreſibus Epiphanii Opus, ſive Panarium legiſſe, ſed ejus Breviarium & Epitomen qvandam; idqve certis & indubitatis argumentis convictum eſſe diximus, in Epiſtolâ, qvæ ad Illuſtriſſimum Cardinalem Rupifucaldium Operis initio præfixa legitur. Tu multum æſtuas, ut lucere meridie perſvadeas. Exſcribis Auguſtini loca, ex qvibus conſtet; Epiphanii libros ad-

versus Hæreses ei cognitos fuisse. Poteras hunc laborem, & paginas istas compendi facere, si locum illum, ubi accuratiùs eam rem tractaveram, & ad qvem digitum intenderam, in Animadvers. ad Origen. Hæresim pag. 259. consulere voluisses. Non enim qvodcunqve de Hæresibus Opus Epiphanii ab Augustino lectum esse vel negavi, vel de eo dubitavi; sed *luculentum illud opus* dixi, & uberrimum, qvod Panarium inscribitur. Vidisse enim aliqvod aclegisse, nimium constat: nosqve loca eadem illa, qvæ tu describis, in Dedicatoriâ Epistolâ proposuimus ac discussimus. Verùm nemo satis mirari poterit, ex ipsis Augustini verbis, cùm ea vel scriberes vel dictares, non animadvertisse te, qvàm justa suspicio sit, ab Augustino lectum non esse Panarium Epiphanii; sed Epitomen, & Anacephalæosim totidem in Tomos, librosvè distinctam. Nam qvî tu tandem hæc illius interpretabere: *Noster verò Epiphanius &c. Sex libros etiam conscripsit, historicâ narratione commemorans omnia, nullâ disputatione adversus falsitatem pro veritate decertans. Breves sanè sunt hi libelli: & si in unum libellum redigantur, nec ipse erit nostris, vel aliorum qvibusdam libris longitudine comparandus. Hujus brevitatem si fuero in commemorandis Hæresibus imitatus, qvid à me brevius postulare vel expectare debeas, non habebis.* Et in Massalianorum Hæresi sex illos *brevissimos* libros appellat. Credo, si fusissimos illos adversus Hæreses Commentarios Epiphanii legisset Augustinus; si amplissimas illas de unaqvaqve Disputationes, & earum oppugnationes, argumentorumqve confutationes vidisset; vel brevissimos illos libellos appellaret, & longiorem suum esse, qvem ad Qvod vult Deum scribebat, arbitraretur, vel confutatas ab Epiphanio negaret Hæreses, nec nisi simpliciter recensitas diceret, ac perstrictas. Sed relege, obsecro, qvæ in Epistolâ super eâ re disputata sunt. Atqve ut æqvitatem nostras intelligas; aspice, annon qvod dico ex iisdem, qvæ tu citas, Augustini locis potueris ac debueris agnoscere. De Origenianis scribens ista ex Epiphanio commemorat: *De qvibus Epiphanius loqvens: Origeniani,* inqvit, *cujusdam Origenis discipuli: turpis autem sunt operationis; isti sunt nefanda facientes, sua corpora corruptioni tradentes. Alios autem Origenianos continuò subjiciens; Origeniani, inqvit, alii, qvi & Adamantii tractatoris illius sectatores; qvi & mortuorum resurrectionem negant: Christum autem & Spiritum Sanctum creaturam dicunt: Paradisum autem & cœlos, & alia non credunt esse secundùm literam, sed in allegoria. Hæc qvidem de Origene Epiphanius refert.* Hactenus Augustinus ex eô utiqve Epiphanii opere transtulit, qvod videre potuerat. Atqvi non in magno illo Panarii opere; sed in Anacephalæosi, sive Breviario & Epitome, totidem verbis Græcè concepta illa ipsa leguntur. Vide pag. 146. Tomi II. Editionis nostræ, & Synopsin Tomi primi Libr. II. Pag. 398. Tomi I. Edit. ejusdem. Nullum itaqve dubium est, qvin Augustinus de solâ Epiphanii Anacephalæosi loqvatur; ac Disputationis Caput VI. otiosum & inane sit. Nam de Decio, sub qvo ἀκμάσαι putat Origenem, videnda sunt omninò, qvæ de loci illius mendo in Imperatoris nomine in Animadvers. observavimus. At intextam ab Origenis calumniatoribus Epiphanii scriptis illam esse laciniam, qvæ est de Origenis lapsu, qvàm facilè dicitur, tàm à nobis facilè negatur. Qvi Epiphanii stylo consveverit, germanissima hæc ipsius esse verba, non insititia judi-

cabit. Sed neqve de alterâ laciniâ, qvam ejusdem Authoris epistolæ putant ab Iconoclastis assutam, satis explorata res videtur. Verùm hoc instituti alterius ac disputationis est.


CAPUT VII.

DE THEOPHILI ALEXANDRINI DECRETO. NON eosdem ubiqve fuisse ritus; Deqve iis adeò nec temerè, nec universè pronuntiandum: velut, utrum nullis omninò jejuniis Missa celebrata sit; qvod Dispunctor affirmat.

SUPER Theophili Decreto de Theophaniorum νηςείῳ die nonnulla dubitandi caussa fuit: qvam & Inscriptio auget ipsa. Legitur enim: Θεοφίλε Αρχιεπισκόπε Αλεξανδρείας περὶ Θεοφανείας τῶν θεοφανίων ἐπισάντων ἐν Κυριακῇ. Sanè hæc ἐπισάντων ἐν Κυριακῇ, haud adeò ad sententiam tuam explicata videntur. Tum reliqva Canonis scrupulum injicere possunt. Sed φιλονείκως de re levissimâ non contendo. νικάτω ἡ ἀλήθεια. Si minùs: τὰ εἰκότα μᾶλλον.

De jejunio & statione pervellis obiter. Sed ea præter rem & alieno loco sunt injecta. Sanè diligenter cavendum illud nobis est, ne καθόλε, & infinitè de Ecclesiasticis ritibus sententia præcipitetur; & qvæ certorum, si fortè, temporum, & Ecclesiarum instituta fuerunt, ea ad universos tam facilè transferantur. Ejusmodi tuum illud esse videtur interdictum; qvo statuis, *nullo unqvam jejunii die, etiam extra quadragesimam, Missarum celebrata fuisse solemnia:* qvod nimis audacter & generatim asseveras. Esto enim, id in qvibusdam Ecclesiis observatum fuerit; qvis te idem docuit ubiqve ac perpetuò esse servatum? Nam ἀορίςως, & universè decretum tuum concipis. Qvid igitur Augustino facies; qvi Epistola CXVIII, cùm varios per diversas orbis Christiani partes ritûs exponit; ita loqvitur: *Alibi nullus dies intermittitur, quo non offeratur; alibi Sabbato tantùm & Dominico?* Apud Ambrosium qvoqve Serm. XXXIV. legimus, etiam in Qvadragesimâ, die omni sacrificium oblatum, & à qvibusdam communicatum fuisse. Adeo varius, nec eâdem, ac generali lege constringendus Ecclesiarum omnium usus priscis temporibus fuit. Qvod ipsum & de Eucharistiæ participatione dici convenit: qvam tu nullis, vel extra Qvadragesimam, jejunii diebus usurpatam, nimis confidenter asseris; & videlicet solâ id authoritate tuâ persvades.

Hæc sunt, qvæ pro Animadversionibus nostris, contra Dispunctiunculas tuas, opponenda putavimus, ne si, qvod ut facerem authores erant aliqvi, dissimularem penitus, nimis illas à nobis contemptas, ac pro nihilo ductas esse, posses conqveri. In hâc porrò vel purgatione, vel confutatione nostrâ, sic à me Christianæ modestiæ, caritatisqve rationem habitam esse confido, ut [illegible]oc nihilominus intelligas, feliciùs te aliis in rebus, qvàm in dispungendis [illegible]madversionibus istis, operam potuisse ponere.



APPENDIX ALTERA ANIMADVERSIONUM PETAVII IN EPIPHANIUM;

Desumpta
è
Miscellaneis Exercitationibus
ejusdem,
CLAUDIO SALMASIO
potissimùm oppositis,
&
Notis ad Juliani Opera,
Anno M DC XXX
Parisiis edita,
subjectis.
Dissertationibus item *Ecclesiasticis*,
Parisiis, Anno M DC XLI
evulgatis.

CAPUT I.

De Essenorum secta & discrimine. Ridicula de his observatio Salmasii; & Hesiodi depravatio. Philo Judæus illustratur.

Solem appellare Θεὸν simpliciter ac nullo adjuncto, passim Julianus amat, Oratione præsertim eâ, qvam de illius laude scripsit. Ita & Josephus nominasse creditur *Lib. II. cap. 7. de Excid.* ubi de Essenis agit. Hos enim refert cùm ventrem levarent, excavatâ scrobe, in eam desidere solitos, circumfuso priùs pallio, *ὡς μὴ τὰς ἀυγὰς ὑβρίζοιεν τȣ̃ Θεȣ̃*, *ne Dei radiis injuriam facerent.* Nam *Dei* nomine pleriqve *Solem* intelligunt: ut & Scaliger in *Elencho Tribæresii cap. XXVII.* & Drusius *Lib. IV. de tribus Sectis p. 241.* Tametsi non planè constat, utrum Solem *Dei* vocabulo hîc Josephus affecerit: præsertim cum Judæi forent Esseni, qvi Solem esse Deum putasse non videntur. Non absurdam tamen illorum conjecturam facit, qvod idem Josephus narrat; Essenos in Solem patria qvædam cantica cecinisse, qvibus ortum ejus precabantur. *πατρίȣς δέ τινας εἰς ἀυτὸν ἐυχὰς, ὥσπερ ἱκετέυοντες ἀνατεῖλαι.* Tum illa qvaliscumqve superstitio, qvòd naturalem egestionem ad solaris luminis injuriam traherent. Salmasius cùm in Solinianis Exercitationibus de illo Josephi loco, deqve Essenis ageret, ita pudoris sui & existimationis oblitus est, ut ea cùm scriberet, pensi nihil ha-

buisse cognoscas. Ejus disputationem, qvando ea se nobis opportunitas obtulit, hic breviter inspiciemus. Scribit in *Plinian. Exercit. p. 612. B.* Essenos, qvi, ut ante dictum est, in ventris onere levando cavebant, ne ad ista splendorem Solis admitterent, id eodem fecisse modo, qvo Hesiodus vetat *contra Solem stantem mingere, sed de nocte tantùm:* his versibus,

Μηδ' ἄντ' ἠελίοιο τετραμμένος ὀρθὸς ὀμιχεῖν
Αὐτὰρ ἐπεί κε δύῃ μεμνημένος ἔς ἀνίοντα.

Hæc Salmasii verba sunt; in qvibus germanum Criticum, hoc est, acris & exqvisiti judicii Grammaticum agnoscas. Hesiodum putat iis versibus vetuisse, ne qvis de nocte contra Solem mejeret. Qvid hoc monstri est obsecro? Nunqvis de nocte contra Solem possit mejere? Adeone delirabat Hesiodus, ut ista scriberet? Homo acutus non vidit duos illos versus & sententiâ & interpunctione esse distractos. Ita ergo legendum est:

Μηδ' ἄντ' ἠελίοιο τετραμμένος ὀρθὸς ὀμιχεῖν.
Αὐτὰρ ἐπεί κε δύῃ μεμνημένος ἔς ἀνίοντα
Μήτ' ἐν ὁδῷ, μήτ' ἐκτὸς ὁδοῦ προβάδην οὐρήσῃς
Μηδ' ἀπογυμνωθείς. μακάρων τοι νύκτες ἔασιν.

id est:

Neqve contra Solem conversus rectus mejeto.
Porrò cum occiderit, memor usqve ad orientem
Neqve in viâ neqve extra viam gradiendo meias;
Neqve denudatus: Deorum utiqve noctes sunt.

Duo sunt in his versibus monita. Primo versu præcipit, ne contra Solem mejat qvispiam, de die utiqve ac Sole lucente. Posterioribus tribus hortatur, ut ne post occasum Solem ac nocte ambulando mejat, aut denudatus: qvòd etiam nocti veneratio qvædam adhibenda sit. Etsi confidens est, ac mortales præ se contemnit omnes; vix aliter tamen fore puto cùm hæc legerit, qvin sui vehementer pudeat ipsum, ac levibus aliorum delictis æqviorem se præbeat, cùm tanto graviora & intolerabiliora ab se profecta cognorit. Sed
p. 611. C. pergamus porrò. Falsum deinde scribit idem, qvod ad Epiphanium notatum est p. 37. *Essenorum hoc fuisse proprium ut Sole oriente preces funderent.* Hîc verò constricta tenetur hominis ἀκρισία. Nam duo commisit, qvæ nullâ tergiversatione dissimulare poterit. Primùm, qvod ille falsum putat, verissimum est, & à Philone claris ac perspicuis verbis editum libri περὶ βίου θεωρητικοῦ pag. 612. ubi de Essenis larissimè scribit. Verba illius: δὶς δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν εἰώθασιν εὔχεσθαι, περὶ τὴν ἕω, καὶ περὶ τὴν ἑσπέραν· ἡλίου μὲν ἀνίσχοντος, εὐημερίας αἰτούμενοι τὴν ὄντως εὐημερίαν, φωτὸς οὐρανίου τὴν διάνοιαν αὐτῶν ἀναπλησθῆναι. *Bis unoqvoqve die precari solent, sub auroram & vesperam: Oriente qvidem sole veram fausti diei faustitatem postulantes; nimirum ut ipsorum mens cœlesti luce repleatur.* Ita nos εὐημερίας εὐημερίαν interpretamur; uti prius *felicem diei cursum*; posterius *faustitatem* ac *felicitatem* absolutè significet. Jamne pudet levitatis? aut id falsum est, Essenos oriente sole precari consvevisse? Qvanqvam id ego in Animadversionibus Epiphanianis non à me pronunciaram; sed Josephi Scaligeri sententiam referebam: qvi ut Ossenos cùm Essenis eosdem probaret esse, utriusqve sectæ propria inter se comparabat, atqve hoc qvod

dixi, proprium Effenorum fuiffe ex Philone monftrabat. Locus eft *cap. XXVII. Tribærefii p. 215.* ut vel ex eo conftet, cœcum illum in reprehendendo ferri, fecurum & veritatis & publici de fe judicii. Verùm hujus generis cætera pertexamus: è qvibus palmare iftud eft, qvòd de Effenis eorumqve moribus difputare aggrediens, qvid in eâ re ac qvæftione effet, funditus ignoravit. Duo Effenorum genera fuerunt, alterum τῶν πρακτικῶν, alterum τῶν θεωρητικῶν. Illi rurfus bifariam divifi. Nam alii ἄγαμοι & cœlibes fuerunt, alii nuptiis impliciti. De Theoreticis folus Philo meminit, libro qvi infcribitur περὶ βίου θεωρητικοῦ ἢ ἱκετῶν ἀρετῶν; de cæteris cùm ipfe Philo breviter libro ὅτι πᾶς σπουδαῖος ἐλεύθερος, & in Apologiâ pro Judæis, cujus fragmentum extat apud Eufebium *Lib. VIII. de Præp. Evang. cap. 12.* tùm verò Jofephus aliqvot in locis; fed imprimis *Lib. II. de Excidio cap. 6.* ex eoqve Porphyrius *Lib. IV.* περὶ ἀποχῆς. Qvæfitum eft ab eruditis hominibus, ecqvid Chriftiani fuerint Effeni? non illi qvidem Jofephi πρακτικοὶ, fed θεωρητικοὶ, atqve à folo Philone commemorati. Eufebius *Lib. II. Hift. Ecclef. c. 17.* Chriftianos fuiffe credidit, ac plerisqve perfvafit: imprimis Hieronymo libro *de Script. Ecclef.* in *Marco* & *Philone.* Negarunt alii, ut Philaftrius. Non eft hoc loco inftituti noftri litem hanc componere. Tentavit id jamdudum Serrarius nofter, contra Jofephum Scaligerum, & Drufium; qvorum ingentes libri hac de unâ controverfiâ editi teruntur omnium manibus: ut nemini, nifi literarum omnium rudi, qvi qvidem de Effenis aliqvid norit, nefcire iftud liceat; de Philonianis Effenis ac Theoreticis, non de alteris ab Jofepho defcriptis ambigi, cum qværitur, Chriftiani nec ne fuerint Effeni? At ifte (Salmafius) unius Jofephi, & ab eo proditi literis Effenorum generis rationem habuit: Philonis ac Theoreticorum Effenorum ne literâ qvidem meminit: qvos ne fando qvidem didicit unqvam. Inde eft, qvòd *falsò à me fcriptum* credidit, Effenos oriente Sole preces fundere: qvia *non hic eft*, inqvit, *Jofephi fenfus.* Atqvi Jofephi nulla ifthic à nobis facta mentio eft: fed, ut dixi, Philonem legit nunqvam, qvem in grandi illo opere ne femel qvidem laudavit. Et tamen poftqvam de Effenis practicis ex Jofepho multa differuit, *nugari* putat *eos qvi afferere audent, eos in totum Chriftianos fuiffe.* Qvafi de Effenis Jofephi, qvi ita fentiunt, id afferant; & non de Philonianis potiùs ac Theoreticis, qvi ab illis Jofephi plurimùm diftant.

CAPUT II.

De Effenis Theoreticis & Practicis. Salmafii error. Tertullianus ab eo depravatus. Ridicula de vocabulo mortuum *opinio. Plinius ab eodem minimè intellectus explicatur. Patronymica nomina etiam à civitatibus dicta, contrà qvàm Salmafio vifum.*

DE iisdem Effenis Plinius *Libr. V. cap. 17.* ita fcribit: *Ab occidente litora Effeni fugitant, usqve qvà nocent, gens fola, & in toto orbe præter cæteras mira, fine ullâ fœminâ, omni venere abdicatâ, fine pecuniâ, focia palmarum &c.* De qvonam Effenorum genere intelligenda fint ifta, meritò qvæ-

ri potest: sed de Theoreticis persvadet, qvòd eam gentem *solam* appellat, hoc est, solitariam & à populorum freqventiâ sejunctam: tùm qvòd *palmarum sociam esse* dicit, hoc est, in palmetis, adeoqve desertis locis, ætatem degere. Hoc ut Theoreticis ac Philonianis Essenis congruit, sic à Practicorum institutis abhorret. Testis est Philo, priores illos extra mœnia & oppida in hortis ac secessibus degere, & solitudines perseqvi. *τειχῶν ἔξω ποιοῦνται τὰς διατριβὰς ἐν κήποις, ἢ μοναγρίοις, ἐρημίαν μεταδιώκοντες.* præsertim in Ægypto, & ad Mariam lacum, mari vicinum: qvò freqventes illorum coloniæ commeant, propter loci opportunitatem, ac cœli salubritatem: qvòd ille tractus lenibus auris è propinqvo mari perflatur. Addit, & alibi terrarum hanc esse sectam *πολλαχοῦ τῆς οἰκουμένης.* De Practicis refert Josephus, eos in urbibus degere. *μία δὲ οὐκ ἔστιν αὐτῶν πόλις· ἀλλ' ἐν ἑκάστῃ μετοικοῦσι πολλοί, Una ipsorum civitas non est: sed singularum inqvilini sunt plures.* mox: *κηδεμὼν δὲ ἐν ἑκάστῃ πόλει τοῦ τάγματος ἐξαίρετος τῶν ξένων ἀποδείκνυται, in qvalibet urbe ex eodem collegio curator hospitum specialis eligitur.* Hæc sunt argumento, Plinii descriptionem ad Theoreticos & Philonianos maximè pertinere. Inqviramus modò qvàm bellè se ad Plinium suum Salmasius exercuerit. Principio de solis Essenis Josephi, qvi Practici sunt, Plinium exponit.
Salmas. Exerc. Plin. pag. 612. E. Non enim alterius generis mentionem facit. *Hos*, ait, *litora fugisse, ut interiora Judææ habitarent. Ideo porrò fugiebant mare, & qvàm longissimè poterant à litoribus & portubus sese amovebant Esseni, ne puritati ac tranqvillitati vitæ, qvam sectabantur, maritima commercia nocerent.* Mox.
pag. 613. B. *Litora fugiunt, usqveqvà nocent; id est, qvatenus nocent agri colendi studio tantùm addictis, ut erant Esseni, & omnem negotiationem commerciumqve aversantibus. Nihil qvippe emebant, nec vendebant, ut ex Josepho constat.* Hinc apparet, qvantum judicii ad scribendas Exercitationes attulerit. Minus enim literarum in iis verbis est, qvàm errorum. Qvippe nec ad Theoreticos Philonis Essenos; nec ad Practicos Josephi conveniunt qvæ in interpretando posuit. Ostendi ad Theoreticos imprimis Plinii verba spectare. Hos verò litorum ac maris propinqvitatem vitasse, falsissimum est; cùm vicina potiùs mari captasse loca testetur Philo. Deinde neqve agriculturam, neqve artem ullam instituebant Theoretici, sed totum diem *ἐν ἀσκήσει* ac sacrorum librorum meditatione transigebant, neqve limen egrediebantur.
Philo pag. 612. *τὰς μὲν οὖν ἓξ ἡμέρας χωρὶς ἕκαστοι μένοντες παρ' ἑαυτοῖς ἐν τοῖς λεχθεῖσι μοναστηρίοις φιλοσοφοῦσι, τὴν αὔλειον οὐχ ὑπερβαίνοντες, ἀλλ' οὐδ' ἐξ ἀπόπτου θεωροῦντες.* Frustra igitur argutatur, Essenos iccirco litora fugisse, qvòd in agri studium intenti forent. Sed neqve Josephi ad Essenos illius interpretatio qvadrat. Non enim *agricolas fuisse* vel literâ significat: nedum id unum operis habuisse. Varias enim artes exercebant. Nam diluculo *πρὸς ἃς ἕκαστοι τέχνας ἴσασι ὑπὸ τῶν ἐπιμελητῶν διαφίενται: ad eas artes, qvarum periti sunt, exercendas à Præfectis dimittuntur* ad qvintam usqve: qvâ in unum conveniebant ad prandium; à qvo iterum ad vesperam in opere habebantur. Ex his evidens est, aut istos agriculturæ non vacasse, aut non unicum hoc genus artis instituisse. Sed neqve commercium omne repudiasse. Nam qvi artes varias, qvas qvisqve norat, exercebant, qvæstum utiqve faciebant, ac vel operas suas, vel artium opera vendicabant.

Poſtremò nihil Eſſenos emiſſe neqve vendidiſſe non ſcribit Joſephus, ſed invicem: *ὐδὲν ἐν ἀλλήλοις ὔτε ἀγοράζυσιν, ὔτε πωλῦσιν. Nihil inter ſe emunt aut vendunt.* Inter ſe, ait, non *καθόλυ.* Eat nunc, & falſos conjectores nos eſſe dicat, cùm veteres ab eo Scriptores, qvos citat, non niſi raptim, ac per indices aut in aliorum commentariis lectos eſſe cum Kerkoetio docuimus. Qvantivis ad hanc augendam ſuſpicionem Plinianus iſte locus eſt: cujus qvidem facilis atqve explicata ſententia eſt, ſi qvis paululum his in literis ſapiat. *Ab Occidente* (ait Plinius) *litora Eſſeni fugitant, usqvequà nocent.* De Aſphaltite lacu ſive mari mortuo capiendus eſt, qvi lethales expirat auras, & vicinum aerem inficit. *Gravitate odoris accolis peſtifer*, ait Tacitus Lib. V. Hiſt. cap. 6. *neqve vento impellitur, neqve piſces aut ſuetas aqvis volucres patitur.* Hæc ſunt ad Plinii mentem aptiſſima. Cauſſam enim continent, cur Eſſeni illi *τῶν ἐρημιῶν* incolæ, & inter palmeta victitantes haud propiùs Aſphaltitem lacum domicilia fixerint; ſed tantum ab eo ſeceſſerint, qvoad vis illius tractus malefica pertingit. Hic eſt ille mortui maris & circumjectæ terræ ſqvalor ac peſtilens habitus; qvem eleganter ac paucis Tertullianus deſcripſit in libro de pallio: *Hactenus*, inqvit, *Sodoma, & nulla Gomorrha, & cinis omnia, & propinqvitas maris juxta cum ſolo mortem bibit.* Mare, inqvit, propinqvum, unà cum orâ omni, mortem ac peſtem combibit. Hæc vera loci hujus eſt ſententia: in qvo ridiculè conflictabatur Salmaſius. Qvi *mortuum ivit*, vel *mortum*, auſus eſt ſcribere in editione novâ p. 105. qvaſi ab eo qvod eſt *morior*, uſurpare liceat, *mortum*, *mortu*, vel *mortuum*, *mortuu*; & ſic *mortuum ire* dicatur, qvomodo *redditum ire*, & hujus generis alia. Joculare facinus; imò verò piaculare Grammatici: qvi hoc ſcire profectò debuit, *mortuum* nomen eſſe, non verbum, neqve verbi ſupinum aut participium; qvemadmodum *fatuus, arduus, conſpicuus.* Docet hoc accuratè S. Auguſtinus Lib. XIII. de Civit. Dei cap. XI. cujus verba hìc qvoqve legi merentur: *Unde*, inqvit, *non importunè neqve incongruè arbitror accidiſſe, etſi non humana induſtria, judicio fortaſſe divino, ut hoc verbum, qvod eſt* moritur, *in Latina lingva nec Grammatici declinare potuerint, ea regula, qva cætera talia declinantur. Namqve ab eo, qvod eſt* oritur, *fit verbum præteriti temporis* ortus eſt: *& ſi qva ſimilia ſunt, qvæ per temporis præteriti participia declinantur. Ab eo verò, qvod eſt* moritur, *ſi qværamus præteriti temporis verbum, reſponderi ſolet* mortuus eſt, u *literâ geminatâ: ſic enim dicitur* mortuus, *qvomodo* fatuus, arduus, conſpicuus: *& ſi qva ſimilia, qvæ non ſunt præteriti temporis, ſed qvoniam nomina ſunt, ſine tempore declinantur. Illud autem qvaſi declinaretur, qvod declinari non poteſt, pro participio præteriti temporis ponitur nomen.* Inepta eſt igitur, & Grammaticis regulis contraria Salmaſiana caſtigatio: præſertim cum in principe Rhenani editione itidem, ut in vulgatis, extet *mortem bibit.* Qvam editionem ad veterum codicum fidem diligenter exactam fuiſſe fatetur ipſemet, & ad amuſſim cum illo, qvem exhibuit, manuſcripto convenire.

Cap. II. — Salmaſ. in Not. ad Tertull. de Pallio edit. poſtremæ A. 1656. e vulgata p. 156.

Sed ad Plinium revertor: cujus & altera ab eodem Salmaſio adhibita correctio riſu digna. Pro *ſocia palmarum* ſcribi jubet *eſu palmarum.* Imperitè, qvis neget? Ita enim abrupta & incondita lectio fiet, *ſine pecunia, eſu palmarum.* At vulgata & à ſcriptis codicibus, & à ſententiâ authorita-

Exerc. Plin. p. 410. D.

tem habet. In palmetis procul ab hominum strepitu ac freqventiâ degebant: ideo *socia palmarum gens* dicitur. Qvi aut ista non capit, aut aliter Plinium interpolare studet, vix eum Grammatici nomine dignum judico. Qvod adeò iste non meretur, ut me propterea obtorto collo rapuerit, qvòd de formatione nominum in ηνος, ut est Ἐσσηνὸς, agens scripserim: Patronymicas ejusmodi inflexiones Arabum & Asianorum proprias esse: qvasi *Ethnicas*, non *Patronymicas* appellare debuerim. Euge, homo in Grammaticâ detritus Patronymicum nescit non à solis patribus, sed etiam à locis ac civitatibus vocari. Clo-
Tom. II. Grammaticorum Veterum p.1892. donius vetus Grammaticus, inter gentilia & patronymica id esse discriminis ait, qvòd gentilia *nomina à provinciis veniunt*, patronymica *& à civitatibus*. Ergo ex Cledonii authoritate gentile hoc Essenorum nomen appellare non debui, nisi provinciam aliqvam Essenorum esse constaret: qvam
Salmas. pag. 611.D. nullam fuisse hactenus didici. Tu qvum opidum illorum in interiore Judæa fuisse conjicis, à qvo Ἐσσαῖοι & Ἐσσηνοὶ dicti fuerint; etsi hoc absurdè, contraqve Josephi ac Philonis expressa testimonia facis; tamen hoc ipsum, qvod in me tam atrociter insectaris, tuopte judicio probas. Nam à civitatibus Patronymica formari, non gentilia, Cledonius docet. Consentius alter
Tom. II. Grammaticor. Vet. p. 2011. Grammaticus ait: *Patronymica nomina fœminina in* is *fieri, ut Lucanus ab Hibera Hiberis.* Est autem Hiberis, opinor, à regione nomen inditum. Thomas Linacer Grammaticus eruditus Libro II: *Patronymicorum Græcorum*, inqvit, *formâ ducuntur à locis Sicelides.* Deniqve princeps artis ac
p. 360. ed. Rob Steph. magister tuæ Despauterius in Præfat. ad artem versificatoriam docet, *Patronymica formari à patriâ.* Et alibi, *Pisidem*, qvod gentile nomen est, vocat Patronymicum. Hæc indigna fateor, in qvibus moremur. *Verùm qvid facias? ut homo est, ita morem geras.*

Caput III.

EPIPHANII LOCUS ILLUSTRATUR MALE A SALMASIO vexatus. Cujus iniqva reprehensio discutitur. Ejusdem super præpositione ὑπὲρ *notatus error.*

NUnc ad Epiphanii locum, qvi unus ferè occasionem huic disputationi dedit, stilum animumqve transferamus. De Ossenis Hær. XIX. pag. 40. ita ille scribit: ὥρμηνται δὲ οὗτοι, ὡς ἡ εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσα περιέχει παράδοσις, ἀπὸ τῆς Ναβατικῆς χώρας, καὶ Ἰτουραίας, Μωαβίτιδός τε καὶ Ἀρηλιτιδος, τῶν ἐπέκεινα τῆς κοιλάδος τῆς ἁλυκῆς οὕτως ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ καλουμένης ὑπερκειμένης χώρας. ἔστι δὲ αὕτη νεκρὰ καλουμένη θάλασσα. Qvæ sic in editione nostrâ latinè reddidimus: *Ferunt istos ex Nabatæa, Ituræa, Moabitide, & Areilitide originem traxisse; qvæ regiones ultra vallem salsuginosam positæ sunt. Hoc enim nomine sacris in literis tractus ille superior appellatur, qvi idem est cum Mari mortuo.* Ad hunc locum Plinianus Exercitator *auriculas clamore subito tollit totis viribus*; sic ut nunqvam alibi majoribus intemperiis agitetur. Sed qvod isti homini fatale esse alias observatum est, ut ubi maximè satagit ac nititur, ibi fœdissimâ ruina ac toto corpore provolvatur, id hoc loco penè supra fidem ei contigit. Primum

illius vana est reprehensio. Ut enim Græcè periti omnes in unum capita conferant, ausim id asserere; non aliam interpretatione suâ sententiam loci hujus expressuros qvàm qvæ à nobis est reddita. Rectè an secus senserit Epiphanius, nihil ad Interpretem pertinet. Ostendam paulò post, extra culpam & erroris suspicionem esse sanctissimum Patrem: & qvi illi stupidissimum suum commentum affinxerit, parum pudenter, multùm ineptè fecisse. Nunc de Latinâ interpretatione priùs cum illo caprinam pugnam conferam. Qværit, ubi in Sacrâ Scriptura tractus ille *superior* vocetur? Qvasi id verba ista significent, *tractum superiorem* in sacris literis regionem illam vocari. Qvod est alienissimum. Non hoc dicit Epiphanius ὦ οὗτος; sed *κοιλάδα τὴν ἁλυκὴν* appellari dicit *τὴν ὑπερκειμένην χώραν*: qvod & verum est: Nam *Φάραγξ ἁλυκὴ* vallis ea dicitur, Gen. XIV, 3. ubi Asphaltites lacus postea factus est. At enim *ὑπερκειμένη χώρα* non rectè de mari mortuo, vel Asphaltite lacu dicitur. Viderit qvi ita Græcè scripsit: qvid hoc ad Interpretem? *ὑπερκειμένη χώρα* velis nolis *tractus* est *superior*. Sed neqve Epiphanius in culpâ est: neqve tu sensum ejus accepisti. Refert Epiphanius, Ossenos ex Peræâ Judæâ profectos esse, hoc est Nabatæâ, cæterisqve transamnanis regionibus, qvæ in Arabiâ postea censitæ sunt. Eas regiones trans vallem salsuginosam esse. Qvo nomine, inqvit Epiphanius, non *tractus superioris*, ut nugaris, sed *salsuginosæ vallis*, in Scripturis affectus ille superior ager est: ubi qvondam Sodoma & Gomorrha, cæteraqve opida fuerunt, qvi locus nunc mare mortuum est. *ὑπερκειμένη χώρα* eâ ratione, qvam Dialectici ampliationem vocant, lacus ille dicitur. Sic in Sibyllæ versu:

Ἔσται Δῆλος ἄδηλος·

qværo ex te: Si δῆλος est, qvomodo ἄδηλος; si autem ἄδηλος, qvomodo δῆλος; Non simul & eodem tempore utrumqve sunt ea, de qvibus contraria duo, aut pugnantia dicuntur: sed *κατὰ τὴν ἐπέκτασιν* qvod esse desiit, adhuc tribuitur. Ita *χώρα* prius erat, qvi nunc lacus est & mare. Hæc propter frivolum tuum ἀπόρημα: *Ubi in rerum naturâ reperisti, tractum regionis, τὴν χώραν, eundem esse cum mari?* Potes eodem jure de eo percontari, qvod Matth. XI, 5. scriptum est: *Mortui resurgunt: ubi in rerum naturâ reperisti mortuos resurgere?* Si enim mortui sunt, non resurgunt: si resurgunt, non mortui sunt. Respondebit facilè tibi, qvi prima Dialectices elementa didicerit: imò qvi ratione uti utcumqve sciverit.

Nec est qvod *ὑπερκειμένης* vel *superioris* te vocabulum adeò commoveat; qvasi in arduo sita ac suspensâ regio esse debuerit. *ὑπὲρ* enim non tantùm est *supra*, sed etiam *ultra*. Sic *ὑπερόριον* id dicitur, qvod ultra fines ac limites situm est: qvod de planitie ac depressâ convalle non minùs, qvàm de montibus usurpari solet. Ita & *superum* & *inferum* à Latinis non ab eminentiâ & altitudine, vel declivitate dicuntur. Strabo in plerisqve locis tam præpositione *ὑπὲρ*, qvàm verbo *ὑπέρκειται* usus est citra notitiam altitudinis & eminentiæ. Ita libro VI. *ὑπὲρ δὲ τῶν Θουρίων*, inqvit, *καὶ ἡ Ταυριανὴ χώρα λεγομένη ἵδρυται*. *Supra Thurios est etiam sita regio quæ Tauriana dicitur.* Et paulò post *ὑπὲρ δὲ τούτων Βρέττιοι χερρόνησον οἰκοῦντες*. Libro item V. sub initium: *ὑπεραλπείους* vocat transalpinos populos. *Οἱ μὲν οὖν Κελτοὶ τοῖς ὑπεραλπείοις ὁμοεθνεῖς εἰσι.* Et eodem libro τοὺς ὑπεραλ-

πέίυς Κελτὺς appellat. Rursus: ὑπὲρ δὲ Πλακεντίας ἐπὶ μὲν τῦ ὄρυς τῆς Κόττυ γῆς Τίκινον ἐν λς´ μιλίοις πόλις, καὶ ὁμωνυμ☉ ὁ παραῤῥέων ποταμὸς συμβάλλων τῷ Πάδῳ. *Supra Placentiam ad fines regionis Cotti Ticinum urbs abest triginta sex milibus, & ejusdem nominis flumen præterfluens & in Padum incidens.* Qvæ Strabonis verba si Salmasius interpretetur, non dubitabit, qvin & Galli nos omnes in aere suspensi simus; & Ticinum cum fluvio suo in edito aliqvo loco situm Placentiam infra se despiciat. Non enim ὑπερκεῖσθαι, aut *esse supra*, dici potest, nisi qvod sublimius est. Idem Strabo lib. XII. de Celænis urbe & colle loqvens, ὑπέρκειται δὲ καὶ λίμνη φύυσα κάλαμον, *supra palus est calamum edens.* An supra collem palus imminet? Iterum Strabo lib. XVI. de hoc ipso, qvo de agimus, tractu loqvens: ὑπέρκειται δὲ τῆς Ἰυδαίας, καὶ τῆς Κοίλης Συρίας, μέχρι Βαβυλωνίας, καὶ τῆς τῦ Εὐφράτυ ποταμίας, πρὸς νότον Ἀραβία πᾶσα, χωρὶς τῶν ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ Σκηνιτῶν. *Supra Judæam & Cœlesyriam, usqve ad Babyloniam, & fluvialem Euphratis regionem, austrum versus, tota est Arabia, præter Scenitas, qvi in Mesopotamiâ sunt.* Vides ut supra Judæam regiones illas collocet, & ὑπερκεῖσθαι dicat, hoc est *superiores esse*; qvod idem est atqve *ulteriores.* Eodem itaqve modo τὴν ὑπερκειμένην χώραν tractum illum superiorem vocavit Epiphanius, qvi Judææ ad Orientem & meridiem ultimus est, & supra Palæstinam reliqvam: qvi ager olim, & κοιλὰς ἁλυκὴ, postea lacus fuit: *postqvam Deus Gomorrham & Sodoma subvertit.* Ut igitur Arabia ὑπερκειμένη χώρα Judææ totius à Strabone dicitur, qvia huic ad meridiem obvertitur: sic reliqvæ Judææ ὑπερκειμένη dicitur, qvæ qvondam χώρα fuit, hodie lacus est. Siqvidem & extremus Palæstinæ limes ad Orientem sæpe lacus ille in Scripturis statuitur: ut Num. XXXIV, 3. Deut. III, 17. Josue XV, 2. Nihil est verius. Omnis in interpolando vexandoqve loco illo Salmasii conatus irritus & inanis est. Jubet Epiphanii verba sic instrui, qvasi scriptum extet: τῶν ἐπέκεινα ὑπερκειμένης χώρας τῆς κοιλάδ☉ τῆς ἁλυκῆς; *regionum sitarum trans regionem vallo maris mortui superjacentem.* Nam ultra regionem maris mortui litoribus adjacentem erat Nabatæa, Ituræa & Moabitis. Hæc neqve necessaria est, & absurda est inscitaqve castigatio. Necessariam non esse probat qvod pro receptâ lectione disputatum est. Absurditas ex eo patet, qvòd ἁλυκὴν κοιλάδα Epiphanius mare mortuum appellet. Qvippe Hæresi LIII. qvæ est Sampsæorum, ait, istos qvi & Elcesæi sunt, in Peræâ versari: ὅτω καλυμένη χώρα, πέραν τῆς ἁλυκῆς, ἤτοι νεκρᾶς καλυμένης θαλάσσης ἐν τῇ Μωαβίτιδι χώρᾳ περὶ τὸν χειμάῤῥυν Ἀρνὼν, καὶ ἐπέκεινα ἐν τῇ Ἰτυραίᾳ καὶ Ναβατίδι. *Qvæ Peræa vocatur; qvæ est trans salsum sive mortuum mare, qvod dicitur in Moabitide ad torrentem Arnon, & ultra in Ituræa & Nabatæa.* Sed & Salmasius hoc ipse confitetur, τὴν κοιλάδα τὴν ἁλυκὴν pro mari mortuo sumi ab Epiphanio. Ex qvo jocularis illa Correctoris sententia conficitur: *Moabitidem, Ituræam, & cæteras ultra mare mortuum esse, qvod idem mortuum mare est supra mare mortuum.* Etenim κοιλὰς ἡ ἁλυκὴ mare mortuum est, ut Epiphanius disertè scribit, assentiente Grammatico: porrò ὑπερκειμένη χώρα eidem Epiphanio non alia est, qvàm ipsummet mare mortuum. Subjicit enim: ἐςι δὲ αὕτη νεκρὰ καλυμένη θάλασσα. Ubi pronomen αὕτη ad proximè positam ὑπερκειμένην χώραν refertur. Salmasius construendum ita statuit,

ſtatuit, qvaſi eſſet ἐπέκεινα ὑπερκειμένης χώρας τῆς κοιλάδ☉ τῆς ἁλυκῆς. Qvare barbarus ille, qvem dixi, putidusqve ſenſus exiſtit. *regiones iſtas poſitas eſſe ultra mare mortuum, quod eſt ſupra mare mortuum.* Epiphanius qvippe eodem modo ſcripſit Hær. XIX. Oſſenos eſſe ἐπέκεινα τῆς ἁλυκῆς οὕτω καλουμένης ὑπερκειμένης χώρας, qvæ eſt mortuum mare, qvo Hæreſi LIII. dixit eſſe πέραν τῆς ἁλυκῆς, ἤτοι νεκρᾶς καλουμένης θαλάσσης. & Hær. XX. πέραν τῆς νεκρᾶς θαλάσσης. Igitur ἡ περικειμένη χώρα eſt ἁλυκή, ſive νεκρὰ θάλασσα.

Hæc Epiphanii loca tria de eodem argumento inter ſe comparata commenti illius inanitatem redarguunt: tùm verò capitalem alteram oſcitantiam pulſant. Scribit enim pag. 615. non dicere Epiphanium, Moabitas ἐπέκεινα τῆς νεκρᾶς θαλάσσης, *ultra mare mortuum* habitare, ſed ἐπέκεινα ὑπερκειμένης χώρας τῆς νεκρᾶς θαλάσσης, *ultra regionem imminentem mari mortuo.* Qvod eſſe falſum ex Hæreſi XX. & LIII. demonſtratur. Ibi eſt enim, πέραν τῆς ἁλυκῆς, ἤτοι νεκρᾶς καλουμένης θαλάσσης eſſe Moabitidem, omiſſa voce χώρας: qvam idem ille Criticus ſubintelligendam aſſerit: qvo nihil fingi poteſt ſtupidius.

CAPUT IV.

De Aſphaltite lacu. Epiphanius à Salmaſii calumniâ defenditur. Vallis ſalinarum qvid ſit. Salmaſii multiplicia & graviſſima peccata.

PArum huic importuno caſtigatori facinoris viſum eſt, Epiphanii ſententiam ac verba depravare, niſi & immerentem Patrem ac repugnantem in erroris ſui ſocietatem traheret. Τὴν κοιλάδα τὴν ἁλυκήν, id eſt, *vallem ſalſuginoſam*, qvam mare mortuum interpretatur Epiphanius, ab eodem confundi putat cum *valle ſalinarum*, cujus mentio fit lib. II. Reg. cap. VIII, 13. & I. Paralip. cap. XIIX, 12. In libro Regum ita ſcriptum eſt: *Fecit qvoqve ſibi David nomen, qvum reverteretur captâ Syriâ, in valle ſalinarum, caſis decem & octo millibus. Et poſuit in Idumæâ cuſtodes, ſtatuitqve præſidium.* Hebraice בגיא מלח *in valle ſalis.* LXX vocem Græcam retinuerunt, ἐν γεμέλεχ: qvaſi proprium nomen eſſet; non, ut hallucinatur Salmaſius, κοιλάδα τῶν ἁλῶν, qvo nomine LXX vocant in libro II. Paralip. qvum in Hebræo eadem ſit qvæ in Libro II. Reg. appellatio, *vallis ſalis.* In titulo Pſalmi LIX. ſeptuaginta reddunt, Φάραγγα τῶν ἁλῶν. Non eandem eſſe vallem ſalinarum cum mari mortuo, ne probatione qvidem eget; id verò ſenſiſſe beatum Epiphanium falſiſſimum eſt. Κοιλάδα τὴν ἁλυκήν, vel ἁλυκὴν ſimpliciter, ſive ἁλυκὴν θάλασσαν conſtanter Epiphanius nominat. Si vallem ſalinarum intellexiſſet, uſus eſſet eo vocabulo, qvod LXX. poſuerunt, Γεμέλεχ, ſaltem κοιλάδα τῶν ἁλῶν dixiſſet. In Geneſ. cap. XIV, 8. vallis illa, qvæ in mortuorum mare converſa eſt, ubi Sodomorum, Gomorrhæ, cæteriqve Reges contra qvatuor alios certamen inierunt, a LXX vocatur κοιλὰς ἡ ἁλυκή: & ſupra commate 3. Φάραγξ ἁλυκή. Non dubium eſt, qvin eò reſpexerit Epiphanius cùm ſcripſit: τῆς κοιλάδ☉ τῆς ἁλυκῆς οὕτως ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ καλουμένης. Nuſqvam enim κοιλὰς ἁλυκὴ niſi hoc loco nominatur. At non vallem ſalinarum Idumææ citimam; ſed regionem in qvâ poſtea lacus Aſphaltites extitit, iſto ipſo loco ſignificat. Calumniatur itaqve Salmaſius, dum Epiphanio id affingit, qvod eſt inſulſiſſimum. Nam nullam, ut ita ſenſiſſe monſtraret Epiphanium, rationem adduxit: qvaſi impunè pro libidine cavillari ac traducere antiqvos Patres liceat. Vallis illa qvæ in Hebræo

שדים dictus, a Græcis *ἁλυκή*, ab Interprete nostro *Silvestris* appellatur. At Hieronymus in Traditionibus eam *salinarum* vocat. Aqvila verò τῶν περιπεδινῶν, id est, *campestrium*. Legit enim שָׂדִים. Theodotio τῶν ἀλσῶν, id est, *lucorum*: qvod ad Vulgatum interpretem accedit. Nomen שדים tam de agro subacto, qvam pascuo & nemoroso sumitur. qvod Theodotionis atqve Interpretis veteris authoritas persuadet. Græci a salibus *ἀλυκὴν* verterunt, ut & Hieronymus in *Traditionibus*. Hos si qvis imperitos adeo fuisse putet, ut hanc vallem cum altera cognomine ad Idumæam ita confunderent, næ is parùm pudenter imò temerè faciat. Hæc enim posterior in Idumææ confinibus posita videtur. Neqve verò in ipsamet Idumæâ collocari necesse est: qvod divinat Salmasius, levi admodum ductus argumento,

pag. 614. b. *qvoniam & ibi Idumæi profligati, in suamet ipsorum regione.* Præclarè! qvasi in Idumæâ ipsa commissum fuisse prælium necesse sit. Eodem argumentandi genere confeceris, Italiam esse in Africâ: qvoniam Afri Hannibale duce cum Romanis in Italia pugnarunt. Alterum Salmasii argumentum: *qvia præsidium ibidem impositum memoratur, in ipsâ nempe Idumæâ.* Ubi hoc legis, *ibidem*; hoc est, *in valle salinarum* impositum fuisse præsidium: Atqve hæc disputo, non ut certi aliqvid de illius situ constituam, sed ut hominis ἀλογισία castigetur; qvi è sacris literis id effici necessariò credidit; & ut in plerisqve, τῆς συλλογιστικῆς μεθόδου prorsus est rudis.

Ab eadem ratiocinandi imperitiâ profectum est & illud, qvod subinde seqvitur. Vallem istam salinarum à mari mortuo longiùs abfuisse probat ex eo, qvòd in

pag. 614. B. Idumæâ sit. *At Idumæa*, inqvit, *satis longè dissita à mari mortuo.* Nec illud verum est. Tamen experiamur, qvam id bellè demonstret. *Incipiebat qvippe ab Ægypti Casio, & lacûs Sirbonidis emersu.* Acutè sanè. Qvoniam ab Ægypti limitibus incipiebat Idumæa, ideo à mari mortuo longiùs aberat. Hoccine ratiocinari est, imò uti ratione? Itidem enim facit, ac si probaret aliqvis, non esse contiguam Pyrenæis Galliam, qvia ab Rheno, vel Alpibus incipit. Lupus cervarius bestia est: ea prædam nacta qvamvis in fame mandens, aliò si respexerit, præsentis oblita prædæ, ad aliam qværendam digreditur. Fecit idem Grammaticus noster. Cum in eo esset, ut probaret Idumæam à mari mortuo longius abesse, atqve ad id venisset, ut a Sirbonidis lacu eam incipere diceret, avertit ejus animum Strabonis recordatio, qvi in Sirbonidis lacu deceptus pro Asphaltite illum habuit. Qvare instituti argumenti mox oblitus, ad Strabonem sese convertit, in eumqve dentes infixit.

Anteqvam ab Asphaltite lacu, & hac totâ disputatione recedam, triplicem Critici istius errorem annotare libet. Lacum hunc, qvi & mare mortuum appellatur,

pag. 614. negat esse salsum. Absurdissimè. Primùm Gen. XIV, 3. appellatur ים המלח θάλασσα τῶν ἁλῶν *mare salis*, id est, *salsum*. Sal non est sal, si id mare salsum non est. Deinde Josephus, qvi & vidit & gustare potuit, Lib. V. τῆς Ἁλώσεως cap. XXVII. ait, esse ἁλμυρώδη, hoc est, *salsum*. Atenim objicit: *mare omne salsum est suapte naturâ, qvod omnes sciunt; neqve verum mare opus esset ita nominare.* Plumbeum acumen! Mirum ni errasse Moysen contendat, qvi & *mare* & *salsum* appellarit. At ὦ ἀσυνετὲ mare omne verum salsum esse constat. sed lacus iste verum mare non fuit; sed, ut Hebræis mos est, συναγωγὴν πᾶσαν ὑδάτων ita nominare, Scriptura *mare salsum* vocat, ut ab altero lacu Genezareth differre eum intelligamus; qvi, ut eodem loco Josephus narrat, dulcis est. Præterea qvis nescit mare aliud alio salsius esse? Pontus Euxinus verum est mare: idem tamen ποτιμὸς est, & dulces habet aqvas, aut minus salsas qvam reliqva maria, ut iis etiam adaqvari pecora soleant: ut Arrianus

in Periplo tradit, & Aristoteles Lib. IIX. de Hist. Animal. cap. XIII. de dulcedine affirmat. Qvocirca lacus Asphaltites, qvòd cæteris falsior sit, ideo *mare falsissimum* ab Interprete nostro passim vocatur: Num. XXXIV, 3. Deut. III. Josue XV. Tacitus Lib. V. Hist. lacum hunc mari omni *sapore corruptiorem* facit. Qvid ergo Salmasio venit in mentem, ut eum negaret esse salsum? Sanè Beda Libro de locis sanctis cap. XII. lacum istum refert *salsissimum ejicere sal, & hoc sole siccatum accipi, multis ubiqve nationibus profuturum.*

Alterum inscitiæ caput. Lacum Asphaltiten eodem sensu dicit appellari salsum, pag. 614. E. qvo *terram salis iidem Hebræi nuncupant eam, qvæ deserta est ac desolata. Terra salis*, vel *salsuginosa*, ingrata, & infœcunda dicitur, ac frugibus infelix: qvoniam salsugo satis inimica est. Ea sterilitatis & infœcunditatis propria caussa est. In mari nulla fœcunditas est earum rerum, qvibus, ut in terrâ, natura salis infesta est. Sed qvæ indidem oriuntur, aut gliscunt, salsugine juvantur. Qvare non potest *salsum* mare dici pro infœcundo ac sterili; cum fœcunditas ipsa maris à salsugine sit. Cur autem Asphaltites lacus nihil generet alatve, non τῷ ἁλμυρώδει, qvod ei tribuit Josephus; sed τῷ ἀσφαλτώδει, qvo aqvæ ejus infectæ sunt, meritò tribuitur.

Tertium Critici peccatum eadem paginâ. Salsum non esse lacum inde probat, pag. 614. D. qvia *bitumen salsum non est, nec salis naturam habet. At lacus ille ex mero bitumine est.* Ergo nullæ in Asphaltite lacu aqvæ sunt; sed qvantus qvantus est, nihil nisi bitumen est. Josephus Lib. V. τῆς ἁλώσεως cap. V. Asphaltitem lacum, qvalem viderat sæpe, non cujusmodi ex Vocabulariis didicerat, describens; ὑπὸ κουφότητος, inqvit, καὶ τὰ βαρύτατα τῶν εἰς αὐτὸν ῥιφέντων ἀναφέρει· καταδῦναι δ' εἰς τὸν βυθὸν, οὐδὲ σπουδάσαντα ῥᾴδιον. *Nimiâ levitate etiam quæ gravissima sunt in eum jacta fluitant: demergi autem qvis in profundum nec de industriâ facilè potest.* Subjicit, Vespasianum periclitandi gratiâ qvosdam natandi inscios, vinctis post terga manibus, in altum projici jussisse; evenisse autem omnibus tanqvam vi cujusdam spiritûs, uti sursum repulsi fluctuarent. Hæc Josephus ex Rufini interpretatione. Addit, multis locis eundem lacum nigras bituminis glebas vomere, eas verò innatare figurâ & magnitudine tauris capite truncatis assimiles: τῆς μὲν τὴν ἀσφάλτου κατὰ πολλὰ μέρη βώλους μέλανας ἀναδίδωσι· αἱ δὲ ἐπινήχονται τό τε σχῆμα, καὶ τὸ μέγεθος ταύροις ἀκεφάλοις παραπλήσιαι. Plinius *Lib. XXXV. cap. 15.* bituminis naturam alibi limum, alibi terram esse dicit. Limus è Judææ lacu, ut diximus, emergens: terra in Syriâ circa Sidonem opidum maritimum. Si lacus Asphaltites *merum bitumen est*, id est, nullas aqvas habet, qvomodo demergi in eum potest aliqvid, aut à fundo sursum occultâ vi spiritûs repelli? Fluitare verò ac fluctuare in perpetuâ glebâ, vel luto spississimo, qvî potest? Clariùs absurditatem Strabonis locus revincit Lib. XVI, ubi de Asphaltite lacu sub nomine Sirbonidis agit; perperam: ut ante Salmasium animadvertit Ortelius & Casaubonus, & alii præterea non pauci. Huncergo lacum refert Strabo esse ἀγχιβαθῆ, βαθύτατον ἔχειν ὕδωρ *aquas habere profundissimas*, sic ut utinatoribus nullus ibi locus sit, sed qvi umbilicotenus in eum procedit, mox attollatur. Bitumen porrò certis temporibus è fundo ebullire scribit, ad qvod capiendum arundineas rates expeditas habent. ἔστι δὲ ἡ ἄσφαλτος γῆς βῶλος ὑγραινομένη καὶ διαχεομένη, πάλιν δὲ μεταβάλλουσα εἰς πάγον ἰσχυρὸν ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ ὕδατος, διόν ἐστι τὸ τῆς λίμνης ὕδωρ, ὥστε τομῆς καὶ κοπῆς δεῖσθαι. *Bitumen est terræ gleba, qvæ liqvefacta ac diffluens rursus coit in solidum corpus aqvæ frigore constricta; cujusmodi lacus illius est aqva, adeò ut incidi*

שדים di[illegible], à Græci *ἀλυκὴ*, [illegible]b Interprete nostro *Silvestris* appellatur. At Hieronymus [illegible] Tradit. *[illegible] sa[illegible]arum* vocat. Aquila verò τῶν περιπεδινῶν, id est, *campe[illegible]rium*. Legit enim שָׂדִים. Theodotio τ̃ ἀλσῶν, id est, *lucorum*: qvod ad Vulgatum interpretem accedit. Nomen שָׂדִים tam de agro subacto, qvam pascuo ac nemoroso sumitur: qvod Theodotionis atqve Interpretis veteris authoritas persvadet. Græci a salinis *ἁλυκὴν* verterunt, ut & Hieronymus in *Traditionibus*. Hos si qvis imperitos adeo fuisse putet, ut hanc vallem cum alterâ cognomine ad Idumæam sitâ confunderent, næ is parùm pudenter imò temerè faciat. Hæc enim posterior in Idumææ confinibus posita videtur. Neqve verò in ipsâmet Idumæâ collocari necesse est: qvod divinat Salmasius, levi admodum ductus argumento, pag. 614. A. *qvoniam & bi Idumæi profligati, in suamet ipsorum regione*. Præclarè! qvasi in Idumæâ ipsa commissum fuisse prælium necesse sit. Eodem argumentandi g[illegible]e confeceris, Italiam esse in Africâ: qvoniam Afri Hannibale duce cum Roman[illegible] Italiâ pugnarunt. Alterum Salmasii argumentum: *qvia præsidium ibidem imp[illegible]tum memoratur, in ipsâ nempe Idumæâ*. Ubi hoc legis, *ibidem*; hoc est, *in valle salinarum* impositum fuisse præsidium? Atqve hæc disputo, non ut certi aliqvid de illius situ constituam, sed ut hominis ἀλογιστία castigetur; qvi è sacris literis id effici necessariò credidit; & ut in plerisqve, τ̃ συλλογιστικῆς μεθόδου prorsus est rudis.

Ab eadem ratiocinandi imperitiâ profectum est & illud, qvod subinde seqvitur. Vallem istam salinarum à mari mortuo longiùs abfuisse probat ex eo, qvòd in pag. 614. B. Idumæâ sit. *At Idumæa*, inqvit, *satis longè dissita à mari mortuo*. Nec illud verum est. Tamen experiamur, qvàm id bellè demonstret. *Incipiebat qvippe ab Ægypti Casio, & lacûs Sirbonidis emersu*. Acutè sanè. Qvoniam ab Ægypti limitibus incipiebat Idumæa, ideo à mari mortuo longiùs aberat. Hoccine ratiocinari est, imò uti ratione? Itidem enim facit, ac si probaret aliqvis, non esse contiguam Pyrenæis Galliam, qvia ab Rheno, vel Alpibus incipit. Lupus cervarius bestia est: ea prædam nacta qvamvis in fame mandens, aliò si respexerit, præsentis oblita prædæ, ad aliam qværendam digreditur. Fecit idem Grammaticus noster. Cum in eo esset, ut probaret Idumæam à mari mortuo longiùs abesse, atqve ad id venisset, ut a Sirbonidis lacu eam incipere diceret, avertit ejus animum Strabonis recordatio, qvi in Sirbonidis lacu deceptus pro Asphaltite illum habuit. Qvare instituti argumenti mox oblitus, ad Strabonem sese convertit, in eumqve dentes infixit.

Anteqvam ab Asphaltite lacu, & hac totâ disputatione recedam, triplicem Critici istius errorem annotare libet. Lacum hunc, qvi & mare mortuum appella[illegible], pag. 614. negat esse salsum. Absurdissimè. Primùm Gen. XIV, 3. appellatur ים המלח θάλασσα τῶν ἁλῶν *mare salis*, id est, *salsum*. Sal non est sal, si id mare salsum non est. Deinde Josephus, qvi & vidit & gustare potuit, Lib. V. τ̃ Ἁλώσεως cap. XXVI. ait, esse ἁλμυρώδη, hoc est, *salsum*. At enim objicit: *mare omne salsum est suapte naturâ, qvod omnes sciunt; neqve verum mare opus esset ita nominare*. Plumbeum acumen! Mirum ni errasse Moysen contendat, qvi & *mare* & *salsum* appellarit. At ὦ ἀσαθὲ mare omne verum salsum esse constat: sed lacus iste verum mare non fuit; sed, ut Hebræis mos est, συναγωγὴν πᾶσαν ὑδάτων ita nominare, Scriptura *mare salsum* vocat, ut ab altero lacu Genezareth differre eum intelligamus; qvi, ut eodem loco Josephus narrat, dulcis est. Præterea qvis nescit mare aliud alio salsius esse? Pontus Euxinus verum est mare: idem tamen ποτιμ۞ est, & dulces habet aqvas, aut minùs salsas qvam reliqva maria, ut iis etiam adaqvari pecora soleant: ut Arr[illegible]

in Periplo tradit, & Aristoteles Lib. IIX. de Hist. Animal. cap. XIII. de dulcedine affirmat. Qvocirca lacus Asphaltites, qvòd cæteris salsior sit, ideo *mare salsissimum* ab Interprete nostro passim vocatur: Num. XXXIV, 3. Deut. III. Josue XV. Tacitus Lib. V. Hist. lacum hunc mari omni *sapore corruptiorem* facit. Qvid ergo Salmasio venit in mentem, ut eum negaret esse salsum? Sanè Beda Libro de locis sanctis cap. XII. lacum istum refert *salsissimum ejicere sal, & hoc sole siccatum accipi, multis ubiqve nationibus profuturum.*

Alterum inscitiæ caput, Lacum Asphaltiten eodem sensu dicit appellari salsum, pag. 614. E. qvo *terram salis iidem Hebræi nuncupant eam, qvæ deserta est ac desolata. Terra salis*, vel *salsuginosa*, ingrata, & infœcunda dicitur, ac frugibus infelix; qvoniam salsugo satis inimica est. Ea sterilitatis & infœcunditatis propria caussa est. In mari nulla fœcunditas est earum rerum, qvibus, ut in terrâ, natura salis infesta est. Sed qvæ indidem oriuntur, aut glíscunt, salsugine juvantur. Qvare non potest *salsum* mare dici pro infœcundo ac sterili; cum fœcunditas ipsa maris à salsugine sit. Cur autem Asphaltites lacus nihil generet alatve, non τῷ ἁλμυρώδει, qvod ei tribuit Josephus; sed τῷ ἀσφαλτώδει, qvo aqvæ ejus infectæ sunt, meritò tribuitur.

Tertium Critici peccatum eadem paginâ. Salsum non esse lacum inde probat, pag. 614. D. qvia *bitumen salsum non est, nec salis naturam habet. At lacus ille ex mero bitumine est.* Ergo nullæ in Asphaltite lacu aqvæ sunt; sed qvantus qvantus est, nihil nisi bitumen est. Josephus Lib. V. τῆς ἁλώσεως cap. V. Asphaltitem lacum, qvalem viderat sæpe, non cujusmodi ex Vocabulariis didicerat, describens; ὑπὸ κουφότητος, inqvit, καὶ τὰ βαρύτατα τῶν εἰς αὐτὸν ῥιφέντων ἀναφέρει· καταδῦναι δὲ εἰς τὸν βυθὸν, οὐδὲ ἐπιτηδεύσαντα ῥᾴδιον. *Nimiâ levitate etiam quæ gravissima sunt in eum jacta fluitant: demergi autem qvis in profundum nec de industriâ facilè potest.* Subjicit, Vespasianum periclitandi gratiâ qvosdam natandi inscios, vinctis post terga manibus, in altum projici jussisse; evenisse autem omnibus tanqvam vi cujusdam spiritûs, uti sursum repulsi fluctuarent. Hæc Josephus ex Rufini interpretatione. Addit, multis locis eundem lacum nigras bituminis glebas vomere, eas verò innatare figurâ & magnitudine tauris capite truncatis assimiles: τὴν μέντοι ἄσφαλτον κατὰ πολλὰ μέρη βώλους μέλανας ἀναδίδωσι· αἱ δὲ ἐπινήχονται τό τε σχῆμα, καὶ τὸ μέγεθος ταύροις ἀκεφάλοις παραπλήσιαι. Plinius *Lib. XXXV. cap. 15.* bituminis naturam alibi limum, alibi terram esse dicit. Limus è Judææ lacu, ut diximus, emergens; terra in Syriâ circa Sidonem opidum maritimum. Si lacus Asphaltites *merum bitumen est*, id est, nullas aqvas habet, qvomodo demergi in eum potest aliqvid, aut à fundo sursum occultâ vi spiritûs repelli? Fluitare verò ac fluctuare in perpetuâ glebâ, vel luto spississimo, qvî potest? Clariùs absurditatem Strabonis locus revincit Lib. XVI. ubi de Asphaltite lacu sub nomine Sirbonidis agit; perperam: ut ante Salmasium animadvertit Ortelius & Casaubonus, & alii prætereà non pauci. Hunc ergo lacum refert Strabo esse ἀγχιβαθῆ, βαθύτατον ἔχειν ὕδωρ *aquas habere profundissimas*, sic ut urinatoribus nullus ibi locus sit, sed qvi umbilico tenus in eum procedit, mox attollatur. Bitumen porrò certis temporibus è fundo ebullire scribit, ad qvod capiendum arundineas rates expeditas habent. ἔστι δὲ ἡ ἄσφαλτος γῆς βῶλος ὑγραινομένη καὶ διαχεομένη, πάλιν δὲ μεταβάλλουσα εἰς πάγον ἰσχυρὸν ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ ὕδατος, διόν ἐστι τὸ τῆς λίμνης ὕδωρ, ὥστε τομῆς καὶ κοπῆς δεῖσθαι. *Bitumen est terræ gleba, quæ liquefacta ac diffluens rursus coit in solidum corpus aqvæ frigore constricta, cujusmodi lacus illius est aqva, adeò ut incidi*

ſecariqve opus habeat. Tacitus Lib. V. Hiſt. cap. 6. *Incerta unda ſuperjacta ut ſolido feruntur. Periti imperitique nandi perinde attolluntur. Certo anni bitumen egerit.* Mox ait, *undantes bitumine moles pelli, manuq; trahi ad littus.* Aqvas igitur habet Aſphaltites, neqve *merum bitumen eſt*: ſed hoc certis temporibus eructat; hoc eſt, qvotannis, ut Diodorus Siculus, Plinius *Lib. VII. cap. 15.* & Tacitus produnt; ut alii, triennio qvoqve. Unde frivola eſt argutatio: ideo falſum non eſſe, qvia bitumen merum eſt, qvod non eſt falſum. Legendus & Vitruvius, qvi *Lib. VIII. cap. 3.* ait, hunc lacum *emittere bituminis maximas moles, qvas diripiunt qvi habitant circa.* Uti ſalſedini lacûs iſtius bitumen non obſtat; qvia non mero bitumine fluit, ſed aqvas proprias habet, qvarum in ſummum bitumen certis temporibus ebullit: ſic neqve cauſſa, cur immerſa corpora repellantur ac fluitent, in idem bitumen referri debet, ſed in aqvæ ac loci illius naturam. Nam ex occultis meatibus vaporum ac ſpirituum ingens vis effunditur, & aqvas illas occupat; qvibus, ut ait Joſephus, repercuſſa corpora ſurſum feruntur. Qvod & alibi qvoqve contingit. Ut in Siciliâ ad Agrigentum lacus qvidam eſt, in qvem nandi etiam prorſus imperiti deprimi neqveunt; ut Strabo refert *Lib. VI.* & Ariſtoteles *libro περὶ θαυμασίων.* Non poteſt hoc bitumini tribui, qvod nullum in illo lacu ſcatere memorant: tametſi fons in eo tractu qvidam eſt, cui liqvidum bitumen ſupernatat: de qvo Dioſcorides *Lib. I.* Plinius *Lib. XXXV. cap. 15.* Vide Cluverium *Lib. II. Siciliæ cap. 11.* ex qvo
Salmaſ. in Plin. Exerc. p. 216. Salmaſius omnia, qvæ de hoc fonte ac lacu Agrigentino diſputat, in Solinianam Exercitationem tranſtulit, ejus, ut ſolet, ſuppreſſo nomine, unde iſta corraſerat.

Atqve eodem tamen illo loco, de ſuo imperitè id attexuit, ideò immerſa in illum lacum corpora regeri, ac fluitare, qvòd in eo bitumen ſupernatet; qvoniam *idem in Aſphaltite lacu Judææ uſu venit.* Hoc verum non eſt. Nam & de Aſphaltite lacu aliter Græci Latiniqve nos docent, ut paulo ante monſtravimus; & in Agrigentino lacu nullum, qvod qvidem idoneis authoribus conſtet, bitumen exiſtit. Nam Solinus *lacum* pro *fonte* per oſcitantiam ſcripſit; qvod non negat illius enarrator. Vide omnino Ariſtotelis locum de Agrigentino lacu. Intelliges profectò non eam vim innatanti duntaxat aqvis oleo tribui poſſe, ut in imam depreſſa corpora ſurſum attollat.

CAPUT V.

Epiphanianæ Animadverſiones à Salmaſii reprehenſione vindicatæ. Qvid ſit ὑπέρθεσις, & ſuperpoſitio. *Salmaſii error. Βίος pro vitâ ſæculari & matrimonio illigatâ, ut & βιῶσαι. Caſauboni lapſus.*

Salmaſ. in Exerc. Plin. p. 364. NOn meliore ſucceſſu alio loco in nos ſtyli ſui maledicentiam exercuit. Epiphanius in Expoſitione fidei, de jejunio ſanctæ hebdomadæ loqvens, ait, Chriſtianos per id tempus aliqvos biduum, triduumve, aut qvatriduum ſine cibo
N. XXII. p. 1105. tranſigere; ἀλλὰ καὶ οἱ σπουδαῖοι διπλᾶς, καὶ τριπλᾶς, καὶ τετραπλᾶς ὑπερτιθένται. Ad hunc locum in Animadverſionibus p. 363. obſervamus uſum verbi ὑπερτιθέναι, & ὑπερτίθεσθαι, qvod eſt *cibum differre*: nam ea propria eſt ac germana vocabuli notio, ut ſit *prorogare, protelare, differre.* Hinc ὑπέρθεσις eſt *prorogatio*, utiqve ſolitæ cibationis. Heſychius ὑπερθέσεις, ἀναβολαί, ὑπερβάσεις. Gloſſæ Græcolat. ὑπέρθεσις, *Dilatio, procraſtinatio, fruſtratio, mora, immora, cunctatio.* Et ὑπερθετικὸς, *ſuperlativus, fruſtrator, differens.* Item ὑπέρθου, *profer.* Qvamobrem accuſativis duobus in conſtructione præditum eſt hoc verbum: qvorum alter exprimi-

alter tacitè subauditur. Ut si dicam, *δύο ἡμέρας ὑπερτίθεται*, præter accusativum spatii ac temporis, alter concipitur rei vel negotii qvod differtur: hoc enim est, *biduo prorogat.* Qvod in Dionysii Alexandrini loco perspicuum est, qvem illic adduximus: Ἐπεὶ μηδὲ τὰς ἓξ τῶν νηστειῶν ἡμέρας ἴσως, μηδὲ ὁμοίως πάντες διαμένουσιν· ἀλλ' οἱ μὲν καὶ πάσας ὑπερτιθέασιν, ἄσιτοι διατελοῦντες· οἱ δὲ δύο. οἱ δὲ τρεῖς· οἱ δὲ τέσσαρας· οἱ δὲ οὐδεμίαν. Hic verbum ὑπερτιθέναι *prorogare ac differre* significat; eodemqve modo dicitur ὑπερτιθέναι πάσας, vel δύο, vel τρεῖς ἡμέρας, qvo διαμένειν τὰς ἓξ ἡμέρας. Nam utrobiqve subauditur κτ. Epiphanius pro δύο, τρεῖς, & τέσσαρας, dicere maluit διπλᾶς, τριπλᾶς, τετραπλᾶς, *duplicatos, triplicatos, quadruplicatos* dies. Possemus & accusativum alterum intelligere, nimirum ὑπερθέσεις. Nam ὑπέρθεσις pro *jejunio* & *superpositione* sumitur. Ita erit ὑπερτιθέναι ὑπερθέσεις perinde ac si Latinè dicas *superponere superpositiones.* Sic *pugnare pugnam* & id genus alia. Apud Evagrium *Lib. I. Hist. Eccles. cap. 21.* insignis locus est, ubi de monachorum, qvi in Palæstinâ degebant, instituto loqvitur, ac præsertim de mirabili eorum abstinentiâ. οἳ πολλάκις μὲν καὶ τὰς καλουμένας ὑπερθέσμους πεπλήρωσι διήμεροι, καὶ τριήμεροι τὰς νηστείας ἐκτελοῦντες· εἰσὶ δὲ οἱ καὶ πεμπταῖοι, ἢ καὶ πρός. Ibi τὰς ὑπερθέσμους eodem sensu qvo ὑπερθέσεις usurpavit: ac nescio an ὑπερθέσεις etiam legi verius sit. Neqve tamen temerè commutaverim. Nam fieri potest, ut ὑπερθέσμους appellaverint jejunia ultra communem legem moremqve, vel solitum capiendi cibi tempus extensa. Hæc verbi ac locutionis hujus interpretatio digna non est, cujus nos hodieqve pœniteat. Sed præter hanc tamen aliæ supperunt duæ, qvas non minus probabiles judico. Prima, uti verbum ὑπερτιθέναι sit *transcendere, superare.* Hinc enim *superlativum* gradum Græci vocant ὑπερθετικὸν: & ὑπέρθεσις Hesychio est ὑπέρβασις. Unde ὑπερτιθέναι est ὑπερβαίνειν vel ὑπερβάλλειν. Altera est, ut ὑπερτιθέναι sit *addere, imponere*, ac præter ordinarium usum indicere: qvod Latini *superponere* vocant. Cassianus *Collat. I. c. 21.* de Abbate Joanne, qvi illusus à dæmone biduanâ se inediâ confecerat: *Intellexit se ob hoc calliditate dæmonis circumventum, taliq; distentum jejunio, ut lassitudinem non necessariam, imò etiam spiritui nocituram, fatigato corpori superponeret.* Non aliud hoc loco est *superponere*, qvàm *imponere*, vel *adjicere.* Sic in Concil. Aurel. V. Can. XII. *Nulli viventi Episcopo alius superponatur, aut superordinetur Episcopus.* Hac ratione jejunia *superponi* dicuntur, qvoniam cùm communis hominum vita qvotidiano victu ac cibo transigatur, certæ abstinentiæ leges imponuntur, qvibus velut onerantur homines. Ita Tertullianus contra Psych. cap. II. *Sic & Apostolos observasse, nullum aliud imponentes jugum certorum & in commune omnibus obeundorum jejuniorum.* Hoc erit superponere jugum illud, ac legem jejuniorum indicere; unde *jejuniorum superpositio* idem est atqve *impositio* & *injunctio.* Solinus cap. XXVII. leones ait *alternis diebus potum, alternis cibum capere: ac freqventer si digestio non est insecuta, solitæ cibationi superponunt diem.* Superponere est *addere.* Cum igitur altero qvoqve die cibum capere soleant, crudi cùm sunt, unum diem ad eum, qvem interponere mos est illis, adjiciunt. Ita biduum solidum sine cibo transmittunt. Non eadem hîc, opinor, notione verbum illud sumitur, qvâ ab Ecclesiasticis authoribus, cum jejunia *superpositiones* appellant, vel *jejuniorum superpositiones*, qvas ὑπερθέσμους, vel ὑπερθέσεις Græci Patres vocarunt, eo sensu qvem hactenus exposuimus. Sed utrum Latinorum imitatione Græci, an Græcorum Latini, ad jejuniorum negotium id vocabuli transtulerint, jure du-

bitari potest. Ac si prima illa, qvam in Animadversionibus amplexi sumus, vel ex duabus hoc capite traditis prior magis arridet, ut *ὑπέρθεσις dilatio, prorogatioqve* sit; vel *transcensio* & *ὑπέρβασις*: credibile est Græcorum exemplo Latinos *superpositionem* nominasse. Nam isto sensu Græcæ voci sua & nativa proprietas constat; qvæ in Latinâ minùs elucet; ut translatam peregrinamqve cognoscas. Sin est, ut superpositionem pro *impositione injunctioneqve* dici magis placeat; tum verò *ὑπερτιθέναι* & *ὑπερτίθεσθαι* minus Græce conceptum hac significatione videbitur; adeoqve de Latinorum usu exemploqve manasse. In Vitis Patrum Libro V. libello X. Num. XXXIII. & XLIV. mira qvædam hac vel simili in voce Græcitatis affectatio est. Num. XXXIII: *Alia cogitatio mea est, ut jejunem biduanas levando.* Num XLIV: *Ergo qvando eras juvenis, non jejunabas biduanas levando. Et dixit ei senex: Crede mihi qvia & triduanas, & hebdomadam. Levare biduanas* dixit, ut Epiphanius *τριπλᾶς ὑπερτίθεσθαι*. Puto *levare* hîc esse, qvod tertiæ significationi congruit, *imponere* vel *indicere*: translatione ab oneribus ductâ, qvæ ut imponantur allevanda sunt. Nec enim videtur *levare biduanas* esse totidem dierum jejunium cibo solvere: ut subaudiatur *abstinentias*, qvod in hebdomade subaudiri non potest. Potest tamen & verbum *αἴρειν* in ejusmodi locutione locum habere: qvod est *ferre, tollere*. Qvamvis autem *ὑπερτιθέναι* & *ὑπέρθεσιν* Græci itidem ut Latini *superponere* ac *superpositionem* usurpent, non tamen eadem utrobiqve constructio est. Ut enim Latinè dici possit, *superponere alicui biduanum* vel *triduanum jejunium*; vel, ut Solinus loqvitur, *solitæ cibationi diem unum superponere*: non tamen Græcè sic uti licet *ὑπερτίθεσθαι τῇ τροφῇ μίαν ἡμέραν.* Non enim *ὑπερτίθεσθαι* cum Dativo con-
Pag. 314. D. jungitur. Qvâ in re Plinianus Exercitator valdè deceptus est; qvi Solinianam istam locutionem sic *ἐξελληνίζει*, *solitæ cibationi superponunt diem*, *τῇ συνήθει τροφῇ ἡμέραν ὑπερτιθέασιν.* Atqvi *ὑπερτιθέναι*, ut & præpositio *ὑπὲρ*, cum Dativo copulari non solet. Apage ergo sordes istas sermonis *ὑπερτιθέναι τινὶ*, *superponere alicui.* Diceret potius *ἐπιτιθέναι*, vel *προστιθέναι*. Reliqva Exercitationis ejusdem majoribus etiam ineptiis implicata sunt. In qvibus singulare id est, qvòd cùm sententiam nostram vexare, & conviciari nobis instituerit, in istud ipsum incurrit tamen qvod reprehendit. *ὑπέρθεσιν* diximus esse *dilationem*, & *ὑπερτιθέναι differre*: Salmasius itidem ut nos superpositionem, & *ὑπέρθεσιν dilationem* esse pertendit. Cujus ergo dilatio est? aut qvid tandem differri dicitur? Negat de cibo; ad diem refert: *Neqve enim, ait, ὑπερτίθεσθαι τροφὴν, sed ὑπερτίθεσθαι ἡμέραν dixere.* Igitur jejunii differtur dies. At non differtur; sed repræsentatur utiqve, cùm in eâ versetur qvisqvis illam jejunio transmittit. Qvid jocularius est, qvàm qvod inde conseqvens fit; cum scribit Epiphanius Christianos *διπλᾶς* vel *τριπλᾶς ὑπερτίθεσθαι*, hoc esse, biduum triduumve differre, non cibum, sed hos ipsos duos tresve dies? Qvid isthoc obsecro sermonis est: *Iste diem unum, vel duos, vel tres differt*; aut *duorum triumve dilationem suscipit*; pro eo qvod est, *biduum jejunat aut triduum?* Nisi enim, qvod volumus, qvodqve imperitè negat Salmasius, cibum ac *τροφὴν* subaudias, intoleranda qvædam orationis spurcitia conflatur. Qvam qvidem adeò iste combibit, ut ex eo ita ratiocinetur: cùm *ὑπέρθεσις dilationem*, & *ὑπερτιθέναι differre* significet: *jejuniorum superpositionem* non posse dici: ut in vulgatâ Eliberitani Concilii lectione habetur; ne sit jejuniorum intelligenda dilatio. Igitur par

illius interpretationem sermonis absurditas seqvitur, qvi & ὑπερτιθέναι eodem sensu accipit, & ad ἡμέραν pertinere asserit. Qvòd autem *jejuniorum superpositionem*, & ὑπέρθεσιν dici non debere pugnat, qvia seqveretur jejunia differri, ἀγραμμάτιστον est. An cum ita loqvimur: *Judæorum*, vel *festorum sacrificia*, aut *expiationes*; Judæos ipsos sacrificari, aut expiari festos illos dies intelligimus? Jejuniorum superpositiones ὡς ἔτος, sunt qvæ in jejuniis obeuntur dilationes cibi; ut si certorum dierum epulationes appellem, eas significem, qvæ iis diebus affixæ illigatæqve sint, non ut epulanda festa ipsa præbeantur.

Qvocirca tàm in Epiphanii loco isto, & hac Epiphanianâ voce declarandâ infelix iste fuit, qvàm in altera, cujus in mentem modò venit. Scribit in Hæresi Dositheorum pag. 30. Epiphanius, eos ἐγκρατεύεσθαι μετὰ τὸ βιῶσαι. Nos βιῶσαι sic explicabamus, uti subaudiretur ἐν τῷ γάμῳ. Salmasius contra Kerkoëtium scribens ridiculum hoc appellat, & γῶσαι legit: qvæ est Casauboni conjectura in *Exercitat. I. ad Annales Baronii*. Sed ea fallissima est: neqve qvid esset βιῶσαι apud Epiphanium ambo animadverterunt. Hæresi LIX. Num. IV. pag. 496. Epiphanius idem contra Catharos agens, qvos Salmasius anulos in pedibus, pedules & bracas in manibus gestasse κριτικώτατα divinabat; Ecclesiæ Catholicæ morem refert, qvæ neminem conjugio implicatum ad sacros ordines admittit, nisi ab uxore contineat. ἀλλὰ καὶ τὸν ἔτι βιοῦντα, καὶ τεκνογονοῦντα, μιᾶς γυναικὸς ὄντα ἄνδρα, οὐ δέχεται, ἀλλὰ ἀπὸ μιᾶς ἐγκρατευσάμενον. Qvis hoc loco βιοῦντα in γοῦντα convertat? Nam subinde τεκνογονοῦντα subjecit. Hic igitur locus utriusqve Critici ἀστοχίαν, nostri verò temeritatem etiam arguit. Enimvero βιοῦν simpliciter est *in matrimonio degere*, & *in sæculari*, qvod ajunt, *vitâ*. Ita βίον pro hoc vitæ genere, & βιωτικὸν pro sæculari & conjugato passim Chrysostomus usurpat. Ex infinitâ copiâ unus ad manum insignis modò locus est *Tomo VI.* Editionis Savilianæ *Hom. VII. pag. 801. vers. 33.* περὶ μετανοίας καὶ εὐχῆς. Sic enim loqvitur: οὗτος δέ μοι ὁ λόγος οὐ πρὸς τοὺς ἐν τῷ βίῳ ἐξεταζομένους μόνον ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἐν τοῖς ὄρεσι τὰς ἑαυτῶν καλύβας πηξαμένους. Nec omittendum ad idem negotium Achillis Tatii locus est, ubi de caniculâ: τὸν κύνα μέντοι ἀστέρα ὄντα ἐν τῷ βίῳ ἄστρον λέγομεν. *Caniculæ stellam propriè astrum nominari* ait *in vitâ*, hoc est, vulgò & populariter. In aliis Fragmentis qvæ, puto, sunt ejusdem Tatii: ἀλλὰ μὴν καὶ ἐν τῷ βίῳ φαμὲν τὸν Δία ὕειν; *communi inter homines usu loqvendi dicimus, pluere Jovem.*

In Confutatione, p. 30.

Salm. IX. p. 43.

CAPUT VI.

Salmasii iniqva obtrectatio discutitur; ejusdem multiplices errores. De pavonis collo, conchylio, ac purpurâ. Qvid sint Cataclita; *eamqve vocem adjectivè sumi. Qvid sit* πίνος *in oratione, declaratur.*

UT ne judicium duntaxat & eruditionem; sed candorem etiam & civilitatem Salmasianis à scriptis abesse sentias, certa hoc in capite morbi utriusqve argumenta colligam. Epiphanianam editionem nostram aliqvot locis vellicat in libro de Gemmis; ut in capite *de Smaragdo*. Ibi qvia variantem in margine lectionem offendit, in qva μικρὸς pro πικρὸς ex conjecturâ substitutum erat, calces in nos elidit ac protervè conviciatur. Item capite *de Lyncurio*, qvia pro λιγύριον in margine λυγκούριον adnotatum reperit, eadem id modestiâ perseqvitur: qvod

Salmas. pag. 290. B.

& aliis itidem in locis facere pergit. Atqvi erat illius, qvi prudentiæ aliqvid haberet, animadvertere, non istas ab Editore conjecturas esse profectas; sed authorem fuisse Conradum Gesnerum, qvi ante annos duos & sexaginta libellum istum publicavit cum Latinâ interpretatione, ac notis marginalibus, qvæ omnia totidem, ut erant, verbis typographus in nostram editionem transtulit. Idqve ipsemet in Præfatione Tomi secundi Lectori significavi. Consulat ille, si lubet, Tigurinam editionem Gesneri anni cIɔ Iɔ LXVIII. Ibi omnia ista reperiet, qvæ tam acerbè criminatur, cum illâ ipsâ cautione operis initio præfixâ: *Marginibus* (verba sunt Gesneri, non nostra) *qvædam ex conjecturâ adscripsimus; idqve monemus, ne quis diversam lectionem aliorum codicum existimet*, Non nos itaqve, sed Gesnerum maledictis onerat, è cujus editione ista translata sunt.

Salmas. p. 196. B. At etiam de Smaragdo Kerkoëtium perstringit obiter, qvem ait conchyliatum colorem lapidi illi tribuere. Hæc verò calumnia est. Non hoc scriptum ab illo est uspiam: sed error tuus ab eodem meritò reprehensus, qvi pavonem à Tertulliano libro *de Pallio* graphicè depictum tam feliciter interpretabare, ut ejus collum purpurâ tinctum, & qvidem saturâ ac merâ esse diceres; cujusmodi Tyria est ac dibapha. Recole sodes qvæ in Mastigophoro tertio tibi Kerkoëtius re- (Kerkoët. Mastig. III p. 72. 94.) posuit; contra qvem postremum librum nihil hactenus hiscere es ausus. Ex eo cognosces qvàm sinistre Tertullianum acceperis in Notis ad ejus Pallium, & hæc illius verba: *Qvanqvam & pavo pluma vestis, & qvidem de cataclitis: imò omni conchylio depressior, quà colla florent: & omni patagio inauratior, qvà terga fulgent.* Qvæ tu sic in Notis p. 136. explicas, uti eollo pavi merum purpuræ colorem (Edit. adhis. sima p. 184.) ac lumen assignes. Verba tua sunt: *Conchylium hoc loco magis est, ut sit conchylia sive conchyliata vestis, vel conchyliatus color, qvem à purpurâ semper auctores distinxere. nam conchylium coloris genus est multò pallidius dilutiusque purpurâ, ut mirum non sit si colla pavonum, qvæ mero purpuræ lumine florent, omni conchylio vegetiora dixerit Tertullianus; cum conchylia omnia saturitatem illam floris ac luminis non habeant, qvam habet purpura.* Igitur in collo pavonis inesse sentis non conchyliatum, hoc est, dilutum ac pallidiorem colorem, sed purpureum ex illâ merâ & saturâ purpurâ. Imò verò hanc ipsam purpuram Tyriam esse (Edit. novissi. p. 179.) ac dibapham alibi demonstras, (pag. 126. 127.) cùm florem illum conchylio pressiorem in collo pavonis concolorem esse disputas Babylonicis vestibus tricliniaribus aut accubitalibus; qvas dibaphas Tyrias esse significas ex Cornelio Nepote apud Plinium *Lib. IX. cap. 39.* Qva in interpretatione duplex est stupor. Primùm, si ideò Tertullianus collum pavonis qvolibet conchylio vegetius esse dicit, qvia purpuram meram, qvæ utiqve conchylio vegetior est, hoc lumine antecellit: perinde illum loqventem facis, ac si diceret, Helenam nive esse candidiorem, imò cretâ vel gypso. Qvid enim mirum est, qvod sit purpurâ merâ saturâqve micantius, id etiam conchylio, qvod per se dilutius & pallidius est, esse vegetius? Nam particula *imò* augere rem debet, & majus aliqvid in eodem genere vehementiusqve subjicere. At conchylio genere ipso longè purpurâ vividior est, adeoqve, qvod eâ putas infectum esse, collum pavonis. Est igitur ineptissima ista collectio: perinde ac si qvis Poëtam qvempiam laudans asserat, Virgilio præstantiorem esse; imò Lucano. Secundò, qvòd pavonis collum vel merâ saturâqve purpurâ, vel eadem Tyriâ ac dibaphâ tinctum esse vis, pueriliter aberras. Qvis pavonem vidit unqvam eum purpureo collo & coccini

inſtar rubente? Conchyliatum eſt pavonis collum, ac ſimul viridi & ſmaragdino colore temperatum, ut ex Phædro & Phile docuit Maſtigophorus ille. Imò qvi oculos &, qvo iis utatur, communem ſenſum habet, ita judicabit. Qvocirca non ſmaragdinum colorem conchyliatum dixit eſſe Kerkoëtius, ut nugaris; ſed cum ſmaragdino virore miſtum eſſe conchyliatum: qvod Scriptorum authoritas ac ſenſus ipſe diſcernit.

In eodem Tertulliani loco aliud eſt Salmaſianæ temeritatis veſtigium. *Cataclita* negat de accubitoriis veſtibus uſurpari, & qvi ſic interpretentur magnam præ ſe ferre ait Græci ſermonis imperitiam. Qvippe nihil aliud eſſe *καλακλιλα* niſi accubita, ſive totos ipſos, minimeqve veſtes, qvæ iis insterni ſolent. Sed id eſſe falſum ex LXX Interpretum Græcâ lectione, & S. Baſilii authoritate conſtat. Eſaiæ III, 23. *θέριςρα κατάκλιλα* dicuntur; ubi *καλάκλιλα* adjectivè ſumi neceſſe eſt, & ſunt accubitoria. Ita Baſilius exponit, qvi haud paullò Græcè peritior fuit qvam Salmaſius. *κατάκλιλα νῦν λέγ(ει) τὰ ἐν τῷ καλακλινεῶς δι' ὑπερβολὴν τρυφῆς ταῖς κλίναις ἐπιβαλλόμενα. Cataclita vocat, quæ in accumbendo, præ nimio luxu, lectis inſternuntur.* Videat nunc Salmaſius, qvàm ſe meritò Græci ſermonis peritiâ jactet, ac Tertulliani interpretes reprehendat, qvi eodem, qvo Baſilius, ſenſu cataclita ſumpſerunt. Salmaſ. Notis ad Tertull. Pall. cap. III. p. 125. & in Confut. Kerkoet. p. 138. & ſeqq.

Nihil magis hominis intererat, qvàm veteris illius litis memoriam obterere, nec intempeſtivâ ejus recordatione inſigniorem ſuam culpam facere. Sed non poteſt. Nam ecce denuo alterius errati ſui memoriam refricat, dum Kerkoëtium qvoqvomodo vexare ſtudet. Veriſſima ſcribit eſſe, qvæ primus de vocabuli *πίνυ* ſignificatione aperuit, qvicqvid contra blatterent alii. Age ergo videamus, qvemadmodum purgare illa poſſit, qvæ ſuper iſtâ voce Kerkoëtius ei objicit Maſtigophoro III. Nam Salmaſius in Confutatione Animadverſ. Kerkoetii cenſet, ab Halicarnaſſenſi Dionyſio *πίνον ἀρχαϊκὸν*, ſive *χνῦν*, opponi ſuorum temporum Rhetoricæ imbecilli, & viribus carenti. *Hanc*, inqvit, *diſtingvit ab illo πίνου Rhetorica antiqua, quæ fortis erat & maſcula, multumq́; arti & exercitationi debebat: cum illa è contra recens dicendi ratio, quæ Dionyſii temporibus vigebat, nullâ arte conſtaret, ſed ſolo impetu: extemporalitate quippe tunc plurimùm gaudebant. fundebant itaque, non dicebant; ἐμοῦντες, οὐκ ἀκειβοῦντες.* Hoc cùm ſcriberet Salmaſius, neqve intelligebat profectò qvid ſcriberet, & Dionyſium Halicarnaſſenſem, nimis raptim legerat. Nihil enim magis contra Scriptoris illius mentem afferri potuit, qvàm qvod illo capite diſſeruit. Qvippe Dionyſius triplicem dicendi characterem ſtatuit: Primus eſt *αὐςηρὸς auſterus* & archaicus, qvi & ſcaber atqve impolitus eſt: cujus proprius eſt *πίνος*, ſive *χνῦς τ(ῆς) ἀρχαιότηλος, antiquitatis ille ſitus.* Secundus eſt *γλαφυρὸς ἢ ἀνθηρὸς*, politus & comptus: à qvo *πίνος* abhorret. Tertius *κοινὸς*, qvi amborum dotes in ſe continet. Ad primum genus pertinent è Poëtis Pindarus, Æſchylus; ex Hiſtoricis Thucydides. Ad ſecundum Heſiodus, Sappho, Anacreon, Simonides, Euripides è Poëtis; ex Hiſtoricis Ephorus ac Theopompus; ex Oratoribus Iſocrates. Tertium genus obtinent Poëtæ qvidem Homerus, Steſichorus, Alcæus, Sophocles; ex Hiſtoricis Herodotus; ex Oratoribus Demoſthenes. Secundi generis Scriptores, à qvibus *πίνος* abeſt, prioribus antiqviores ſunt, qvorum proprius eſt *πίνος*. Nam Heſiodus longè Pindari & Æſchyli ætatem anteceſſit. At Salmaſius Dionyſium ait *πίνον* tribuere antiqvioribus multò qvàm erant ſecundi generis, & hos ipſos affirmat Salmaſ. Exerc. Plinian. pag. 839. B. pag. 175.

Dionysii tempore fuisse. Itaqve Dionysii, id est, Augusti sæculo vixerunt Hesiodus, Sappho, Anacreon, Euripides. Præterea qvi in posteriori censentur, & τινῶ carent, hos asserit *nullâ arte, sed solo impetu, atq; ex tempore dixisse.* Qvare nihil ad scribendum neq; artis, neq; cultûs, neq; temporis contulit Isocrates, aut Euripides; ut de cæteris taceam, qvos constat laboriosissimè diligentissimeqve scripsisse.

Hæc sunt portenta non meditatè scribentis, sed ἐμοῦντος, *vomentis* Salmasii, qvorum pudere jam ipsum debet: instaurare verò memoriam, & invitis etiam, atqve aliud agentibus obtrudere, profectò non decet. Sed ea copiosiùs in *tertio Mastigophoro* Aremoricus Kerkoetius exposuit: qvæ comiter à Salmasio prætérita dissimulataqve sunt.

Ex

DIONYSII PETAVII

Dissertationibus Ecclesiasticis,

PARISIIS

Anno M DC XLI

editis,

LIBRI II. CAPUT III.

De Epiphanii loco falsa Trapezitæ (SALMASII, qvi de Trapezitico fœnore tres libros Anno 1640. emiserat) *conjectura refellitur: idemq; declaratur. Negotiatores baud rectè dici ab eodem damnatos ab Ecclesiâ.* Βίος matrimonium *interdum significat; contra qvàm Trapezita credidit.*


AD Pœnitentiæ ritum in Ecclesiâ vetere referenda sunt qvædam errata Trapezitæ nostri. (*Salmasii*) In præfatione ad Lectorem (*præmissâ Libris de Trapezitico fœnore p. 57.*) Epiphanii locum qvendam attigit, & dum nimis argutus esse studet, pessimè illum accepit. In calce magni Operis qvod de Hæresibus scripsit Epiphanius, Catholicæ fidei summam, ac morum & institutorum Ecclesiæ, brevi disputatione complexus est: ut iis velut notis germanam Christi sponsam ab Hæreticis conventiculis, qvæ concubinarum habet loco, discernat. Ac sub finem præcipua qvædam criminum capita colligit, qvæ ejusdem Catholicæ Ecclesiæ moribus usuqve damnantur. Ἀπέχεται κοινωνίας, inqvit, ἁπάντων αἱρέσεων, (forte αἱρετικῶν) ἀποκηρύττει πορνείαν, καὶ μοιχείαν, καὶ ἀσέλγειαν, καὶ εἰδωλολατρείαν, καὶ φόνον, καὶ πᾶσαν παρανομίαν. &c. Mox: καὶ πλεονεξίαν, καὶ τοκοληψίαν· πραγματευτὰς οὐκ ἀποδέχεται· ἀλλ' ὑποδεεστέρους πάντων ἡγεῖται. προσφορὰς λαμβάνει παρὰ τῶν οὐκ ἀδικούντων, οὐδὲ παρανομούντων, ἀλλὰ δικαίως βιούντων. Hoc est: *Ab omnium communione hæreticorum abstinet: abdicat fornicationem, adulterium, petulantiam, idololatriam, homicidium & iniquitatem omnem* &c. *Tum improbam cupiditatem, & avaritiam atqve usuram. Negotiatores non admodum probat: sed omnium infimos habet. Oblationes accipit ab iis, qui injuriam aliis non faciunt, neque scelus aliquod admittunt, sed justè vivunt.* Hic Epiphanius præcipua, ut dixi, scelera & flagitia percenset, ab qvibus abhorret Ecclesia, & qvæ auctoritate suâ condemnat. Ubi vox ἀποκηρύττει non hoc præcisè significat, *excommunicare*, vel *à communione arcere ac segregare*; tanqvam omnes qvi in ea, qvæ ibidem enumerat, inciderint, ab Ecclesiasticâ communione rejiciat; ut arbitratur Trapezita. Qvi & indidem colligit, *non solùm qui usuram*

accipiunt, abdicatione ab Ecclesiâ punitos; scribere ibi Epiphanium; sed etiam omnes negotiatores, πραγματευτάς. Sed minimè audiendus est. Nam ἀποκηρύττειν non tam illorum, qvi ejusmodi crimina perpetrarint, qvam criminum ipsorum abdicationem, damnationemq; designat. Alioqvi nemo non excommunicandus fuisset, & ab Ecclesiâ proscribendus. Qvis est enim qvi non incurrat aliqvando in maledicentiam, detractionem, contentionem, avaritiam? Ad hæc theatra, eqvorum certamina, venationes, Musica spectacula condemnat. Ἀποκηρύσσει θέατρα, καὶ ἱππικὰς, καὶ κυνήγια, μουσικάς τε, καὶ πᾶσαν κακολογίαν, καὶ καταλαλιὰν, καὶ πᾶσαν μάχην, καὶ βλασφημίαν. *Damnat*, inqvit, *theatra, eqvestres agones, venationes, musica spectacula, & omnem maledicentiam, & obtrectationem, omnemq; contentionem & maledictum.* An qvi theatralibus spectaculis aut Circensibus, aut venationibus interfuerat, statim excommunicatione plectebatur? Hoc si in usu fuisset, tum profectò Christianus nemo plerisqve in civitatibus in Ecclesiam, & ad usum Sacramentorum fuisset admissus: aut pauci admodum. Crebræ sunt apud Joannem Chrysostomum qverelæ, cùm Antiochiæ adhuc presbyter populum doceret, de paucitate commeantium ad Ecclesiam, ac sacras Synaxes obeuntium; qvibus maximè diebus ludi ac spectacula præbebantur. Qvàm sæpe populum in eas res intemperanter effusum cùm ab illis deterrere studet, tùm ad Ecclesiam & fidelium conventûs celebrandos allicere? Cum etiam auditores hortatur suos, ut qvàm poterunt plurimos ab illis spectaculis secum ad Ecclesiam adducant. Non igitur ob ista communione Ecclesiæ privatos fideles verisimile est: præsertim cum ab Imperatoribus Christianis & magistratibus solemnes illi apparatus ac ludi velut ex officio præstarentur populo. Ad hæc propter levia & venialia peccata nemo communione multatus est. Possunt autem ex iis qvæ Epiphanius recensuit nonnulla esse levia: velut maledictum aliqvod temerè ac facilè prolatum. Nam Augustinus Sermone XLI. de Sanctis, ubi gravia peccata distingvit à levibus, inter levia numerat, *qvando cum omni facilitate ac temeritate maledicimus.* Ejusmodi & alia commemorari possunt, qvæ Tertullianus *delicta* vocat *qvotidiana incursionis*: qvæ tamen inter ea continentur, qvæ ab Epiphanio nominata sunt. Non enim sola illa, qvæ lethalia & atrocia sunt in eodem genere, sed etiam levia comprehendit ille, qvando, exempli causa, πᾶσαν κακολογίαν & καταλαλιὰν, πᾶσαν μάχην, καὶ πλεονεξίαν ἀποκηρύττεσθαι dixit ab Ecclesiâ. Unde si ἀποκηρύττεσθαι sit *excommunicari*, ut Trapezitæ placet, non autem *improbari* & *abjudicari* tantùm; ut res ipsa docet: necesse est, ob levia qvæqve crimina excommunicatos fuisse, id est, ab Ecclesiæ communione abdicatos fideles: qvod dictu sit absurdum. Atqvi longè ab omni sensu & ratione magis abhorrent ea, qvæ ad eundem Epiphanii locum observavit in illâ Præfatione suâ. Nam Epiphanium ait dicere omnes πραγματευτὰς, id est, *negotiatores*, ab Ecclesiæ communione rejici. Ubi & jculariter ordini huic illudit. Ita enim scribit: *Quo loco, ut gratum faciam mercatoribus, non libet cum interpretibus, infimos eos omnium exponere, qui ibi ab Ecclesia communione probibentur: sed è contrario minoris peccati reos & minùs noxios. Sic enim placet & meliùs est interpretari ὑποδεεστέρους in his verbis:* τοὺς πραγματευτὰς οὐκ ἀποδέχεται ἡ ἐκκλησία, ἀλλ' ὑποδεεστέρους πάντων ἡγεῖται. *Negotiatores non admittit qvidem Ecclesia, ad communionem scilicet, sed tamen minùs noxios qvàm reliqvos qui excommunicantur eos censet.* Hoc verò est in causâ prævaricari, & qvorum patrocinium susce-

susceperat, eos turpiter prodere, dum magis infames & criminosiores illos facit, qvàm ab iis fiunt, qvos iste redarguit. Nam Interpretes Epiphanii de mercatoribus hoc unum insinuant: non illos qvidem damnandos esse, neqve pœnâ dignos ullâ, sed in statu & ordine esse omnium, qvi in Ecclesiâ censentur, infimo. qvod paulò post exponam. At Trapezita qvod culpâ vacat & turpitudine, hoc illis eripit; tribuit qvod sine scelere ac peccato esse non potest, qvamvis aliorum comparatione levius esse videtur: abdicationem ab Ecclesiæ communione: qvæ atrox & horribilis est pœna. nec unqvam, uti dixi, ab reatu culpæ aliqvo sejuncta. Illud porrò Græci sermonis non fert proprietas, ὑποδεεστέρως dici ab Epiphanio *minùs noxios*. Nam *inferiores* omnino ista vox significat. Cùm enim paulò ante certos in Ecclesiâ fidelium status & instituta vitæ commemorasset, qvæ omnia recepta moribus & probata suum in Christianâ republicâ locum tuerentur: principatum omnium assignavit Sacerdotio, qvod ex virginibus aut continentibus eligitur: a qvo proximas tenent Clerici cæteri; tum virgines; inde viduæ: ac postremò qvi in matrimonio degunt, qvos βιωτικοὺς appellant. Unde & βίος idem significat ac γάμος, qvæ sunt *nuptiæ*. Βίος, inqvam, *nuptias* interdum significat: & βιῶσαι dixit Epiphanius Hæresi LIX. Num. IV. p. 496. pro eo qvod est *in matrimonio degere*. Qvod adversus Trapezitam, à qvo immeritò reprehendebamur, alibi demonstravimus. Et ut in vellicandis aliis minùs temerarius ac præceps esse condiscat, luculentum addemus, ad idem probandum, Græci cujusdam Scriptoris locum: qvi haud scio an adhuc lucem viderit. Is est Theophilus philosophus, qvi Commentarios scripsit ad Hippocratis Aphorismos, qvem penes nos habemus. Hic igitur ad illa primi Aphorismi verba, ὁ βίος βραχύς, varias τοῦ βίου significationes recensens, inter alias hanc affert: βίος καὶ ἡ ζεῦξις τοῦ γάμου. *Est*, inqvit, *βίος & matrimonii societas*. Sed hæc obiter. Inter βιωτικοὺς, & communis vitæ fideles, infimo loco numerat Epiphanius τοὺς πραγματευτὰς, id est, *negotiatores*: non qvòd vetitus & illicitus sit ille in Ecclesiâ status, aut cum peccato implicatus, ac pœnâ ullâ & animadversione notatus; sed qvòd ab Evangelicâ perfectione longissimè absit omnium. Hæc vera & germana mens est Epiphanii: qvam verò ὁ τραπεζίτης (*Salmasius*) commentus est, ἀδόκιμος est, & repudianda.

AD LECTOREM.

PLura adhuc adjici poterant Excerpta, ex Petavii sub ficto ANTONII KERKOETII (vel CERCOETII) nomine editis Scriptis depromta: sed qvando verum suum nomen in his occultare ipsi libuit Authori, nec nos de indagandis locis istis, qvæ ad Animadversiones ipsius à Salmasii objectis liberandas faciunt, solliciti erimus. Inqvirat ea cui libellos istos, qvos PETAVIUS & SALMASIUS sibi opposuerunt invicem, Satyrico sale ac felle, exqvisitâ simul eruditione apparatos, nanciscendi contigerit felicitas. Ut autem de iis tibi constet, Lector benevole, *Indicem dabimus: nam Catalogo Operum Petavii, vitæ ipsius, qvæ in fronte Libri hujus legitur, subjecto Scripta hæc inserere studiò omisimus; qvia sub nomine suo Author ea in publico comparere noluit. Nimirum postqvam Claudius Salmasius* Tertulliani librum de Pallio *& ad istum* Notas *Anno 1622. edidisset, eodem anno ad has,* Animadversiones *scriptas evulgavit Petavius: qvas indignè ferens Salmasius seqventi anno 1623. earum* Confutationem *sub FRANCISCI FRANCI nomine emisit, Parisiis excusas, sed titulo Middelburgum præ se ferente. Huic* Mastigophoros tres *seu* Elenchos *opposuit, qvi ANTONII KERKOETII (sive CERCOETII) nomen sibi sumserat Petavius, Anno 1624. Qvibus* Refutationem *personatus Franciscus Francus objecit: longuqve & amarulentis, sed eruditis contentionibus lis hæc peracta est, qvam abrupit Salmasius; ad Grotium professus,* huic altercandi pelago se amplius committere nolle. *Et ambos eodem anno, seculi hujus secundo & qvinqvagesimo, opprimens mors vitæ ac litigiorum finem ipsis fecit. & PETAVIUM Parisiis d. XI. Decembr. SALMASIUM Spadæ d. III. Septembr. mortalium rebus exemit.*





AUTHORUM QVI IN HIS ANIMADVERSIONIBUS RECENSENTUR, ILLUSTRANTUR VEL EMENDANTUR, CATALOGUS.



B.

C.

D.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

V.

X.

Z.



INDEX
RERUM ET VERBORUM NOTABILIUM QVÆ IN ANIMADVERSIONIBUS REPERIUNTUR.

N.

O.

P.

APPROBATIO, ET FACULTAS PRÆPOSITI PROVINCIALIS.

HAS in Sancti Epiphanii opera Animadversiones à P. Dionysio Petavio Societatis Jesu Presbytero conscriptas, & ejusdem Societatis Theologorum judicio approbatas, potestate ad id mihi facta ab admodum Reverendo Patre nostro Generali Præposito Mutio Vitellesco, ego Stephanus Charletus ejusdem Societatis in provincia Franciæ Præpositus Provincialis typis mandari permitto. In qvorum fidem hoc ei testimonium manu nostra subscriptum, sigilloqve nostro munitum dare voluimus. Lutetiæ Parisiorum XVIII Novembris, Anno Christi CIƆIƆCXXI.

STEPHANUS CHARLETUS.

